BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XX
D
16
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVELLAE CONSTITVTIONES

DN. JVSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS

EX GRAECO IN LATINVM CONVERSAE

ET

NOTIS ILLVSTRATAE

A

JOH. FRID. HOMBERGK zu Vach

JVR. IN ACAD. MARBVRG. PROFESS.

Accedit

F. PITHOEI Gloſſarium obſcurorum verborum Juliani Anteceſſoris CP.

Item

ANT. AVGVSTINI Epiſcopi Ilerdenſis quorundam verborum Juliani Interpretatio: Ejuſdem Paratitla ſeu Scholia: nec non CVIACII & AGYLAEI obſervationes de dierum annotatione.



MARBVRGI CATTORVM

Typis & Impenſis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, CIƆIƆCCXVII.

SERENISSIMO

ET

POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

CAROLO

HASSIAE LANDGRAVIO
PRINCIPI HERSFELDIAE
COMITI CATTIMELIBOCI
DECIAE ZIEGENHAYNAE
NIDDAE ET SCHAV-
ENBVRGI

PIO FORTI FELICI

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

Digitized by Google

SERENISSIME ET POTENTISSIME PRINCEPS
DOMINE CLEMENTISSIME.

TAm ampla & diffuſa res eſt Juriſprudentia, ut pluribus aliis ſcientiis tanquam miniſtris & inſtrumentis utatur, variaſque in cultoribus ſuis animi facultates requirat. Duabus præcipue

Digitized by Google

artibus dignitas ejus conſervatur, quarum altera obſcura & non ſatis explicata rerum principia detegit in lucemque producit, altera vero ab aliis inventa artificioſa methodo legitimoque ordine diſtribuit & docet. Hæ etſi diverſæ videantur, revera tamen adeo conjunctæ ſunt, ut altera alterius opem non ſolum poſcat, ſed etiam efflagitet. Quæ enim jam inventa cultiora & ad uſum aptiora reddit, ſine arte inveniendi imperfecta eſt, quia non ſuis ſed alienis opibus gloriatur, alieniſque oculis videt, nec eorum, quæ inventa ſunt, ſubtilitatem atque profundisſimam ſapientiam comprehendere poteſt. Pari modo, ars

Digitized by Google

inveniendi niſi juſta methodo in proponendis inventis ſuis utatur, ſterilis & jejuna eſt, cum ad augendas hominum utilitates nihil vel parum conferre valeat. Quare ſi illæ jungantur, perfecta oritur ars æqui & boni, fines ejus, ubi opus eſt, extenduntur, ipſaque juſtitiæ placita non ſolum vulgo nota fiunt, ſed etiam vis atque pulchritudo ejus pateſcit, mirabilemque in animis hominum æquitatis amorem excitat. Romanos Jctos in utraque arte ſummos fuiſſe, fatendum eſt: id quod ſola illa fragmenta, quæ ex ſcriptis illorum reliqua habemus, demonſtrant. Nobis etiam eaſdem ad

Digitized by Google

ad verum & ſolidum ſcientiæ illius fructum percipiendum non ſolum utiles, ſed & neceſſarias eſſe abunde conſtat. Harum enim ope plurimos errores vel evitari, vel tolli, diverſas opiniones conciliari, ſummam primorum Juris principiorum ſimplicitatem inveſtigari & demonſtrari, & tandem etiam caſuum noviter emergentium difficultates juſta deciſione ſolvi, ipſa experientia docet. Præter alia autem adminicula, quæ artes illæ deſiderant, & ſine quibus perfecta illis ratio conſtare nequit, non infimum locum ſibi vindicat eorum, quæ variis linguis conſcripta ſunt, interpretatio. Ego certe cum

aliquot abhinc annis in interpretanda poſtrema juris noſtri parte, quam Novellæ Conſtitutiones Juſtiniani conſtituunt, operam aliquam collocaverim, eam quidem utilitatem percepiſſe mihi videor, quam Græcas literas Jcto præſtare maximi quique viri ſummo conſenſu prodiderunt, qui Themidem noſtram ἀρτοπόλιδα eſſe, ut cum Ariſtophane loquar, non crediderunt. Sed tum demum maximam felicitatem fructuſque uberrimos me conſecutum exiſtimabo, ſi TIBI SERENISSIME PRINCEPS devotisſima illa obſervantia cultusque humilimus, quo TIBI hoc quicquid eſt operis nunc offero, non diſplicuerit. Pesſimus

ſim

ſim, ſi alii, quam TIBI, ea vellem ſacra eſſe, quæ ad Leges, Jus & Juſtitiam ſpectant, quæ auctorem habent Imperatorem, boni & æqui inventorem ſagacisſimum. Utrumque enim tempus, & belli & pacis recte gubernas, nec victor ſolum in hoſtilibus præliis exiſtis, ſed & juris es religioſisſimus. Conquieſcat ergo apud TE hoc opus, quia pervenit, quo debuit: ſitque monumentum devotionis illius, qua TIBI ſumma cum religione ſum devinctisſimus. Divinum Numen TE SERENISSIME PRINCEPS, patriæ incolumem ſervet, & laudem atque gloriam, quam inter gentes TVO

merito

merito es conſecutus, & quam mihi non niſi profunda admiratione venerari licet, augeat, atque longisſimam ſuperaddat annorum ſeriem, ut perpetuo fruaris perfecta illla felicitate, quæ non niſi paucisſimis contingit.

SERENITATI TVAE

Devotiſſimus, Subjectiſſimus

JOH. FRID. HOMBERGK zu Vach.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

QUamvis laudes illæ, quas præter JCtos noſtri temporis ipſe quoque Imperator Juſtinianus Novellis tribuere ſolet, nimiæ, fucatæ, vel plane inanes eſſent, id tamen Conſtitutiones illæ præ reliquis præcipuum habent, & hoc nomine valde commendandæ ſunt, quod integræ cum Prologis & Epilogis ſuis ad nos pervenerint, in iisque plena Legislatoris voluntas, cum occaſione & ſcopo ejus nobis proponatur. Quantum enim momenti, ad legem explicandam ejus ferendæ occaſio, ſcopus, atque integra Legislatoris oratio conferat, neceſſe non eſt ut hoc loco demonſtremus. Conſtat etenim quantum caliginis inſit conſtitutionibus Codicis Juſtinianei & Theodoſiani, diſcerptis illis & a corpore, cujus partes erant, avulſis, mutilatis & ſæpe interpolatis, reſectis item rationibus & argumentationibus, quas ſolus etiam orationis nexus ſæpe ſuppeditat: e contrario, quantum lucis eædem accipiant, ſi partes in eum locum, a quo abſciſſæ erant, reſtituantur, ſi proœmia, connexa & cohærentia in conſpectu ſint. Id ſaltem affirmare liceat, propter illam, quam diximus rationem, Novellas ſeria & diligenti lectione eſſe digniſſimas. Quemadmodum enim reipſa conſtat, ſi quis Imperatori Juſtiniano toties id aſſerenti credere nolit, fuiſſe eum juſtitiæ & juris condendi ſtudioſiſſimum: ita incertum videtur fueritne æqui & boni amantior, an diligentior in explicanda mente ſua omnibusque conſiliis exponendis, quæ pro inveniendo jure agitavit, uti prudentem & pium Legislatorem decet. Nihil certe omittere voluit, quod nos ad plenum voluntatis ſuæ ſenſum percipiendum juvare poſſit. Neque pulcherrimas & ex ipſis ſæpe Naturæ arcanis deſumtas rationes ad varia facta applicatas deſiderari paſſus eſt, ex quibus vel vetera jura emendari, vel naturæ varietatem novis deciſionibus ad harmoniam deduci poſſe credidit. Anxium

Digitized by Google

xium plane & ſolicitum ſe paſſim oſtendit in veris & genuinis juſtitiæ principiis inveniendis, illisque ad novas ſpecies applicandis. Atque ita cupidum Lectorem manu quaſi ducit ad juſtitiæ fontem, eumque in ipſa arte Legislatoria ſenſim erudit, ſine qua nemo nec perfectus nec prudens Juris Antiſtes eſſe poteſt. Id quoque poſtremæ huic Juris parti non minorem commendationem conciliat, quod Novellas eo ſermone, quo Legislator eas propoſuit, Græco ſcilicet, conſcriptas habeamus. Hac enim ex re illa utilitas ad nos redundat, ut ab Interpretum lapſibus non tantum ſit periculi, nec in tot erroribus verſemur, quibus eos implicari neceſſe eſt, qui Interpreti, illique non ſatis fido, credunt: neve id, quod vel ob linguæ genium, vel etiam intricatum, diffuſum & contortum orationis ſtylum in aliam linguam commode transferri nequit, nos moretur; id enim ipſum clarius, & quemadmodum ſe habet, in ipſo fonte perſpicere poſſumus, quod minus recte in aliam linguam translatum, nonniſi dubia, tædia & errores parere ſolet.

Extat quidem & in omnium manibus verſatur Latina quædam Novellarum translatio, incerti Autoris. Sunt etiam Novellæ a Juliano Anteceſſore in Epitomen redactæ, atque ab alio in ſummas quaſdam contractæ Codicique inſertæ, quas Authenticas appellant. Ac hæc quidem omnia talem utilitatem præſtiterunt, qualem illis præſtare potuerunt, qui Græcas Novellas non habuerunt, vel ſi habuiſſent, eas tamen legere & cum Latinis conferre ignoratione linguæ Græce nequiverunt. Veterem vero translationem quod attinet, illa quidem contemnenda non eſt, ſed velut antiquitatis aliquod monumentum ſuo pretio digna. Et quanquam illa varia judicia experta eſt, in uſum tamen ex cauſa ante dicta venit, eumque in hunc usque diem retinuit: quod plerumque lingua magis familiari quam minus nota & difficiliore, ea, quæ ad ſtudia noſtra pertinent, legere amamus. Ut taceam Græcam linguam paucioribus cognitam & neglectam jacere tanquam non neceſſariam, & nullius fere uſus, quod doctorum virorum diligentia, quæcunque fere Græca lingua conſcripta extant, in latinum ſermonem converſa ſint.

Poſſunt

Digitized by Google

Poſſunt certe ejuſmodi interpretationes illi incommodo, quod varias linguas addiſcendi ſtudium comitari ſolet, remedium aliquod afferre, illiſque ſubſidio eſſe, qui ſenſu Autoris cujuſdam obiter cognito contenti, labori parcere, & temporis compendium facere volunt. Juvant etiam translationes illæ eos maxime, qui ad fructum aliquem ſtudiorum, ingeniis quidem & cupiditatibus ſuis, non vero dignitati diſciplinæ convenientem, percipiendum feſtinant. Sed talem uſum vix alia præſtabit interpretatio, quam ea, quæ, quoad ejus fieri poteſt, exacta ſit, & ſenſum autoris non tam obſcuret, quam declaret planioremque reddat.

In illa certe Novellarum translatione, de qua loquimur, multa ſunt, quæ Eruditis diſplicent: in primis barbariem & obſcuritatem ejus accuſant, aliaque, quæ B. L. ex illorum potius, quam meis verbis cognoſcere malo. Illud, *inquit* ALCIAT. 4. Parerg. 12. admonendus eſt Lector, antiquam Nov. 159. translationem adeo ineptam barbaramque eſſe, ut nullo modo intelligi poſſit. *Idem* lib. 2. cap. 46. verſionem illam *vocat* barbaram, injucundam & ſalebroſam, confuſam & ſpinoſam. HALOANDER *in Epiſt. Nuncupatoria ad Senat. Reip. Nurenbergenſis:* neque ejus me adhuc ſententiæ pœnituit, aut unquam pœnitebit, nimirum quia exploratum habeam, quam miſere frigeant & afflicta ſint hac parte Jura Civilia. In uſu habentur libri, quos quia mendis referti ſunt, quia plurimis in locis imperite tractati, nonnunquam infideliter verſi, ſæpe etiam mutilati ſunt, cognoſcere & perfecte intelligere nemo poteſt. Atque ut aliquis ex parte quippiam intellectu aſſequatur, quod raro & in paucis, neque ex orationis contextu, ſed potius ex frivolis quibuſdam ſummulis fit, incertus tamen adhuc maneat de ſententia neceſſe eſt, cum plenam interpreti fidem habere non liceat; *In Notit. Baſilicorum Joh. Mar.* SUARESII, Interpretem Veterem a pleriſque barbarum, a Viglio utriusque linguæ imperitum, a Leunclavio indoctiſſimum vocari *legimus.* RITTERSHUSIUS. *ad Nov.* procem. cap. 4. *eam dicit* ſemibarbaram, & procem. cap. 5. *inter cauſas difficultatis Novellarum refert quoque* veteris & vulgaris

 in-

interpretis barbaram dictionem, quam talem eſſe ait, ut ab iis, qui Latina intelligunt, vix capi poſſit, cum Græcum textum verbatim ſæpe nullo ſenſu ac etiam nulla Grammatica obſervata reddat, contra præceptum Horatii *in arte:* nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres. Anton. AUGUSTINUS *interpretem Modeſtini in l. 26. & 27. ff.* barbarum vocat, & paſſim in paratitlis: ad Nov. 90. eundem eſſe affirmat, qui Novellas latinas fecit: *quanquam certum eſt, Modeſtini interpretem multis modis veteri interpreti præferendum, illiusque translationem multo fideliorem & meliorem eſſe.* Jacob. GOTHOFRED. *ad l. 1. C. Th. d. Nat. fil. iisdem adſtipulatur, & in Nov. 89.* veterem interpretem barbare quædam vertiſſe *oſtendit, atque ad* l. 1. ejuſd. Cod. d. Mendic. non. inval. Agylæi translationem veteri præfert.

Non deſunt tamen magni nominis JCti, qui veteris interpretis verſionem magnis laudibus cumulant. CUJACIUS Libr. VIII. Obſerv. cap ult. *his eum verbis commendat.* Veterem interpretem rejiciunt & aſpernantur temere omnes: quod equidem fero iniquo animo, cum propter antiquitatem, tum propter eruditionem: *quo etiam loco eruditionem ejus quibusdam exemplis demonſtrat, & paulo poſt addit:* aliis locis innumeris culpari ſæpe imprudenter optimum illum & antiquiſſimum interpretem ab iis, qui ſi conferrent libros ſcriptos cum impreſſis, typographi operam & interpretum incuriam potius exagitarent. *Cujacium ſequitur* CONTIUS, *qui in Epiſtola dedicatoria ad Cambræum affirmat:* Veteris interpretis translationem ex Authentico exemplari factam longe integriore fidelioreque quam hodie extet, vel Scrimgeri vel Haloandrinum, *&c.* ſeque maluiſſe antiquo interpreti ſuam fidem & receptam non immerito auctoritatem ſervare illibatam, quam nova ſua verba ſubſtituere; cum præſertim vel Jacobi Cujacii teſtimonio, qui unus ſit inſtar omnium, evincere poſſit, & propriis etiam obſervationibus, illum melius jus intellexiſſe, quam aut Haloandrum, aut quemvis alium, qui poſtea in iis vertendis operam impenderit; *Idem* CONTIUS *in præfatione* veterem verſionem fideliorem eſſe verſione Haloandri affirmat. *Sic illi in utramque partem.*

Cui

Cui ſententiæ accedendum ſit Candido Lectori & in his ſtudiis verſato judicandum relinquimus. Verum cum hoc loco ex conſuetudine quædam præfanda, nonnulla etiam de neceſſitate laboris a nobis ſuſcepti dicenda ſint, ne hanc rem plane intactam relinquamus, in medium proferemus, quæ translationem illam toties volventes, revolventes, & cum Græco conferentes, experientia didicimus. Utramque ergo ſententiam, tum eorum, qui contemnunt, tum etiam qui veterem translationem laudant, imprimis illorum, qui multa in ea invenerunt, quæ improbent, certo reſpectu cum veritate convenire cognovimus. Neminem enim, qui vel obiter unam ſaltem periodum inſpexit, id, quod illi volunt, negaturum exiſtimo, phraſes, verba, particulas, totumque orationis filum magis ad barbariem, quam mediocrem quendam latinitatis intelligentiam accedere, adeoque ipſam translationem non ſatis claram, ſed obſcuram, tenebricoſam, neque paucis locis ridiculam eſſe. Hujus vero obſcuritatis, quod addendum, hæc præcipua cauſa eſt, quod Vetus interpres Græci contextus filum ſequatur, Græcasque dicendi rationes, quæ nulla fere lingua commode exprimi poſſunt, ut plurimum ad verbum reddere conetur. Difficile enim eſſe Græca in Latinum ſermonem transferre, ipſe Cicero ſæpe conqueritur, & in hoc opere Haloander & Agylæus experti ſunt, maxime ubi compoſitionis aſperitatem, ut ille ait, & intricatum & contortum orationis ductum lingua Latina plane abhorret & refugit, ubi omnino neceſſe eſt, ut e Græcis bonis Latina fiant mala, e Græcis malis pejora Latina prodeant. Altera obſcuritatis cauſa eſt ipſa interpretis ſcribendi ratio, non parum a puritate aliena. Innumeris enim vocibus & phraſibus Latinis peculiari plane & non uſitata ſignificatione utitur, quæ niſi cum Græcis conferantur & ex ſcriptoribus, qui illa ætate floruerunt, explicentur, vix eſt ut vel divinando intelligi poſſint: quod ipſum, uti & illud, quod prima loco poſuimus, per omnes orationis partes oſtendi poſſet, ſi tanti eſſet. Accedit tandem verborum quorundam græcorum varia & ſingularis acceptio: quæ ſi verbo non ſat commodo, nec ita reddantur, ut magis ſententia quam verba loquentis exprimantur, obſcuram & abſurdam orationem exinde fluere neceſſe eſt. Si quem ea,

 quæ

Digitized by Google

quæ obiter ad Novellas notavimus, legere non pigeat, non omni fide quæ diximus deſtitui inveniet. Poteſt & quarta forte cauſa addi, ſtylus ſcil. Juſtiniani Aſiatica luxuria diffluens & propter periodorum longitudinem, nimiam verboſitatem, atque crebras repetitiones per ſe obſcurus & tædioſus. Mirandum igitur non eſt, ſi antiqua illa translatio tam barbara multis videatur: ſumma quippe animi contentione opus eſt ad ſenſum aliquem exinde percipiendum, quem ut plurimum minori cum tædio e Græco textu haurire licet.

Non tamen negamus, in vulgata interpretatione multa ſatis bene verſa, multa etiam appellationibus illo tempore uſitatis expreſſa eſſe, atque hactenus veterem Interpretem pro indocto & plane imperito Græcæ & Latinæ linguæ habendum non eſſe. Qui enim Novellas illas vertit, eum cum Cujacio Græcum fuiſſe credimus, & ſic Græcæ linguæ peritum: magnam vero Latinæ etiam linguæ peritiam illi tribuere non audemus. Apparet certe Julianum Anteceſſorem, eosque qui Inſtitutiones Juris compoſuerunt, meliore ſtylo uſos eſſe: ut dubitandum non ſit, potuiſſe quem eadem ætate eodemque ſtylo meliorem translationem concinnare, quam eam, quæ hodie exſtat. Ne autem omnem culpam in Interpretem rejiciamus, addendum eſt, multa etiam deſcriptorum negligentia corrupta eſſe, quæ neque a Contio, qui tamen ſummam diligentiam in illis emendandis in præfatione ante dicta ſe adhibuiſſe profitetur, emendata ſunt. Verum enim vero licet illa emendes omnia, atque ea, quæ Cujacius typographorum operis & interpretum in curiæ imputat, corrigas, experieris tamen te laterem lavaſſe, & translationem non reddidiſſe meliorem, ſed puriorem, cultiorem, magisque emaculatam barbariem exhibere. Cujacium iniquiore paulum in Haloandrum animo fuiſſe, multis locis deprehendimus, & perſuaſi ſumus laudes quas Veteri Interpreti tribuit Libr. VIII. Obſ. 40. *potius ex minus æquo erga Haloandrum animo profectas eſſe, quam ex ſincero de eruditione fama & autoritate veteris Interpretis judicio.*

Non

Non prætereundum quoque eſt, de omnibus & ſingulis Novellis æquale per omnia judicium ferri non debere. Quarundam enim translatio exiguam vel nullam laudem meretur, adeo ut illa multis non ferenda, vel ut vetus Interpres loqui amat, importabilis, *viſa fuerit, in quibusdam vero mediocris diligentia apparet, ita tamen ut ſtyli tædium ſemper maneat & obſcuritatis exempla, nequid aliud dicamus, ubivis obvia ſint. Quod* CONTIUS *ait, Veterem illum Interpretem, melius Jus intellexiſſe, quam Haloandrum, an verum ſit, non disquirimus. Nullam tamen rationem videmus, qua id probetur, niſi forte eam, quam Contius habuit in ſequendis & probandis opinionibus Cujacii. Neque admittimus, quod idem autumat, veterem translationem ex fideliore authentico exemplari factam, quam ullum hodie exſtet vel Scrimgeri vel Haloandri Quemadmodum enim quædam forte periodi in veteri translatione ſunt, quæ in Scrimgeri editione deſiderantur, ita & in hac multa ſunt, quæ in veteri deſunt. Sunt & multa loca in veteri translatione quæ demonſtrant, Authenticum illud, ex quo illa facta eſt, minus accuratum fuiſſe, quam illud, quo nos utimur: quia ſæpiſſime in noſtro recte ſe habent, quæ in illo peſſime ſcripta fuiſſe antiqua translatio indicat. At iniquum judicem eum eſſe oportet, qui altera parte non audita, nec cauſa cognita pronunciat, vel ex uno aut altero Novellæ loco de toto opere pronunciat. Niſi enim quis omnia loca, quæ in utramque partem afferri poſſunt, in numerato habeat, de prærogativa Authenticorum illorum, & ipſa etiam translatione judicium ferre non poteſt. Ut brevi dicamus, argumenta, quæ hactenus vel ex Cujacio vel Contio attulimus, magis excogitata nobis videntur ad auctoritatem Græco textui, quem ipſi in lucem primi non protulerant, abrogandam, quam ullam veritatis demonſtrationem. Nihil etiam illa definiunt nec nodum ſolvunt, ſed dubia omnia in medio relinquunt. Si enim Cujacius decem vel etiam centum proferat loca, erudite & docte, ut ipſe putat, verſa, alius mille proferet ineptiſſime translata, ut de vitiis ſtyli & ipſa interpretandi ratione nihil dicamus.*

Sed

Sed quicquid ſit, quicquid etiam de veteri translatione quis ſtatuendum putet, ſive eam laudandam, ſive vituperandam exiſtimet, id certum eſt, nemini ſolidæ eruditionis ſtudioſo vitio verti poſſe, ſi eam cum græco textu conferat, & quæ cum hoc non conveniunt, cuiuscunque illa vitio aut male ſcripta aut verſa ſint, in privatum ſaltem uſum ſibi notet. Hic enim primus labor JCti eſſe debet, ut leges latas recte intelligat. Quare quod omnibus licet, id in noſtrum primo uſum ſuſcipere voluimus, deinde ut quadam laboris parte alios levaremus. Quamvis enim cum Cujacio Contius Veteri Interpreti fidem & autoritatem ſuam illibatam ſervare maluerit, non videmus tamen, quare plus illi tribuendum ſit, quam par eſt; & cum ad Græca recurrere, illaque interpretari nobis liceat neſcimus, quid nos obſcurus iſte orationis ſtylus (ne eum barbarum & ineptum cum reliquis dicamus) morari debeat, & cur tandem tot difficultates in opere ſatis pulchro & elegante relinquendæ ſint, quæ non tantum legentem morari, ſed etiam ab earum lectione deterrere poſſint. Neque evidens hucusque ratio apparuit, quare de veteris translationis auctoritate ſervanda in ſtudiorum, & textus Authentici, veritatisque præjudicium, favorem vero operis minus accurati, & incerti alicujus hominis, tam ſolicitos nos eſſe oporteat. Nullam certe rationem Cujacius affert, præter eruditionem & antiquitatem Veteris Interpretis. Sed hæc non obſtiterunt quo minus translationis latinæ S. S. rejecta ſit auctoritas, cum verbum Dei ex ipſo fonte & linguis, quibus revelatum eſt, interpretari liceret. Eadem eſt utrinque ratio. Nam & vulgata illa verſio non minus eſt erudita quam antiqua. Si quam vetus Novellarum translatio propter antiquitatem meretur auctoritatem, retineat eam ſalvam & integram, modo illa conſideretur ut opus privati hominis, non autem ita, ut authenticus Imperatoris textus ei cedere debeat, & propter quam a veritate atque accurata ſtudiorum ratione in alia omnia diſcedendum ſit.

Sed uſus forte vim autenticam illi tribuit, & receptio atque profeſſio vetuſtiſſima in ſcholis nos ligavit, ut Beſoldus *ait diſſert.* de Lib. Juris. *At qui hoc fieri poſſit, neſcimus. Uſus & receptio Juris Juſtinia-*

nei

nei nos ligat, non vero minus accurata interpretatio legum ab homine privato concinnata. Neque enim in ejus gratiam vel propter auctoritatem ejus Novellas recepimus, ſed quia illæ ſunt pars Juris Civilis recepti. Ut autem Latinæ non autem Græcæ in uſum venirent, id inde factum, quia Græcæ non exſtabant. His deinde in lucem protractis, Latinæ cedant neceſſe eſt, utpote quæ non aliter ſe habent, quam ut ἀπογραφον, ſeu exemplum, cui major quam archetypo fides non debetur. JCtorum quorumvis commentationes, ut lubet, carpimus, refellimus, contra pravas opiniones pugnamus, leges latine editas emendamus, ab ipſo tandem Imperatore vix manus abſtinemus, propter veritatis ſcilicet amorem atque ut ſtudiis accurata conſtet ratio: veterem autem Novellarum interpretem omni exceptione majorem credimus, cum tamen veritatis inveſtigatio libera, nec imperium aut uſus illi præjudicium afferre debeat. Quare nos certe in ea ſumus hæreſi, neque bonis literis, neque Reipubl., neque juſtitiæ detrimentum ullum inferri, ſi cum vetere illo Interprete non amplius loquamur, ſi errores & barbariem ejus repudiemus, eamque miſſam faciamus. In aliis enim omnibus diſciplinis id omnes agimus, ut veritate firmata barbaries etiam vitetur. Sed quæ quis ſequatur, quæ probet, quibus delectetur, cujusque arbitrio lubentes relinquimus. Verum ut Lector tandem intelligat, quid hoc labore non minus difficili, quam tædioſo a nobis præſtitum ſit, quamve interpretandi rationem ſecuti ſimus, paucis dicemus, id propoſitum nobis fuiſſe, ut mentem Imperatoris plana oratione & verbis, quoad ejus fieri potuit, propriis & uſitatis exhiberemus, a verbis Imperatoris non diſcedentes, niſi ubi neceſſitas vel linguæ Latinæ ratio id poſceret. Illam enim licentiam, qua alii exigua vel nulla ſæpe verborum ratione habita, ſenſum aliquem pro lubitu ſuo ſequi voluerunt in vertendis JCtorum Græcorum ſcriptis, nobis ſumere nullo modo voluimus. Verbum tamen verbo non reddidimus. Neque enim id facere par erat, etſi Contius in iis, quas ipſe vertit, Novellis, ſtylum Veteris Interpretis hactenus imitandum ſibi duxerit. Juſtinianus certe nullo id modo voluit, dum leges ſuas in Græcam vocem transforma-

 re per-

re permiſit, ſub eodem ordine eademque conſequentia, ſub qua & voce Romana poſita ſunt, quod Græci *κατὰ πόδα* vocant, *ut ipſe loquitur in* Conſtit. Tanta §. 2. d. Vet. jur. enucl. *Nam genus illud interpretandi quod Græci κατὰ πόδα vocant, niſi omnia nos fallunt, non eſt id, quod verba adeo ſequitur, ut nullibi ab eorum ſerie deflectat, id enim puerile eſt, ineptum & ſanæ rationi adverſum: ſed ut ex verbis* d. Conſt. Tanta *apparet, opponitur Commentariis, aliisque interpretationibus, imo, ut ibi dicitur, verboſis perverſionibus, quibus leges in diverſas ſententias in infinitum diſtrahuntur, ut ab antiquis Edicti perpetui commentatoribus factum eſſe ibidem notatur. Indicatur ergo per τὸ κατὰ πόδα, nuda interpretatio vera tamen & rationi atque naturæ linguæ, in quam quid transfertur, conveniens: quæ textui nil addit nec detrahit, quæ nec paraphraſis eſt, nec commentarius nec Epitome, ſed mentem loquentis exhibet: non autem quæ verborum ſeriem pueriliter obſervat. Hanc vero Imperatoris mentem fuiſſe, nec aliam, ſatis apparet ex multarum legum Græcarum, quæ in Pandectis extant, translatione. Sunt enim plures, ubi verbum verbo non reſpondet, ſunt vero & aliæ ad verbum redditæ, idque vitio certe Interpretis, non ex voluntate Imperatoris: omnes tamen illæ interpretationes ſunt κατὰ πόδα, nec minus illæ ubi verbum verbo non reſpondet, quam quæ ad verbum translatæ ſunt. Utræque enim textum integrum exhibent ita ut nihil aut addant aut detrahant. Eundem ſenſum habet τὸ κατὰ πόδα in libris βασιλικῶν, & apud JCtos Græcos. Ubi enim in illis libris ex legibus ff. vel Cod. quædam ut ſuperflua reſecta vel omiſſa ſunt, JConſulti in Commentariis ſuis ſemper provocant ad τὸ κατὰ πόδα i. e.* ad integrum textum legum; *illumque e Latino in Græcum converſum exhibent, ut ex illo de ſenſu legis accuratius ſtatui poſſit. Idem obſervant in Novellis. Ubi enim textus integer extat, præmittitur τὸ κατὰ πόδας, ut videre eſt,* Lib. 21. Tit. 1. in l. 2. C. d. Teſt. *It.* Lib. 48. Tit. 10. in l. 14. *Hinc τὸ κατὰ πόδας & τὸ πλάτος apud eos eſt unum idemque, ut conſtat ex* Libr. LX. Baſil. Tit. 6. in l. 8 C. d. furt. *ad quam vide Scholiaſten ad utrumque provocantem. Sic & τὸ πλάτος citatur* Libr.

XXXVIII.

XXXVIII. tit. 1. & eſt l. 36, §. 1. ff. d. Excuſ. Tut. *Per τὸ πλάτος autem certum eſt integrum textum notari, ut ex ſcholiis Græcorum JCtorum in notis infra a nobis in N. 1. citatis patet. Non ſatis faciunt ergo quæ Contius in* Præfatione ad Librum Novellarum, *ad excuſandum Veterem interpretem affert, his verbis:* Patuit enim legi Juſtinianeæ, quæ ita demum in aliam linguam leges transformari permiſit, ſi modo ſub eodem ordine eademque verborum conſequentia, id eſt eo genere quod Græci κατὰ πόδας dicunt, transferrentur, l. tanta C. d. Vet. jur. enucl. Metuebat enim, ne ſi vulgaris illa libertas paſſim permitteretur, novæ ex verbis legis ſuborirentur calumniæ, & occaſiones illis legibus ut variis & ambiguis non parendi. *Nam metus, quem Imperatori tribuit, plus habet vanæ ſuſpicionis, quam veritatis, verbisque Imperatoris contrariatur. Hic enim omnes interpretationes & perverſiones ideo prohibet,* ne verboſitas aliquod legibus afferat ex confuſione dedecus: *non vero ne libertas recte interpretandi legibus noceret. Illud autem genus interpretandi, quo verborum ordinem non pertinaciter ſequimur, calumnias legibus nullas parit, ſed impedit & tollit, quæ ſunt: nec magis legem variam & ambiguam reddit, quam alterum illud genus interpretandi ineptum & ridiculum: quod ex paucis illis locis quæ infra ex veteri interpretatione proferemus oculis videre licet.*

Subjecimus translationi notas ad græcorum verborum explicationem facientes, iisque etiam Veteris Interpretis, Haloandri, Agylæi, Juliani Anteceſſoris & aliorum interpretationes in locis obſcurioribus inſeruimus, ut Lector ſtatuat quid maxime ſequendum, & quis ſenſus probandus ſit. Contulimus quoque Haloandri Græcam Novellarum editionem, & fragmenta omnia, quæ in libris Βασιλικῶν *extant, variasque lectiones exinde excerptas inſeruimus. Ex MSC. paucas tantum dedimus, easque ſolas, quas Clariſſimus & Conſultiſſimus Dn. Brencmannus, cum in Italia eſſet, ex Codice Vaticano & Mediceo nobiſcum communicavit. Totius enim operis collatio a viro illo humaniſſimo tum temporis inſtitui non potuit. Vaticanus ille, de quo loquimur, inter plures, qui ibi ſunt Novellarum Codices, præcipuus eſt. Me-*

Digitized by Google

diceus vero eſt unicus, qui Florentiæ aſſervatur, papyraceus, ex quò ea accepimus, quæ paſſim ſub nomine Cod. Florent. allegata invenies. Idem vir Conſultiſſimus exemplum Novellarum, quarum titulus ſolum in libris Βασιλικῶν *ad fin.* lib. 6. c. 7. *exſtat, nobiſcum communicavit, Novellæ ſcil. 15. 24. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 102. 103. 134. Ex hoc MSto varias lectiones adſcriptas invenies ſub nomine MSCt.* Βασιλ. *Si quid ex his ad te redundat utilitatis, id ei, qui hæc nobiſcum communicavit, Clariſſimo* Brencmanno *tribues, eique debitas gratias mecum ages. Ut autem commendatio quædam labori noſtro ex aliorum etiam eruditione accederet, addidimus H.* Agylæi *aliorumque eruditorum virorum non paucas obſervationes, item* Gloſſarium F. Pithoe' *ad Juliani Anteceſſoris Epitomen.* Anton. Auguſtini interpretationem verborum Juliani, *ut &* Paratitla *ejusdem Anton. Auguſt. quæ ad calcem libri integra ſubjecimus. Ipſi porro Novellarum ordini Græcas quasdam Epitomas ex Haloandro & libris* Βασιλικων *inſeruimus. In vulgatis enim editionibus, cum quædam illarum jam extent, reliquas etiam, quas addidimus, ſuo loco ponendas eſſe duximus. Adjecimus etiam integras tres Latinas conſtitutiones, trigeſimam, nempe, quintam, ſextam & ſeptimam, quas Juliani Epitomæ in editione Baſil. 1576. ſubjectas invenimus, & quarum Epitomæ ſolum in vulgatis Editionibus extant. Interpretationi noſtræ textum etiam Græcam adjeciſſemus, ſi per nos id ſtetiſſet. Sed tot nobis id omnino volentibus objectæ ſunt difficultates, ut conſilium illud mutandum atque id agendum eſſet, ut in notis quoque breviores (& ſic quoque obſcuriores interdum) eſſemus. Si quid minus recte a nobis dictum ſit, id Lectoris arbitrio vel excuſandum vel damnandum permittimus. Quod ipſi deprehendemus, illud indicabimus, & corrigemus, cum Obſervationes Juridicas, ſive Commentarium cum reliquiis Commentarii Regn. Sixtini ad Novellas, cujus Rittershuſius in Proœm. Expoſ. Novellas c. 4. n. 12. meminit, edemus.*

Reliquum

Digitized by Google

Reliquum eſt, ut pauca quædam ad Veterem translationem pertinentia examinemus. Ac primum quidem cum Græcæ & Latinæ linguæ peritis non poſſit non eſſe manifeſtiſſimum, Novellas Juſtiniani Græca Lingua conſcriptas eſſe, & Latinas, quas habemus, non eſſe authenticas, veniam ab Erudito Lectore rogandam putamus, ut in Tyronum gratiam, ne illi quid deſiderare queant, paulo prolixius id probare liceat. Conſtat igitur primo Imperatorem Novellas quasdam Latina, quasdam vero graeca lingua edidiſſe. Ipſe enim in præfat. *Latina* Novellæ 17. *his verbis id affirmat:* Se librum mandatorum compoſuiſſe, eumque ſubter per utramque Linguam annexum eſſe, ut detur adminiſtratoribus ſecundum locorum qualitatem in quibus Romana vel Græca lingua frequentatur. *Idem dicit in Nov. 66. cap. 1. §. 2. ſe duo exempla conſtitutionis de modo inſtituendi liberos feciſſe, quorum unum Romanorum lingua ſit conſcriptum ad Salomonem Præfectum Prætorio in Africa. Omnes vero illas Novellas, quæ nobis latina ſolum lingua in vulgatis editionibus exhibentur, ab Imperatore Latine editas eſſe nulla probabili ratione aſſerere poſſumus. Nam Græcæ dictionis veſtigia etiam in illis apparent, nec dubitandum eſt potuiſſe & Græci exempli pulchram & accuratam interpretationem eo tempore a quopiam concinnari. Potuit & textus Græcus periiſſe, ut latinæ illæ, quas Imperator Nov. 17. & 66. ſe edidiſſe dicit, perierunt. Translationes enim illarum Novellarum, quæ inter cæteras antiqui Interpretis exſtant, ab Imperatore ita ut extant editas eſſe, adduci non poſſumus ut credamus. Si quis Novell. 36. & 37. quas integras nunc habes, putet latine ſcriptas eſſe, quia ad Africam ſolam pertinent, ubi forte lingua Græca non admodum in uſu fuit, non repugnabimus; nihil tamen certi definire audemus. Nobis enim ſedet omnes Novellas Græca lingua conſcriptas eſſe, niſi exceptio poſſit evidenter demonſtrari, quod in pauciſſimis fieri poterit. Novellæ certe 111. textum Græcum ad Latini contextus ſeriem formatum, atque ita translationem Græcam eſſe, probabile nobis viſum eſt, idque ex ſtylo ejus textum utrumque conferenti patebit.*

Verum ut probemus Græcas, quas habemus, Conſtitutiones græca lingua, non vero Latina conſcriptas eſſe: veroſimile primum non videtur Imperatorem alia lingua quam Græca, Conſtitutiones ſuas promulgare voluiſſe, cum Græca illi fuerit familiaris, ut ipſe fatetur Nov. 28. c. 2. ipſeque eas ad Græcos dirigeret, Præfectos ſcil. Prætorio, Epiſcopos, aliosque, quos omnes latinæ linguæ peritiam habuiſſe probari nequit. Deinde, cum Imperator, quod in plurimis extat Novellarum Epilogis, voluerit, ut illi, ad quos leges illas ſcribebat, ſubditis manifeſtas facerent, & publice proponerent, Græca certe lingua id fieri voluit. Incommodum enim nimis fuiſſet, ſi non abſurdum, ſi Imperator leges ſuas latine ſcriptas in Græcam linguam transferri voluiſſet, quas lingua ipſi Imperatori ſubditisque, quibus ferebantur, familiari adeoque breviore via ferre poterat. Hinc eſt quod Imperator. Nov. 17. in fine jubet, ut ἰσοτυπὸν *(non verſio)* ſacrorum mandatorum quæ conſtitutione illa continentur, non ſolum publice in Metropoli, ſed & reliquis provinciæ civitatibus proponatur, ut omnes cognoſcant, an obſerventur *&c. Teſtem etiam habemus* Joh. Malalam *qui* pag. 211. *ait:* Imperatorem de ſportulis ſolvendis Edicto caviſſe, ne quis ultra dimenſum ſuis legibus præfinitum ſumere auderet, idque Edictum Antiochenos Græcis literis ſcriptum in Titulos Tabularum relatum habuiſſe. *Simile quid vide apud eundem* pag. 220. *Ipſe porro Imperator teſtatur, ſe Novellam 7. non patria lingua (latinam enim paſſim* πατρῴαν φωνὴν *vocat) ſed communi & Græca ſcripſiſſe, ut omnibus nota ſit propter interpretationis facilitatem: verba ſunt Imperatoris in* d. Nov. 7. c. 1. *Adde præfationem Latinam* Nov. 7. & Nov. 66. c. 1. §. 2. *quibus locis expreſſe Imperator aſſerit ſe Græcum illarum conſtitutionum exemplum edidiſſe, ut illis det Adminiſtratoribus, qui ſunt in locis, ubi Græca lingua viget, & quia Græca lingua populo conveniat. Sunt etiam quædam conſtitutiones quas Julianus dicit locales eſſe, ut* Nov. 63. de nov. oper. nunciat. Nov. 64. *d. Hortul.* Conſtantinop. civit. *item* Nov. 65. d. alienat. rer. Eccleſ. Myſ. *&c. &c. quas plane improbabile eſt latine editas fuiſſe.*

Evi-

Evidentiſſimum etiam indicium facit, quod Julianus Anteceſſor initium Novellæ 127. exhibet, his verbis: Noſtras leges corrigere non tardamus, ubique quod convenit ſubjectis invenire volentes *&c. Hæc autem verba ex latina & vulgari editione non deſunta ſunt, ubi legitur:* Noſtras leges emendare nos non piget, ubique utilitatem ſubjectis invenire volentes. *Conſequens igitur eſt, ut e Græco exemplari initium illud ipſe verterit, vel dicendum ſit plura Imperatorem feciſſe exempla Novellarum latinarum inter ſe diſcrepantia. Sic & Novellæ 138. adjectum eſt ab eodem* Juliano: Similis huic conſtitutioni Græca ſubſequitur, quæ jubet in his tantum quæ civitates mutuantur locum non habere. *Ex quibus verbis utique apparet aliquas Conſtitutiones ab Imperatore Græca lingua ſcriptas fuiſſe. Denique idem Julianus initium Nov. 150. refert his verbis:* Quanquam videor conſcripſiſſe in regia civitate. *Sed quia in noſtris editionibus nihil ejuſmodi exſtat, niſi quòd ex libr. Baſilicon deſcriptum eſt, ut ſuo loco infra monemus, de hoc loco judicium ferri nequit. Sunt & tandem loca ſine dubio in Juliani illius Epitome, quæ mentem Græci textus fidelius exhibent, quam vulgata illa translatio: quæ certe ille, in ea, qua nos utimur, non potuit legiſſe, ſed in Græca, vel alia Latina; meliore. quod vero ad reliquas Novellas Græcas attinet, de quibus neque ex indicio Imperatoris aut Juliani, aut alterius probari nequit, eas Græce conſcriptas eſſe, ſciendum eſt, id in illis evidenter demonſtrari ex ſtylo vulgatæ translationis, ut pote in qua manifeſtiſſima Græci idiomatis veſtigia in omnibus fere lineis cernuntur. Neque enim aliter fieri poteſt, quam ut id, quod in Græco textu ſecundum idioma linguæ & ex conſuetudine omnium illa lingua utentium recte & eleganter dicitur, ſi in alia lingua ad verbum expreſſum obſcure inepte & barbare redditum appareat, ut, inquam, Græcum illud quod recte ſe habet authenticum, hoc vero verſio quædam inepta ſit. Etenim ſine pudore affirmari nequit Imperatorem, vel qui ejus juſſu Novellas compoſuerunt, de induſtria id egiſſe, ut Latina ſecundum normam Græcæ dictionis ita componerent, ut dictionis latinæ ejusque uſus nullam*

Digitized by Google

nullam plane rationem haberent. Meliori quippe ſtylo multos illius temporis doctos ipſumque Imperatorem uſos eſſe alia ejus ætatis ſcripta auctoritate Juſtiniani edita, docent, quæ in omnium manibus verſantur. Quæ enim in Inſtitutionibus Juris Civilis, non ex veterum JCtorum liberis deſcripta ſunt, illa etſi Græciſmis ſcatcant, multo tamen melioris ſunt commatis, quam veteris Novellarum Interpretis translatio, pauciſſimis forte locis exceptis. Idem patet ex Juliani Epitome, apud quem ſtylum quidem illius temporis videbis, multo tamen elegantiorem, quam quo vetus Interpretes utitur. Quod in ſacris libris Veteris Teſtamenti in Græcam linguam translatis uſuvenit, idem quoque hic accidit. Non defuerunt enim, qui Græcam illorum editionem authenticam eſſe, eosque ex Græco in linguam Hebraicam converſos affirmarent. Sed fidem illi hujus aſſerti facere non potuerunt, cum ipſe ſtylus multaque ex Hebraica dicendi conſuetudine dicta liquido doceant, Græca ex Hebraico, non viciſſim Hebraica e Græcis converſa eſſe, ut alii abunde demonſtrarunt.

Ne quid deſit, loca quædam adſcribemus ad Græci textus σχῆμα formata, pauca tamen, ut chartæ parcamus. Poſſent enim ſecundum omnes orationis partes innumera produci. Igitur Interpres noſter in Nov. 22. cap. 46. §. 8 *ad imitationem Græci textus*], *duos genitivos abſolute poſitos uno genitivo & ablativo, reddit, verba d. Nov. ſunt,* τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα περὶ διαδοχῆς εἴρηται &c. ἀκεράτων φυλαττομένων: *quæ ille ita:* aliorum omnium, quæ de ſucceſſionibus dicta ſunt &c. intactis manentibus. *In Nov. 22. cap. 44. §. 8. habetur* δηλαδὴ τῶν τυχηρῶν περιστάσεων κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν &c. θεωρουμένων. *hæc autem ille*, ſcilicet fortuitorum caſuum ſecundum ſuam naturam &c. conſervata, *cum debuiſſet vertere:* ſcilicet fortuitis caſibus ſecundum &c. ſpectandis. *His adde Nov. 99. præfat.* ubi quod Imperator dixit δεῖσθαι τινὸς προσθήκης οὐκ ἀγενοῦς: Egere non ignobili incremento *vel* inſigni, *ille reddidit:* egere incremento non ex genere, *ubi Interpres videtur*, οὐκ ἐκ γένους *legiſſe. Nov. 17.* & non permittere nihil ultra &c. *quæ barbare verſa eſſe dicit. Ant. Aug. lib. 2. Emend.*

Digitized by Google

Emend. cap. 1. Nov. 109. cap. 2. Licebit autem eis melioris ſententiæ factis &c. & hac ſemper contentis, *quæ ſi cum Græcis conferas exinde translata eſſe invenies :* ἔξεστι δὲ αὐταῖς τῆς βελτίονος γενομέναις γνώμης *&c.* καὶ ταύτης μέχρι παντὸς ἀντεχομέναις. *Idem videbis in ſequentibus omnibus exemplis. Nov. 5. cap. 2. §. 1.* hunc reddi Domino, cum quibus forſan abripuit τοῦτον ἀποδιδόσθαι τῷ κεκλημένῳ μηθ' ὧν ὡς εἰκὸς ὑφείλετο. *Cap. 6.* nullum in reliquis habeat participium μηδεμίαν ἐχέτωσαν μετουσίαν *&c. Nov. 18. cap. 6.* ἢ ὑπὸ τῆς ἐν θανάτῳ ταραχῆς στενοχωρούμενος οὐκ ἐμνήσθη τούτου, aut præ tumultu mortis anguſtiatus hujus non eſt memoratus. *Nov. 82. cap. 2.* αὐτὸς τὴν ὑπὲρ τοῦ παντὸς κρίσιν ἐξοίσων, ipſe pro omni negotio judicium portaturus. *Ubi* Julianus Epit. *recte ſcripſit*; ipſe ſententiam dicat. *Nov. 1. cap. 1. in fin.* μὴ μόνον τὸ παρ' ἑτέρων αὐτὸς λαβεῖν θεωρείτω, & non ſolum ab aliis ipſe ſe percipere contempletur. *Nov. 3. præfat.* συνείδομεν ἑαυτοὺς καθεῖναι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ζήτησιν. Perſpeximus noſmet ipſos deponere, ad hujusmodi cauſæ inquiſitionem. *Nov. 3. præfat. in fin.* quatenus rerum omnium creditoribus cederet. τὸ τῶν ὄντων ἁπάντων τοῖς δανεισταῖς ἐκστῆναι. *Nov. 5. præfat.* μηδὲ τὸ μοναχικὸν ἔξω καταλιπεῖν τοῦ προσήκοντος. neque quod monachicum, extra quod competit, relinquamus. *Nov. 18. præfat.* quatenus ei placiti videamur, ὅπως ἂν ἀρεστοί τε αὐτῷ φανοίμεθα. *ibid. cap. 11.* πρὸς θεράπαιναν οἰκείαν σχοίη κατά τινα βελτίονα γνώμην. ad ancillam propriam habuerit quandam meliorem ſententiam. *Nov. 22. cap. 46.* τινὰ τῶν οἰκείων διαδεξαμέναις παίδων, & quasdam propriorum accipientes filiorum, *pro* ſuccedentes filiis ſuis. *Nov. 42. c. 1.* κυρίαν τίθεται. Cyriam propriam fecit. *ibid. cap. 3.* κυριωτέραν ἔτι, magis cyrioteram. *Nov. 53. cap. 3. §. 1.* πολλάκις δέ τι καὶ οἰκεῖον ἐπὶ τῷ φεύγοντι διοικουμένῳ, plerumque autem aliquid etiam proprium contra eum diſpenſante. *Nov. 72. cap. 6.* ἐπὶ τοῖς ἀρχαίοις, in antiquis, *cum tamen ſit* ſors. *Nov. 74. præfat.* Ex his autem quæ a natura rerum per ſingula moliuntur, ἐκ δὲ τῶν καθ' ἑκάστην ὑπὸ τῆς φύσεως τεχναζομένων. *Paulo poſt*, mulierem puro affectu ſibi conſternatam, κατὰ ψιλὴν διάθεσιν αὐτῷ ἐγγυωμένην, *N. 85.* τοῖς μέλλουσιν ἐφεστάναι, *futuris præeſſe i. e.* qui præ-

erunt. *ibid. Nov. 51. præf.* comperimus importabilem calumniam contra ſtudendam a nobis fieri caſtitatem. Ἕυρομεν ου φορητὴν ἐπήρειαν κατὰ τῆς ἡμῖν σπουδαζομένης γίνεσθαι σωφροσύνης. *Nov. 69. præfat.* ita juſte credentes. *ubi legit* ὄυτω δικάιως πιςεύοντας, *pro* ου τῷ δικαίῳ *&c. Nov. 74. cap. 6.* ex conſcripta procedat copulatione. ἐκ καταδικασμένης προέλθοιεν συναφείας. *Nov. 70.* ſi futurus ſit aliquis liber hujuſmodi fieri fortuna. εἰ μέλλοι τὶς γίνεσθαι. *i. e.* ſi erit. *Nov. 85. cap. 3.* ἐν ἀπογραφῇ τὰς ὀνομασίας ἀυτῶν ποιεῖν. in deſeriptione nomina eorum facere. *Nov. 86. c. 2.* in dubitationem habere judicem. ἐν ὑποψία ἔχειν τὸν ἄρχοντα. *N. 89. præf.* Non erat in ſtudium ου διεσπούδαςο. *Nov. 109. cap. 2.* Licebit autem eis melioris ſententiæ factis *&c.* ἔξεςι δὲ ἀυταῖς τῆς βελτίονος γινομέναις γνώμης. *Nov. 90. præfat.* at calliditate plurima hominum adveniente animis, periclitatur migrare in contrarium ordo cauſæ. πονηρίας δὲ πολλῆς ταῖς ἀνθρωπίναις ἐπιγενομένης ψυχαῖς κινδυνεύει μετελθεῖν εἰς τοὐναντίον ἡ τοῦ πράγματος τάξις. *Nov. 90. cap. 3.* ſed exigimus, quod deprecatum eſt ab eo, qui deduxit teſtes in hoc ipſum. ἀλλ᾽ ἀπαιτοῦμεν τὸ παρακεκλῆσθαι (*ut rogentur*) παρὰ τοῦ παράγοντος τοὺς μάρτυρας ἐπ᾽ ἀυτῷ τούτῳ. *Nov. 129. cap. 2.* πάλιν. iterum, *legit Vetus Interpres pro* πολλὴν, multam *&c. Nov. 120. præfat.* multis & diverſis legibus ſuper alienat. *&c.* plantantibus. Πολλῶν καὶ διαφόρων νόμων ἐπὶ ταῖς ἐκποιήσεσι *&c.* φοιτησάντων. *id eſt*, multis diverſis legibus editis *&c. ubi Vetus Int. legit forte* φυτησάντων, *&c. &c. Hæc ſunt exempla elegantiarum antiqui interpretis ex innumeris pauciſſima, quæ Contius & Cujacius ſumma religione ſervari volunt, eaque ad id ſufficere putamus, ut Lector judicet, utrum Græcus textus ad latinam dicendi rationem, an vero latinus ad Græcam loquendi conſuetudinem ſit formatus. Non minus etiam ex locis illis de iis, quæ ſupra quantum ad ſtylum & eruditionem interpretis in utramque partem diſputata ſunt, judicium aliquod ferri poterit.*

Sed illis quidem nunc miſſis alio adhuc argumento probemus, Novellas Græce non Latine editas eſſe. Imperator multis locis, ubi latina verba in jure uſitata & recepta Græco textui inſeruit, hac ratione id excu-

excuſare ſolet, quod verba Legum ſint & Juris. Facit id in Nov. 1. cap. 1. §. 4. ubi ait : καὶ ἀδιτίον@ ἤτοι *pro hærede geſtionos* ἔχειν δικαίον, ut aditionis & pro hærede geſtionis jus habeant. *addens,* ταῦτα δὴ τα τȣ͂ νόμȣ ῥήματα. hæc legum verba ſunt; *Novella quoque 91. c 2.* ὥϛε ἢ *profectitiav* ἢ *adventitiav* ἆναι τὴν προῖκα, ταυτὰ δὴ τὰ τȣ͂ νόμȣ ῥήματα. ut aut profectitia aut adventitia dos ſit, hæc enim verba legis ſunt. *Non neceſſe autem erat addere, quod verba illa legis ſint, ſi Novellas lingua latina conſcripſiſſet. Plura loca in notis habes ad* d. Nov. *Accedit quod Vetus ille Interpres in translatione ſua verba quædam Græca retinuerit, quæ vel ex ignorantia, ut quidam volunt, vel ingenuitate & candore, ut alii contendunt, latine vertere vel noluerit, vel non potuerit, cum tamen non ſint difficilia, & alibi paſſim recte verſa. Hoc nullo colore Imperatori tribui poteſt, ſi latine loqui voluiſſet, & quidem in verbis nullius plane momenti aut emphaſeos. His ſi quis addat nonnulla in textu latino propter corruptum textum Græcum depravata & corrupta legi, is certe verum eſſe quod dixi inveniet. Exempla quædam antea attulimus.*

Græca igitur lingua pleræque Novellæ ſcriptæ ſunt. Quod ſi verum eſt, non dubitamus quin textus Græcus Authenticus ſit & Juſtiniani, licet dubitaverit Strauch. Irn. non err. cap. 3. *inquiens :* Sed neque textus Græcus is eſt, cui ceu Authentico fidere tuto poſſis. Eſt enim in hunc usque diem incertum, an hic, quem habemus Juſtiniani fuerit, nec ne? Nec enim is viſus fuit, antequam Gr. Haloander edidiſſet primum Norimbergæ. anno 1531. & deſiderabantur tum aliquot Conſtitutiones Græcæ, quas partim poſtea ſupplevit Hervagius, partim Scrimgerus ex libro Cardinalis Beſſarionis Bibliothecæ Venetæ relicto. Vid. Ant. Aug. l. 32. Emend. cap. 8. & quis præſtabit mihi etiam nunc eas habere integras emendatas & Juſtiniani primigenias. *Sic ille. Rationem dubitandi habet Strauchius, quia non viſus ſit textus Græcus, antequam eum Haloander Norimbergæ edidiſſet, ſed parum idoneam. Tempus enim, quo ſcripta latent, fidei & ingenuitati eorum nihil detrahit. Latent forte hodie ſcripta multorum genuina,*

 & No-

& Novellæ etiam quædam Imperatorum ineditæ. Quod autem deſideratæ fuerint multæ Græcæ conſtitutiones, id illarum fidei, quæ exſtant, nihil derogat. Deerant etiam quædam Conſtitutiones in vulgari verſione Latina, quas Contius aliunde ſupplevit. Quærit tandem Strauchius quis præſtabit mihi etiam nunc eas haberi integras, emendatas & Juſtiniani primigenias. *Sed quis præſtabit Latinas eſſe integras & emendatas Juſtiniani primigenias. Sed hac de re judicium ferant, qui de ingenuitate ſcriptorum judicare poſſunt. Nobis perſuaſum eſt, Græcas Conſtitutiones Juſtiniani primigenias eſſe, quia latinæ ad Græcum quoddam exemplum expreſſæ apparent, ut oculis id videri poſſit, & Græco exemplo, quod nos habemus, conveniunt: deinde quia Novellæ Græcæ ſtylum Juſtiniani, phraſes innumeras, totam orationem, ipſumque etiam animum ejus præ ſe ferunt. Si enim illæ conferantur cum aliis Juſtiniani Conſtitutionibus quæ ſunt in Codice & Inſtitutionibus, cum item Novellis Leonis & aliorum Imperatorum, de veritate eorum, quæ diximus, conſtabit: ut taceam illas totidem verbis in Libris* Βασιλικῶν *reperiri ac JCtos Græcos earum prologos in Commentariis ſuis referre. Si paucæ lacunæ ſuppleantur, eas cæterum integras eſſe non dubitamus. An vero ſatis emendatæ ſint, aliorum ſit judicium. Sed licet etiam minus emendatæ eſſent, nihil tamen autoritati textus ea re detrahitur. Neque enim translatio latina magis emaculata, vel integra eſt, ſed multis numeris Græco textui, noſtro quidem judicio, inferior. Provocat idem Strauchius ad Albericum Gentilem JCtum exquiſiti judicii, qui* diſput. de lib. Jur. Civ. Cap. 7. de textu, *inquit*, ipſius Juſtiniani Græco non conſtat ſatis, qui ſit aut ubi ſit. Et porro Cujacius Veterem Interpretem ex alio exemplari Græco feciſſe ſuam interpretationem ſcribit, quod & nemo non videt, collatis libris præcipue & rubricis. *Nulla eſt neceſſitas ut hæc refutemus. Sive enim Vetus Interpres ex noſtro ſive ex alio translationem confecerit, nihil refert. Rubricas omnes Latinas cum Græcis non convenire, certum quidem eſt, ſed quid inde ? Rubricæ verſionis Latinæ in omnibus MStis non fuerunt eædem, neque etiam rubricæ*

Digitized by Google

bricæ authenticæ ſunt, ut infra dicemus. Producit idem Molinæi judicium de Haloandri Græca Novellarum editione, ſed reſervabimus id ad finem præfationis.

Verum de auctoritate Novellarum ſat dictum in præcedentibus. Videndum porro eſt, quis ſit auctor vulgaris interpretationis. Ne autem opiniones aliorum multis exponere neceſſe ſit, qui translationem illam vel Bulgaro vel Burguntioni Monacho Piſano adſcribunt, id ſaltem monemus, nihil certi de autore afferri poſſe. Veriſſimum quippe eſt, Conſtitutiones illas non unum interpretem, ſed varios habuiſſe. Satis id probatur ex ſtyli & verſionis Latinæ maxima diverſitate. Quædam enim ſatis bene, plurimæ vero peſſime translatæ ſunt; imo rectiſſime Gothofredus in notis ad Novellas docuit, unam & eandem conſtitutionem, multoties ſibi eſſe diſſimilem. Diverſitatem illam in ſtylo veteris interpretationis ex ſeria & repetita lectione Novellarum vel omnium vel ſaltem plurium Lector facile dignoſcet. Conſequens eſt, ut qua ætate vulgata translatio facta ſit dicamus, utrum Bulgari ætate, ut multi putant, an alia. Recte autem oſtendit Contius, eam antiquiorem eſſe tempore Gregorii M. quia is ex Novellis illis quædam jam excerpſit, quæ alibi leguntur. Hinc vulgaris opinio orta videtur, eam non multo poſt Juſtiniani tempora prodiiſſe, quæ certe ad veritatem proxime accedit. Si quid enim videmus, translatio illa eſt antiquiſſima, ut neſciamus an non dicendum ſit, ut quæque Conſtitutio prodiit, ita eam verſam eſſe: certe ipſa Juſtiniani ætate Novellas verſas eſſe, docet ſtylus. Similis enim eſt illi, qui in Conſtitutionibus Juſtiniani in Codicem relatis reperitur. Convenit etiam cum ſtylo Juliani, ſi verborum quorundam uſum & modos quosdam loquendi ſpectes. Juliani tamen ſtylus elegantior eſt, & pleræque etiam Codicis noſtri Conſtitutiones melius ſunt verſæ, quam Novellæ. Quin in ipſis Conſtitutionibus Juſtiniani multæ ſunt phraſes ex Græco formatæ, quas cum noſtra translatione communes habent, aliaque multa, quæ demonſtrant veterem translationem illi ævò tribuendam eſſe. Quod ipſum de Græcis etiam legibus, quæ in Pandectis reperiuntur & in Latinam linguam translatæ ſunt, intelligendum

dum eſt. Nam neque illarum verſio eundem habet auctorem, etſi eas eodem forte tempore, quo Pandectæ compoſitæ ſunt, verſas putemus. Alciatus *quidem in* Parerg. 29. *Bulgarum leges ff. Græcas vertiſſe docet, ſed id nobis veriſimile non videtur. Idem quippe de legibus illis ſtatuendum quod de Novellarum noſtrarum verſione diximus. Conferatur* l. 34. §. 7. ff. d. leg. 2. *l. 88. §. 15. eod. cum l. 26. §. 1. ff. depoſ. l. 30. §. 1. ff. d. adim. vel. transf. leg. l. 11. §. 1. ff. ad L. Jul. pecul. l. 16. §. 6. ff. d. pœn. l. 1. §. 1. ff. d. Appell. & apparebit has pulchre ſatis & docte verſas eſſe, illas non item. De Interprete Modeſtini lib. d. Excuſat. &c. nil dicemus. Ant. Auguſtinus illum barbarum vocat, & peſſime habet, etſi certum ſit illum noſtro Interpreti multis modis præferendum, nec tot barbariſmis ſcatere. Nihil etiam dicemus de reliquis legibus ff. quas Alciatus nobis græce exhibet, & quarum translationem, quæ extat in Corpore Juris, exagitat. Omnes enim illas eo tempore, quo in Corpus Juris redactæ fuerunt, vel paulo ante verſas eſſe credimus.*

Inſcriptiones Novellarum Græcas quod attinet, antiquas eſſe & illius fere temporis, quo editæ ſunt, certum eſſe videtur. Nam Joh. Malala meminit Edicti, περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ κατὰ ἀσεβῶν αἱρετικῶν *p. 220. in Juſtiniano. Julianus etiam notat Nov. 17. inſcriptam eſſe de* Mandatis Principum. *Authenticas vero illas eſſe probabile non eſt, uti nec inſcriptiones capitum. Diverſus enim in illis eſt ſtylus, aliæ plane phraſes, & verba minus uſitata, maxime in N. 74. Inſcriptiones capitum veteris latinæ verſionis magnam partem ex Juliano deſumtæ, & exinde, ut videtur, in Græcum exemplar translatæ ſunt, interdum perperam vel lectæ vel acceptæ. Sic in Nov. 78. cap. 2. pro libertis, quod eſt apud Julianum in Græca inſcript. poſitum eſt* παίδων, liberis. *Non omnes tamen ex illo ſumtæ ſunt, ut in Nov. 82. videre eſt. In Nov. 78. cap. 5. inſcriptio ex Juliano habet:* ratio conſtitutionis *quod aliquis vertit* περὶ καταστάσεως, *cum debuiſſet* διατάξεως *ſcribi. In Nov. 89. cap. 9.* ἀρχων *pro* Imperatore *ponitur, cum* Magiſtratum *denotet. Kubrum etiam cum nigro non ſemper ibi*

con-

convenit. Idem de diviſionibus capitum dicendum eſt, etſi eas quoque antiquas eſſe neceſſe ſit, quia Julianus certo loco capitis mentionem facit. Ipſa vero capita ſæpe ſine ratione diſtincta ſunt.

Ordo Novellarum, qui eſt in editione Scrimgeri, antiquior eſt editione βασιλικῶν. *Illum enim horum Interpretes ſervant, & in ipſo quoque textu* βασιλικῶν *mentio fit Novellarum, eo quo apud nos ſunt ordine: ut in epitome Nov. 138. ubi allegatur Nov. 160. & in epitome Nov. 33. & 34. apud Haloandrum, ubi allegantur Nov. 32. 33. 34. Item in lib. 60.* βασιλ. *Tit. 38. citatur in textu Nov. 51. & in ſcholiis, ubi etiam extat initium ejus. Idem fit a Græcis JCtis & Balſamone qui citat Nov. 123.*

Supereſt ut de Haloandri Codice quædam in medium proferamus. Contius in præfatione Novellarum ait: eam a privato quodam homine propria autoritate contaminatam eſſe. Car. Molinæus a Strauchio loco ſupra citato allegatus in eadem eſt ſententia, qui & alia addit, quæ videntur adſcribenda. Ita vero ille de uſur. num. 69. Græcus Novellarum Codex, quem Haloander Latinum fecit, adhuc minus prototypus eſt Novellarum, imo longius recedit & diſcrepat a prototypo non ſolum in nativa litera, ſed etiam in ſententia, quam liber Authenticorum, qui vulgi manibus teritur. Ipſe enim ex multis deprehendi Codicem illum Græcum Haloandri fuiſſe deſcriptum ex libro privato cujuſdam Græci Scholiaſtici vel Studioſi Juris qui in libro ſuo proprii uſus gratia multa ſuper textum & in margine ejus notaverat, præcipue circa ea, in quibus poſteriores Novellæ corrigunt vel limitant priores, quæ omnia ut erant a privato homine in textu mutata & margini addita, ſucceſſione temporis, dum libri ad vetuſtatem vergentes imperitorum opera transſcriberentur, deſultaverunt in textum ipſius literæ textualis. *Sic ille. Sed ſciendum eſt, omnem diverſitatem, quæ eſt inter editionem Haloandri & Scrimgeri atque latinam vulgatam, exinde profectam eſſe, quod Novellæ Græcæ Haloandri fuerint olim ex libris* βασιλικῶν *collectæ & in corpus redactæ, quod ille edidit; atque exinde tot ibi lacunæ, tot capita ex aliis Novellis in alium locum*

trans-

translata, tot Novellæ omiſſæ, aliave mutata, quia compilator incuria forte vel alio caſu capita Novellarum plurimarum promiſcue ibi poſita, & quæ ad quamlibet pertinerent, nec diſcernere potuit, nec deſcribere, quæ ibi non reperit. Nam ut in notis ad Nov. oſtendemus, quo ordine apud Haloandrum leguntur, eodem & in Baſilicis extant: & quæ hic deſunt etiam apud Haloandrum deſunt. Una epitome eſt apud Haloandrum, cui quædam inſerta ſunt, quæ in Baſilicis non extant. Eſt & epitome Nov. 114. *in vulgo editis, quibus utimur, cui quædam adjecta ſunt, quæ in Baſilicis inter notas Scholiaſtis leguntur, uti infra ſuo loco videre eſt. Hinc & Haloandri textus, ubi diſcrepantem a noſtris habet lectionem, plerumque librorum* Βασιλικῶν *lectionem tuetur. Ut ſatis certum ſit a privatis nihil, ut illi opinantur, ibi depravatum aut mutatum eſſe, præter ordinem forte capitum, quod quædam a ſuo loco in alium rejecta, quædam vero omiſſa ſint.*

(1) NO-

Digitized by Google

(1)NOVELLÆ CONSTITUTIONES IMPERATORIS JUSTINIANI AUGUSTI.

Conſtit. Prima.

(2)DE HÆREDIBUS ET L. FALCIDIA.

Tit. I.

IMPERATOR JUSTINIANUS AUGUSTUS(3) JOHANNI glorio-

A

(1) *Novellæ*) Νεαραὶ διατάξεις, i. e. Novæ: *Secundum novellæ noſtræ conſtitutionis diviſionem pr. Inſt. per quas perſ. acq. obl. Novella conſtitutio Leonis l. 25. C. d. Teſtam.* Dicitur & *novella vitis* apud Virgilium. *Novella matricula, l. 22. C. Th. d. Agent. in reb.* pro quo ibidem etiam *recens matricula* legitur, *Novella profeſſio, l. 15. C. Th. d. Jur. fiſci. Novellum opus*, pro quo & *novum opus, l 16. C. Th. d. oper. publ.*

(2) *de Hæredibus*) Tametſi primæ conſtitutionis inſcriptio *de Falcidia* apud Scringerum duntaxat habeat, non tamen *de Hæredibus*, quod Haloandri editio præmittit, adeo locum non habet, ut mutari quicquam debeat. *AGYLÆUS.* Cont. & Charond. περὶ τῦ φαλκιδίου, *de Falcidia*, Hal. περὶ κληρονόμων καὶ τῦ φαλκιδίου, *de Hæredibus & Falcidia:* Sic & Vetus Interpres & Index Novellarum, quem Cujacius exhibet. Libri quoque Βασιλικῶν, Lib. 41. Tit. 4. ubi Novella hæc extat integra, eam habent inſcriptionem. Prius caput Novellæ ad *Hæredes*, qui legata non vult ſolvere, referendum eſt, ſecundum ad *Falcidiam*, quod & facit *Julianus*. Cujacius quoque priorem partem novellæ ad *Hæredes*, poſteriorem ad *Falcidiam* ſpectare ait. Apparet autem, inſcriptiones Novellarum non eſſe accuratas, & probandam lectionem *Hal.* & *Vet.* magis enim convenit nigro, licet modum ejus non expleat.

(3) *Johanni*) Johannes ille Cappadox homo fuit ſceleratiſſimus, Juſtiniano unicè carus, & omnium licet litterarum expers, utpote qui, apud Ludimagiſtrum nil aliud didicerit, niſi γράμματα καὶ ταῦτα κακῶς γράψαι, *inelegantes litterarum apices vitioſè ſcribere*; tamen ſummus judiciorum arbiter fuit, ad quem extant Juſtiniani centum & amplius conſtitutiones hoc titulo: Ιωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύ-

Digitized by Google

glorioſiſſimo per Orientem Prætorio iterum (4) *Præfecto, Exconſuli & Patricio.*

PRÆ-

τερον ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ: *Johanni Glorioſiſſimo Sacrorum per Orientem Prætoriorum Præfecto, iterum Exconſuli & Patricio.* Editio Scrimgeriana ſic interpungenda, & interpres emendandus eſt, *per Orientem Prætoriorum iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio.* Nam quomodo iterum Exconſul, qui ſemel tantum Conſul fuit? Contra vero Præfecturam Prætorii bis geſſit; ſemel ante Victoriatorum excitatam ſeditionem, atque iterum ab anno Juſtiniani ſeptimo, & deinceps, ut in tabella Præfectorum Prætorio repræſentabo. Deinde Codicillares Conſules, qualis tum erat Johannes, neque iterum, neque tertio, Conſules dicebantur, cum illorum nomina neque in faſtis inſcriberentur, neque iis anni ſupputatio ordinaretur. De Johanne Capadoce infra ex occaſione. Interim falſo Centuriatores narrant, hunc ex Præfecto Prætorio fuiſſe Conſtantinopolitanum Antiſtitem: mitto alias rationes, quas infra dicam. Procopius ſic habet: ἱερεὺς γενόμενος ἀκούσιος Πέτρος &c. *Factus invitè Sacerdos Petrus dici voluit.* Neque verò Epiſcopus fuit; ſed ex iis, quos Presbyteros vocare ſolemus. Verum Sacrificiis abſtinuit, imprimis ne ſibi ad dignitates via præcluderetur; hunc nonnulli ſub Anaſtaſio Conſulatum geſſiſſe putarunt; ſed ille Johannes Gibbus fuit, quem Procopius & Theodorus Lector Κυρτὸν appellant. *ALEMANNUS in not. ad Procopii* Ἀνέκδοτα p. 8. Vid. & Suidam voc. Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης. Viri doctiſſimi emendatio confirmatur ex *Epilogo, Nov. 22.* ubi recte legitur: ἐγράφη τὸ ἰσόλυτον Τριβωνιανῷ ἐνδοξοτάτῳ Κοιαίστωρι τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὸ ὑπάτων. Item ex inſcriptione Edicti XI. Πέτρῳ &c. τῷ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὸ κομήτων τὸ δεύτερον. Item *Nov. Lat.* XXIII. *Triboniano glor. quæſtori iterum & exconſuli.* H. Non autem annuum, bimum, aut trimum, fuit imperium Præf. Præt. ut Proconſulum aut Præſidum, ſed ex Principum voluntate vel perpetuum, vel momentaneum. Sub Commodo certe, ut *Lampridius* narrat, mutabantur Præf. Præt. per horas & dies. *P.* FAB. *Semeſtr. Lib. 1. 2.* ubi & alia de Præf. Præt. notatu digna legis: nec non *C. 1. & 3.* Vid. & *Panciroll. ad Notitiam Imp. Orient. cap. 5.* Succeſſit Joh. Cappadox Juliano. *Joh. Malala. Chronogr. in Juſtiniano. pag. 205.* Et cum ſecunda vice Præfecturam geſſiſſet exauctoratus, & bonis publicatis in Cyzicum relegatus, & Artace diaconus factus eſt. *Idem d. l. n. 222.*

(4) *Præfecto*) Ἐπάρχῳ. Mirum, quanta ſit Veterum librorum inconſtantia, modò ἔπαρχον, modò ὕπαρχον, eadem pagina legas. Eam varietatem ſecutus eſt *Scrimgerus* in editione Novellarum. Putarim ἐπάρχους hos dictos fuiſſe, penes quos ſumma auctoritas & legum condendarum jus eſſet, & ad quos Provinciales provocarent à ſuis Præfectis, qui, quaſi

PRÆFATIO.

OCcupatis (5) nobis (6) univerſæ Reipublicæ curis (7) nec parvas res animo agitantibus, ſed quomodo Perſæ (8) quieſcant, Vandali cum Mauris obediant, (9) Chartaginenſes (10) priſtinam libertatem re-

minorum gentium Judices, ὕπαρχοι vocarentur. Rem tamen in medio relinquo. Sed omnino diſtinguendi ſunt Præfecti Prætorianorum, qui deinde vocati ſunt Comites Aulicorum, ut ſupra ad *pag 28.* diximus, & tandem circa Juſtiniani tempora Curopalatæ. Nam ex Latinis Scriptoribus Corrippus, ex Græcis Evagrius, primi extulerunt eam vocem. Evagr. lib. 5. cap. 1. &c. *ALEM ad Procop.* ἀνεκδ. *pag. 91.* Ἔπαρχος & ὕπαρχος in Novellis promiſcuè poſita leguntur.

(5) *Occupatis*) ἐνησχολημένοις. Sic & Libri Βασιλικῶν. Holoander: ἐνασχολουμένοις, *occupatio Nov. 24. c. 4.* τάξις στρατιωτικῆς ἐν θεράπουσι τε καὶ πράγμασιν ἐνησχολημένη.

(6) *Univerſæ*) ἁπάσης τῆς πολιτείας. Sic & *Libri* Βασιλ. *Hal.* legit: ἁπάσαις τῆς πολιτείας, *omnium curarum genere, Vet. totius Reipublicæ.* Noſtra lectio præferenda eſt. Ait enim ſe *publicis negotiis occupari.*

(7) *Nec parvas res*) μικρὸν οὐδὲν αἱρουμένοις ἐννοεῖν. Hal. μικρὸν οὐ μὴν &c. *neque de re parva cogitationem inſtituentibus.* Cum noſtro faciunt Βασιλ. (ubi *Fabrottus:* neque res parvas cogitantibus) & Vet. qui habet: *parvum* (emendante ita Contio, cum antea legeretur *parùm*) *nihil eligentibus cogitare.* Αἱρέομαι eſt *eligo, conſtituo, probo, amplector, volo. Nov. 22. c. 5.* βίον σοφίας ἑλόμενος, *vitæ iter eligens: Nov. 89. c. 2. §. 1. N. 8. c. 16. §. 2.* εἴτε ἡμῶν αἱρουμένων περιεργάν τὸν γῶν. *N. 13. c. 4. §. 1.* οὐδὲν αἱρούμενοι πράττειν: *& c. 11.* πάντα πόνον αἱρούμεθα. Adde & infra *h. & c. 1. §. 1. N. 82. c. 9. N. 84. c. 6. & c. 11. §. 1. &c.* Ἐννοεῖν eſt *cogitare, conſiderare, animo agitare. N. 18. præf.* τὸν Θεὸν ἐννοοῦντες ἀεὶ, *Deum ſemper conſiderantes, ut habet Vet. Interpr.* ἐννοῶν *cogitans*, & προσεννοεῖτο, *c. 1. in fin. h.*

[8] *Quieſcant*) ἠρεμοῖεν. Sic Βασιλ. & Vet. Interpr. Hal. ἡμεροῖεν, *manſueſcant*, minus rectè.

[9] *Carthaginenſes*) Καρχηδόνιοι. Sic *Hal.* Βασιλ. & *Vet.* qui *Carchedonii* vertit, cum Fabrotto. Non prætereunda verò hic eſt doctiſſima obſervatio Viri illuſtris *Ezech. Spanhemii* in *Orbe Romano, Exercit. II. cap. 18.* ubi non Καρχηδόνιοι, ſed Καλχηδόνιοι legendum docet, eo quod Juſtinianus antiquam libertatem non Carthagini in Africa, quæ eo jure nunquam ſub Romanis poſt veterem ejus inſtaurationem erat uſa, ſed *Calchedoni* in Aſia, reſtituerit; idque (1) quia Carthago colonia fuerit Romanorum, & perpetua ſedes *Proconſulis* Africæ. *l. 7. §. 2. C. d. Offic. Præf. Prat. Afric.* (2) quod nusquam inter liberas & αὐτονόμους civitates relata legatur, quæcunque etiam fuerit ejus amplitudo & felicitas ſub Romanis. (3) quia Calchedo libertatis jure uſa ſit, teſte *Plinio*. Hinc errore librariorium Καρχηδόνιοι poſitum eſſe hic

cuperatam retineant, (11) Tzanique nunc demum Reipublicæ Romanorum

& aliis locis apud Theophraſtum Galenum &c. & in veteri verſione *Carchedonii* pro *Calchedonii*, cum *Carthaginenſes* dici debuiſſet, ut *N. 37.* ubi Eccleſia Carthaginenſis bene legatur. Ita ille, quem vide multis teſtimoniis haec evincentem d. l. Hunc locum menda non carere olim quoque judicavit Alciatus, qui lib. 1. Prætermiſſorum in voce *Carchedonii* ait: *corruptus eſt Authentic. Codex de hared. & Falcid.* & Carchedonii antiquam habeant libertatem. Sic Alciatus. Nos Lectori judicandum relinquimus, an vulgata lectio defendi poſſit ſequentibus argumentis, (1) quia Codices ſupra citati cum veteri Interpr. eam lectionem confirmant. (2) Quia per *libertatem*, quam Imper. Carthaginenſibus tribuit, non αὐτονομία, ſ. libertas à ſubjectione Romana, ſed *liberatio à jugo & dominatione Vandalorum* ſit intelligenda. Perſpicue id probari videtur, (α) ex verbis *Pauli Diaconi*, qui Beliſarium antequam Carthaginem ingrederetur, tali ad milites oratione uſum eſſe refert: *Videte Commilitones* &c. *Videte & honeſtatem in Carthagine conſervate, & ne quis quem opprimat, nec quicquid ipſius ſurripiat. Cum enim multa mala fuiſſent à Vandalis, barbaris viris perpeſſi, Imperator noſter miſit nos eis ad libertatem donandam.* (β) *ex l. 1. de Off. Præf. Prat. Afr.* ubi Juſtinianus ipſe aſſertis verbis hunc ſenſum confirmat, inquiens: *præ omnibus tamen hoc, quod nunc Omnipotens Deus &c.* ut Africa *per noſtam brevi tempore reciperet* libertatem, antea nonaginta quinque annos à Vandalis captivata, *qui animarum fuerunt ſimul hoſtes & corporum*, &c. *corpora vero à liberis natalibus clara* jugo barbarico duriſſimè *ſubjugabant*. Et mox: *qui per me ultimum ſervum ſuum Eccleſia ſua injurias vindicare dignatus eſt*, & tantarum provinciarum populos á jugo ſervitutis eripere: & paulo poſt: *& cognoſcant ejus habitatores, à quam duriſſima captivitate & jugo barbarico liberati*, in quanta libertate *ſub feliciſſimo noſtro Imperio degere meruerunt*. (γ) ex N. 28. c. 4. §. 2. verbis: *ut non ſolum Afros, & qua ibidem ſunt gentis, libertate donemus.* (8) N. 30. cap. 11. (9) N. 29. cap. 2. verſ. *Nec permittemus.*

(10) *Priſtinam*) τὴν παλαιὰν ἀπολαβόντες ἔχοιεν ἐλευθερίαν &c. Βασιλ. τὴν παλαιὰν ἀπολαβόντες ἐλευθερίαν. Bellum Vandalicum in Africa finitum eſt anno 534. Hæc autem Novella edita anno 535.

(11) *Tzanique* Τζάνοι τε νῦν πρῶτον. Βασιλ. omittunt τὸ νῦν. Sed in Nov. 28. præfatione Imperator: οἱ Τζάνων χώρα νῦν πρῶτον ἐφ᾽ ἡμῶν, ὑπὸ Ῥωμαίων καταχτηθεῖσα. Hal. mendosè, ὥσπερεὶ τὸ νῦν πρῶτον, *quaſique nunc primum.* Sic quoque legit Vetus Interpr. habuit enim: *quamvis nunc primum* &c. quod in vulgat. editionibus emendatum. Agylæus hic notat, quod de Tzanorum gente, quæ Juſtiniani primum tempore Imperium Romanum venerari cœperit, exprobrari ſolet, cum id ille ex vitiato exemplari de Carthaginienſibus perſcripſiſſet in verſione ex Novella duodetrigeſima ac Procoplo, quo

Digitized by Google

rum ſubjecti (12) inter ſubditos habeantur (13) id quod Deus nunquam, niſi ſub noſtro imperio (14) Romanis largitus eſt, (15) affluunt etiam privatæ curæ à ſubditis noſtris (16) aſſiduè ad nos delatæ, quarum ſingulis quidem convenientem (17) formam damus: quæcunque verò ſæpè (18) per partes deciſa ſunt, (19) & lege comprehenſa, communem omnibus

 uti-

debuit modo poſtmodum correctum eſſe. De Tzanis docet *Ezech. Spanhemius in Orb. Rom. Exerc. II. cap. 17.* eos & Τζάννες & Σάννες vocatos, ac antiquis temporibus in fide quidem Romanorum, at impari foedere illis junctos fuiſſe, à Juſtiniano vero demum in ſervitutem redactos. Vid. & *Gothofr. h.*

(12) *Inter ſubditos*) ἐν ὑπηκόοις τελεῖν. Vet. *inter ſubditos habeantur.* Hal. *inter ſubditos perſeverent.* Fabrot. in Βασιλ. *cenſeantur.* Phraſis illa idem vult, quod ſupra τὸ ὑπακούειν, *obediant:* ſic enim infra *Nov. 89. cap. 8. pr.* οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐν γνησίοις τελέσαντες, qui *ab initio legitimi ſunt,* ut rectè Vet. Interpr. τελεῖν εἰς κλῆρον, *Nov. 6. cap. 1. §. 9.* τελεῖν εἰς δῆμον *Nov. 7. cap. 9.* τελεῖν ὑπό τινα *Nov. 89. c. 2 §. 2. Nov. 59. cap. 3. Nov. 80. c. 2.*

(13) *Id quod*) ὅπερ, ὅπερ οὔπω καὶ νῦν. Vet. *quod nondum hactenus; niſi.* Hal. & Fabrot. *id quod usque adhuc nondum.*

(14) *Romanis*) Ῥωμαίοις, deeſt in Βασιλ.

(15) *Affluunt*) ἐπιῤῥέουσι καὶ ἰδιωτικαὶ φροντίδες. Βασιλ. ἐπιῤῥέουσι τὴν ἰδιωτικὴν φροντίδα, &c. προσαγγελλόμεναι, mendosè.

(16) *Aſſiduè*) ἀεὶ, deeſt in Βασιλ.

(17) *Formam damus*) τύπον δίδομεν. Τύπος primo ſignificat *legem, Reſcriptum Imperatoris;* hinc θεῖος τύπος, *Nov. 22.* & paſſim; τύπος τῆς διατάξεως, *Nov. 17. cap. 4.* Deinde *ſententiam, Nov. 83. Nov. 24. cap. 5.* τύπον δοῦναι eſt *ſententiam ferre, decidere; Nov. 86. cap. 2.* ubi Archiepiſcopus & Judex jubentur τύπον δοῦναι τὸν τῷ δικαίῳ καὶ τοῖς νόμοις συμβαίνοντα *ſententiam ferre juri & legibus congruam.* Hoc ſenſu hic accipitur. Ait enim Imperator; *ſe quidem negotia & lites ad ſe delatas ſingulas decidere.* Vetus Interpres ſemper vertit *formam;* quod vocabulum receptum in *Cod Juſtin. & Theodoſ.* paſſim, & in Pandectis quoque. Hinc & apud Amm. Marcell. Lib. XIV. cap. 1. *formula lethalis. Et forma judicis* pro *ſententia* apud *Ambroſ. in Epiſt.* Vid. *Valeſ.* ad *Amm. Marcell.* Dicitur verò & δοῦναι ἀσφάλειαν, τάξιν, τομὴν, *Nov. 2. cap. 1. pr. cap. 3. pr. cap. 4. pr.*

(18) *Per partes*) τῆς κατὰ μέρος βοηθείας, *ſingulari auxilio,* vel *quod ſingulis preſtatur,* ut cap. ſeq. 1. φιδεικόμμισσον καθ' ὁμάδα καὶ κατ' εἶδος: *Fideicommiſſum univerſale & particulare,* plane ut ἡ ἐπίδοσιν λιμῶν, ἡ αεὶ κέλευσις h. l. ὅταν κατὰ μέρος εἰδῶμεν τοὺς νόμους. *Nov. 19. præf. pr.* τὸ κατὰ μέρος, Latini exprimunt *per partes, l. 56. §. 3. l. 10. §. 1. quib. mod. uſusfr. amitt. l. 9. §. 2. ff. de edendo.*

(19) *Ex lege*) ὅσα δὲ ἐστιν ἐγγραφέντα νόμῳ κοινὸν ἅπασι δοῦναι τὴν ἰσ

utilitatem (20) ubi opus eſt præbere poſſunt, hæc lege ſancienda ſubditisque tradenda putavimus, ut (21) per ſe auxilio ſint, (22) nec perpetua Imperatorum juſſione indigeant.

§. 1. Aſſiduè itaque moleſtiam nobis exhibent, alii propter legata (23) relicta nec præſtita, alii propter libertates, (24) alii propter aliud quid, nos adeuntes, (25) quod dari quibusdam aut fieri teſtatores præceperunt (26) hi verò improbè bona appetunt eaque (27) accipiunt, nec

οἷς &c. Sic rectè & *Hal. & Vet. Interpr.* Βασιλ. δυνατὸν δὲ ἐςὶν ἐγγραφέντι νόμῳ &c. τοῖς ἐφ' οἷς. ubi Fabrot. *poſſunt à ſcripta lege comprehenſa in commune omnibus prodeſſe.*

(20) *ubi opus eſt*) ἐφ' οἷς χρήζουσι, *Nov. 52. cap. 2.* τὰς βασιλικὰς δωρεὰς μὴ χρήζειν ὑπομνημάτων. *Imperatorias donationes non egere inſinuatione.* Βασιλ. τοῖς ἐφ' οἷς χρήζουσι, pro τὴν.

(21) *per ſe*) αὐτόθεν. Βασιλ. αὐτῷ malè. *Vet. per ſe juvantia.* Αὐτόθεν variè uſurpatur. Ponitur primò eo, quem hic expreſſimus, ſenſu ſæpius. Locus huic noſtro parallelus eſt *Nov. 52. cap. 2.* αἱ παρὰ τῆς βασιλείας γινόμεναι δωρεαὶ οὐ δέονται προςθήκης ὑπομνημάτων, ἀλλ' αὐτόθεν ἔχουσι τὴν ἰσχὺν, *donationes Imperatoris inſinuatione non egent, ſed per ſe* (Vet. *hoc ipſo*) *valent.* Vid. & *Nov. 61. cap. 1. pr.* ubi eadem planè eſt phraſis. *Nov. 26. cap. 1. §. 1. per ſe manifeſtum,* αὐτόθεν ἐςὶ φανερὸν. Significat & *ex eo loco, Nov. 26. cap. 3. §. 2. ex bonis propriis. Nov. 3. cap. 2. §. 1. &c. eo ipſo, Nov. 24. cap. 4.*

(22) *nec perpetua*) καὶ μὴ τῆς ἀεὶ κελεύσεως τῆς ἐκ τῶν βασιλέων δεόμενα. Βασιλ. καὶ μὴ τοῖς ἀεὶ δεομένοις. Vetus & Haloander cum noſtro textu faciunt.

(23) *relicta nec*) καταλελειμμένων οὐ διδομένων προςιόντες. Βασιλ. καταλελειμμένων οὐδὲν διδομένων προςιόντος. Fabrottus tamen rectam ſententiam in verſione expreſſit.

(24) *alii propter*) οἱ δὲ ἑτέρου τινὸς, ὅπερ οἱ μὲν παρέδοντες &c. Hal. addit. ὑπὲρ, & deinde δὲ οἱ μὲν παρέδοντες &c. Vertens, *eo quod ſiquidem aſſignata hæreditate dari aliquibus* &c. malè. Error natus eſt librario ex aſſinitate particularum ὅπερ & ὑπὲρ, addito ad ſenſum τῷ δέοντι. Βασιλ. ὅτι, ἑτέρου τινὸς &c. οἱ μὲν παρέδοντες τοὺς κληρονόμους, pro κλήρους, & mox pro τισὶ *quibusdam,* τινὶ *alicui.*

(25) *quod*) Sic [in Vet. verſione] emendavi ex manuſcriptis, antea, *qui* ſine ſenſu. *CONTIUS.*

(26) *hi verò*) Scilicet quibus teſtator quid dari juſſit: referendum enim illud οἱ δὲ ad præcedens τισὶν, *quibusdam.* Vet. id omiſit. • Pro ἀγνωμόνως Βασιλ. habent ἀγνώμονες, indevoti. Ἀγνωμοσύνη dicitur de liberis erga parentes ingratis. *Nov. 13. præfat. & cap. 8.* Item, ſæpiſſime de iis, *qui tributa non ſolvunt,* ut, *Nov. 17. cap. 5. §. 3.* ubi vocantur ἀγνωμονοῦντες πρὸς τὸ δημόσιον, illisque opponuntur εὐγνώμονες. Hi *indevoti* dicuntur à Vet. Interpr. h. l. & paſſim; ut

Digitized by Google

nec juſſa (28) exequuntur: cum tamen à veteribus etiam legislatoribus dictum ſit, morientium diſpoſitiones, quæ cum legibus non pugnant, (29) omnimodo implendas eſſe. Sed quoniam ea de re conſcriptas leges magna ex parte neglectas invenimus, eas inſtaurandas, & tam ſuperſtitibus (30) ſecuritatem ex illis præſtandam, quam mortuos (31) honore afficiendos exiſtimavimus;

§. 2. Primum itaque illud conſiderandum eſt, legem quibusdam teſtatoribus neceſſitatem imponere partem aliquam certis perſonis tribuendi, tanquam à natura iis (32) debitam, (ut liberis, nepotibus, patribus, (33) & matribus, interdum etiam fratribus, (34) & ſi quos præterea iis, qui

& in *Cod. Juſtin. & Theod.* Et ex adverſo *devotio* pro obſequio, quod præſtatur in tributis ſolvendis. Vid. *l. 20. 29. 34. Cod. Theod. de annon. & trib.* Hinc *devota mens*, *l. 2. d. public. comparat. devotus poſſeſſor.* Plura vid. infra. Suidas. Ἀγνωμόνως, ἀνοήτως, ἀχαρίστως. *Stulte vel ingrato animo.*

(27) *accipiunt*) λαμβάνουσι. Βασιλ. λαμβάνει.

(28) *nec exequuntur*) οὐ πληροῦσι. Βασιλ. ἐκπληροῦσι.

(29) *omni modo*) πεπληρῶσθαι &c. πᾶσι πληρῶς τρόποις. Vet. malè, *competentes deficientium diſpoſitiones* &c. *omnibus modis impleri.*

(30) *ſecuritatem*) ἀσφάλειαν, quod alias recte vertitur *cautio*, ut: *cap. 1. §. 1. h. Nov.* ſæpius & *Nov. 2. cap. 4.* plerumque verò *cautela*, ut *hic* & *Nov. 4. cap. 3 & §. 5. Inſt. d. Attil. Tut. §. 4. Inſt. d. Satiſd. l. 2. §. fin. de Jur. Cal. l. 13. §. 1. d. Jud. l. 6. ff. d. pigner. act. Nov. 17. cap. 7. Cautela Aſylorum*, id eſt, *ſecuritas Nov. 18. cap. 7.* Julian. *cautele, Nov. 2. cap. 4.* ubi *Anton, Aug. non pro aſtutia ſed cautela.* Vult Imperator ſuperſtitibus per leges cavendum eſſe, ut accipiant relicta, & mortuis eum honorem habendum, ut voluntas eorum impleatur. H. *Cautela* vox omnino barbara non eſt, ut quidam exiſtimarunt. Utitur ea *Amm. Marcell. lib. 14.* tametſi elegantius *cautionem* dicamus. *ALCIAT. Praterm. 1.*

(31) *honore*) ἐντεῦθεν ἀποτίσαι τιμήν. Sic ἡ ἐντεῦθεν ὠφέλεια, *utilitas illa vel inde proveniens. infr. cap. 2. pr. & Nov. 18. cap. 7.* ἡ ἐντεῦθεν ἀδικία, *hæc injuſtitia, Nov. 8. præf. pr.* ἐλπὶς τῆς ἐντεῦθεν κτήσεως, *ſpes hujus poſſeſſionis:* τὸ ἐντεῦθεν κέρδος, *lucrum illud* vel *inde proveniens, Novell. 22. cap. 27. in fin.*

(32) *debitam*) ὀφειλομένοις. *cap. 1. §. 2. h. Nov.* τοῖς ἐκ φύσεως ὀφειλομένοις, *quibus natura quid debetur.* Sic & Hal. Sed Βασιλ. ὀφειλομένων, & ante pro ὡς δὴ τοῦτο, ὡς μὴ τοῦτο, malè.

(33) *& matribus*) καὶ μητράσιν deeſt in Βασιλ.

(34) *& ſi*) καὶ εἴ τι τοιοῦτο προσώποις. Βασιλ. καὶ εἴ τι τοιούτῳ προσώπῳ.

qui ex nobis ſunt, vel ex quibus nos ſumus, leges annumeraverunt) quibusdam verò nullam incumbere neceſſitatem, partem aliquam ſubſtantiæ ſuæ (35) cuidam relinquendi, (36) ſed in poteſtate teſtatorum ſitum eſſe (37) in quos liberalitatem conferre velint.

CAPUT I.

Si heres quæ diſpoſita ſunt implere nolit.

His igitur à nobis (38) ante diſtinctis, ſancimus, iis, qui hæredes à quibusdam ſcripti ſunt, vel (39) fideicommiſſa, (40) univerſalia aut particularia, vel etiam legata acceperunt, neceſſitatem incumbere omni modo implendi id quod teſtator, vel qui eos honoravit, præceperit, ſi id quod injunctum eſt, juſtum ſit, (41) neque lex quædam, etiam ſi non fiat ab eo qui honoratus eſt, id tamen ratum eſſe expreſſè declaret.

§. 1. Si

(35) *cuidam relinquendi*) μοῖραν διδόναι τινὶ &c. Βασιλ. μοῖράν τινα διδόναι τῆς &c.

(36) *ſed in poteſtate*) ἀλλ' αὐτεξούσιός ἐστιν ἡ φιλοτιμία. Vet. *Sed ſua poteſtas eis largitur.* Videtur legendum *ſed ſuæ poteſtatis eſt eis largitio, quoscunque* &c. CONT. Hal. vertit. *Sed ſpontanea eſt liberalitas.* Fabrott. *Sed ſuam pecuniam ſuasque res quibusque dare & legare voluerit, jus poteſtatemque eſſe.*

(37) *in quos*) περὶ οὓς ἂν ὁ διατιθέμενος &c. Sic & Βασιλ. Hal. πρὸς ἅπαν ὃ &c. *quæ ad quodvis porrigatur.*

(38) *ante diſtinctis*) τούτων προδιωρισμένων. Vet. *prærdinatis.* Hal. *ante definitis.* Fabrott. *prius conſtitutis.* Nihil adhuc conſtituit Imperator, ſed recenſuit ſolum diſtinctionem à lege inter teſtatores factam. Julian. *diſcretis.*

(39) *fideicommiſſa*) *fideicommiſſum.* Βασιλ. ἀποκαλασάσεως, ubi & commate præced. deeſt τὸ *heredes*, κληρονόμους.

(40) *Univerſalia*) καθ' ὁμάδα ἢ καθ' εἶδος. Vet. *per univerſitatem aut per ſpeciem.*

(41) *neque lex*) ἢ εἰ μή τις αὐτὸ νόμος, εἰ καὶ μὴ γένοιτο παρὰ τοῦ τιμηθέντος, ἀλλ' οὖν κύριον εἶναι ἐντεῦθεν ἀποφαίνοι. Sic & Βασιλ. Hal. ἢ εἰ μὴ ἔλθῃ αὐτὸ νόμος κωλύσειεν, ἢ εἰ καὶ μὴ γένοιτο &c. Vetus verſio eundem ſenſum exhibet; *aut ſi non illud aliqua lex prohibeat, vel ſi non fiat ab eo, qui honoratus eſt, tamen ratum* &c. Ad quem locum *Cujacius in Expoſit. h. Nov.* Sic ait: *quod ſic interpretor*, vel ſi non id lex aliqua etiam hærede ceſſante nominatim repræſentet. *Et ita Irnerius etiam intellexit. Malè adjicit alius,* prohibeat; alius, impediat: *quæ vel Accurſius indicat, non adjeciſſe Veterem Interpretem. Contius* item ad verbum *prohibeat* notavit: deeſt in manuſcript. & Græc. rectè.

Digitized by Google

§. 1. Si quis autem juſſa (42) non impleat, ſed, (43) cum honorato id quod relictum eſt competat, judicis decreto admonitus integrum annum traxerit, neque imperata fecerit; ſiquidem ex eorum numero ſit, qui neceſſario ex Lege quid capiunt, ex majore autem parte, quam Lex ei vult dari, hæres ſcriptus ſit, id ſolum capiat, quod Lex (44)

B pro

(42) *non impleat*) μὴ πληρῶν. Sic Βασιλ. & Vet. *ſi quis autem non implens.* Hal. μὴ πληρῶσι. Πληροῦν eſt *ſatisfacere ſolvere*, infra paſſim.

(43) *cum honorato*) ἀλλ᾽ ἁρμόζοντος τῷ τετιμημένῳ τοῦ καταλειφθέντος. Sic & Βασιλ. nec diſcrepat Vetus verſio. *Sed dum competat ei, qui honoratus eſt, quod relictum eſt.* Ἁρμόζω eſt *congruo*, *competo*, *apto*, ut habet *gloſſ. Cyrill.* In Novellis Juſtin. ſignificat *concinnare Nov. 25. præf.* τὸ καλῶς ἁρμόσαι τι καὶ ἑνῶσαι, ibid. cap. 3. ἁρμοσθήσεται πρὸς ἑνότητα. *conglutinabitur* [ut loquitur Vetus Interpr.] Item, *matrimonio jungere. Nov. 89. cap. 2. pr.* τὰς θυγατέρας ἁρμόζειν βουλεταῖς. Ut plurimum verò *competere*, *deberi*. Loca ſunt innumera. Vid. *Nov. 91. cap. 1. Nov. 115. cap. 3. §. 14. Nov. 123. cap. 40. Nov. 118. cap. 5.* Phraſi noſtræ ſimili dicitur *Nov. 91. cap. 1.* ἁρμοζούσης τῇ γυναικὶ τῆς προικὸς, *cum dos mulieri competat, Nov. 2. cap. 1.* τῷ παιδὶ τῆς ὅλης προγαμιαίας δωρεᾶς ἁρμοζούσης, *filiæ tota antenuptialis donatio competat, Nov. 112. cap. 2. §. 1. pœna legis competat*, id eſt *locum habeat*. Senſus igitur hujus loci eſt; cum ex diſpoſitione teſtatoris, quæ omnimodo ſervanda eſt, *competat & debeatur honorato, id quod relictum eſt*, nulla ſcil. lege obſtante, de quo Imp. *in fin. pr. h.* Julianus in Epit. hæc præteriit; ita enim ille: *Si enim reluctandum eſſe voluntati teſtatoris exiſtimaverit, & legatario moras fecerit, in tantum, ut etiam judicem adeat* &c. Haloander pro ἁρμόζοντος legit ἁρμόσαντα. & ſic textum interpretatur: *Sed dum, quod juſſus eſt, facere recuſat, decreto judiciario admonitus per integrum annum ea quæ honorato relicti nomine competunt, extraxerit.* Hæc lectio atque verſio probari nequit. Nam ſi τὸ ἁρμόσαντα, quis jungat cum ἑλκύσει *traxerit*, patet, τοῦ καταλειφθέντος non habere, quo referatur, ſed otioſum eſſe. Nemo enim cum Hal. id vertere volet, *relicti nomine*. Dicitur autem hoc loco *annus trahi*, non *ea, quæ competunt*, trahi. Ordo quoque commatum & ſtructura verborum ſic confunditur. Participio Aor. 1. Imperator plerumque tempus præteritum indicat, ut hac *Nov. Cap. 2. §. 2.* πράξαντι, *Nov. 123. Cap. 43. Nov. 124. Cap. fin. Nov. 133. Cap. 4. Nov. 90. Cap. 4.* πράξαντας, *cum peregerunt, Nov. 123. Cap. 23.* ὁ εἰσπράξας, *qui debitum exegit. Nov. 6. Cap. 8.* πειράσας, *Nov. 7. præf.* ποιήσαντες &c. Id tamen perpetuum non eſt, ſed præſenti quoque ſignificatione poni putamus, ut hic & *c. ſeq. 2. pr.* ubi tamen alii ſignificationem præteriti retinent.

(44) *pro quarta.*) Κατὰ τὴν τετάρ-

pro quarta parte ab inteſtato ipſi dari permittir, reliquum verò omne ei auferatur, & ſi alii quoque hæredes ſcripti ſint, pro ea parte, in qua inſtituti ſunt, illis accreſcat. Sin verò alius hæres non extet, (45) vel ſcripti quidem ſint aliqui, hæreditatem verò non adeant, tunc quod ablatum eſt reliquis bonis adjiciatur, atque legatariis, (46) fideicommiſſariis, & ſervis libertate donatis adeundi (47) & ea vindicandi (48) detur licentia ita tamen ut omni modo quod præceptum eſt impleant, cautione ſcilicet, pro rerum vel perſonarum ratione ab iis prius præſtanda, ſe rebus acceptis legitimam teſtatorum (49) voluntatem impleturos eſſe. Quod ſi nemo eorum, quorum in teſtamento facta eſt mentio, adire velit, id eſt cohæres, vel legatarius, vel fideicommiſſarius, vel ſervus libertate honoratus, tunc ad reliquos ab inteſtato, quos lex poſt ſcriptum quidem hæredem, ſed cui legitima tantum portio per hanc legem (50) conceditur, vocat, bona deferantur, qui & ipſi ſimiliter (51) præ-

τον. Hal. & Βασιλ. κατὰ τὸν τέταρτον. Vet. *ſecundum quartam.* Julian. *ſolam legitimam portionem.* Theodorus in *Schol. Græc.* ad hunc locum hæc notat: *Integrior textus Novellarum* [τὸ πλάτος] *habet* quadrantis, *itaque retinet Scholium Vetus. Hanc portionem legitimam in deſcendentibus, aſcendentibus & fratribus auxit, Nov. 18. Cap. 1.* Eadem varietas recurret, *infra Cap. 2. pr.* cui *Nov. 18.* qua quarta legitimæ mutata reperitur, occaſionem dediſſe credimus, teſte Theodoro illo. Vid. quæ infra ad d. *Cap. 2.*

(45) *vel &c. ſint*) ἢ λάχοιεν. Sic & Hal. & Vet. Βασιλ. εἰ τύχοιεν.

(46) *fideicomm.*) καὶ φιδεικομμισσαρίοις. Βασιλ. καὶ τοῖς τὸν ἀποσταλέντα λαμβάνειν, eodem ſenſu; quod & mox repetitur ibidem.

(47) *& ea vindic.*) καὶ τοῦτο διεκδικεῖσθαι, Sic Hal. & Βασιλ. Contius verò & Charond. ediderunt, τοῦτο οἰκειοῦσθαι, minus rectè.

(48) *detur licentia*) ἄδειαν παρεχέτω, *licentiam præbeat.* Sic & Βασιλ. Rectius Haloander legit, ἄδεια παρεχέσθω. Vet. *licentia præbeatur.*

(49) *Voluntatem*) ἠβουλήθησαν voluerunt. Atticè id dicitur. Suidas ἠβουλόμην, ὡς Ἀττικώτερον. Ἐβουλόμην δὲ πολλοί, Hal. legit ἐβουλήθησαν, Βασιλ. ἠβουλήθησαν, quod & ſæpiſſimè recurret infra.

(50) *concedit*) περικλεισθέντα *incluſum.* Sic Βασιλ. & Hal. Vetus Int. vertit, *excluſum.* Malè. Fabrott. *cui legitimam tantum portionem per hanc conſtitutionem habere conceditur.* Hal. *concluſum.* Περικλείω eſt *circumcludo, includo Nov. 7. præf. N. 145. Cap. 1.* Mens Imper. aperta eſt.

(51) *præſtent*) διδῶσιν. Sic Hal. & Vet. Βασιλ. διδόναι.

Digitized by Google

præſtent cautionem, quòd ea, quæ teſtamento continentur, ſint impleturi. Nihil verò inordinati aut confuſi ne hac quidem in parte fieri volumus: Sed qui primus poſt eum, qui hac noſtra lege jam (52) circumſcriptus eſt, ex ordine vocatur, prior vocetur, deinde qui hunc ſequitur, & ſic porrò, donec ultimus (53) deficiens locum faciat etiam extraneo alicui, qui & adire, & relicta implere velit: poſt quos etiam fiſcum, ſi voluerit, ponimus. Nam & inter legatarios & fideicommiſſarios hunc ordinem eſſe volumus, (54) ut primum fideicommiſſario univerſali, vel ſi plures ſint, majorem partem habenti facultas adeundi concedatur: quia (55) inſtar hæredis eſt, maximè apud nos, (56) qui ſoli Trebelliano SCto in talibus fideicommiſſis locum dedimus, ambages Pegaſiani odio habentes & explodentes. Si verò nullus exiſtat fideicommiſſarius univerſalis, vel quod imperatum eſt facere nolit, ad eos, qui maximis legatis ſingularibus (57) vel fideicommiſſis honorati ſunt, facultas illa veniat: ſimiliter ſervis libertate honoratis tempus concedatur, ut adeant, (58) libertate ſecurè fruantur, bona accipiant, atque imperata faciant, prædicta cau-

 tione

(52) *circumſcriptus*) περικεκλεισμένον. Sic & Βασιλ. Holoander verò παρακεκλεισμένον, *excluſum*. Vet. *excluſum*, ut ante.

(53) *deficiens*) ἐκλιπὼν χώραν ποιήσῃ. Sic & Βασιλ. Hal. ἐκλιπὼν χώραν ἐνδώσει καὶ τῶν ἔξω τινὶ, pro ἐξωθέν τινι.

(54) *ut primò*) ὥστε πρότερον δίδοσθαι παρρησίαν τῆς προσελεύσεως, τῶν καθ' ὁμάδα φιδεικομμισσαρίων: Legendum τῷ φιδεικομμισσαρίῳ ob præcedens προτέρῳ. Ita quoque legitur in Βασιλ. προτέρῳ &c. τῷ καθ' ὁμάδα λαμβάνοντι τὴν ἀποκατάστασιν. Sic etiam Vetus legit. Hal. malè πρότερον &c. τῶν καθ' ὁμάδα τῷ φιδεικομμισσαρίῳ.

(55) *inſtar heredis*) ἐπειδὴ καὶ μίμημά τι κληρονόμου καθέστηκε. Sic & Βασιλ. Vet. *in ſimilitudinem heredis conſiſtit*. Hal. μιμήματι κληρονόμος καθέστηκε, *imitatione propemodum heres exiſtit*. Fabrott. *heredem imitatur*. Τὸ ἐφ' ἡμῶν, quod ſequitur, *eſt apud nos*, ut Imper. ipſe id explicat. Fabrot. *noſtris temporibus*, ut *præfat. h.* ἐπὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας, *ſub noſtro Imperio*. ἐφ' ἡμῶν, *h. Cap. 1. in fin. noſtro tempore*.

(56) *qui ſoli*) Βασιλ. οἵπερ τῷ νομίμῳ δόγματι χώραν δεδώκαμεν ἐπὶ τῶν τοιούτων. Quæ in noſtro ſequuntur τὰς δὲ πηγασιανὰς περιόδους μισήσαντές τε καὶ ἐκβαλόντες, deſunt in Βασιλ. Vet. retinuit verbum Græcum *dogmati*, quod eſt *SCtum*.

(57) *vel fideicomm.*) ἢ καὶ φιδεικ. deeſt in Βασιλ.

(58) *libertate*) ἐλευθέρους ἀσφαλῶς εἶναι. Vet. *& liberis cautum eſſe*.

tione præſtita. Sin autem nemo legatariorum & fideicommiſſariorum univerſalium aut particularium, majore aliqua portione vel legato honoratus ſit, ſed omnes æquali ſint conditione, tunc fideicommiſſarii univerſales, vel quicunque ex illis, quod præceptum eſt implere vult, (59) ob ea, quæ ante à nobis dicta ſunt, præferatur, Reliqui verò legatarii vel fideicommiſſarii, qui in eo, quod relictum eſt, nihil inter ſe præcipui habent, vel omnes, ſi velint, vel, qui ex illis voluerint, vocentur. Quod ſi nullus legatarius vel fideicommiſſarius hoc facere voluerit, ſervis libertate honoratis (60) jus damus, ut ſecundum ordinem nominationis, quo Dominus eos nominaverit, alter alteri præferatur.

§. 2. Et hæc quidem omnia ſancimus, ubi neceſſario iis quid dandum eſt, quibus naturâ hæreditas teſtatoris & defuncti debetur. Si verò ejusmodi perſona inſtituta non ſit, ſed voluntaria liberalitate teſtator diſponat, & deinde ſcriptus hæres intra prædictum tempus quod præceptum eſt non impleat, (61) ille quidem certè omnibus quæ relicta ſunt, privetur, ut neque (62) Falcidiæ nomine, neque ex alia cauſa quidquam capere poſſit. (63) Atque hæc ipſa ſimiliter obtineant, ut, ſiquidem cohæredes adſint, hi vocentur, (64) deinde verò ad fideicommiſſarios & lega-

(59) *ob ea*) διὰ τὸν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον λόγον, deſunt in Βασιλ. Vet. *propter dictam jam dudum rationem.*

(60) *jus damus*) δίδομεν τοῖς οἰκέταις παρρησίαν &c. κατὰ τὴν τάξιν τῆς ὀνομασίας, καθ' ἣν &c. Fabrot. *damus licentiam ſervis libertate honoratis, ut quem primum dominus libertate donaverit, ejus conditio præcellat.*

(61) *ille quidem*) ἤτοι τὸν μὲν &c. τὸ ἤτοι deeſt in Βασιλ. & Hal.

(62) *Falcidiæ nomine*) κατὰ φαλκιδίου πρόφασιν *Nov. 7. Cap. 1. pignoris nomine*, προφάσει ἐνεχύρου, *Nov. 8. Cap. 10. §. 2. & Cap. 13.* προφάσει συμβόλων, *Nov. 27. Epilog.* & paſſim, Πρόφασις eſt *prætextus, cauſa, occaſio*, Vid. infra n. 76.

(63) *Atque hæc*) ὁμοίως δὲ τὰ αὐτὰ κρατεῖν &c. Vet. *ſimiliter autem talia obtinere.* Hal. verba illa ſequentibus jungit, ut & Βασιλ. ubi Fabrottus, *ſimiliter autem cum ſuperioribus & ea obtineant, ut ſi quidem* &c. Melius illa videntur cum præcedentibus aptari, quia Imperator dicit: Si voluntaria liberalitas conferatur in perſonas, quibus à natura nihil debetur; illa ipſa debere obtinere, quæ ante diſpoſuerat circa perſonas, quibus neceſſario quid dandum eſt. In ſequentibus verò exponitur, quæ illa ſint, quæ ſimiliter obtinere debeant.

(64) *deinde*) ἔπειτα deeſt in Βασιλ.

legatarios & ſervos & omnes ab inteſtato, ſecundum ordinem à nobis ante traditum, bona veniant, onere ubique annexo implendi ea quæ teſtator legitimè, ſicut ante diximus imperaverit.

§. 3. Si verò inſtitutus etiam ſubſtitutum habet, manifeſtum eſt, quod prius ad ſubſtitutum, qui ſecundum legem quæ relicta ſunt impleat, omnia bona, ſi velit, perventura ſint: Quodſi nolit, tunc obſervatis iis, quæ ante à nobis dicta ſunt, ad cohæredes, legatarios, ſervos, hæredes ab inteſtato, extraneos, fiſcum, quæ auferuntur pervenient, qui ubivis legitimas morientium diſpoſitiones impleant: propterea enim ad tot ſucceſſiones reſpeximus, (65) ne hæreditas defuncti non adita maneat.

§. 4 (66) Exhæredatos verò liberos (ſi modo juſtè à Patre excluſi ſunt, & nihil ex judicio Patris habent) non vocamus, neque admittimus, etiamſi (67) millies velint. Unus enim hic eſt legis ſcopus, ut morientium voluntates impleantur. Qui enim juſtum eſſet, eum, quem ipſe teſtator à bonis ſuis excludit, ad bona vocare, quorum ille per (68) exhæredationem nominatim factam, eum participem fieri (69) noluit? Quod verò eam partem, quæ voluntatem teſtatoris non implenti aufertur, primum ad ſubſtitutos, deinde cohæredes, atque poſt eos ad legatarios, fideicommiſſarios, nec non ſervos tranſtulimus, atque ita ad eos quoque, qui ab inteſtato vocantur, & extraneos ac fiſcum devenimus, id neque abſurdè neque temere, neque (70) quaſi decorum nos lateat, ſed de induſtria & ſecundum legem factum eſt, ut (71) vocatis prius omnibus perſonis,

 teſta-

(65) *ne &c. maneat*) ἵνα μὴ μείνοι. Rectè. Hal. μείνειν. Βασιλ. μείνειεν.

(66) *Exhæredatos*) ἐξηρεδάτους. Βασιλ. & Hal. ἀποκλήρους.

(67) *millies*) μυριάκις. Vetus & Fabrotr. *decies millies.* Hal. *plus millies.* Eſt illud *conſtanter, ſæpiſſime, perpetuo.* Vid. *Nov. 53. Cap. 6.*

(68) *exheredat*) exhæredationes. Βασιλ. ἀποκηρύξεως. Hal. ἐξαιρεδατίονος.

(69) *noluit*) οὐκ ἠβουλήθη. Sic & Hal. & Βασιλ. Et paulo poſt in noſtra ὁ διαθέμενος ἠβουλήθη, *vid. n.* 49. ſupra.

(70) *quaſi nos decor. lat.*) ὡς ἂν τινα καὶ διαλάθοι, τὸ πρέπον. Vet. *nec quaſi aliquem lateat, quod decet.* Fabrot. *neque quod decorum nos latuerit.*

(71) *vocatis*) περιγραφομένων: Περιγράφω eſt *finio, emetior.* Hinc Vet. *finitis primum omnibus ſecundum teſtamenta perſonis.* Hal. *decurſis.* Fabr. *decurſis primum omnibus, quorum in teſtamento mentio comprehenditur.* Ut in l. 1, C. Th. d. off. Præf. Præt. *internis negoti*

teſtamento ſcriptis, (72) iiſque recuſantibus, tum demum ad eos, qui ab inteſtato vocantur, (73) cæteroſque perveniremus. In omnibus verò caſibus, quando ſupra ſcriptis non implentibus, eos qui vel in teſtamento ſcripti ſunt, vel ab inteſtato veniunt, vel etiam reliquos vocamus, illis omnibus, ut hæredes (74) fiant, atque adeundi, & pro hærede ſe gerendi (75) (quæ verba legis ſunt) omniaque tanquam hæredes agendi jus habeant,

usque quaque decurſis, & paſſim. Nos ſenſum expreſſimus.

(72) *iiſque recus.*) Omiſit hæc in verſione ſua *Hal.* Gr. εἶτα ἀπειπόντων. Βασιλ. ἀπαλλαγέντων, non malè. Vet. *abrenunciantibus.*

(73) *cæteroſque*) Vet. verſio addit *extraneos & fiſcum*, quæ nec in noſtro textu nec alibi extant.

(74) *fiant*) γίγνεσθαι. Hal. & Βασιλ. melius γίνεσθαι. Pro ἐδίδετο, quod ſequitur, Βασιλ. habent ὑπεισελεύσεως ἤτοι κληρονομίας ἐγχειρήσεως.

(75) *quæ verba*) Ταῦτα δὴ τὰ τῦ νόμυ ῥήματα. Particula δὴ eſt affirmantis, & ſignificationem habet adverbii *utique*, *ſcilicet*, *etiam*. Interdum etiam abundat. Vet. *hæc enim verba* &c. Galvanus de uſufructu *Cap. 10. n. 6.* ad hæc verba ſequentia notat inquiens: Hinc Pomponius in *l. 120. d. V. S.* fatetur verbis legum XII. Tabb. tributam fuiſſe teſtandi facultatem: ad quem locum diſpeream, ni reſpexerit Juſtinianus in *N. 1. §. in omnibus autem caſibus.* Ubi cum privaſſet hæreditario commodo hæredem contravenientem præcepto teſtatoris, & ſubinde alios in locum illius vocaſſet ad hæreditatem, tandem ita concludit: *damus omnibus talibus* &c. Cur dicit: *hæc enim verba legis ſunt?* quia nimirum dixerat ſupra, *damus omnibus talibus perſonis fieri hæredes.* Hæredes enim non aliter fiunt hæredes, quam verbis legis, d. l. *verbis legis*, quam autoritate legis. Hæc *Galvanus.* Non eſt vero ſimile Imperatorem aut *ad d. l. 120.* aut ad *L. XII. Tabb.* reſpexiſſe. Nam *in d. l. 120.* traduntur & explicantur verba legis XII. Tabb. *uti quiſque legaſſit* &c. quæ huc non pertinent. Quod autem Imperator dicit: *damus omnibus talibus habere jus* &c. pertinet ad poteſtatem Imperatoris, non ad verba *L. XII. Tabb.* Disertè enim Imperator in ſequentibus ait, ſe exemplo antiquiſſimarum legum perſonas illas ad hæreditatem vocare, quæ ex propria auctoritate idem fecerint. Addidit verò Imperator hæc: *verba enim legis ſunt*, ut oſtenderet, verba illa, quibus utitur, *hæredem fieri*, habere *jus adeundi*, & *pro hærede geſtionis*, eſſe verba legum, juris & legitima; ſeque verbis legitimis & jure receptis uti. Solet enim, ubi pluribus verbis ad eandem rem utitur, tale quid adjicere, maximè ubi latinis utitur, ut hic, *pro hærede geſtiones*, ut videre eſt, *Nov. 91. Cap. 2.* ubi eadem habeat verba latinis græco textui inſertis appoſita, ὥστε ἢ profectitiαν ἢ adventitiαν εἶναι, τὴν προῖκα, ταῦτα δὴ τὰ τῦ νόμυ ῥήματα Nov. 97. cap. 2. τῦτο δὴ τὸ πα-

habeant, concedimus, ſive ipſe conveniantur, ſive alios conveniant: id quod antiquiſſimæ etiam leges propriâ authoritate dederunt, eosque hæredes fecerunt, qui neque ſcripti erant hæredes, neque ab inteſtato ad hæreditatem vocabantur. Atque hæc omnia obtineant, licet non ab hærede, ſed legatario, fideicommiſſario, vel mortis causâ donatario quid dari aut fieri teſtator voluerit, eodem ordine (76) in rebus auferendis ſervando, ut à ſubſtitutis quidem Legatariis incipiat, in fiſco verò deſinat: Nec quisquam (77) huic legi indignetur, quod iis, quæ relicta ſunt, privetur, ſed conſiderans, quod omnibus hominibus vitæ finis ſit mors, non id ſolum ſpectet (78) quid ab aliis accipiat, ſed hoc quoque cogitet, quod & ipſe moriturus aliis præcipiet: (79) & niſi hac lege ei ſubveniatur, nihil eorum, quæ omni ſtudio diſpoſuit, (80) ad exitum perducet. Non enim iis tantum, qui ſub noſtro imperio, vel qui nunc ſunt, hominibus, ſed omni atque venturo etiam tempori leges ferimus.

CAPUT

λαιὸν. *Nov. 22. Cap. 47.* φερόμενα in virilem portionem, τοῦτο δὲ διὰ τοῦ νόμου. Vid. *& Nov. 18. Cap. 7.* in fin. Nov. 63. infr. τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, *ut in proverbio eſt, ut dici ſolet.* Sic & dicit alibi τῆς καλουμένης παρὰ τῶν νόμων ſeparationis: Nov. 82. cap. 6. τοῦτο δὴ τὸ τῶν διαθηκῶν, rogatos *ſc. teſtes. Nov. 90. Cap. 3. Nov. 101. Cap. 1.*

(76) *in rebus*) προφάσει τῶν ἀφαιρουμένων πραγμάτων. Vet. & Hal. *occaſione rerum ablatarum.* Varius eſt uſus vocis πρόφασις in his libris. Interdum enim verti debet, *pro* vel *nomine*, ut προφάσει συμβόλων, *pro Symbolis. Nov. 27. Epil. & paſſim. Nov. 8. Cap. 1. Cap. 6.* προφάσει ἐκλογῆς *per electionem. Nov. 2. præf. in fin.* Item, *in, quoad,* προφάσει διαδοχῆς, *in ſucceſſione. Nov. 21. Cap. 1. & h. l.* Vid. quæ ſupra diximus. Participia verò *præſentis* ſenſu *futuri* paſſim ſumi notum eſt.

(77) *huic legi*) πρὸς τὸν νόμον δυσχεραινέτω, ἤτοι ὡς τῶν καταλελειμμένων ἀποστερ: Hal. τούτων ὡς καταλελειμμένων ἀποστερούμενος *ſi talibus quodammodo relictis privetur.* Sic & Βασιλ. minus rectè.

(78) *quid ab*) Vetus ineptè, *& non ſolum ab aliis ipſe ſe percipere contempletur.* Fabrot. *Spectet, quid ipſe ab aliis percipiat.* Gothofr. notat hic, i. e. *ſibi præcipi & imperari,* quod an huic loco conveniat, alii judicent.

(79) *& niſi*) καὶ εἰ μὴ παρὰ τῆς τοῦδε τοῦ νόμου τύχοι βοηθείας. Sic & Βασιλ. legendum καὶ εἰ μὴ τῆς παρὰ τοῦδε &c. *Auxilio ab hac lege.* Hal. καὶ εἰ μὴ παρὰ τοῦδε. Non malè. Vet. *ſi non hujus legis mereatur auxilium.*

(80) *ad exitum*) εἰς ἔργον ἄξει. Sic

CAPUT II.

De lege Falcidia & inventario.

HInc nos conſilium & cogitatio quædam legis Falcidiæ ſubiit, quæ invitis etiam teſtatoribus, ſi bona legatis exhauriant, hæredibus retinere (81) permittit, quod illis (82) quartam partem ſubſtantiæ efficit.

& Βασιλ. Hal. ἥξει, *perveniet.* Vetus *perducet.*

(81) *permittit*) δίδωσι. Vet. *præbet etiam retinere hæredes.*

(82) *quartam*) Τὸ τέταρτον. Hal. & Βασιλ. τὸ τρίτον ἢ τὸ ἥμισυ, *trientem vel ſemiſſem.* Vet. *quartam.* Sic & ſupra *Cap. 1. §. 1.* In Oriente communi conſenſu Novellæ 18. modum legitimæ ad Falcidiam porrectum fuiſſe extraneis hæredibus inſtitutis ait *Cujacius* ad *Nov. 18.* Theodorus *in Schol. Græc. ad. h. Nov.* Interprete Fabrotto notat: *Hæres neceſſarius, qui voluntati defuncti non obtemperat* &c. *id tantum, quod ei ab inteſtato competit fert, hoc eſt legitimam portionem, quæ triens eſt, ſi non plures ſint quatuor, vel ſemis, ſi plures ſint quatuor, ſecundum Novellam decimam octavam. Adde Gudelin. d. jur. Nov. Lib. II. Cap. 11. & ibi alleg. Harmenop. Euſeb. in Chronic.* Teſtis porro eſt idem *Theodorus* in *Schol.* ſupra citatis, Textum Novellarum legere *quadrantem.* Novella quoque decima octava tempore poſterior eſt hac prima. Illa enim Kalendis Martii vel Maji lata eſt; hæc verò Kalend. Januar. Beliſario Conſule, ut ſententiam poſterioris ſine abſurditate priori ineſſe credere quis non poſſit. Agylæus hac de re ita judicat: *quod in libello noſtro ad Civilis juris Novellas ſingulari, aliunde in Haloandri editione inauctam Falcidiam eſſe, præfati ſumus: ejus rei & Scrimgerus nobis teſtis eſt, qui pro triente vel ſemiſſe quadrantem conſtanter ubique ponit: ut aſſertioni noſtræ præter alias noſtra quidem opinione immotas invictasque rationes hinc quoque pedamen atque fultura accedat.* In citato verò *libro ſingulari* hæc dicit idem Autor: *Aliunde* [ex Nov. 18.] *hic Falcidiam inauctam eſſe, quam in re nobis Vetus translatio aſtipulatur, idque incogitanter ac imperitè factum eſſe, cum augmentum ejus non etiam ad hæredes extraneos pertinere intelligi poſſit:* &c. *Contius* tamen *Lib. I. Subſeciv. lect. Cap. 3.* cum aſſeruiſſet in hoc loco dici: *Falcidiam permittere hæredibus retinere, quantum ad trientem vel ſemiſſem bonorum efficiendum ſatis ſit, idque non de omnibus hæredibus ſed de filiis accipiendum*; in fine dicti capitis Trebellianicam quoque filiorum auctam eſſe concludit, idque neceſſario colligi ex hujus Nov. 1. Cap. hoc, de quo agimus, neque facile ſe audire eos, qui locum dicent eſſe corrigendum. Sic ille. Ex libris autem Βασιλικῶν in textum Haloandri, qui eos

Digitized by Google

cit. (83) Quanquam enim voluntati (84) defuncti repugnare videatur, a lege tamen id permittente (85) ſuſtinetur. Sancimus itaque, (ubique enim defunctorum voluntas nobis tuenda eſt,) ut hæredes, ſi illius utilitate frui velint, legi integram ſervent poteſtatem, neque ſurripiendo quid, vel dolo agendo, Falcidiam ſervare conentur, (86) licet illa, ſi nihil dolo feciſſent, fortè non competeret.

C § 1. Fiat

ut plurimum ſequitur, verba illa, *trientem* & *ſemiſſem* veniſſe palam eſt.

(83) *quanquam*) κἀνταῦθα γὰρ μάχεσθαι μὲν δοκεῖ τῇ γνώμῃ &c. Vet. *Et hic enim repugnare quidam videntur voluntati* &c. Hal. *tametſi enim pugna contra teſtatoris voluntatem hac parte ſuſcipi videtur.* Fabrot. *licet enim teſtatoris voluntas impugnari videatur, legi tamen innititur id permittenti.* Intellige *Falcidiam* pugnare cum voluntate defuncti.

(84) *defuncti*) τῶν τελευτησάντων. Vet. *deficientis.*

(85) *ſuſtinetur*) ἀπερείδεσθαι. Vet. *& incumbere legi talia permittenti.* Hal. σκήπτεσθαι, eodem ſenſu. Vertit autem ille: *lege tamen permittente id factum defenditur.* Sic & Baſil. ubi Fabrot. *innititur.*

(86) *licet illa*) καίτοιγε, εἰ μηδὲν ἐκακούργησαν οὐκ ἂν ἴσως ἁρμόσαντα. Sic Hal. & Baſil. Vetus. *Cum utique ſi nihil malignati eſſent, non forte competeret.* Hal. *quæ neutiquam competitura ſit, ſi nihil dolo malo egiſſent, intervertiſſentque.* Fabr. *quæ neutiquam interveniret, ſi nihil dolo malo amoviſſent.* Contius hic monet alios notare deeſſe *non*: Nos quoque id expungendum putavimus, [quia ſenſum efficere videbatur contradictorium] & τὸ ἴσως vertendum non *fortaſſe* ut plerumque, ſed *æque*: ut is eſſet ſenſus: Falcidia hæredes uſuros, etiam ſi nihil dolo fecerint, & proinde non eſſe, ut dolo eam ſervent, ſubtrahendo quid ex hæreditate. Verùm cum omnes Codices modo citati τὸ οὐκ agnoſcant, opera danda eſt, ut eo retento ſenſus quidam eruatur. Primò igitur apertum eſt, eam interpretationem, *hæredes dolo & furtis non debere Falcidiam introducere, cum ea non competat, nec ipſi jus habeant eam detrahendi, ſi nihil dolo agant*, contradictoriam & abſurdam eſſe. Quare videndum, an non ſenſus ſit verborum ſimpliciſſimus & apertus: *hæredes non debere furtis & dolo Falcidiam ſervare, etſi illa quoque non competeret*, i. e. etſi illius utilitate cum effectu frui non poſſint, iſtaque illis ſalva non ſit aliter, quam ſi dolo & furtis eam ſubtrahant. Hæc ſententia verbis textus convenit. Nam particula καίτοιγε ponitur quidem ſæpe pro *nam, cum*; interdum tamen & pro *cum tamen*. Loca ex *Novel.* non adſcribemus, ut breves ſimus. Regulariter verò & frequentisſimè ſignificat *licet, quamvis*. Ex plurimis locis, quæ habemus, pauca indicabimus. *Nov. 12. præfat.* γονὴν καίτοιγε ἀναίτιον οὖσαν, *ſobolem licet inculpatam.* *Nov. 22. Cap. 20. § 2.* καίτοι μὴ

§. 1. Fiat igitur ab hærede metuente, ne debitis & legatis ſolutis Falcidiam habeat, inventarium, ſecundum eum modum & tempus, quod ante definivimus, cum homines damno in rebus propriis ex aditionibus veniente exemimus, onera pro modo relicti patrimonii ſiſtentes: hoc ſolo addito, ejusmodi hæredem (87) qui non ſolum creditores, ſed etiam Legatarios metuit, neque tantum veretur ne damno afficiatur, verum etiam ne lucro careat, (88) ſcire debere quod omnes Legatarii & fideicommiſſarii, quicunque in eadem civitate ſunt, vel procuratores

κληρονομοῦντες τοῦ γονέως, licet hæredes non ſint patris. Nov. 91. Cap. 2. καίτοι τὴν προῖκα οὐκ εἰσενεγκοῦσα, licet dotem non intulerit. Adde *Nov. 4. Cap. 1.* Sæpe & pro redundante haberi poteſt & negligi, ut modo *all. N. 12. præf. ſobolem inculpatam, Nov. 26. Cap. 1. pr. Nov. 103. Cap. 1.* quorſum & hic locus, referri non malè poterit. Porrò autem & τὸ ἁρμόζειν eum ſenſum admittit: dicitur enim *de rebus, quæ ad nos pertinent, quas habemus.* Loca ex *Nov.* vide ſupra *Cap. 1. §. 1. n. 43.* quibus adde ex Βασιλ. οὐδὲ ἐξωτικοῖς κληρονόμοις ἁρμόζει πατρωνικὸν δίκαιον. *Nec extraneis hæredibus competit jus patronatus.* Et *§. 16. Inſt. d. obl. ex delict. competere & habere* promiſcuè ponuntur. Quod autem Falcidia de quarta bonorum ipſo actu detracta vel detrahenda, non verò de jure eam detrahendi, vel de beneficio legis hæredibus competente dicatur, patet ex verbis, quæ noſtra præcedunt, ubi dicitur: *Hæredes non debere per ea, quæ ſubtraxerint, Falcidiam introducere.* Ubi *Falcidiam introducere* nihil aliud eſt, quàm *quartam ex bonis & detrahere.* Falcidiam enim, quatenus eſt beneficium legis, hæredes non introducunt. Illa ipſa ergo. Falcidia dicitur *non competere fortè,* ſi nihil dolo egerint. Quare nos quidem non dubitamus, quin verus ſit ſenſus; *non quod Falcidia non competat de jure, ſi nil dolo egerint; ſed quod ipſo actu eam detrahere nequeant, ſi non ſuperſit ex hæreditate, unde eam habeant ſalvam, poſt legata & debita ſoluta.* Loquitur enim Imperator de hærede metuente, ne poſt debita & legata ſoluta habeat Falcidiam, & qui non ſolum Creditores, ſed & Legatarios veretur, & metuit non ſolum, ne damno afficiatur, ſed & ne lucro careat. *§. 1. h. Vid. & Julian. h.* De hoc hærede ait Imperator eum non debere furto quid ſubtrahere, licet quartam non ſit habiturus, ſed puram legi ſervare poteſtatem. Conf. & *Nov. 31. Cap. 1. §. 1.* καθαρὸν τηροῦντες τὸν νόμον.

(87) *qui non*) ὃς οὐ δεδοικὼς. Βασιλ. ὡς οὐ δεδοικώς.

(88) *ſcire*) χρῆναι εἰδέναι. Τὸ εἰδέναι *ſcire* deeſt apud Vet. etſi *Hal.* & Βασιλ. id habeant. Poteſt autem abeſſe, & tum τὸ χρῆναι conſtruetur cum ſequenti παραγγέλλειν, *oporte hæredem aſſumere.* Vet, *ut oporteat convocare.*

tores eorum ſint aſſumendi, ſi forte ſexus, (89) dignitas, qualitas, aetas aut neceſſitas quædam eis non permittat, ut inventario conficiendo intereſſe poſſint. Si verò quidam abſint, teſtes ex eadem civitate fide digni, quique bona poſſident, & bonæ exiſtimationis ſunt, non pauciores quàm tres adhibeantur, (tabulariis enim ſolis, quantum ad eam rem, non credimus) coram quibus inventarium conficiatur: ita ut venientibus Legatariis, atque ſurreptum quid eſſe ex bonis, vel occultatum fortè, quærentibus, liceat non ſolum (90) per tormenta ſervorum, (nam & hoc concedimus, obſervatis iis, quæ nuper à nobis de tormentis ſervorum dicta ſunt) ſed etiam (91) per juramentum teſtium, qui, ſe iis, quæ geſta ſunt interfuiſſe, quæque tunc acta ſunt vidiſſe, nec ullius fraudis ab hærede commiſſæ conſcios eſſe, affirment, rem inquirere, atque ita eorum, quæ à teſtatore relicta ſunt, veritatem invenire: (92) niſi fortè omnes Legatarii, qui præſentes ſunt, vel quidam ex iis, (93) de-

(89) *dignitas* ἀξία. Hal. & Baſ. ἀξίωσις.

(90) *per tormenta*) τῶν οἰκετῶν βασάνῳ. Vet. *per ſervorum examinationem*: Julian. *per tormenta*. Gloſs. Cyril. Βάσανος, *Tortus, hoc tormentum*. Eodem verbo Juſtinianus utitur *in l. ult. C. d. quæſt. & l. ult. §. 10. d. Jur. delib.*

(91) *per juramentum*) in Baſil. & Hal. editione ante illa verba legimus, διὰ τοῦ ὅρκου τοῦ κληρονόμου, καὶ &c. *per juramentum heredis*. Quæ verba & *Vetus* & *Julianus* agnoſcit, ac inſeri debent.

(92) *niſi forte*) πλὴν εἰμὴ τυχὸν οἱ παρόντες τῶν ληγαταρίων πάντες ἤ τινες &c. Hal. hæc non legit, ſed πλὴν εἰ διαμαρτυρία, &c. *niſi teſtato conventi*. Habentur autem in Baſil.

(93) *denunciatione*) διαμαρτυρίας αὐτοῖς πεμπομένης. Vet. *conſtitutione ſibi præmiſſa*. Hal. *teſtato conventi*: Fabrot. in Baſil. *teſtato moniti*. Quid olim fuerit διαμαρτυρία perſpicue docet *Harpocration. in Lex. X. Rhet.* ubi tradit; fuiſſe διαμαρτυρίας genus quoddam [παραγραφῆς] exceptionis: prius enim, inquit, quàm introduceretur cauſa in forum judiciarium, licebat cuivis teſtari, an lis introduci per leges poſſet, an non poſſet. Et primùm licebat actori teſtem producere, qui aſſereret litem εἰσαγώγιμον εἶναι; ſin actor nullum teſtem produceret, reus producebat &c. Similia habet *Pollux Onom. Lib. VIII Cap. 6. Segm. 32. edit. VVetſt. & pag. 305. edit. Ald.* inquiens: διαμαρτυρία δὲ ἐστὶ διαμαρτυρεῖν, μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον &c. Quod Interpr. reddit: *Sed proteſtatio, cum quis proteſtatur hæreditatem non eſſe controverſam*. Conf. & *Heſych.* & *Iſæi* apud *Budeum* locus. Fuit ergo tum διαμαρτυρία *productio teſtis* vel *conteſtatio* aut *proteſtatio*, ut *Interpres Pollucis*. Vid. ver-

denunciatione illis facta venire, & inventario conficiendo adeſſe noluerint: tunc enim hæredi, etiam non præſentibus legatariis, præſentia teſtium

ſtium

ba *Harpocr.* ſupra citata. Sic verò & *Iſocrat. adverſus Callim.* προβαλλομένου δ' ἐμοῦ μάρτυρας ὡς οὐκ εἰσαγώγιμος εἴη ἡ δίκη. *Cum autem ego* teſtibus productis *actionem dari poſſe negarem.* Et *Dinarchus* ap. *Harpocr. d. l.* æſtimavit: vocem διαμαρτυρῆσαι *non de ipſo teſte accipiendum, ſed de eo, qui teſtem produxit.* Budæus Commentario Gr. Ling. ait: διαμαρτυρεῖν eſſe quaſi de ſcripto conteſtari, mox autem ſubjungit: ὁ μὲν οὖν διαμαρτυρῶν i.e. *teſtis productis* affirmabat & teſtificabatur quiddam non in ſua ſed aliena cauſa, in qua exceptionem intendens liti ſe offerebat &c. Idem apparet ex *Demoſth.* & *Iſæi* locis ap. *Budæum*, quæ prolixitatis vitandæ cauſa prætermittimus. Hæc ſignificatio non eſt hujus loci; pertinet enim ad judicia Græcorum Veterum & exceptionem in illis judiciis uſitatam, quæ litis conteſtationem impediret. Teſtis rurſus eſt Budæus in Comm. *hac voce*, qui ea quæ ipſe hac de re ibidem differit huc non pertinere docet, inquiens: *Non me latet aliter in Pandectis Græcis pleraque appellari: ſed hæc quæ, pura ſunt & probi numiſmatis priſcique permiſcenda non duxi, quæ recentiora ſecula genuerunt.* Videndum igitur, quid Imperatori noſtro ſit διαμαρτυρία? Eſt illa nil aliud, quam *denunciatio*, *Gloſſ. Cyrill.* διαμαρτυρία, *conteſtatio, teſtificatio, teſtatio.* Lib. II. Βασιλ. Tit. 2. Cap. 40. Διαμαρτύρεσθαι ἐστὶ τὸ ἐπὶ μαρτύρων παραγγεῖλαι. *Deteſtatio eſt Denunciatio facta cum teſtatione* ut: dicitur *in l. 40. d. V. S.* Gloſſ. Jur. διαμαρτύρεσθαι ἐστὶ τὸ παραγγεῖλαι τῷ ἀπολιμπανομένῳ &c. Teſtatio, διαμαρτυρία. Occurret id infra *Nov. 88. in ſcript.* ubi à Vet. *denunciatio* vertitur, ſed *Cap. 1. & 2.* ubi ſæpius reperitur, *interdictio*, & *conteſtatio.* Sermo verò ibi eſt de denunciatione depoſitario, inquilino, aut erogatori annonæ civilis facta, ne depoſitum creditori, vel penſionem domino ſolvant, aut panes civiles præbeant. *Nov. 115. Cap. 3. §. 12.* διαμαρτυρία ἔγγραφος hæredibus miſſa, ut curent furioſum. *Nov. 117. Cap. 15. pr. §. 1. 2.* διαμαρτυρία ἔγγραφος, miſſa adultero à marito teſtimonia trium virorum fide dignorum habens, Add. *Nov. 100. c. 1.* Phraſis porro noſtra διαμαρτυρίαν πέμπειν habetur dictis locis, *Nov. 88. Cap. 1. Nov. 115. Nov. 117.* Παραγγελία idem eſt, quod διαμαρτυρία, in *Nov. 117. Cap. 15.* ubi ἔγγραφος utraque dicitur. *Nov. 88. Cap. 1.* Gloſs. Cyrilli παραγγελία *denunciatio, condictio, interdictum,* συνταγὴ μετὰ παραγγελίας, *condictio.* In L. L. Codicis Juſtin. *Atteſtatio* vocatur plerumque; & *mitti* dicitur, ut *hic l. 5. C. d. recept. arb. Atteſtatio intra decem dies miſſa judici, l. 11. C. depor. Atteſtatio in ſcriptis transmiſſa l. 2. 3. C. d. jur. Emphyt.* ubi ſæpius, *atteſtatione præmiſſa, l. 3. §. 1. C. d. jur. dom. impetr.* ubi & *denunciatio* dicitur, eaque *mitti §. 2.* ibidem; *& l. 39. §. 1.* ad L. Jul. de adult. Item *teſtatio* & *denuncia-*

ſtium contento (94) inventarium facere liceat, Legatariis tam juramento hæredis quàm tormento ſervorum etiam ſic (95) reſervato, iisque omnibus obſervatis beneficium L. Falcidiæ habeat. Hoc enim pacto neque legi in hunc usque diem adeò probatæ aliquid detrahere, neque injuriam defuncto facere videbimur. Nam ſi plane hæredes aliquos

tio promiſcuè quæ *mitti* dicitur *in ſcriptis vel ſine ſcriptis*. Quæ omnia Græcam phraſin exprimunt, ut multa alia. Intelligimus verò hoc loco *denunciationem* coram teſtibus factam; Vet. *conſtitutione ſibi præmiſſa*, pro quo legendum eſſe patet, *conteſtatione* &c. De denunciationibus ſolennibus antiquis videſis *P. Fab. Semeſt. Lib. 2, Cap. 24.*

(94) *Inventarium)* ἀπογραφή. Eſt & *cenſus publicus. Nov. 8. præfat.* It. *deſcriptio, Schedula. Nov. 18. Cap. 7. pr. Nov. 48. Cap. 1. pr. Nov. 94. Epil.*

(95) *reſervato)* ἀποκειμένων καὶ οὕτω τοῖς λεγ. Βασιλ. ἀποκειμένου καὶ &c. Hal. ἀποκειμένου καὶ τούτοις λεγαταρίοις, *repoſito nihilominus & iſtis legatariis.* Vet. *repoſito.* Fabrot. in Βασιλ. *facultate adimenda.* Convenientior ex Scrimgero hæc lectio erit, *repoſito & ſic legatariis. AGYLÆUS:* Ἀπόκειμαι eſt *repono, reſervo, Nov. 28. c. 4. §. 2.* ἀπόκειται γὰρ ὑμῖν &c. *reſervatum nobis eſt.* Vel, ut Vet. *in parato nobis eſt. Nov. 74. Cap. 4. §. 2.* ὥστε ἀποκεῖσθαι τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν, *ut in promptu vel repoſita ſit hominibus hinc ſecuritas. Nov. 85. Cap. 1.* προσεδρευόμενον τοῖς ἐκεῖσε ἀποκειμένοις ὅπλοις. *Adjiciendum repoſitis ibi armis.* Significat & *jaceo, conſtitutus ſum.* Nov. 74. Cap. 4 §. 3. εἰς ἔσχατον τοῦ δήμου μέρος ἀποκείμενον. *In ultima plebe jacens* vel *conſtitutum.* Vet. *in noviſſima vitæ parte jacens. Add. Nov. 89. Cap. 7. Nov. 105. Cap. 2. §. 3. & 4.* ubi *reponere, reſervare, recondere* ſignificat. Sic *nummi præſidis cauſa repoſiti, l. 75. ff. d. Leg. 3. repoſita in horreis. l. 88. ff. d. Leg. 3. repoſiti fructus. l. 19. §. ult. d. inſtr. vel inſtr. leg.* Improbat hanc interpretationem *Cujacius* in *Expoſ. h. Nov.* & *repoſito* accipit pro *depoſito, ſemoto, remoto,* idque auctoritate *Juliani* probat, & hoc ipſo *Nov.* loco, verbis: *niſi præſentes legat:* &c. Sed uſus ille verbi ἀπόκειμαι nec in Novellis, nec alibi forte occurrit; Verba quoque h. Nov. à Cujacio allegata talem ſenſum non exigunt, & id quod *L. 15. §. 33. damn. inf.* legitur, *ſepoſito eo* &c. huc non pertinet. Nam mens Imper. eſt. *Si legatarii præſentes venire nolint heredem debere inventarium coram tribus illis teſtibus conficere, ita tamen ut etiam hic* καὶ οὕτω *juramenta heredis & tormentis ſervorum veritatem invenire poſſint.* Idem quoque Julianus diſertis verbis dicit: *nullo legatariis objiciendo poſtea obſtaculo, ſi voluerint* & in hoc caſu *per tormenta ſervorum vel per ſacramenta heredis ſive teſtium veritatem manifeſtare.* Non malè interim pro ἀποκειμένων legitur ἀνακειμένων. Cum *Cujacio* facit *Fabrot.* in Βασιλ. Hal. *repoſito nihilominus* &c.

ſibi exiſtere, & ſolatium quoddam ex ſucceſſione ſua habere velit, ſeque ſufficientes facultates poſſidere putet, rei tamen veritas aliud evincat, manifeſtum eſt, id voluntati defuncti non contrariari, ſed potius ignorantiam illius (96) purgare.

§. 2. Quodſi inventarium eo, quo diximus, modo non fecerit, Falcidiam non retinebit, ſed Legatariis & Fideicommiſſariis ſatisfaciet, etſi Legatorum præſtatio modum (97) puræ ſubſtantiæ defuncti excedat. Neque hoc dicimus, ut Legi noſtræ quid detrahamus, quam ea de re tulimus, ne hæredes in bonis propriis à Creditoribus damno afficiantur: (98) præſtabit enim illis, pœnam malitiæ ſuæ, (99) quod leges transgreſſus eſt, ſolvens, (100) cum illi cautè omnia agenti, nullum damnum

(96) *purgare*) κάθαρσις *purgatio* Vet. *puritas.* Hal. ἀνοίας κάθαρσιν, *dementiæ purgationem.*

(97) *puræ ſubſtantiæ*) καθαρᾶς οὐσίας. Supra *pr. h. cap.* dixerat *puram ſervare legi poteſtatem*; & infra paſſim *puras manus ſervare jubentur Magiſtratus* ut Cod. Theod. Lib. 9. p. 215. Idem *teſtis purus, Nov. 90 præf. & h. Nov.* mox καθαρὰν ἐπίσκηψιν, *puram diſpoſitionem* &c. Pura ſubſtantia hic eſt, *vacua ab aere alieno, Theophil. Paraphr. Inſt. Lib. 2. Tit. 22. §. 3.* poſtquam dixiſſet, in quantitate patrimonii ſpectanda detrahendum eſſe æs alienum, funeris impenſas &c. addit. τοῦτο γὰρ νομίζεται εἶναι καθαρὰ οὐσία, *id enim purum eſſe & verum patrimonium putatur.* Vid. & *Cujac. l. f. C. d. repud. Nov. 22. l. litibus C. d. agr. cenſ.* ubi *reditus puri* ſunt, qui reſtant tributis ſolutis. Cæterum pro ὑπερβαίνῃ *ſuperet*, quod ſequitur, Hal. legit ὑπερβαίνει.

(98) *præſtabit enim*) δώσει γὰρ αὐτοῖς ποινὴν ἐκτιννὺς τῆς ἑαυτοῦ κακουργίας. Vet. *dabit eis poenam exactio ſuæ malignitatis,* τὸ ἐκτιννὺς habent Hal. & Βασιλ. & eſt ab ἐκτίνω *ſolvo, pendo,* nec poteſt conſtrui niſi cum ποινὴν, *ſolvens poenam.* Vet. Interpr. legit ἔκτισις quod & legitur infra *Novell. 22. Cap. 7. & Cap. 19. Nov. 91. Cap. 2.* Id autem eſt *ſolutio*, & à *Vet.* vertitur *exactio.* Ac hinc quidem illud h. l. pro *ſolutione* poſitum accipi poſſet: ſed aptior exinde non oritur ſenſus. Nam & τὸ ἐκτιννὺς melius reſpondet τῷ ἑαυτοῦ quod ſequitur, quam τὸ ἔκτισις. Magis igitur eſt, ut dictum putemus, *dabit poenam ſuæ malignitatis.* ἐκτιννὺς, *dum ſolvit*, vel ut paulo ante dixerat: πληρῶν τοὺς ληγαταρίους καὶ φιδεικομμισσαρίους, *implens legatarios & fideicommiſſarios.* Haloander vertit: *præſtabit enim illis, ut poenam ſuæ improbitatis luat*, ex eo &c. Fabrottus quoque: *in ſolidum enim legata dependet, ut poenam improbitatis ſuæ luat, quod* &c.

(99) *quod leges*) διότι παρέβη τὸν νόμον. Hal. vitioſè, παρέβη τῶν νόμων.

(100) *cum &c. licuiſſet*) ἐξὸν, Βασιλ.

damnum pati, & è contrario ea, quæ ex Lege Falcidia veniunt, lucrari licuiſſet. (101) Hæc verò dicimus, quando per errorem teſtator de facultatibus ſuis ita ſtatuit, aut forte cum majorem etiam quantitatem hæredi relinquere debuiſſet, de minore diſpoſuit: nam & hoc errantis eſt judicii, non autem purè & accuratè (102) diſponentis. Quodſi expreſſe declaraverit, ſe nolle hæredem retinere Falcidiam, neceſſe eſt, ut teſtatoris voluntas obtineat, & ſi defuncto juſte forte & pie quædam relinquenti, obtemperare velit, lucrum non in accipiendo, (103) ſed ſolum in pie agendo ponat, nec talem hæreditatem minus lucroſam eſſe exiſtimet: ſin nolit, ipſe quidem (104) recedat ab hujusmodi inſtitutione, locus autem, prout ante diximus, fiat ſubſtitutis & cohæredibus, Legatariis, Fideicommiſſariis, ſervis, hæredibus ab inteſtato, & reliquis, ſecundum modum, quem antea in his rebus invenimus.

CAPUT

ἐξ ὄν, ubi tamen Fabrott. *cum licuiſſet*; quod & habet *Vetus verſio*. *Ex quibus cautè omnia agens, nihil poterat damnificari*, Hal. ἐξὸν, *cum licuiſſet*.

(101) *Hæc verò*) quæ hic ſequuntur usque ad finem h. cap. deſunt in *Haloandri edit.* & Βασιλ.

(102) *diſponentis*) ἐπισκήψεως. Eſt autem ἐπίσκηψις extremis morientium voluntatibus accommodatum. *Ut ad verſ. Hal.* notatum legimus. Aliud eſt ἐπίσκεψις, *Nov. 53. Cap. 3. pr. deliberatio*. Vet. *deſignationis*, qui & verba ſeq. εἰ μέντοι ῥητῶς ἐπισκήψειε, vertit *ſi verò expreſſim deſignaverit*.

(103) *ſed ſolum*) ἀλλ' ἐν τῷ μόνον εὐσεβεῖν ἔχειν. Vet. *Sed ſolum modo piè agendo habentem*. In Græco textu deeſt τὸ ag. it; quod tamen ſenſus exigit, unde cum *Vet.* id retinuimus. Retinuit illud & *Agyl.* qui ea, quæ in *Hal.* editione deſiderantur, interpretatus eſt, vertens: *Sed in pie agendo conſtituere*. Idem verba præcedentia, ὁ βουλόμενον αὐτὸν ὑπηρετήσασθαι &c. vertit: *& volentem nolentem heredem aut teſtatori parere*. Vide & *Rain. Corſum*, *Indig. jur. lib. 2. Cap. 4.*

(104) *recedat*) ἀναχωρήσαι τῆς τοιαύτης ἐνστάσεως. *Vet.* & *Agyl. recedere*. *Cujac. in Expoſit. h. N.* notat: hoc verbo non ſignificari repudiationem, ſed hoc, ut adita hæreditate abeat is, qui plenam fidem defuncto non exhibet &c. Occurret verbum ἀναχωρῆσαι *Nov. 5. Cap. 4. Nov. 22. Cap. 5. Nov. 57. præfat. Nov. 82. Cap. 11. §. 1. Nov. 93. Cap. 2. §. 2.* Et, quod notandum ubi in Novellarum editionibus vulgatis legitur *abſtinatuem* ibi in Haloandri textu eſt, ἀναχωρεῖν Vid. *Nov. 89. num. 18.* & *Nov. 119. Cap. 6.* ubi ἀναχωρεῖν ἀποστῆναι & ἀφίστασθαι idem ſignificant.

Digitized by Google

CAPUT III.

De legatorum æqualitate.

NOn permittemus autem hæredi vires patrimonii accuratè ſcienti, ut aliis quidem ſtatim ab initio integra legata ſolvat, & voluntatem teſtatoris totam ſervet (quod conſtitutiones etiam deceſſorum dicunt) aliis autem partem aliquam detrahat: nec ita ut pro parte quidem voluntatem defuncti impleat, pro parte verò eam imminuat: ſed qui planè non errat in ſubſtantiæ quantitate, & ſcit, atque voluntatem teſtatoris ſtatim ſequitur, eam per omnia ſequatur, nec pœnitentia ductus ad deteriorem partem animum applicet: id enim non eſſet purè ſequi. Sed neque illis, qui cum ſciant, incautè tamen ſolvunt, negotium accipientibus poſtea facere, & ab illis ſolutum recipere velle (105) ullo

(105) *ullo modo*) τὴν ἀρχὴν, quod adverbialiter ſolet poni pro *planè, prorſus*, & fortius negare, ſi negativis addatur. Exempla paſſim obvia ſunt. Eo ſenſu & hic id capiendum, & pro πάντως, παντελῶς, παντὶ τρόπῳ poſitum eſſe cenſemus. Eſt enim modus loquendi Imperatori uſitatiſſimus, ut plures negationes cumulet tali aliquo adverbio addito. Illud verò εἶτα ὕστερον non movet, ut τὴν ἀρχὴν vertamus cum *Vet. Interpr.* & *Hal.* qui eum ſecutus eſt, *initiò*: Quia primò τὸ εἶτα ſimpliciter poſitum redundat ſemper fere apud optimos Scriptores, & imprimis in Novellis, ita ut non habeat, quo referatur in textu. Sic *h. Nov. Cap. 1. §. 2.* dicitur: εἶτα ἀπηνώβλον, & *h. Cap. 3.* πράξαντα ὀρθῶς, εἶτα μεταβάλλειν &c. *cum quis rectè egit, convertere ſe* &c. *Nov. 2. Cap. 5. pr. Nov. 18. Cap. 8.* ubi ſæpius. *Nov. 8. Cap. 4. Nov. 6. Cap. 5. Nov. 10. præfat. §. 1.* Deinde & τὸ ὕστερον illi junctum redundat eodem modo cum εἶτα, idem enim ſignificat. Vid. *Nov. 13. Cap. 1. §. 2. Nov. 38. præfat. §. 2* &c. Fabrottus id præterit in ſua verſione, ſed τὴν ἀρχὴν *initiò* interpretatur. In Plantin. edit. porrò diſtinctio rectè poſita eſt poſt ἀρχὴν, in reliquis illa eſt omiſſa. Et denique certum eſt, verba ἐπισταμένοις μὲν ἀφυλάκτως δὲ καταβαλοῦσιν, cohærere, ac id quod ſequitur εἶτα ὕστερον &c. non reſpondere verbis τὴν ἀρχὴν ἐπισταμένοις &c. ſed verbis præced. οὐδὲ ἐφήσομεν αὐτοῖς, ſic ſcil. οὐδὲ ἐφήσομεν αὐτοῖς εἶτα ὕστερον πράγματα παρέχειν; [quod pluribus demonſtrare piget] Quod ſi ergo τὴν ἀρχὴν jungas, non præcedenti ἐφήσομεν, ſed ſequentibus ἐπισταμένοις μὲν ἀφυλάκτως δὲ καταβαλοῦσιν, tum non habebit, quod illi reſpondeat, quia εἶτα τὸ ὕστερον neceſſario ad prius comma pertinet. Nam ſi ἀρχὴν & εἶτα jungenda eſſent, τὸ εἶτα deberet ſimili caſui vel conſtructioni jungi, &

nullo modo permittimus. Antequam enim agas conſilium capiendum, & res ad effectum perducenda eſt, (106) non autem ubi rectè feceris, ad improbitatem animum convertere oportet: niſi forte juſta quædam cauſa id ſuadeat, (107) & inopinati quid emergat, quod ſubſtantiam minuat & locum faciat repetitioni.

CAPUT IV.

Ut legata omnino intra annum ſolvantur.

Illud quoque curavimus, ne multum temporis in ejuſmodi quæſtionibus conſumatur. Sancimus enim, ut nulla ejuſmodi quæſtio aut lis anni ſpatium excedat, neceſſitatem imponentes, (108) ut omnino intra annum ab adita hæreditate & legata ſolvat, & à teſtatore relicta pro

ab eodem quoque verbo regi, ut *Nov. 18. Cap. 8.* καταβάλλειν τὸν τὴν ἀρχὴν μὲν ἀρνησάμενον ὕστερον δὲ ὁμολογήσαντα κελεύομεν. *Nov. 78. præfat.* &c. In hoc noſtro autem legitur, ἀρχὴν ἐπισταμένοις, ὕστερον παρέχειν, ubi præter ea, quæ diximus, deſideratur quoque particula δὲ vel ſimilis, quæ adeſſe ſolet & debet, ut duo illa ſibi videantur oppoſita; Sed præcedit illa in verbis ἀφυλάκτως δὲ καταβαλ. &c. Ut verò appareat, Imperatoris conſuetudinem eſſe, ut pluribus negativis utatur, exempla quædam proferemus. *Nov. 5. Cap. 4. Nov. 6. Cap. 8.* οὐδ᾽ ὁτιοῦν παντελῶς. *Nov. 7. præf.* μηδὲ τὴν ἀρχήν. *Nov. 7. Cap. 1.* μήτε ἄλλον μηδένα πανταχοῦ μηδὲ παρειλήφῆν. Ubi quatuor ſunt negationes. *Nov. 8. Cap. 2.* οὐκ ἔχοντα παντελῶς οὐδεμίαν &c. *Nov. 15. præf.* οὐκ ἂν εὕροις παντελῶς οὐδὲ ἕν. *Nov. 8. Cap. 7.* μηδενὶ παντελῶς μηδὲ ὁτιοῦν, μήτε &c. ubi quot verba, tot negationes ſunt. Interim tamen monendum eſt, τὴν ἀρχὴν interdum *initio* ſignificare in Novellis. Julian. vertit h. l. *Cognoſcens ab initio modum ſubſtantiæ, diminuere legata non debet.*

(106) *non autem*) ἀλλὰ μὴ πράξαντα ὀρθῶς εἶτα μεταβαλεῖν πρὸς ἀγνωμοσύνην. In Βασιλ. omiſſum πρὸς. Vet. *& non cogitantem rectè, deinde transferri ad indevotionem.* Vertendum fuit: *& non cum egerit rectè.* Cont. Fabrot. *non autem quod rectè feceris, mutare oportet, teque reum indevotionis conſtituere.* Hal. *rejicere in ignorantiam.* De voce ἀγνωμοσύνη vid. *ſupr. præfat.*

(107) *& inopin. quid*) παραδόξου τινὸς ἀναφανέντος. Vet. *inopinabili quodam ære alieno apparente.* Julian. *mirabili.* Jul. *niſi forte aliquid mirabile extiterit,* Gloſſ. Cyrill. παράδοξον *mirabile.*

(108) *ut omnino*) εἴσω παντὸς ἐνιαυτοῦ. Sic & Βασιλ. Hal. πάντως εἴσω ἐνιαυτοῦ, quem ſequitur Vet. *omnino intra annum.* Quod forte melius.

rei natura impleat, omniaque faciat, quæ ante diximus. Initium autem anno damus, quemadmodum ſupra diximus, (109) ab admonitione decreto Judicis facta. Anno enim culpa hæredis elapſo, ipſe quidem relictis excidat, alii verò, quos antea vocavimus, ad ea perveniant.

§. I. (110)

(109) *ab admonitione)* τὴν ἐκ δικαστικῆς ὑπόμνησιν ψήφου. *Ex judiciali definitiva ſententia,* vertit Julianus: Sed in duobus manuſcr. Julian. exempl. deeſt verbum *definitiva*, rectè. Eſt enim hic intelligenda admonitoria. *CONT.* Et rectè Cujacius *ex conventione* interpretatur, quia ὑπομνήσεως nomen *conventionem* ſignificat. *CHAR. ad Vet. verſ. Ex admonitione judiciario decreto facta.* Hal. Ὑπόμνησις ponitur pro *citatione*, vel *in jus vocatione, Nov. 79. Cap. 3.* πρόκτορες οἱ τολμήσαντες προσαγαγεῖν ὑπόμνησιν, *Novell. 53. Cap. 3. pr.* ἅμα προσενεχθείη τις ὑπόμνησις &c. ἄγουσι τὸν ἄνθρωπον ἄκοντα πρὸς τὸν δικαστὴν, ubi Vet. *mox ut oblata fuerit quadam admonitio* &c. *deducunt (executores) hominem invitum ad judicem.* Vid. *& §. 1. ibid.* ubi cum *admonitione* jubetur *offerri libellus Nov. 80. Cap. 6.* Hinc libellus ille vocatur βιβλίον ὑπομνήσεως, *libellus conventionis. Nov. 112. Cap. 3. §. 1.* vel quod idem βιβλίον αἰτιάσεως, *Nov. 53. Cap. 3. pr.* d. *Nov. 112. Cap. 2. pr.* Eundem habet uſum verbum ὑπομιμνήσκεσθαι, quem optime oſtendit *d. Nov. 112. Cap. 3.* pr. verbis: ὥστε δὲ αὐτὸν τὸν ἐνάγοντα ὑπομιμνήσκεσθαι εἰς τὸ δικαστήριον ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ διὰ νομίμου ἐντολέως παραγίνεσθαι, *ut ab eodem judice actor ad judicium aut per ſe aut per legitimum procuratorem venire moneatur. Cap. 2. pr. ibid.* πάντας τοὺς δικαστὰς εἴπερ τινὰς συσχεθῆναι ἤγουν ὑπομνησθῆναι βουληθεῖεν. *Omnes judices, ſi aliquem teneri* [ſic Vet.] *ſeu admoneri velint*, ubi συσχεθῆναι & ὑπομνησθῆναι pro eodem ponitur. Supra *h. Nov. Cap. 1. §. 1.* ἐκ ψήφου δικαστικῆς ὑπομνησθείς. In *Nov. 115. inſcript.* Vet. Interpr. τὸ ὑπομιμνήσκεσθαι vertit *in jus vocari.* Nov. 90. Cap. 9. ὑπομνησθέντα παραγίνεσθαι. Hinc Cujacius rectè *Conventionem* interpretatus eſt. Nam ut ante diximus βιβλίον ὑπομνήσεως vocatur *libellus conventionis*, & *Nov. 112. Cap. 2. §. 1.* Vetus Int. τὸ ὑπομνῆσαι vertit *convenire: ſi executor aliquem convenire præſumſerit.* Et in *l. 2. C. d. Jur. Emphyt.* Juſtinianus ait: *cum neminem oporteat* conventionem vel admonitionem *exſpectare, ſed ultroſeſe offerre, & debitum ſpontanea voluntate perſolvere.*[*] Ubi tamen de privata interpellatione vocabula illa accipiuntur. Cæterum ψῆφος hic non *ſententia definitiva* eſt, ſed *interlocutoria*, vel *decretum*, quo hæres citatur vel admonetur à judice. Nam in ſæp. *all. Nov. 112. Cap. 2. pr.* expreſsè dicitur: omnes judices, ſi aliquem admoneri [in jus vocari] velint, hanc conditionem ταῖς ἑαυτῶν διαλαλιαῖς, *ſuis interlocutionibus inſerant* &c. Vox *definitiva*, quam Julianus habet, in omnibus editionibus

§. 1. (110) Pupillis autem & minoribus lex noſtra nihil præjudicat. Nam ſi ex cauſis a nobis enumeratis lædantur, dupliciter iis ſuccurritur, tum reſtitutione in integrum, tum actione contra negligentes Tutores. Patronorum verò ſucceſſiones (111) ab hac lege excipimus: nam & ibi legitima parte, quam nos definivimus, ipſis ſervata, (112) ſi quid illis præter eam relictum ſit, atque a libertis, ut quid impleant, rogentur, ipſi autem nolint, eundem ordinem obtinere ſancimus, quem initio ſacræ hujus Conſtitutionis diximus, (113) ita ut legitima quidem portio apud eos pura maneat, reliqua vero ea procedant viâ quam in hujusmodi caſibus jam aperuimus. (114) Maxime cum in ipſa etiam Conſtitutione noſtra de jure pâtronatus, libertinorum quoque ſucceſſiones ad ſimilitudinem pene ingenuorum diſpoſuerimus.

§. 2. Quoniam vero duplex eſt Teſtamentorum ratio, voluntate vel ſcripto vel ſine ſcripto declarata, ſancimus ut hæc omnia ſimiliter valeant, atque ex æquo tam in non ſcriptis teſtamentis, quam omni ultima voluntate, atque omni perſona obſerventur, ſive privata ea ſit, ſive militaris, ſive Sacerdotalis, (115) ſive Cæſariana, ſive quæcunque alia. In commune enim omnibus hominibus hanc legem ferimus.

non extat; Sed deeſt in Edit. Baſilienſi 1576. verba autem illius hæc ſunt, *quo ex judiciali ſententia reus admonitus eſt propter legati ſolutionem.*

(110) *Pupillis*) Tractavit hanc rem *Cujacius* in *l. ait Prætor. §. item ſi non provocavit ff. d. Minor.*

(111) *ab hac lege*) τῦ νόμυ. Non leguntur hæc verba apud *Hal.* Vetus autem verſio ea habet, & Βασιλ.

(112) *ſi præter eam*) πλὴν ταύτης. Hal. παρὰ ταύτην. Non malè: Sic enim ſæpius loquitur Imp.

(113) *ita ut*) Vet. *ita ut legalis quidem pars maneat apud eos pura talibus.* καθαρὸν τοῖς τοιύτοις. Fabr. *pura apud eos permaneat.* Hal. *in talibus apud eos ſalva & incolumis permaneat.* Vult Imperator in legitima patronis debita, non debere obtinere, quæ in hæredibus ſancivit, illamq; ab iis puram eſſe debere.

(114) *Maximè*) In Gr. eſt ὁδὸν μάλιςα. Ε'πείπερ καὶ ἐν αὐτῇ &c. *viam maximè: quoniam in ipſa* &c. Et ſic quoque legitur in Βασιλ. niſi quod pro ἐπείπερ ibi ſit ὅπερ. Vet. *maximè quoniam*, ut & Hal. quorum lectio videtur aptior. Similem locum, ubi inter μάλιςα & ἐπείπερ diſtinctio ſine cauſa eſt poſita, vid. infr. *Nov. 13. Cap.* 3. *pr.* μάλιςα ἐπείπερ οὐδὲ ψυχῶν ἐςὶν ὁ ἀγών.

(115) *ſive Cæſariana*) εἴτε Βασιλικῦ

EPILOGUS.

HÆc nos ad communem omnium utilitatem ſcripſimus, & ut tam viventes iis, quæ relicta ſunt, fruantur, quam morientes tranquille vita decedant, ſcientes legem (116) ipſis etiam mortuis opem laturam, quæque diſpoſuerint ad effectum perducturam eſſe.

§. 1. Quare cum in commune omnibus hominibus hoc proſit, Eminentia tua edicta faciat, quæ omnibus vim Legis declarent: mittantur autem per omnium etiam gentium provincias, tam olim, quam nunc Dei beneficio per nos Romanorum imperio adjectas. (117) Metropolitani vero Magiſtratus, ubi ea acceperint, quemadmodum ante quoque à nobis lege diſpoſitum eſt, ad quamlibet urbem mittant, nemoque eam legem neſciat, quæ neque in paupertate quenquam vivere, neque (118) in

Cæſarianum interpretor ſive *Officialem Cæſaris*, ut illo Evangelii loco, καὶ ἦν τις βασιλικὸς qui à Nazianz. dicitur βασιλικὸς cogente verſu, εἶπε δ᾽ υἱὸς ἄνοσος ἦν κάμνων βασιλικοῦ CUJAC. h. Hal. *Sive ex regio Comitatu*. Fabr. *ſive ex Palatinis*. Deſunt tamen verba illa in Græco Βασιλ. textu.

(116) *ipſi etiam*) ἀυλοῖς καὶ κειμένοις. Sic & Βασιλ. Hal. ἀυτοῖς κεκοιμημένοις. Vet. *quia lex etiam ſepultis adminiſtrabit*. Hal. *quoque illis ſepultis lex opem feret*. Mortui eleganter dicuntur *jacere*, ſicut viventes ſæpe dicuntur *ſtare*. Umbra Polydori apud *Eurip. Hecab. init.* κεῖμαι δ᾽ ἐπ᾽ ἀκταῖς ἄκλαυστος ἄταφος, *Jaceo in littore infletus, inſepultus*. Κείμενος tamen *ſepultum* notat infr. *Nov. 33. Cap. 3.* προφάσει τελευτήσαντος κ᾽ ἀυτόθι κειμένου μνήμης, *Occaſione memoriæ mortui ibique ſepulti*. Pro ὑπηρετήσεται, quod ſequitur, Hal. habet ὑπουργήσεται.

(117) *Metropolitani*) εἴδηγε τῶν Μητροπόλεων ἄρχοντες. Hi ſunt Præſides Provinciarum, quia in metropoli provinciæ habitant, *l. abeſſe ff. ex quibus cau. maj. l. 4. §. pen. de damn. inf.* ubi urbem Metropolin *Baſilica* interpretantur. CUJAC. *in Expoſ. h.* Vetus habet *Metropolitani Judices*. Hal. *qui per Metropoles principatum obtinent*. Ἄρχων per totum *Nov.* corpus in Veteri verſione *Judex*, dicitur quo plerumque ſignificatur Præſes Provinciæ vel Magiſtratus, quomodo id ſemper ponitur in Cod. Theodoſ. Vide quæ infra afferemus loca.

(118) *in anxietate*) ἐν ἀθυμίᾳ. Hal. ἐν ῥᾳθυμίᾳ *cum animi anxietate*. Monet *Rittersh.* & ex eo *Steph. ad h. Nov.* Veterem Interpr. non rectè vertiſſe *anxietate*, quia in Græco ſit ῥᾳθυμία, *ſocordia*. Sed Vet. verſio ſat convenit textui, & τὸ ἀθυμία retinendum videtur; opponitur enim τῇ εὐθυμίᾳ. *in pr. Epil.* Thom. Mag. ἀθυμία, λύπη. Gloſs. Cyr. ἀθυμία; *Anxietas, Exanimacio, Animi depreſſio*.

Digitized by Google

in anxietate mori permittit. (119) DAT. CAL. JAN. BILISARIO Viro Clariſſimo Conſule. Ind. XIII.

Tit. II.

(1) Ne mulieres ſecundo nubentes electionem habeant, (2) & de aliis capitibus. Occaſionem autem huic conſtitutioni dedit Gregoria quædam.

NOVELLA CONSTIT. II.

IDem Imperator Hermogeni glorioſiſſimo Magiſtro Sacrorum officiorum Exconſuli & (3) Patricio.

PRÆFATIO.

ET legiſlatoribus Romanis, qui ante nos fuerunt, perpetuam leges ferendi occaſionem, emergentium cauſarum dedit varietas, & nos quoque totam Legiſlatoriam Reipublicæ partem ornantes, omnem fere (4) correctionem partim in iis, (5) quæ a ſupplicantibus ad nos deferun-

D 3

(119) *Dat. Kal.*) Julian. *Dat. Kal. April. CP. Conſulatu Biliſarii.* Vet. *Data Kalend. Jan. Conſtant. Flavio Biliſario Viro Clariſſimo Conſule, inductione decima tertia.* De dictum ſubſcriptionibus, vide quæ habet Agylæus huic operi ſubjectus.

(1) *ne mulieres*) περὶ τοῦ μὴ ἐπιλέγεσθαι &c. Vet. *de non eligendo.* Græciſmus, id eſt, *ne mulieres eligant* &c. In Græco ſequitur: & *de aliis capitulis.* CONT. Τῷ ἐπιλέγεσθαι opponitur ἀτιμάζειν in Cap. 1 Verbis, *ne mulieres eligant,* additum eſt ab Haloandro: *in quem filiorum donationem ante nuptias conferant,* ſine quo inſcriptio ſane quam obſcura eſt, illeque id mihi ex translatione Veteri aſſumſiſſe videtur. *AGYLÆUS.* In Hal. editione non exſtat niſi inſcriptio hujus Novellæ.

(2) *& de aliis*) καὶ περὶ ἄλλων κεφαλαίων. Vet. *& alienatione & lucro ante nuptialis donationis*, & *de ſucceſſionibus earum & filiis ſuis.* Κεφάλαιον Vetus vertit *capitulum, Nov. 116. præfat. Nov. 119. Cap. 5.* Idem eſt *in l. 2. C. d. Jur. Emphyt. l. 28. §. 5. C. d. admin. Tut.*

(3) *Patricio*) De his vid. *Meurſ. Gloſſ.*

(4) *correctionem*) ἐπανόρθωσιν &c. ἐποιησάμεθα *correctionem celebravimus.* Ut *§. 2. Inſt. quib. alien. lic. judicialis ſententia ſine omni damno celebrata. l.*

feruntur, partim etiam in (6) judicum quæſtionibus adhibuimus, atque hinc multas leges ſubditis noſtris tulimus. Tale etiam eſt, quod nunc emerſit, & nos ad hanc legem commovit.

§. 1. Gregoria enim ſupplicavit, dicens, ſe olim Viro nuptam (7) duos ſuſcepiſſe liberos, maſculum & fœminam, ac maritum (8) extuliſſe. Cum verò magnum filii amorem experta eſſet, eum non ſine præmio relinquendum, nec debito honore privandum eſſe exiſtimavit. Quam-

16. C. Th. de jur. Fiſci, celebrata juſſio noſtra. It. *diviſionem, nominationem, exactionem celebrare, l. 5. de Exact. l. 84. d. decur. d. C. Theod.* Ἐπανορθόω eſt *corrigo, emendo*, & de legum emendatione ab Imperatore uſurpatur, infr. *Nov. 18. præf. Cap. 1. & Cap. 5. in fin. Nov. 6. Cap. 8.* pr. Item *de damno fiſci emendando, Nov. 29. Cap. 2.*

(5) *quæ à ſuppl.*) Τῶν δεομένων προσαγγελίαις. Vet. *pro egentium interpellationibus.* Δέομαι hic eſt *ſupplico.* Supra *Nov. 1. præf.* dixit: φροντίδες παρὰ τῶν ὑπηκόων προσαγγελλόμεναι, *curæ à ſubditis delatæ.* Agyl. *ad vota ſupplicum.*

(6) *judicum quæſtion.*) δικαστικαῖς φοιτήσεσι. Vet. *in judicialibus quæſtionibus.* Agyl. *ad quæſtiones judiciales.* Vetus Interpr. δικαστικαῖς ζητήσεσιν legiſſe videtur, quod occurrit *Nov. 159. pr. Nov. 98. præf.* quas confer. Sic autem legendum eſſe forte quis ſuſpicari poſſit. Sed φοιτήσεσιν legitur quoque in Cod. Vaticano. Φοίτησις autem eſt *frequentatio* apud *Jul. Polluc.* ubi Interpres id vertit *inſtitutio*; φοιτᾶν eſt *ire. Nov. 17. Cap. 4.* προστάξεις δικαστηρίῳ dicuntur ἐξ ἔθους φοιτῶσαι, ſolenniter dirigi, ut ait Vetus Int. *Magiſteriani* φοιτῶντες ἐκ δικαστηρίου, *Nov. 109. Cap. 1.* νόμοι φοιτήσαντες, *leges editæ.* Gloſs. Philox. *Meatus*, πορεία, φοίτησις. Heſych. φοιτᾷ, ἔρχεται, βαδίζει, ἀφικνεῖται, παραγίνεται. It. φοίτης κῆρυξ. φοιτήσας, παραγενόμενος. Poterat dici, Imperatorem quando judicia exercuit, & de litibus cognovit, jus quoque emendaſſe. Sic enim *Nov. 88. præf. Cum nuper de lite, quadam cognoſceremus, (quod in regia publice ſedentes ſæpe facimus) quæſtio exorta eſt*, &c. *Nov. 44. præf. Litem paulo ante audivimus præſenti legi præbentem occaſionem.* Sed Veteris Interpr. verba retinuimus. Illum enim quem diximus ſenſum, non admodum probamus. Intelligimus enim ἀναφορὰς ἐκ τῶν δικαστῶν, de quibus *Nov. 115. inſcript. & Cap. 1.* vel ut hic dicitur φοιτήσεις δικαστῶν ad Imperatorem.

(7) *duos ſuſcep.*) Vet. *duos feciſſe filios*, δύο ποιήσασθαι παῖδας.

(8) *extuliſſe*) ἀποβαλεῖν. Vet. *extuliſſe*; quod Cujacius cum eleganter dixiſſe probat teſtimonio Martialis 4. Epigr. *Omnes, quas habuit Fabiana Lycoris amicas extulit*; & 5. Epigr. *Ego conjugem extuli*, & 3. *Extuli inquis uxorem.* Alias ἀποβάλλω ſignificat *amit-*

Digitized by Google

Quamobrem donationem (9) ante nuptias, licet nondum contractis ſecundis nuptiis, reſtituit tamen atque dedit filio. Filius illi non ſupervixit, ſed antequam mater ſecundas nuptias inire vellet, e vita exceſſit: atque hic tam vetus quàm noſtra lex, utramque & filiam & matrem, ad minoris ſucceſſionem vocavit. Et ſi quidem mater ſecundas nuptias non contraxiſſet, nulla foret quæſtio. Sed illa ſecundo Viro nupſit, omnem (10) uſumfructum donationis ante nuptias habens, ita enim illam dederat, ut uſusfructus quidem apud eam maneret, filius verò proprietatem haberet. Filia verò omnem proprietatem ſe vindicaturam minatur, non quatenus fratri hæres eſſet, ſed quatenus pater matri dediſſet, inquiens, matri ſecundas nuptias contrahenti (11) nullum jus competere proprietatem donationis quacunque etiam ratione habendi. At mater, eam non amplius antenuptialem donationem, ſed bonis filii jam

amittere, Cap. 3. infr. περὶ μέντοι τῆς δευτέρας ἀποβαλοῦσι τοὺς παῖδας. Vet. *ante ſecundam copulationem filios amittentibus. §. 1. ibid.* δωρεᾶς οὐκ ἀποβάλλον φύσιν, *donationis non abjicientis naturam,* Vet. *Marc. Anton. de ſe ipſo, l. 2. Cap. 14.* ἀποβάλλει βίον. *Lib. V. §. 8.* ἀποβολὴ liberorum amiſſio. Heliodor. *Æthiop. p. m. 60.*

(9) *ante nuptias*) τὴν προγαμιαίαν δωρεάν. Ita donationem propter nuptias ſemper appellat Imperator hic & infra paſſim, quod cum propriæ ipſius conſtitutioni in *§. 3. Inſt. d. donat.* repugnet, ipſe quoque id notat & ſimul emendat infra *Nov. 61. Cap. 1.*

(10) *Uſumfructum*) χρῆσιν. Hoc quidem *uſum* alias denotat, qui ab uſufructu diſtinguitur. Vid. *Theophil. Paraphr. Inſt. T. d. uſu & Habit.* & in Βασ. paſſim. Et quod *uſum* non *fructum* ſignificet, docet Ulpianus. *l. 10. §. 1. ff. d. uſu & habit.* Hoc tamen loco & infra ſæpius pro *uſufructu* ponitur notante etiam Contio, qui χρῆσις ἄπασα, quoque dicitur, & τῇ δεσποτείᾳ opponitur. Vid. *infr. Nov. 22. Cap. 46.* χρῆσις καὶ ἐπικαρπία *uſumfructum in l. 37. § 7. ff. d. Leg. 2.* χρῆσις μόνη nudum uſum ſignificat. Gloſſ. Jur. χρῆσις, μόνη τῆς οἰκήσεως διαφέρει τῆς χρήσεως τῶν καρπῶν. Ὁ γὰρ χρῆσιν μόνην ἔχων οἰκήσεως, αὐτὸν δύναται μόνος οἰκεῖν μετὰ τῆς γαμετῆς αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀπελευθέρων καὶ ἑτέρων, οὐ δύναται δὲ μισθοῦν τὴν οἴκησιν. Ὁ δὲ χρῆσιν οἰκήσεως ἔχων δύναται τὴν οἴκησιν μισθοῦν ἑτέρῳ τοῦ κατοικεῖν.

(12) *nullum jus*) μηδεμίαν παῤῥησίαν ἔχειν &c. Vet. *nullam fiduciam habere matrem ad ſecunda vota migrantem, proprietatem habere donationis quacunque ratione.* Παῤῥησία in his libris eſt *facultas, licentia, jus.* Vertitur plerumque *fiducia, libertas.* Vid. *Nov. 8. Cap. 13. Cap. 12. §. 1. Nov. 14. præf. §. 1.* ſupr. *Nov. 1.*

jam permixtam eſſe affirmabat, & cum hæreditas, non verò donatio amplius ſit, æquum eſſe, ut tam proprietatis, quam uſusfructus ſex uncias habeat. Neque de eo ſolum dubitabatur, ſed de ipſa quoque hæreditate fratris filia cum illa contendebat, matre ut ex dimidia parte illi hæres eſſet, petente, (ex qua (12) ad hæreditatem filii ipſam vocavimus, (13) ſi frater defunctus unam habeat ſororem, quæ cum ipſa vocetur) (14) filia vero ut fratris hæreditatem ex legibus ante latis obtineret, etiam atque etiam inſtante & dicente, matrem, ſi quidem ſecundas nuptias non contraxiſſet, rectè ſibi hæreditatem filii vindicare, cum verò ſecundo Viro nupſiſſet, omnibus illis privari, quæ ex paternis facultatibus filius acquiſivit: (15) ita ut filio poſt ſecundas nuptias mortuo, ipſa bonorum undecunque etiam illi quæſitorum domina facta fuiſſet, volentibus id ambabus illis conſtitutionibus, quæ ea decernunt. Mater verò conſtitutiones illas admodum duras, & (16) humanitate noſtri temporis indignas eſſe aſſeverabat: quin utebatur lata à nobis conſtitutione, dicens hanc non (17) limitari conſtitutionibus prioribus, (18) neque

(12) *ad hæreditatem*) καὶ τὸν κλῆρον τοῦ παιδὸς καλοῦμεν. Sic Amſtelod. editio. Ut & Codex Vaticanus Legendum πρὸς τὸν κλῆρον. Vet. *ad hæreditatem*.

(13) *ſi frater defunctus*) μιᾶς οὔσης ἀδελφῆς τῷ τελευτήσαντι παιδὶ τῆς μετ᾽ αὐτοῦ καλουμένης. Vet. *una exiſtente ſorore, moriente verò filio cum ea vocata.* Non ſat conveniunt hæc cum Græco. Legendum eſt *morienti filio.* Sic Agyl. *modo una tantum ſoror mortuo ſuperſit, quæ cum illa vocetur.*

(14) *filia verò*) Vet. *filiam verò obtinere hæreditatem fratris valde fortiter ex prioribus ſanctionibus inſiſtente & dicente, quia* &c.

(15) *ita ut fil.*) ὡς εἶναι. Vet. *quia ſi poſt ſecundas nuptias*, &c. [pro *quod ſi*, ut ante,] *& dicente, quia mater, ſiquidem* &c. In Codice Juſtin. *quia* pro *quod* ſæpe ponitur. Vid. *l. 3. d. pact.*

(16) *humanitate*) τῶν φιλανθρώπων ἡμῶν χρόνων. *humanorum noſtrorum temporum.* Agyl. *non ferendas noſtris temporibus ab humanitate benignitateque in perpetuum commendandis.* Vet. *& indignas* [quod in vulgatis edit. emendatum, antea enim legebatur *dignas*] *clementia* (τῆς φιλανθρωπίας) *noſtrorum temporum.*

(17) *limitari*) ὑποδιαιρεῖσθαι. Vet. *ſubdi.* Agyl. *quam explanari interpretationemque accipere debere ex* &c. Vid. not. ad N. 49. n. 17.

(18) *neque eam matres*) οὐδὲ τὰς μὲν οὔπω πρὸς ἀνδρὸς ἐλθούσας δευτέρου μητέρας &c. Vet. *atque matres quidem nondum ad virum ſecundum venientes cum filiis*

neque eam matres, quæ ſecundas nuptias nondum inierunt, cum liberis vocare, illas vero, quæ ad ſecunda vota tranſierunt, non item. Aliquid abſurdi quoque hic ſubeſſe: ſe enim quæ liberalitatem in filium (19) per electionem contulit, (20) videri remunerationem potius accepiſſe, quam ſimpliciter lucrum ſine ratione habere. Hæc nos ſæpe examinantes, omnemque harum electionum & hæreditatum theoriam conſiderantes, communem de his legem ſcribendam eſſe putavimus, qua hæc etiam quæſtio decideretur.

CAPUT I.

De electione ſublata.

QUare electiones illas, nec confuſas nec indiſtinctas relinquere, ſed hanc rem ita ordinare nobis (21) viſum eſt, ut matre ſemel ſecundas nuptias contrahente omnes liberi proprietatem donationis ante nuptias ſtatim lucrifaciant, neque ullo modo matri quoſdam ex liberis (22) eligere, quoſdam vero injuria afficere liceat, quia omnibus ſimul per ſecundas nuptias injuriam intulit. Quam etiam ob rem impræſentiarum tota proprietas donationis ante nuptias ad filiam perveniet, & uſuſfructus

E ma-

vocari. *Atque* male legitur pro *neque.* Negabat enim Gregoria, illam diſtinctionem inter mulieres ſecundo nubentes & non nubentes in conſtitutionibus factam eſſe. Agyl. *neque has matres* &c.

(19) *per electionem*) προφάσει τῆς ἐπιλογῆς. Vet. *Si enim in filium largitatem conferentem occaſione electionis* &c. de voce προφάσις vid. *Nov. 1.* ſupra.

(20) *videri remun. potius*) ἀντίδωρον μᾶλλον εἰληφέναι δοκεῖν. Vet. *rurſus de donatione potius recepiſſe videri.* Agylæus, *remunerationem ſe potius, quam* &c.

(21) *Viſum eſt*) συνείδομεν μὴ συγκεχυμένον τοῦτο τὸ περὶ τῶν ἐπιλογῶν &c. Vet. *proſpeximus itaque non confuſum hoc electionibus indiſcretumque relinquere.* Τὸ συνείδομεν Vet. vertit *perſpeximus*, ut *Nov. 3. præf.* illudque ſæpius in Codice occurrit, *ut l. 2. §. 3 d. Jur. Calumn.* l. 5. C. d. off. *Magiſtr. milit.* Verbo *proſpicio* utitur Imperator *§. 1. Inſt. qui & ex quibus manum. §. 1. Inſt. d. Vi bon. rapt.* Agyl. *Viſum eſt hunc de electionibus tractatum, non confuſum neque indiſcuſſum inexplicatumque relinquere.*

(22) *eligere*) ἐπιλέγεσθαι. Julian. *aliquem de liberis ſuis anteferre*: cui h. l. opponitur ἀτιμάζειν, *nullo honore dignari.* Vet. *exhonorare.* *Nov. 1. Cap. 1. honorare eſt legare.*

matri, (23) quoad vivet, conſervetur. Atque ſecundum conſtitutionem noſtram, ſiquidem mater præmoriatur, tota donatio propter nuptias filiæ competat: ſin vero filia, lucrum ex pacto orbitatis apud matrem maneat, reliquum vero filiæ cedat, eaque moriens ad hæredes ſuos, ſi qui a lege vocantur, id transmittat.

CAPUT II.

De alienatione dotis (24) vel donationis propter nuptias in extraneum facta.

QUod autem ſemper quidem contingit, expreſſa vero lege nondum determinatum eſt, pulchri incrementi & acceſſionis loco, huic legi adjicimus. Nam ſi forte mater, quæ ſecundas nuptias nondum inivit, non filio, ſed extraneo alicui, partem aliquam donationis propter nuptias, vel rem quandam ex ea, vel etiam totam donaverit, aut forte alio modo alienaverit, deinde ſecundas nuptias contraxerit, manifeſtum eſt, alienationem (25) ſupervenientibus ſecundis nuptiis infirmari: idque non ſimpliciter, ſed tam alienationem, quam infirmationem in ſuſpenſo manere. Si enim ſuperſtites maneant liberi, irritum omnino erit quod factum eſt, cum lex proprietatem donationis propter nuptias in liberos transferat, (26) nec ad mulierem, an in damnum liberorum quid egerit

(23) *quoad vivet*) μέχρι περίεστι. Vet. *donec advivet*. Sic *dum advixerint. l. 1. C. Th. d. legit. hered.* [Lib. V. Tit. I.] Ubi Gothofr. notat: *Advivere* pro ſimplici *vivere*, quod locis quam plurimis a Cujacio allatis *8. Obſ. 36.* firmari poteſt, qui tamen idem ubique diviſim legit, *dum ad vixerit*, & *donec ad vixerit*. Et putat *donec ad, dum ad*, dicta pro *donec*. Quod mihi non perſuadet Plinius *lib. 15. Cap. 18. Fortuito ſata advivit in medio foro.* Et Vetus inſcriptio: *qui advivente eo &c. teſtamento honorati ſunt.* Capitolinus in Antonino: *Pio patri dum advixit, religioſiſſime paruit.* Ita ille. Vid. *Cujac. d. l.* Idem verbum infra paſſim occurit.

(24) *vel donat*) τῆς ἢ διὰ τὸν τῆς δόσεως γάμον. Lege ἢ τῆς διὰ τὸν γάμον δόσεως.

(25) *ſupervenientibus*) ὡς τῷ ἐπιγινομένῳ δευτέρῳ γάμῳ τὸ τῆς ἐκποιήσεως ἀνατραπήσεται. Julian. *alienatio refutetur.* Agyl. *alienationem evertendam eſſe.* Vet. *evacuetur.* Ut *§. 2. Inſt. de bon. poſſeſſ.*

(26) *nec ad mulierem*) καὶ οὐδὲν ἐπιστρεφομένου τῆς γυναικός, εἴτε πράξειεν ἐπὶ

egerit, reſpiciat. (27) Sin vero omnes ante matrem moriantur, patet contractum manere firmum, non in totum, ſed (28) quoad pactum orbitatis, quod nos primi introduximus, & paulo ante (29) legem de ea re ſcribentes ſancivimus. Atque ex parte firmus erit contractus, ex parte vero irritus apparebit: hoc eſt, quantum ad id quod ex pacto orbitatis apud matrem manet, valebit, quoad illud vero, quod ad ſucceſſores filii transmittitur, irritus erit. Quodſi mater ſola filio ſuccedat, totus rurſum firmus erit.

§. 1. Quia vero ſecundo nubentium pœnæ communes ſunt Viro & mulieri, ille quidem, quando ad ſecundas nuptias venit, de dote, hæc vero de donatione ante vel propter nuptias periclitabitur. Et hæc lex in utramque perſonam lata ſit, & tam de electione, quam de alienatione & lucro hæc ſancita ſint.

CAPUT III.

De ſucceſſione ſi filius inteſtatus mortuus ſit, vel quomodo ſecundas nuptias contrahentes ad liberorum hæreditatem vocentur.

CUm itaque reliquum ſit, ut de hæreditatibus liberorum videamus, qua de re etiam impræſentiarum controvertitur, generali lege quæſtionem hanc dijudicandam, quæque in poſterum moveri poſſunt, omnes decidendas eſſe putavimus. Sancimus igitur ut cæteræ res, quæ poſt donationem ante nuptias ad filios pervenerunt, ſiquidem filius forte vel filia (30) ſecundum legem teſtetur, ad ſcriptos hæredes ve-

βλάβῃ τῶν παίδων, *& non reſpiciente mulierem, ſi quid egerit in læſionem filiorum.* Agyl. *& ſi quid mulier in læſionem filiorum fecerit, negligi velit. Infr. Nov. 30. Cap. 9.* οὐκ ἐπιστρέφοιτο τῶν λόγων.

(27) *ſin vero*) εἰ δὲ προτελευτήσειαν ἅπαντες τῆς μητρός. Vet. *Si vero præmoriantur omnes matris filii* Male.

(28) *quoad pactum*) κατὰ τοῦτο δὲ τὸ ἐξ ἀπαιδίας σύμφωνον. Vet. *Secundum pactum non exiſtentium filiorum.* Julian. *quantam ſuperſtiti parenti mortis liberorum caſus detulerit.* Agyl. *prout feret pactum, ſi liberi non erunt.*

(29) *legem*) Videtur aliam legem intelligere, quam præſentem, non puto tamen eam extare. *CONT.*

(30) *ſecundum legem*) Sic & Agyl. in Veteri legitur, *ſecundum legem venire*,

niant, (neque hic mater (31) hæres a filio ſcribi prohibeatur , ſed jura quoque contra teſtamentum ipſi data, ſive filius eam præterierit, ſive ſine cauſa exhæredaverit, ſalva maneant) ſin vero inteſtatus deceſſerit, ſiquidem liberos habeat, pars illius ad liberos veniat: ſi vero nullos habeat liberos, fratres vocentur, & mater cum fratribus ſecundum legem a nobis latam ad hæreditatem veniat, (32) eamque firmiter retineat, ſive ſecundas nuptias contraxerit, ſive non. Neque enim pœnas in mulieres ſecundo nubentes ſtatutas acerbiores reddemus, atque ita ad duram & temporibus noſtris indignam neceſſitatem redigemus , ut metu caſtarum nuptiarum, licet ſecundæ ſint, iis quidem abſtineant, ad illicitas vero conjunctiones, & forſan etiam ſervorum ſtupra delabantur: (33) ac cum ſecundum leges caſtas eſſe non liceat , contra leges libidinoſe vivant. Quapropter neque eam conſtitutionem valere volumus, quæ (34) libro quinto codicis, quia noſtra pietate nomen traxit, inſerta eſt, quæque ea definit, quæ ad hæreditates liberorum ſpectant, quos matres ſecundo nubentes ante ſe mortem obire viderunt: neque eam, quæ eſt in libro ſexto ejusdem operis ſub titulo Tertulliani Sci , quæ de mulieribus quidem ſecundo nubentibus, liberos autem ante ſecundas nuptias amittentibus differit. Sed mater ad liberorum hæreditatem cum fratribus omnino vocetur, eamque firmiter retineat, nec quicquam damni ob ſecundas nuptias capiat. Atque hoc in propoſita etiam quæſtione, quæ huic legi occaſionem dedit, obtineat, & mater ſimul cum filia

(31) *hæres a filio ſcribi*) τῆς μηδὲ οὖν κωλυομένης γενέσθαι παρὰ τοῦ παιδὸς κληρονόμον. Vet. *matre non prohibita ſcribi a filio hærede.* Senſus eſt matrem non prohiberi hæredem ſcribi, quem & ſequitur Agyl. qui vertit, *ubi tantum abeſt , ut matrem hæredem ſcribi illicitum ſit.* Vetus verſio cum Græco textu convenit. Sed pro κλησονόμον, lege, κληρόνομον.

(32) *eamque firmiter*) καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς ἐχούσης. Vet. *& eam firme habentis.* Paulo poſt dicet Imper. ἀναφαιρέτως , *ita ut auferri non poſſit, irrevocabiliter.*

(33) *ac cum &c. non liceat*) ſcil. metu poenarum in ſecundas nuptias ſtatutarum. Opponitur hic τὸ σωφρονεῖν τῷ ἀσελγαίνειν. Vet. *& quoniam non licet legaliter caſte vivere, contra leges luxurientur.*

(34) *libro quinto*) Ad marginem verſionis ſuæ notavit Agyl. *Nulla quod ſciam in octavo Codicis libro ejusmodi lex eſt, quamobrem vitiatam illic Scrimgeri editionem eſſe ſciendum eſt.*

Digitized by Google

filia (35) hæreditatem adeat, vel ſi eam jam adierit, irrevocabiliter retineat, nec ob ſpem ſecundarum nuptiarum quicquam detrimenti patiatur, ſed una cum filia illius plane domina ſit. Pulchrum quidem eſſet, & laudandum (36) atque optandum, ſi mulieres ea eſſent caſtitate, ut, quæ ſemel Viro nupſerunt, inviolatum defuncto thorum ſervent, (eamque mulierem admiramur & laudamus, nec procul a Virginitate ponimus) ſin vero non poſſit, ((37) nam juvenem eam hoc pati veriſimile eſt) nec impetum naturæ ſuſtineat, non punienda eſt hoc nomine, neque communes leges (38) Apoſtolicæ ei interdicendæ, ſed honeſte ſecundas nuptias contrahat, omnique libidine abſtineat, & ſucceſſione liberorum fruatur. Sic enim majore eos adhuc amore complectetur, neque (39) pro inimicis habebit, pœnis adeo acerbis ſubjecta. Quemadmodum enim patres, ſi ſecundas nuptias contrahant, non fraudamus ſucceſſione liberorum, nec lex quædam eſt quæ id dicit, ita nec matres ſucceſſione liberorum privabimus, ((40) neque lex quædam extat) ſi matres ſecundo nubant, ſive etiam ante ſecundas nuptias, ſive poſt eas liberi moriantur. Alioquin ex abſurditate legis, etiamſi omnes liberi præmoriantur, non relictis liberis aut nepotibus, nihilominus pœna manebit, nec mater iis ſuccedet, etſi ſine liberis moriatur,

(35) *hæreditatem adeant*) διαδέχεσθω τὸν κλῆρον. *Suſcipiat hæreditatem.* Vet. *Succedat hæreditati: aut etiam ſuccedens hanc irrefragabiliter habeat &c. Sed domina ejusdem hæreditatis abſolute conſiſtens*, κυρίως ... οὖσα.

(36) *atque optandum*) Vet. *& dignum oratione, ut mulieres ita ſe honeſte tractent, quatenus quæ ſemel ad virum venerunt, ſervent inviolatum morientium thorum.*

(37) *nam juv. &c*) καὶ γὰρ εἰκὸς καὶ νέαν αὐτὴν οὖσαν ἴσως παθεῖν. Vet. (*cum forſitan & juvenis hoc non patiatur, nec poſſit contra fervorem naturæ reſiſtere.*) quæ verbis textus non conveniunt. Senſus eſt: *illam forte ita affectam eſſe, ut non poſſit intactum marito defuncto thorum ſervare.* Agyl. *cui imbecillitati juniores plerumque obnoxiæ ſunt.* In Haloandrina verſione legitur, *cum forſitan juventus id non patiatur.* Sed notum eſt quis ſit uſus verbi πάσχω.

(38) *Apoſtolica*) Deeſt id in veteri verſione. Intelligi poſſunt leges Apoſtolicæ, quæ ſecundas nuptias permittunt.

(39) *pro inimicis*) ὡς τινὰς τῶν δυσμενῶν. Vet. *quaſi quosdam odibiles.*

(40) *neque lex quædam*) οὐδὲ τίς ἐστι νόμος. Abſunt hæc a Vet. verſione, &

tur, ſed inhumaniter a ſucceſſione eorum repelletur, ut quæ fruſtra peperit, fruſtra quoque nutriverit, & pœnis propter legitimas nuptias ſubjicietur. Succedent vero iis quidam (41) ex remotioribus cognatis, at mater præter rationem repelletur. Quare & ipſa liberis ſuccedat, atque hæc lex benigna ſit, & mitis, & matres (42) liberis conciliet. Ut igitur hanc legis partem contrahamus, quoniam matrem, uti ante dictum eſt, patri exæquavimus, ſancimus, (43) ut ipſa easdem pœnas in donatione ante nuptias ferat, quas pater in dote ſuſtinet; ad hæreditatem vero liberorum (44) nullo negotio tam pater quam mater veniant, ſecundum propoſitas de quovis caſu quæſtiones. Unde quod patres habent, ſive ſecundas nuptias ineant, ſive non, hoc etiam matres habeant, & mater ad filii hæreditatem vocetur, ſive ſecundas nuptias jam contraxerit, ſive poſtea contrahat.

§. 1. Donatione vero propter nuptias, quæ ſecundum iniit matrimonium, ne quidem quatenus filio hæres eſt fruatur, ſed hæc liberis ſolum lucro cedat iis a lege data: nec pars hæreditatis filii videatur, cum donationis ante nuptias naturam nondum amiſerit. Atque hæc etiam in iis obtinere debent, quæ jam viduæ ſunt, & liberis ſuis ſucceſſe-

Agylæus quoque ea omiſit; debent quoque abeſſe, quia ſenſum corrumpunt. Videntur autem ex commate præcedenti incuria deſcriptoris repetita; ubi Vetus Int. habet, *nec qualibet eſſe lex aliquid tale dicens*. Hinc virgulis ea incluſimus, ne ſenſum turbent.

(41) *ex remot. cogn.*) τινὲς τῶν πορρωτέρω συγγενῶν. Hal. *ex longa cognatione.*

(42) *liberis*) τοῖς παισὶ. Vet. verſio ſemper fere habet *filiis*. Etiam in Codice Juſtinianeo *filiis* pro *liberis* ponitur ſæpe. Vid. *l. 3. pr. & §. 1. C. d. Sec. Nupt.*

(43) *Ut ipſa*) τὰς μὲν ἐπὶ τῇ προγαμιαίᾳ δωρεᾷ. &c. Vet. paulo aliter: *quoniam matrem aſſimilamus patri in antenuptiali donatione: & ipſam ſuſtinere quidem pœnas, ſicut pater ſuſtinet in dote.* qui verba illa in antenupt. donat. ad priora trahit ſenſu non admodum diverſo. Vid. *Cap. 2. §. 1. ſupra.* Sed illud τὰς μὲν ſi ad matrem pertinet, debet mutari in τὴν, niſi quis ad ſequens καὶ αὐτὰς ποινὰς referre velit: de quo Lector judicet.

(44) *nullo negotio*) ἀπραγμόνως. *Nov. 64. Cap. 2.* Vet. *ſine tergiverſatione.* Quod & legitur *l. 6. C. Th. de pœnis.* Suidas ἀπραγμόνως, ἐλευθέρως, ἄνευ τινὸς ἐξετάσεως. *Libere, ſine inquiſitione.*

Digitized by Google

ſerunt, (45) nec dum ſecundas nuptias inierunt, etſi poſtea ineant. Quod igitur (46) de his rebus hic jam conſtituimus, id in perpetuum ſancitum ſit.

CAPUT IV.

De adminiſtratione donationis propter nuptias ſi mulier ſecundas nuptias contrahat.

ALiud quoque occaſione mulierum denuo nubentium & donationis ante nuptias prioribus adjiciendum putamus. Cum enim priores conſtitutiones mulieri ſecundas nuptias ineunti electionem concederent, utrum donationem propter nuptias, quatenus pacta permittunt, accipere, & liberis cautionem, ſe illa poſt mortem reſtituturam eſſe, præſtare, (47) an ſi cautionem non poſſit, aut forte nolit præſtare, manere quidem donationem propter nuptias apud liberos, hos vero (48) tertiam

(45) *nec dum*) ἐν ᾧ μήπω δευτέροις &c. Ἐν ᾧ alias eſt *dummodo, quia*. Vet. *& quæ nondum*, qui & pro *viduæ* habet *viduatæ* mulieres. χηρευουσῶν γυναικῶν. Agyl. *quæ viduæ dum iterum non nupſiſſent, filiis jam nunc ſucceſſerint, ſi poſtmodum maritentur.*

(46) *de his rebus*) τὸ μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἔχον ὧδε. *Quod igitur de his ſic habet*. Vet. *quod igitur hic habetur*. Agyl. *Atque hæc quidem, quomodo hic perſcripta ſunt.*

(47) *an ſi caut. non*) εἴτε δ' ἀδυνατοίη δοῦναι τὴν ἀσφάλειαν ἢ μὴ βουληθείη, ἰσχὺν μένειν μὲν τὰ πράγματα παρὰ τοῖς παισὶ &c. His verbis continetur altera pars electionis mulieri conceſſæ: An ſcil. velit acceptis rebus cautionem dare, *an vero res manere debeant apud liberos, ipſaque nullam velit præſtare cautionem*. Vet. *Sive cum non valet dare cautionem, aut nollet forte, manerent quidem res apud filios antenuptialis donationis, ſolverent autem ei etiam.*

(48) *tertiam partem*) τῶν ἀπὸ τρίτου μέρους τῆς ἑκατοστῆς τόκων. Tertia centeſimæ; Pro uſura triente, quæ poſt 300. menſes æquat ſortem. *Nov. 22. Cap. 28. ANT. AUG. Nov. 36. Cap. 30. l. cum quidam §. ult. ff. de uſur.* τρίτον ἑκατοστῆς, τόκος ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς, ἤγουν ἐφ' ἑκάστῳ λίτρᾳ νομίσματα d. tertia pars centeſimæ, *l. eos qui C. d. uſur. GLOSS. JULIANI*. Tertiam partem &c. i. e.;uſuram trientem, nam omnes uſuræ quaſi partes ad ſuum aſſem hic ad centeſimam referuntur. Ignoſcendum eſt autem hic Accurſio, ut omnibus Latinis interpretibus, cum ait; Centeſimam uſuram eſſe, quæ ſorti cum

tiam partem uſuræ centeſimæ ſibi ſolvere velit: Nos emergentium quæſtionum varietate moti, cum minores in eo periclitari inveniſſemus, quod ſi donatio propter nuptias (49) in mobilibus conſiſtat, illi, ſi pecuniam non habeanr, omnia paterna vendere cogantur ad debitum donationis propter nuptias ſolvendum, licet ad ipſos donatio ante nuptias ſecundum legem perventura ſit: propterea negotium hoc ita definiendum judicavimus, ut, ſi quis res propter nuptias donaverit, quæ omnes immobiles ſunt, earum uſusfructus apud matrem maneat, ipſaque (50) eas eligat, neque repudiet, neque a liberis pro earum æſtimatione uſuras exigat, (51) ſed illarum curam gerat, prout lex eos, qui domini ſunt uſusfructus, jubet, easque ſecundum veteres leges liberis ſuperſtitibus conſervet, vel ſi omnes moriantur, ſecundum legem noſtram (52) in caſu non exiſtentium liberorum, matri, reliquum vero hæredibus liberorum ſervetur. Si vero tota donatio propter nuptias in pecunia forte vel aliis rebus mobilibus conſiſtat, mater tertiam partem uſurarum cum cautione jam definita accipiens, a filiis pecuniam non exigat: niſi amplæ ſint viri facultates, atque aurum, argentum, veſtem, & ſi quid aliud matri aſſignatum fuit, habeat. Tunc enim optio-

anno æquatur. Æquatur enim ſorti in octo tantum annis & quatuor menſibus, hoc eſt in centum menſibus. *CONT.* Vid. & *Cujac. V. obſerv. 38.* & de centeſima uſura *Gothofr. ad l. 1. C. Th. d. uſur.* & *Ant. Aug. Emend. lib. 2. Cap. 10.* Pro τῶν ἀπὸ τρίτου lege τὸν ἀπὸ &c.

(49) *in mobilibus*) ἐν κλήμασιν οὔσης, Vet. *antenuptiali donatione in pecuniis exiſtente.* Agyl. *in poſſeſſionibus.* Cujacius pro κτήμασι legendum eſſe monet χρήμασι cum Vet. Interpr. Ille enim τὸ χρήμασι ſemper *h. e.* vertit *pecuniis* & *Nov. 22.*

(50) *eas eligat*) ταῦτα ἐκλέγοι ſcil. ἀκίνητα. Vet. *eum colligat* & *non reſpuat*, quaſi ad uſumfructum ſit reſpiciendum, male. Senſus & ea quæ ſequuntur id probant. Agyl. *ipſaque eum colligat.*

(51) *ſed illarum curam &c.*) ἀλλ' ἐπιμελοῖτό τε αὐτῶν, καθόσον ὁ νόμος δίδωσι τοῖς τῆς χρήσεως οὖσι κυρίοις. Vet. *Sed diligentiam earum habeat, ſicut lex jubet uſu quidem exiſtentibus dominis.* Agyl. *in quantum lex permittit uſufructuariis.* Δίδωσι eſt *permittit, concedit,* paſſim, cui ad ſenſum complendum adde ἐπιμελεῖσθαι, *curam gerere.* Conf. *Nov. 1. Cap. 1. §. 4. Cap. 2. pr. & §. 1.*

(52) *in caſu*) τῷ μὲν ἐξ ἀπαιδίας νόμῳ &c. Vet. *in caſum quidem non exiſtentium filiorum.*

Digitized by Google

optionem matri dabimus utrum res capere & cautionem præſtare, an vero dictas uſuras tam ſecundum priores leges, quam ſecundum noſtram, velit accipere. Quodſi permixtæ ſint res, & donatio partim in pecuniis, partim vero in immobilibus rebus conſiſtat, immobilia quidem omnino apud matrem maneant, ut exinde alimenta habeat, in mobilibus vero, quæ ante ſancivimus, obtineant, (53) ſi tota donatio ante nuptias in mobilibus conſiſtat.

CAPUT V.

De dote ſcripta & non numerata, vel præſtita.

Illud quoque quod in prioribus legibus (54) obſcure quidem ſancitum, raro autem in judiciis examinatum eſt, perſpicua lege complectendum, & in uſum revocandum, atque in judicia deducendum putavimus, ut in commune auxilium ferat. (55) Si enim matrimonium quidam ineant dotis & donationis ante nuptias inſtrumentis confectis, ac vir quidem donationem propter nuptias conſtituat, mulier vero (56) dotem inferat, & vel ipſa eam conſtituat, vel pater aut extraneus aliquis det, deinde per totum matrimonii tempus marito dotem non ſolutam eſſe, ipſum vero onera matrimonii ſuſtinere appareat, & matrimonium morte viri ſolvatur, nequaquam juſtum erit mulierem, quæ marito dotem non dedit, donationem ante nuptias accipere. Quodſi totam non dederit, ipſa quoque donationem eatenus petat, quatenus dotem dedit. Æqualitatis enim & juſtitiæ amatores ſumus, eamque tum

 in

(53) *ſi &c. in mobil.*) εἴπερ ἐτύγχανεν &c. καθεστῶτα. Vet. *Si eſſent in rebus mobilibus omnia antenuptialis donationis conſiſtentia.*

(54) *obſcure*) ἀμυδρῶς. Vet. *acerbe.* Agyl. *obſcure.*

(55) *Si enim matrim. quidam*) εἰ γὰρ συναφθεῖεν τινὲς ἀλλήλοις ἐπὶ συμβολαίοις. Vet. *Si enim conjungantur aliqui alterutris cum dotis & antenuptialis donationis documentis.*

(56) *dotem inferat*) ἐπεισενέγκοιτο, *inferat*, quo verbo ſenſum obſcurum & intricatum reddi putat Agylæus. Nemo autem non videt, intelligi hic dotis *promiſſionem*, ſicut in præced. & ſeqq. verbis *dare donationem antenuptialem & dotem* idem denotatur. Vet. *Scribat.* Agylæus *conſcribat.*

in aliis omnibus, tum (57) in matrimoniis etiam obtinere volumus. Quare quæ plane nihil dedit, nihil etiam accipiat: quæ vero minus dedit, quam promiſit, tantum recipiat ſolum, quantum dedit: ſitque & hoc præſenti legi pulchrum augmentum, multa quæ in dubium quidem ſemper vocata, vix autem nunc Lege ſancita fuerunt, decidenti: Atque hanc legem tam in caſu, qui illi ortum dedit, quam iis, quæ in judiciis pendet, atque omnibus, quæ in poſterum contingent, obtinere volumus.

EPILOGUS.

Quare quæ nobis placuerunt, Excellentia tua effectui & fini dare ſtudeat, omnibusque per (58) programmata manifeſta faciat: ut in omnibus civitatibus, (59) quæ noſtræ poteſtati ſubjiciuntur, obtineant, atque omnibus nota fiant, prout à nobis diſpoſitum eſt. (60) Dat. XV. Kal. April. Conſtant. Biliſ. V. C. Conſ.

TIT. III.

Ut determinatus ſit numerus Clericorum ſanctiſſimæ Majoris Eccleſiæ & cæterarum ſanctiſſimarum Eccleſiarum (1) feliciſſimæ urbis.

NOVEL.

(57) *in matrimoniis*) ἐν συνοικεσίοις. Vet. *in conſortiis.*

(58) per *programmata*) πρόγραμμα ſignificat *proſcriptionem*, l. *ſed & ſi pupillus* ff. d. inſtit. act. capitur & pro *edicto*, ut in vita Avidii Caſſii Imper. legitur. *ALCIAT. Præterm. l.*

(59) *quæ noſtræ*) ὅσας ὁ ἡμέτερος κατέχοι θεσμός. Vet. *quas noſtra ditio continet.*

(60) *Dat. XV.*) Cujacius monet legendum XVII. *ex Nov. 22.* Agylæus vero, omnes inquit editiones in XXII. Conſtitutione, circuitu: *Ex hoc alius nos tractatus*, conſtanter 17. Kal. April. hanc Conſtitutionem editam eſſe, habent, ut hinc etiam liqueat, ſubſcriptiones poſtremæ hujus editionis indubitatas omnes & certas non eſſe. *Vid. & Gothofredus h.* Vetus verſio caret ſubſcriptione.

(1) *feliciſſimæ*) τῆς πανευδαίμονος πόλεως. Hal. πανευδαίμονος ταύτης &c. *hujus auguſtiſſimæ urbis.* Vet. *Conſtantinopolitanarum.* Pro Επιφανίω Hal. legit Επιφανείω.

NOVELLA CONSTIT. III.

Idem Imperator Epiphanio Regiæ hujus urbis Archiepiſcopo, (2) & Patriarchæ Oecumenico.

COmmuni quidem & (3) generali lege tam ad (4) Beatitudinem tuam, quam reliquos ſanctiſſimas Patriarchas ſcripta, (5) de creatione

F 2

(2) *& Patriarchæ*) καὶ οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ. Hal. *univerſi ejus tractus Patriarchæ. L. 7. C. de Summ. Trinit.* inſcribitur *Epiphanio oecumenico Patriarchæ.* De Patriarcha vid. *Meurſ. Gloſſ.* verb. Πατριάρχης. Summa fuit Patriarcharum dignitas in Oriente, ut in Occidentali Eccleſia Pontificis. Quatuor autem fuerunt Patriarchæ: Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus, & Conſtantinopolitanus, qui primas tenebat & οἰκουμενικὸς dicebatur. *MEURS. d. l. & Nov. 131.* Ritum deſignandi Patriarcham tradit *Codin. d. off.*

(3) *generali*) ἡγεμονικῷ, quod eſt *principalis, aptus ad imperandum* Gloſs. Cyril. ἡγεμονικὸς *Præſidialis.* Heſych. ἡγεμονικὸν, ὁ νοῦς. Cujacius mavult legi γενικῷ, quod habet *Haloander* & *Vet.* Hæc enim lex ἰδικὸς *ſpecialis* mox dicitur ab Imperatore, cum de Clericis Conſtantinopolitanis agat: Illa vero generalis eſt de *Epiſcopis* & *Clericis* quibusvis. Agylæus etiam putat: *generali* cum *Imperiali* non commutandum eſſe. Horum ſententiæ nos ſubſcribimus, lectionem *Hal.* & *Vet.* ſecuti.

(4) *beatitudinem*) πρὸς τὴν μακαριότητα. Add. Hal. τῷ Πατριάρχῃ, ô Patriarcha.

(5) *de creatione*) τὰ περὶ τῆς χειροτονίας &c. Iſtud τὰ non legit Haloander. Et ſuperfluum videtur, ſi ſeqq. jungamus περὶ τῆς χειρ. &c. ἃ συντάσσομεν ἅπερ ἡμῖν ἔδοξε καλῶς &c. ἔχειν. Vet. *de ordinatione* &c. ut & *Haloander.* χειροτονία, eſt *creatio, conſtitutio, electio.* Heſych. χειροτονεῖν, καθιστᾶν, ψηφίζειν, χειροτονία, ἐκλογή *Lex. Gr. Lat. Vet. ap. Vulcan.* χειροτονία, *creacio, procreacio, Creatura.* Paſſim id occurret h Nov. & χειροτονεῖν infr. *Nov. 26. Cap. 2. pr. Nov. 30. Cap. 6. §. 1. f. tutorem conſtituere Nov. 72. Cap. 2.* & idem eſt quod προβάλλεσθαι, *Nov. 120. Cap. 6. §. 1.* & *§. 2.* Julian. *deſtinare* vel *creare.* Zonaras ad Can. Apoſt. 1. νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται ἡ διὰ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἱερατεύειν λαχόντος τελεσιουργία τῶν εὐχῶν, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπίκλησις, ἀπὸ τοῦ τὸν ἀρχιερέα τείνειν τὴν χεῖρα εὐλογοῦντα τὸν χειροτονούμενον. Πάλαι δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ψῆφος χειροτονία ὠνόμασται. *MEURS. Gloſſ.* Vid. *Vet. Modeſtini Interpr.* in *l. 22. ff. d. Tutor. dat.* Ubi in Gr. eſt χειροτονοῦνται. Pro χειροτονουμένους quod eſt in ſeqq. *Hal.* legit κεχειροτονημένους.

Digitized by Google

tione (6) Sanctorum Epiſcoporum & religioſiſſimorum Clericorum, nec non (7 Diaconiſſarum, & ne illorum qui creantur plures ſint, quam numerus ab initio definitus eſt, (8) jam diſpoſuimus quæ nobis recta, decora, & ſacris regulis digna videbantur. Hanc vero (9) ſpecialem legem ad Beatitudinem tuam ſcribimus, numerum religioſiſſimorum Clericorum, (10) qui in hac urbe ſunt, definientes. (11) Quoniam enim fere nihil quod modum excedit bonum eſt, tot religioſiſſimos Clericos vel religioſiſſimas (12) Diaconiſſas creari non convenit, ut ſanctiſſima Eccleſia, (13) illis alendis in neceſſitatem magni æris alieni, & paulatim ad extremam inopiam redigatur. Scimus enim ſanctiſſimam magnam Eccleſiam Regiæ hujus urbis, imperii noſtri matrem, hoc pacto magno ære alieno premi, nec aliter religioſiſſimis Clericis quid

(6) *Sanctorum*) ἐναγῶν. Hal. ἁγίων. Infra *Cap. 2.* eſt ἐναγῆ κλῆρον, & ἐναγὴς οἶκος *Venerabilis Domus*, paſſim. Suid. ἐναγὴς ἅγιον, καθαρὸν, εὐσεβὲς, ὅσιον, θειότατον.

(7) *Diaconiſſ.*] καὶ γυναικῶν μὲν διακόνων. Hal. καὶ γυναικῶν καὶ μὲν διακόνων, *mulierum & diaconorum.* Vet. *mulierum diaconiſſarum.*

(8) *jam diſpoſ.*) ἤδη &c. διετυπώσαμεν. Vet. *dudum.* Hal. *jam pridem.* Lex illa generalis, cujus mentionem hic facit Imperator, eſt ſine dubio *Nov. 6.* non vero *l. non plures C. d SS. Eccleſ.* ut Accurſius arbitratur. Et cum utraque Novella eundem diem ſubſcriptum habeat, tam generalis illa, quam ſpecialis hæc, hujus initium tale eſſe debet: *Jam quidem communi* &c. non *jam pridem*, vel *dudum. CUJAC.* h. *Dudum tempus biennii* denotat, *in l. 6. C. Th. d domeſt. & Profect. Tempus quinquennii, in l. 23. d. Haret. C. Th.* Gothofr. dd. ll. Suidas ἤδη, ἀπάρτι. Περὶ τούτου, λοιπὸν, τὸ ἐγγὺς τοῦ παρόντος νῦν ἀποτόμου, μέρος δὲ χρόνου ἢ τοῦ μέλλοντος, ἢ τοῦ παρεληλυθότος. Nunc Antea poſthæc, tempus quod puncto temporis præſentis proximum eſt, ſive partem temporis proximum futuri ſive præteriti.

(9) *ſpecialem*) ἰδικὸν. Hal. εἰδικόν.

(10) *qui in hac*) τῶν ἐνταῦθα. Hal. omiſſo τῶν, legit ἐνταῦτα.

(11) *quoniam*) ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν σχεδὸν τῶν ἐν ἀμετρίᾳ καλὸν. Vet. *quoniam enim pene nihil immenſum bonum eſt.* Haloander: *Ac cum nihil pene eorum, quæ honeſta & pulchra ſunt, ſi modum egrediantur deceat*, legit enim: Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν σχεδὸν τῶν ἐν ἀμετρίᾳ καλῶν πρέπον ἂν εἴη. Male: nam illud πρέπον ἂν εἴη ad ſequentia pertinet.

(12) *diaconiſſas*) διακόνους ut ſupra γυναικῶν διακόνων. Hal. διακονίσσας, quod hic ſcripſiſſe videtur Imperator.

(13) *illis alendis*) ταῖς ἐκείνων ἀπο

Digitized by Google

quid diſtribuere poſſe, quam ſi non parum pecuniæ mutuo prius accipiat, atque in pulcherrimis prædiis & ſuburbiis ſuis tam hypothecas, quam pignora conſtituat. Quare (14) viſum nobis eſt ad eam rem inveſtigandam nos ipſos conferre, & cognoſcere quemadmodum ſe res antea habuerit, quidve temporis diuturnitas invenerit. Ex omni igitur parte (15) id inveſtigantes invenimus, unumquemque eorum, qui Sanctiſſimas Eccleſias in felici hac urbe ædificarunt, non ſolum (16) ædificationis curam geſſiſſe, (17) ſed etiam ut ſufficientes reditus ſacris ædibus à ſe conſtructis ſuppeditarent: atque definirent, quot Presbyteri, quotve Diaconi, maſculi & fœminæ, quot Subdiaconi, Cantores item & Lectores, atque oſtiarii in unaquaq; Eccleſiæ conſtitui debeant. Ad hæc (18) expen-

τροφαῖς. Hal. *illis alendis*; qui & pro *ſanctiſſima Eccleſia* legit *Sanctiſſ. major* [μεγάλη] *Eccleſia.* Vet. *illorum expenſis Sanctiſſima Eccleſia incidat in cauſam mutuorum maximorum, & paulatim ad noviſſimam inopiam deponatur.* Ἀποτροφὴ eſt *alimentum.* Sic paulo poſt τοῖς λειτουργοῦσι τὴν ἀποτροφὴν διδόναι. Ubi Vet. *emolumentum.*

(14) Viſum eſt) συνείδομεν ἑαυτοὺς καθεῖναι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ζήτησιν. Vet. *perſpeximus noſmet ipſos deponere ad hujuſmodi cauſæ inquiſitionem.* Hal. *viſum nobis eſt, ipſos nos ad cauſæ inquiſitionem demittere.*

(15) id) αὐτό. Vet. *illud.* Hal. αὐτά. Et mox pro τὰς ἁγιωτάτας Ἐκκλησίας: τὴν ἁγίων. Ἐκκλησίαν. Minus bene: ſequitur enim καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν.

(16) ædificationis) οὐκ οἰκοδομίας ἐφρόντισαν μόνης. Vet. *non pro ædificio ſolummodo cogitaverunt.* Hal. *curam ædificii geſſiſſe.*

(17) ſed etiam) ἀλλὰ καὶ τοῦ χορηγίαν αὐτάρκη δοῦναι. Hal. ἀλλὰ καίτοι &c. *Sed ut ſufficiens erogatio ſuppeteret.* Vet. *ut expenſas ſufficientes darent.* Paulo poſt dicitur: καὶ πρόσοδον οἰκείαν ἐπιδέδωκεν, *& proprios reditus dedit.* Heſych. χορηγία, δόσις. Gloſs Cyril. χορηγία, *prebicio, prebitus.* Suidas χορηγία, δόσις. *Cap. 2. §. 1. infr.* ἐκκλησίαις ὅσαι μὴ τὴν τροφὴν καὶ χορηγίαν ἔχουσι *quæcunque emolumentum & expenſas non habent. Emolumentum* quid ſit vid. Cod. Theod. Lib. XI. pag. 78. ſignificat & *ſtipendium militum.* Cod. Theod. Lib. VII. pag. 341. Vid. & *l. 7. C. d. exactionibus* & in fine ibidem ἀντὶ τῆς περὶ τὴν τροφὴν χορηγίας, *pro alimentorum expenſis.* H. Nicephorus ex Procopio narrat, ſacrarium Templi Sophiæ continere quadragies mille, argenti libros. *CONT.*

(18) expenſas ædium) τὴν τοῦ οἴκου δαπάνην. Vet. *Oratorii expenſas.* Οἴκου ſcil. εὐαγοῦς, ut paulo ante. Per δαπάνην *expenſas* intelligimus vel ſumtus qui in perſonas in domo conſtitutas impenpendi debent, *alimenta perſonarum:* mox enim ſequitur πρόσοδον οἰκείαν. &c.

Digitized by Google

expenſas ædium quoque definiverunt, & proprium reditum iis, (19) qui ab ipſis conſtituti ſunt, ſufficientem dederunt (20) qui tamen, ſi quis multos ſuperaddat, ſolvi amplius non poſſit. Ac hæc quidem longo tempore obſervata fuerunt (21) & quamdiu id factum, bona etiam domeſticis ſanctiſſimarum Eccleſiarum ſuffecerunt. Cum vero Epiſcopi Deo chariſſimi, (22) precibus nonnullorum locum dantes multos (23) crearunt,

reditus proprios ſufficientes illis, qui a ſe conſtituti ſunt. Alii, *ut Contius*, intelligunt expenſas ad reparandas ædes & ſartas tectas conſervandas. Qui ſenſus non ſat commodus videtur. Illæ enim expenſæ vix poſſunt aut debent definiri, ſed pro neceſſitate faciendæ ſunt. Et oppoſitio, quæ hic fit inter domus & perſonas in illis conſtitutas; de quibus ſermo eſt, eam vix admittit. Heſych. δαπάνη, τροφὴ. Sic paulo antè dixerat Imp. χορηγίαν δοῦναι τοῖς οἴκοις: ubi Vetus habet *expenſas*, ut hic.

(19) *qui a ſe conſtit.*) ἀρκοῦσαν τοῖς παρ' αὐτοῦ καθεστῶσι. Presbyteros intellige, Cantores, Lectores &c. *Vet. iis, quæ a ſe conſtituta ſunt,* Quod de perſonis hic loquatur Imper. apertum eſt: Nam & ſupra eodem verbo καθιστᾶναι uſus fuit: Πόσους προσῆκεν εἶναι πρεσβυτέρους &c. καθιστᾶναι. Hal. legit τῇ παρ' αὐτοῦ καθεστάσῃ. *Qui instituto huic ſuo ſatis eſſent.*

(20) *qui tamen*) εἰ δέ τις προστεθείη πλῆθος οὐκέτι παντελῶς ἐκτείνεσθαι δυνατόν. Vet. Si quis autem adjecerit multitudinem, *nequaquam amplius extendi valentes.* Quæ cum Græco conveniunt, niſi quod pro ἐκτείνεσθαι, ille videatur legiſſe ἐκτεινόμενα, quod & Agylæus retinuit. Hal. οὐδέτι προσετάχθαι πλῆθος ὃ οὐκέτι παντελῶς ἐκτείνεσθαι δυνατόν. *neque multitudinem aliquam adjectam, cui exinde competens ſolutio fieri non poſſet.* Rectius cum Scringero: *qui tamen, ſi qua multitudo adjiceretur, nullo modo extendi poſſent*, legi docet *Agylæus*. Mens enim Imperatoris eſt; ſi quis numero perſonarum determinato, plures addat, non poſſe reditum domus, qui non niſi definito illi numero ſufficit, ad ſupernumerarios extendi, nec illis ſolvi.

(21) *& quamdiu*) καὶ ἕως τοῦτο ἦν ἔμεινε καὶ &c. Hal. καὶ ἕως τοῦτο ἐνέμεινε, καὶ, & *quamdiu manſerunt*] &c. Vet. *& donec hoc fuit, duraverunt ſanctiſſimarum Eccleſiarum domibus, quæ ſufficerent.* Ubi verba *ſanctiſſ. Eccleſ. domibus, quæ ſuffic.* non ſatis conveniunt cum Græco. Legitur quippe ibi ἔμεινε, καὶ τὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τοῖς οἰκείοις ἀρκούμενα. Οἰκεῖοι (pro quo ille videtur legiſſe οἴκοις) ſunt *domeſtici*. Heſych. οἰκεῖοι, ἴδιοι καὶ κατὰ τὴν οἰκίαν πάντες. Et τὰ τῶν ἁγιωτ. &c. Sunt *res & bona Eccleſiarum.* Hal. habet οἰκείοις, vertit autem: *tamdiu & ſibi deputatis Sacroſanctarum Eccleſiarum res ſuffeciſſe.*

(22) *precibus*) δυσωπήσεσι. Vet. *precibus*. Hal. *aſſiduis nonnullorum precibus intenti.* Δυσώπησις eſt *placatio, perſuaſio*, à δυσωπέω. Quod extat *Nov.*

runt, expenſarum quantitas, creditores undique, atque uſuræ immenſo auctu creverunt (24) & tandem ne quidem creditores inventi ſunt, quod nulla amplius fides rei adeſſet, ſed coactæ & illegitimæ alienationes atque res inhoneſtæ, (25) quæque privatam domum & honeſtam non decent: ita ut ex hac (26) abſurditate nec prædia nec ſuburbana ad hypothecas & pignora ſufficerent, eamque ob cauſam nec creditorum copia eſſet: ſed ad extremam inopiam deveniret, neque ipſis miniſtris alimenta præbere poſſet, atque res in ſtatum omnium miſerrimum deveniret, ut creditoribus univerſis bonis ſuis cederet, quod vel dicere nos piget, (27) & ne fiat providemus. Nam ſi quis eum, qui ultra facultates ſuas ſumtus facit, non æquo ferat animo, quare non & harum rerum curam geremus? Non enim poſſeſſiones pro modo expenſarum quærendæ (hoc enim ad inſatiabilem cupiditatem & impietatem ducit) (28) ſed expenſæ facultatibus metiendæ ſunt. Quapropter de his etiam, ut decet, leges feremus, atque (29) nimietatem tollemus, (30) certam huic rei medicinam adhibentes.

CAPUT

28. c. 4. §. 2. Gloſſ. Cyr. δυσώπησις. *Ambitio*, δυσωπῶ, *Exoro*. Suidas δυσωπῶ, ἱκετεύω, παρακαλῶ.

(23) *crearunt*) χειροτονουμένων. Vet. *ordinationum* χειροτονιῶν.

(24) *& tandem*) οὐδὲ δανεισαὶ λοιπόν. Vet. *& noviſſime neque creditores inveniuntur, propter incredulitatem jam cauſæ*, διὰ τὴν ἀπιστίαν τοῦ πράγματος.

(25) *quæque domum*) καὶ οὐδὲ οἰκίας ἰδιωτικῆς ἄξια συμφερόντα. Vet. *& neque propriam dignitatem temperata*, qui alia lectione uſus videtur. Noſtra tamen ſat commoda eſt, & firmatur ex ſequentibus verbis. Hal. pro ἄξια (quod ad præcedens πράγματα: referendum) habet ἀξίας & vertit: *Sed indignum factum, & neque in privata familia ut cunque inſtituta ferendum.*

(26) *abſurditate*) ἀτοπίας. Vet. *nimietate.*

(27) *& ne fiat*) καὶ ὅπως ἂν μὴ γένοιτο προνοοῦμεν. Vet. *& quemadmodum non fiat providemus.*

(28) *ſed expenſæ*) ἀλλὰ ταῖς οὐσίαις συμμετρεῖν καὶ τὰς δαπάνας. Vet. *Sed ex iis, quæ ſunt expenſas metiri.* Hal. ἀλλ' ἀπὸ τῶν οὐσιῶν συμμετρεῖν καὶ τὰς &c. *Sed ex moderatis facultatibus ſumtum temperare.* Agylæus *pro facultatum modo ſumtum temperare:* Noſtra recte ſe habent. Paulo poſt, pro τὰ περὶ τούτων Hal. legit, περὶ τοῦτο.

(29) *& nimietatem*] τὴν ἀοριστίαν ἐκβάλωμεν. Vet. *immenſitatem.* Intelligitur numerus Clericorum infinitus & incertus. Hal. ἐκβαλέμεθα.

(30) *certam*] ῥητῷ τῷ πράγμα πα-

CAPUT I.

Ut numerus Clericorum, qui nunc eſt, maneat: & de futuro numero Clericorum magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

SAncimus igitur, ut religioſiſſimi Clerici & mulieres Diaconiſſæ & Oſtiarii, qui huc usque in illa ipſa Sanctiſſima Majori Eccleſia (31) cæteriſque omnibus Sacris domibus ſunt, in ea (32) forma, in qua ſunt, maneant. Non enim (33) quod eſt imminuimus, ſed futuri curam gerentes hæc ſancimus. Sequente vero tempore nulla fiat creatio, donec ad priſtinum numerum ab iis qui Sanctiſſimas Eccleſias ædificarunt, (34) ſtatutum, (35) numerus reverendiſſimorum Clericorum

ἐγχειρήσαντες θεραπείᾳ. Vet. *certa medicinæ cauſam tradentes.* Hal. ῥητῶς τὸ πρᾶγμα &c. *infinitatem manifeſte ei rei medicina adhibita ejiciemus.*

(31) *cæteriſque*) καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας εὐαγεῖς οἴκους. Vet. *& reliquas omnes venerabiles domus.* Male. Imperator non vult, ut domus maneant in forma qua ſunt, ſed perſonæ in illis exiſtentes. Subintelligenda, eſt partic. κατά: καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς: quæ præmittitur in textu verb. κατὰ τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν. Haloander recte: *cæteriſque ſacris ædibus.*

[32] *forma*] ἐφ' ὅπερ εἰσὶ σχήματος. Vet. *in quo ſunt ſchemate.* Σχῆμα varium habet in Novellis, uſum quem paucis exemplis ex innumeris, quæ ſunt, declarabimus. Hoc loco *formam*, *numerum* indicat, quod verba mox ſeqq. docent, & quod paulo poſt dicitur, numerum non poſſe ad antiquum σχῆμα reduci. Sic fere & *Nov. 10. §. 1. In Epilog. h. Nov. Epiſcopus in ſacro ſchemate nutritus. Nov. 5. Cap. 2. pr. Nov. 6. Cap. 7. 8. Cap. 1. §. 4. habitus* vel *ſtatus Monachalis. ibid. §. 2. & 4. vitæ genus, ibid. Cap. 2.* σχῆμα *conſanguineorum, Nov. 7. Cap. 1. de Monaſteriis Nov. 13. Cap. 5.* de *Republica. Nov. 18. Cap. 5.* σχῆμα παλλακῆς vel σχέσις. *Nov. 25. Cap. 2. & 3. Nov. 20. Cap. 7. Schema Magiſtratus. Nov. 20. præf. Schema ſpectabilium.* Vid. & *Nov. 21. præf. Schema pro ſoluto Nov. 46. Cap. 2.* Adde *Nov. 55. Cap. 1. Nov. 61. Cap. 1. §. 2. Nov. 70. præf. Nov. 74. Cap. 2. Nov. 82. præf. & Cap. 5. c. 7. §. 1.* σχήματος ἦν *Nov. 94. c. 1.*

(33) *quod eſt*) τὸ ὄν. Numerum ſcil. Clericorum, qui tum erat.

[34] *ſtatutum*] τὸν ὁρισάντα. Vet. *inſtitutum.* Hal. τὸν ὁρισθέντα.

[35] *numerus &c. redigatur*] ἡ τῶν &c. περιστείη ποσότης. Hal. τὸ ποσὸν ἐπανέλθῃ, *quantitas revertatur.* Vet. *quantitas redigatur.*

rum fuerit redactus. (36) Sed quia antea numerus religioſiſſimorum Clericorum ſanctiſſimæ Majoris Eccleſiæ Regiæ noſtræ Urbis definitus & valde exiguus fuit, ſcilicet cum ſola eſſet Sanctiſſima Magna Eccleſia: poſtea vero veneranda domus Sanctæ Glorioſæque Virginis & Deiparæ Mariæ, in vicinia Sanctiſſimæ Majoris Eccleſiæ ſita, à piæ memoriæ Verina ædificata, & veneranda domus Sancti Martyris Theodori (37) à Sphoracio glorioſæ memoriæ conſecrata eſt: veneranda quoque domus Sanctæ (38) Irenes Sanctiſſimæ Majori Eccleſiæ juncta fuit: propterea numerum ad antiquam formam (39) redigere impoſſibile eſt. Neque enim, (40) pauci illi, qui conſtituti ſunt, tot Eccleſiis ſufficerent, quoniam ne una quidem trium illarum domuum proprios habet Clericos, ſed tam ſanctiſſimæ Majori Eccleſiæ, quam illis communes ſunt, easque (41) omnes ordine & quaſi in orbem circumeuntes, miniſteria in illis peragunt. Maxime cum magna multitudo veterum hæreticorum ad Sanctiſſimam Majorem Eccleſiam gratia quidem Magni Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, (42) laboribus autem & exhorta-

tio-

(36) *ſed quia antea*) Ἀλλ' ἐπειδὴ πρότερον. In Hal. codice hæc omiſſa, qui habet, καὶ δὴ καὶ τὸν &c.

(37) *à Sphoracio*) παρὰ Σφωρακίου. Vet. à *Speracio*. Hal. Σφορακίου. Forte legendum à Sporacio illo, ſcil. qui Conſul fuit: *CONT.* Et ut *Gothofr. h.* tradit ſub Valentiniano & Martiano.

(38) *Irenes*) Εἰρήνης. Vet. *Helenæ*. Socrates *libr. 2. Tripar. hiſt.* ait: Conſtantinum duas ædificaſſe Eccleſias, quarum unam nominavit Irenen, aliam vero appellavit Apoſtolorum. *CONT.*

(39) *redigere*) περιστῆναι. Hal. Περιστῆναι. In fine *hujus Cap.* εἰς τοῦτον τὸν ἀριθμὸν περιστῆναι τὸ μέτρον. Ut & paulo ante *h. Cap.* περιστῆναι τοσούτους.

(40) *pauci illi*) ὀλίγοι καθεστῶτες. Vet. *pauci conſiſtentes*. Hal. *pauci*.

(41) *omnes*) καὶ τούτους ἅπαντας, legendum καὶ οὗτοι ἅπαντες. Habet tamen idem & *Hal.* qui ante hæc verba non legit καὶ αὐτῶν, quod eſt in noſtro textu. Paulo poſt pro κύκλον, κύκλιον legit idem.

(42) *laboribus*) πόνοις δὲ καὶ προτροπαῖς ἡμετέραις διπλασίονας &c. Vet. *laboribus autem & immutationibus noſtris oporteat plures, quam à principio ad præſens officii miniſterium definiri.* Verba illa *laboribus* & *immutationibus* (pro *exhortationibus*) Vetus cum ſequentibus copulat: Sed mens Juſtiani potius eſſe videtur, *Hæreticos adductos fuiſſe gratia quidem magni*, (μεγάλου, pro quo Hal. habet μακαριωτάτου, *beatiſſimi*) *Dei, ſuis autem laboribus.* Προτροπὴ eſt *exhortatio*. Heſych: προτροπή, παράκλησις. Gloſs. Cyr. προτροπή, *hortatus, hor-*

tationibus noſtris adducta ſit, duplo plura miniſteria quam ab initio fuerunt, ad Sacrum cultum conſtitui oportet.

§. 1. Qua propter ſancimus, ut in Sanctiſſima magna Eccleſia non (43) plures quam ſexaginta Presbyteri ſint, centum vero (44) Diaconi maſculi, quadraginta fœminæ, nonaginta Subdiaconi, (45) centum & decem Lectores, viginti quinque Cantores, ita ut univerſus numerus religioſiſſimorum Clericorum Majoris Eccleſiæ in quadringentis, & viginti quinque perſonis, & centum inſuper, uti vocantur, Oſtiariis conſiſtat. In Sanctiſſima igitur Majore Eccleſia feliciſſimæ hujus civitatis, & tribus Sacris domibus illi junctis, tanta ſit Clericorum multitudo, (46) ne uno quidem eorum, qui nunc ſunt, ejiciendo, etiamſi numerus multo major ſit eo, qui à nobis definitus eſt, nemineque impoſterum ulli ordini, qui nunc eſt, adjiciendo, donec ad hunc numerum menſura redigatur.

CAPUT II.

Ut translatio ex minore in magnam Eccleſiam per patrocinium aliquod, (47) nimiaque multitudo Clericorum prohibeatur.

Illud quoque adjiciendum eſt, ne quod hactenus indecore factum fuit, am-

tacio. Hal. ἀποτεςωσαῖς, *depulſionibus.* Reliqua textus verba, *oporteat plures* &c. continent concluſionem ex præcedentibus deductam; quod ſcil. ex dictis cauſis plures ad ſacra miniſteria deputari debeant. In Græco deeſt τὸ *oporteat*, quod Vet. habet, qui videtur legiſſe δεῖ πλείονας, unde Haloander videtur accepiſſe εἰς διπλασίονας &c. ut *duplo plura* &c. *deputari oporteat.*

(43) *plures quam*) πλείστερα ἑξήκοντα πρεσβυτέρων. Βασιλ. & Hal. Πρεσβυτέρων.

(44) *diaconi*) Horum duos fuiſſe ordines, unum majorum, qui ἀρχοντικοὶ διάκονοι, alterum minorum, qui κοινοὶ dicebantur. Numerum vero à Juſtiniano conſtitutum non obtinuiſſe, docet *MEURS. Gloſſ. verb.* διάκονος.

(45) *centum &*) Id non obtinuit: mox enim ſub Heraclio legitimus eorum numerus fuit 160. ut patet ex ejus Nov. Dignitas hujus ordinis fuit magna. Vid. *MEURS. Gloſſ.* verb. Ἀναγνώστης.

(46) *nec uno*) οὐδ' ἑνὸς μὲν, τῶν νῦν ἐκβαλλομένων. Hal. οὐδενὸς τῶν μὲν νῦν ἐκβαλλομένων, *nemine eorum, qui nunc ſunt, ejiciendo.*

(47) *nimiaque*) καὶ ἐν τὸ ἄμετρον &c. Delendum illud ἐν.

amplius uſuveniat, ut multi religioſiſſimorum Clericorum in Sanctisſimis Eccleſiis in quibus creati ſunt, vel hic vel in provinciis (48) manere (49) dedignentur, Sactiſſimam vero Majorem Eccleſiam & Sacrum ejus Clerum per patrocinium aliquod ingrediantur: quod impoſterum fieri omni modo prohibemus. Nam ſi in Sacris Monaſteriis vetamus, ne quis ex uno ad aliud transeat, multo minus reverendiſſimis Clericis id permittemus, cum talem cupiditatem lucri & negotiationis ſpeciem habere exiſtimemus. Quodſi aliquando Beatitudo Tua, (50) vel pro tempore Imperator ejusmodi translationem faciendam eſſe perſpexerit, non aliter id fiat, quam ſi ad prædictum à nobis numerum res redacta fuerit, ita ut translatio fiat in (51) locum deficientis, (52) nec plane quisquam ultra numerum admittatur; nulla enim machinatione nulloque modo id fieri permittimus. Atque hæc quidem de Sanctiſſima Majore Eccleſia.

§. 1. In aliis autem omnibus Eccleſiis, quibus Sanctiſſima major Eccleſia (53) ſumtus ſuppeditat, ſancimus, ut illi quidem qui nunc ſunt, in eodem quoque ſchemate (54) ſimiliter maneant, impoſterum vero nemo creetur, antequam ad ſtatutum, uti vocatur, cujusque Eccleſiæ ab

 ædi-

(48) *manere*) μένειν. Vet. *deſervire. infr. §. 1.* vertit *manere.*

(49) *dedignentur*) ἀπαξιοῦν μὲν ἐν αἷς. Baſil. ἀπαξιούντων ἐν αἷς.

(50) *vel pro tempore*) ἢ ἡ κατὰ καιρὸν Βασιλεία. Vet. *aut per tempora imperium fieri perſpexerit.* Κατὰ καιρὸν vertit Vetus *per tempora §. 3. ſeq. & Cap. 3.* alias *pro tempore*, ut *Cap. ſeq. & l. 48. C. d. Ep. & Cleric.* Hal. *vel pro tempore Majeſtati Imperatoriæ. In §. 1. h. c. eſt* προσαγγέλλειν τῇ Βασιλείᾳ.

(51) *locum*) τάξιν. Vet. officium.

(52) *nec plane &c.*] Vet. *& non ſupra numerum aliquid omnino excedatur*, quaſi legiſſet, τι ἐκβαίνειν. Supra dixerat Imper. *eſſe aliquos, qui per patrocinia ſacrum Clerum ingrediuntur*, quod hic, ne fiat, prohibet.

(53) *ſumtus ſupped.*) Χορηγίαν ποιεῖται. Vet. *expenſas facit.* Idem vero eſt, quod χορηγεῖ, ut διάδοσιν ποιεῖσθαι, *h. N. præf.* ἐπανόρθωσιν. *Nov. 2. præf.* δόσεις ἐπιχύρων *h. Nov. præf.* λειτουργίαν *c. 1. pr.* ἐπίδοσιν *Nov. 22. Cap. 27.* διοίκησιν *Nov. 59. Cap. 2.* &c. Heſych. χορηγεῖ, παρέχει, δίδωσιν. *vid. ſupra n. 14.*

(54) *ſimiliter*) μένειν ὁμοίως καὶ αὐτοὺς ἐπὶ σχήματος, τῶν δὲ λοιπῶν μηδένα &c. Hal. ἐπὶ σχήματος τῶν [illegible] λοιπῶν δὲ &c. *Sub eadem forma maneant, impoſterum vero* &c. Vide an ſic legendum ſit cum *Hal.* ἐπὶ σχήματος τῶν, τῶν λοιπῶν δὲ.

ædificatoribus earum initio definitum, Presbyterorum & Diaconorum, tam maſculorum quam fœminarum, Subdiaconorum, Lectorum, Cantorum, Oſtiariorum numerus redactus ſit, neque quisquam ullo modo interim adjiciatur. Nam & nos ipſi cavebimus, ne tale quid faciamus & ordinandos mittamus. Neque quisquam noſtrorum Magiſtratuum aliquid tale faciet, ſed legem noſtram revereatur. Liceat vero beatiſſimo Archi Epiſcopo & Patriarchæ Regiæ hujus urbis creationi contradicere, etſi ab aula juſſio proficiſcatur. Nam & qui præcipit, & cui præcipitur, ſi tale quid fecerit, pœnam Eccleſiaſticam ſuſtinebit. Sed neque in reliquis Eccleſiis, quæ alimentum & ſumtus à Sanctiſſima majore Eccleſia non habent, multitudo creandorum in illis admittenda, neque impoſterum numerus etiam in illis ab initio conſtitutus excedendus eſt: ne forte illi quoque (55) qui in iis conſecrati ſunt, ad infinitum numerum aucti, & reditus à piis hominibus ipſis conſtitutos dividentes, indeque eos numero ſuo non ſufficere videntes, in magnas anguſtias incidant. Si vero ultra numerum in ſanctiſſima majore Eccleſia vel aliis Eccleſiis definitum, Sanctiſſimus Archi Epiſcopus, qui pro tempore præeſt, creaverit, & Deo chariſſimi Sanctiſſimæ illius Eccleſiæ Oeconomi ſumtus ex Eccleſiaſticis reditibus dederint, tam ipſi, quam Sanctiſſimus Patriarcha, qui illis ſuppeditare eos permiſit, de propriis ſuis facultatibus ſumtus præbeant. Sciant enim, quod ſi aliquid tale fecerint, nos & ſanctiſſimis Patriarchis, qui talia committenti ſuccedunt, & futuris Oeconomis, reliquisque omnibus religioſiſſimis Clericis, in illa diligenter inquirendi, & ſi fiant prohibendi, atque ad Imperatorem deferendi poteſtatem concedamus, quo is hæc cognoſcens, ex bonis Oeconomorum qui id fecerunt, vel etiam Archi-Epiſcopi qui permiſit, Sanctisſimæ Eccleſiæ illa reſarciri præcipiat, ne rurſus talis confuſio & perturbatio hac in re contingat. Hac vero cauſa ad priſtinum modum redacta, tunc usque eo creare liceat, ne dictus modus tranſcendatur, neve numerus excedatur, vel quidam dolus hac in re committatur. Neque enim ullo modo id fieri permittemus, (56) ut di-

(55) *qui in iis*]. οἱ κατ' αὐτὰς ἱερώμενοι. Vet: *qui in eas creantur.*

(56) *ut dicatur*) τὸ φέρειν. Hal. τὸ φάσκειν, *quod plerisque in ore eſt.*

dicatur, licere quidem creare, ſed alimenta non præbere: id enim rurſus eorum eſt, qui confuſionem moliuntur, & adjectione ſupernumerariorum (57) ſecundos catalogos faciunt: (58) maxime cum multæ etiam illi rei circumventiones ſubſint, ut (59) pro alimentorum ſuppeditatione alias vias inſatiabilis cupiditatis inveniant. Quare ne hoc fiat, omnino prohibemus, atque in id pœnam Eccleſiaſticam, uti vocatur, ſtatuimus, (60) magnæ nobis utilitati fore putantes, ſi Sanctiſmam magnam Eccleſiam neque æri alieno obnoxiam, neque in anguſtias redactam, neque perpetuo egentem, ſed ſemper florentem videamus.

CAPUT III.

Ut Eccleſiarum reditus in homines (61) egenos atque pias cauſas à Patriarchis & Oeconomis expendantur.

Quemadmodum autem expenſas ad hanc rem pertinentes definivimus

(57) *ſecundos catal.*) δευτέρους καταλόγους συνιστάντων. Vet. *immenſa adjectione ſecunda collegia conſtituentium.* Hal. *altera pro unis collegia conſtituunt.* *Nov. 22. Cap. 15. pr. Catalogus cauſarum. Nov. 25. Cap. 2. §. 2. Magiſtratus ex catalogo miſſus.* Heſych. κατάλογος, ἡ ἀποχαρὴ, τῶν ὀφειλόντων στρατεύεσθαι, καὶ ἐξαρίθμησις. Sic & Suidas qui tamen pro ἀναχαρὴ habet ἀποχαρή. Infra ſæpius *catalogus militum* legitur. Eſt & catalogus quidam Eccleſiaſticus, qui ὁ ἱερὸς κατάλογος dicebatur, in quem relatus univerſus Clerus, cujus meminit Gregorius lib. X. &c. *MEURS. Gloſs.* verb κατάλογος.

(58) *maxime*] ἄλλως τε καὶ πολλὰς ἂν σχοίη &c. *deinde etiam* &c. ut & ſupra *Cap. 1. pr. in fin.* ἄλλως τε καὶ πολυπλάδους &c. *cum & preterea* &c. Vide quoque *Nov. 10. §. 1. Nov. 25. Cap. 1. §. 2. pr. Nov. 30. Cap. 1. Nov. 44. Cap. 1. §. 3. Nov. 97. Cap. 6. §. 2.* ubi eſt *præſertim, nam, eo ipſo.* Suidas, ἄλλως, μάλιστα, Ἄλλως ἀμουσόν ἐστι ποιητὴν ἰδεῖν, Ἄγριον ὄντα καὶ δασύν. *Illepidam valde eſt poetum videre agreſtem & hirſutum. Ariſtoph. Theſmoph.* Suid. in Ἄλλως. Hal. pro ἂν σχοίη habet ἀνασχοίη *producat.*

(59) *pro alim. ſupp.*) ἀντὶ τῆς περὶ τὸν τροφὴν χορηγίας. Senſus eſt: Clericos, quibus Eccleſia non conſtituit nec præbet annonas, omnem excogitare & complecti rationem, ſive honeſtam ſive inhoneſtam, pecuniæ quærendæ; & hoc ideo ne eveniat, non eſſe creandos clericos ſine annonarum idonea collatione, quod & canones approbare docui. Feud. 1. Tit. 1. *CUJACIUS h.*

(60) *magnæ nobis*) μεγάλην ἑαυτῶν ὠφέλειαν. Hal. ἑαυτῶν non legit.

(61) *egenos*) εὐπορίας Lege ἀπορούντας.

mus, ita Sanctiſſimum pro tempore Patriarcham & religioſiſſimos Oeconomos providere convenit, ut reliquæ etiam expenſæ, quæ ex Eccleſiaſticis reditibus fiunt, in pias & Deo gratas cauſas impendantur, inque eos erogentur, qui vere egent, neque aliunde habent (62) unde vivant (id enim Dominum Deum placat) non autem patrociniis & ſtudiis hominum Eccleſiaſtici ſumtus divitibus hominibus dentur, ut inopes neceſſaria inde non conſequantur. Sciant enim Deo chariſſimi Oeconomi, qui nunc, quique omni tempore futuri ſunt, quod ſi contra hæc quid committant, tam pœnas divinas ſubituri, quam ſuis quoque facultatibus ſanctiſſimam Eccleſiam indemnem præſtituri ſint.

EPILOGUS.

(63) SAncimus itaque ut beatitudo Tua, quæ ab initio & à puero in omni ſacro ordine (64) & dignitate Sanctam Eccleſiam ornavit, cum etiam ex Sacerdotum genere deſcendat, hæc perpetuo cuſtodiat, (65) ſciens ea quæ Sanctis Eccleſiis conducunt, non minori nobis curæ eſſe, quam ipſam animam. Dat. XVII. Cal. April. DN. BELISARIO V. C. Conſ.

Tit. IV.

(1) Ut creditores primo debitores principales conveniant, & ſi illi non ſolvendo eſſe reperiantur, ſecundo

(62) *unde vivant*) τροφῆς ἀφορμὴν, Vet. *alimentorum occaſionem.* Hal. ἐκ ἀφορμὴν.

(63) *ſancimus*) τὴν μακαριότητα τὴν σὴν &c. Ad marginem Græci textus notatum μέχρις ὧδε τὸ Βασιλικόν. *Huc uſque Baſilicum*, quod & legitur *Nov. 5. Cap. 3.* & *Nov. 7. Cap. 3.* &c. Vid. & *Nov. 5. præf.*

(64) *& dignitates*] καὶ σχήματι Merito hoc laudat, cum in *Nov. 6.* vetat aliquem mox ex Laico fieri Clericum. *CONT.* Σχῆμα pro honore infra ponitur. *Nov. 105. Cap. 2.*

(65) *ſciens*] γινώσκοντας. Sic & Hal. Vet. *Scientem*, γινώσκουσαν, quod conſtructio requirit, ob quam referri debet ad τὴν μακαριότητα.

(1) *Ut creditores*] Vet. de Fidejuſſoribus & Mandatoribus [Sponſoribus] & ſolutionibus.

do loco mandatores, vel (2) conſtitutæ pecuniæ reos, vel fide juſſores.

NOVELLA CONSTIT. IV.

Idem Imperator Joanni Glorioſiſſimo Præfecto Sacro Prætorio.

PRÆFATIO.

ANtiquam legem olim quidem latam, uſu vero neſcimus qua ratione non ſervatam, quæ tamen ob res ſemper in quæſtionem venientes (3) illi neceſſaria videtur, revocare & in Rempublicam reducere pulchrum duximus, non ita ſimpliciter, ut ſcripta erat, eam ferentes, (erat enim quædam illius pars plane (4) non diſtincta,) ſed conveniente atque (5) pia acceſſione diſtinguentes.

CAPUT

(2) *conſtitutæ pecuniæ*] ἀντιφωνητῶν. Julian. *qui pro aliis pecunias conſtituunt.* Ita enim hi vocantur apud Græcos, teſte Cujacio h. ubi in Vet. pro *ſponſore* poni vult *reſponſore*, & ad *Paul. ſent. Lib. 1. tit. 20. Theophil. Inſtit. § . 9. d. Act.* Sponſor eſt, ut recte Accurſius exiſtimavit *Gloſſ. in Auth. d. Fidejuſſ.* qui ſponte & non rogatus pro alio promittit, quod & ex Verrio Feſtus tradit. Sane in Auth. Græca Juſtiniani vocem ἀντιφωνητὴν ubique Interpres *ſponſorem* tranſtulit, quem conſtitutæ pecuniæ reum rectius dixiſſet. *ALCIAT. 1. Parerg. 2.* Vid. & Cujac. Expoſ. h. Nov. ubi ſponſorem vel reſponſorem idem eſſe ait, quod conſtitutæ pecuniæ reum: ſed male ab Accurſio de finiri quod ſit *qui non rogatus fidejubet,* cum omnis fidejuſſor ſit ſponſor M. Tullio & Paulo in ſentent. In §. 8. *Inſt. Mandat. Spondere & fidejubere idem eſt.*

(3) *illi*) αὐτῇ, non habet quo referatur niſi ad τῇ χρήσει *uſu.* Poteſt vero illud αὐτῇ abeſſe. Abeſt enim à Veteri verſione, etſi apud *Hal.* extet. *Vetus* vero habet: *per cauſas autem ſemper exquiſitas atque neceſſarias apparentem:* Legitur autem διὰ τῶν ἀεὶ ζητουμένων πραγμάτων ἀναγκαῖον αὐτῇ φαινόμενον.

(4) *non diſtincta*] ἀδιάκριτος. Vet. non *diſcreta*, quod idem eſt. Ait enim Imp. ſe eam legem diſtinguere velle aliqua adjectione facta.

(5) *pia*] θεοφιλεῖς. Vet. *Deo placito.* Hal. θεοφιλέσιν, *Deo placita acceſſione.*

CAPUT I.

Ut creditores primo debitores principales conveniant.

SI quis igitur mutuum dederit, & fidějuſſorem, aut mandatorem, aut conſtitutæ pecuniæ reum acceperit, (6) ille non ſtatim ab initio mandatorem, fidejuſſorem aut conſtituentem conveniat, neque debitore neglecto (7) interceſſoribus moleſtus ſit, ſed primo eum, qui pecuniam accepit & debitum contraxit, conveniat: & ſi quidem ab illis acceperit, à reliquis abſtineat: quid enim illi cum extraneis rei eſt, cui debitor ſatisfecit? Si vero à debitore nec partem nec ſolidum conſequi poterit, quantum ab illo accipere non potuit, pro ea parte cum fidejuſſore, vel conſtituente, vel mandatore experiatur, & ab eo reliquum conſequatur. Atque hæc quidem, ſi utrique, tam principalis debitor quam fidejuſſor, aut mandator, aut conſtitutæ pecuniæ reus præſentes ſint, omni modo ſerventur. Si vero fidejuſſor, aut mandator, aut qui conſtitutum ſuſcepit, quidem adſit, principalem autem debitorem abeſſe contingat, durum eſt creditorem alio mittere, cum à fidejuſſore aut mandatore aut conſtituente exigere poſſit. Sed & huic rei, quoad ejus fieri poterit, medendum nobis eſt. (8) Neque enim antiqua lex (9) definitam quandam ſanandi methodum habuit, quamvis magnus ille (10) Papinianus hæc primus (11) docuerit.

(6) *ille non ſtatim ab initio*] ὅτος μὴ τὴν πρώτην εὐθὺς κατὰ τοῦ &c. Hal. ὅτος μὲν τὴν πρώτην &c. Vertit tamen *non ſane initio ſtatim.*

(7) *interceſſoribus*) τὰς παρενθήκας. Παρενθήκη eſt *id, quod interponitur; quod accedit.* Suidas, παρενθήκη, πρόσθηκη. *Nov. 2. Cap. 2. pr.* καλὴν παραύξησιν καὶ παρενθήκην δίδομεν τῷδε τῷ νόμῳ, ubi Vet. *melius incrementum* & *interpoſitionem* (acceſſionem) *damus huic legi.* Hic ad *fidejuſſores* transfertur tanquam acceſſionem principalis obligationis, *CUJAC. ad l. 91. ff. d. V. O.*

(8) *neque enim*) Hæc, usque ad τὸ ἐνδεικνύτω *demonſtret*, deſunt in Βασιλ.

(9) *definitam*) διωρισμένην. In præfatione dixit Imperator, *fuiſſe in lege antiqua partem quandam non diſtinctam.*

(10) *Papinianus*] Παπιανός. Hal. Παπινιανός. Græcos per Syncopen *Papianum* vocare notat *CONT.* Alii vitioſum id eſſe volunt. Probabile nobis eſt, ſermone Græcorum illud nomen contractum fuiſſe. Nam *Papinianum* cum *Papiano* confudit quoque Interpres, *l. 1. C. Th. d. Reſp. prud.* ubi *Papianum* dicit, qui in textu legis *Papinia-*

rit. (12) Demonſtret igitur fidejuſſorem, aut conſtituentem, aut mandatorem: & judex qui cauſæ præeſt, fidejuſſori, nec non conſtituenti, & mandatori, principalem debitorem adducere volentibus tempus det, ut ille primus actionem ſuſtineat, atque ita hi in (13) ultimum ſerventur ſubſidium. In eo quoque fidejuſſori, ſponſori, mandatori (14) judex ſuccurrat (fidejuſſoribus enim & iſtiusmodi hominibus auxilio venire (15) æquum eſt) ut ille productus actione interim eos liberet, qui illius cauſa moleſtia afficiuntur. (16) Quod ſi tempus ad hoc conſtitutum præterierit, (judex enim & tempus definire debet) tum aut fidejuſſor, aut mandator aut conſtituens litem ſuſcipiat, & debitum (17) ſolvat, a-

nus. Et ſic ſemper in Libris Βασιλικῶν legibus *ff.* Παπιάνος adſcribitur. Idem quoque legitur *Nov. 108. præfat. §. 2.* &c. Gothofredus *ad d. l. 1. C. Th.* in notis inquit: Librarius hujus interpretationis ſatis imperite tribus locis Papinianum cum Papiano miſcuit eundemque credidit, nempe quod Papiani reſponſa cum Pauli ſententiis, Codice Gregoriano & Hermogeniano uno corpore ambularent. Et idem tamen, ſi recte id expreſſum hac ipſa interpretatione alicubi Papinianum diſerte vocat. Idem *Gothofredus* in notis *ad. l. 3. C. Theod. de Teſtam. & Codicil.* ait: *Ejusdem* (Scævolæ) *diſcipuli fuerunt Papianus, quod Spartianus teſtatur, & Paulus & Triphoninus, qui ideo ſuum vocare ſolent.* Nec non in Comm. ad *l. 1. C. Th. d. Comit. & Trib. Schol.* citat *Papiani locum Tit. 43. Reſponſorum collatum cum loco Theophili.*

(11) *docuerit*) ἦν ὁ ταῦτα ὑφηγησάμενος. Thom. Mag. ὑφηγοῦμαι, τὸ διδάσκω καὶ παραινῶ.

(12) *demonſtret*) ἐνδεικνύτω. Ἐνδείκνυμι eſt *defero nomen alicujus, poſtulo in judicio.* Unde ἐνδείκτης, *delator. BUD. Comm. ling. Græc.* Contius id explicat, *condicat, denunciet, indicet & in jus vocet.* Vet *probet.* Hal. *Poſtulet.* Sequitur in textu ἀγαγεῖν, *deducere,* quod idem eſt.

(13) *ultimum*] καταλοίπου. Vet. *ultimum.* Hal. καταλοίπῳ.

(14) *judex*] ὁ τοῦ δικάζειν κύριος, *dominus judicii. Nov. 2. Cap. 4.* τῆς χρήσεως κύριοι. Strabo lib. 17. ὁ δικαιοδότης ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος. Pro καὶ ἀμυνέτω γε *ſuccurrat*, quod præcedit. Haloander legit, καὶ ἀμυνέτω δὲ. &c.

(15) *æquum*) ὅσιον, *Sanctum.* Vet. *Sancitum. Sanctum* in Veteribus legi notat *CONT.* In præfatione Imperator ait ſe legem diſtinguere μετὰ θεοφιλοῦς προσθήκης, *pia acceſſione facta.*

(16) *quod ſi*) εἰ δὲ ὁ χρόνος, ὁ ἐπὶ τούτῳ ταχθεὶς ἐξήκοι. Hal. εἰ δὲ ὁ χρόνος ὁ ἐπὶ τούτῳ εὐθὺς ἐξήκοι. (*quod ſi tempus ad hoc ſtatim prætereat.*) Vertit autem ille: *quodſi tempus huic rei præfixum prætereat.*

ctionibus contra eum, pro quo fidejuſſit, vel mandatum ſcripſit, vel conſtituit, à Creditore ſibi ceſſis.

CAPUT II.

Ne res, quæ apud alium ſunt, perſequi poſſint, antequam perſonalis actio inſtituta ſit.

SEd neque (18) ad res debitorum, ſi ab aliis detineantur, prius veniat, quam actionibus (19) perſonalibus contra mandatores & fidejuſſores & conſtituentes expertus fuerit. Ac cum ita ad res debitoris principalis (20) ab aliis detentas venerit, earumque (21) detentores convenerit, ſi nec inde illi ſatisfactum ſit, tunc res fidejuſſorum & mandatorum & conſtituentium perſequatur. (22) Idem erit dicendum, ſi hi omnes quosdam ſibi obligatos habeant, quique hypothecariis actionibus teneri poſſint. In debitorem tamen principalem, atque res apud ipſum exiſtentes (ſive perſonalibus, ſive hypothecariis, ſive amba-

(17) *ſolvat*) ἐκτιννύτω. Hal. ἐκτιννύσθω *exſolvat*. Vet. *debitum exigatur*.

(18) *ad res*) εἰ μὲν οὖν τὰ πράγματα &c. χωρήσει. Hal. & Βασιλ. εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τὰ πράγματα. Recte: Sic enim *Cap. 1.* ſupra χωρείτω ἐπὶ τὸν τὸ χρεῖον εἰληφότα. Et h. Cap. ἐλθὼν ἐπὶ τὰ πράγματα.

(19) *perſonalib.*) περσοναλίαις. Hal. & Βασιλ. προσωπικαῖς: Sicut & in *ſeqq.* Et Haloander mox τῷ μανδατόρων addit τῶν.

(20) *ab aliis*) εἴγε παρ' ἑτέρων, κατέχοιτο. Hal. εἴτε οἱ παρ' ἑτέρων κατέχοιντο. Et paulo poſt, pro εἴγε μηδὲ, εἰ μηδὲ &c.

(21) *detentores*) τοῖς ἐπειλημμένοις αὐτῶν ἐνοχλήσει. Hal. & Βασιλ. ἐπειλημμένους. Legitur ἐνοχλεῖν cum Accuſativo *Nov. 27. Cap. 2. Nov. 26. Cap. 3.* Dativo jungitur. *Nov. 88. Cap. 1. Nov. 89. Cap. 7.*

(22) *Idem erit*) (ταυτὸν δ' ἐστὶν εἰπεῖν.) Vet. (*idem enim eſt dicere*) Hal. cum ſeqq: hæc jungit. *Idem dicere licebit, & ſi omnes hi aliquos ſibi obligatos habeant.* Cujacius *lib. VIII, obſ. 19.* paucos ait intelligere horum verborum ſenſum, veterem autem interpretem recte ea ſic ad verbum interpretatum eſſe: *Idem eſt dicere, & ſi quosdam habuerint omnes ii* &c. Sed Vetus in vulgat. edit. habet, *Idem enim eſt dicere; vel ſi quosdam* &c. ab Haloandr. edita verſio Vetus habet, *idem eſt dicere, vel ſi* &c. Quid phraſis illa ſibi velit, manifeſtum eſt ex locis aliis quam plurimis, quibus Imperator ea utitur, quæ prolixi-

Digitized by Google

babus actionibus ſtatim uti voluerit,) omnem licentiam ei damus,(23) prædictam à nobis rationem & ordinem in reliquis quoque perſonis & caſibus lege conſtituentes. Neque hoc ſolum de creditoribus dicimus, verum etiam ſi quis emerit quid ab aliquo, & (24) confirmatorem, ut vocant, acceperit, & (25) venditio, (26) actione contra venditorem inſtituta, aliquatenus (27) labefactetur, non ſtatim confirmatorem

H 2 em-

tatis vitandæ cauſa huc afferri non debeant. vide *Cap. 1. praced. Nov. 18. Cap. 1. Nov. 38. Cap. 1. pr. Nov. 74. Cap 2. §. 1. Nov. 89. Cap. 10. Nov. 91. Cap. 1.* Ponitur plerumque in medio inter duo, quæ ut æqualia proponuntur: & idem valet, quod ταυτὸν γάρ ἐστιν ἑκάτερον. *Idem enim eſt utrumque. Nov. 22. Cap. 44.* Vid. & Cujac. Expoſ. h. ubi Accurſium notat.

(23) *prædictam à nobis*) Vet. *licentiam, quæ dudum à nobis data eſt.* Græcorum verborum ſenſus is videtur eſſe, quem nos dedimus, ita enim & in vulg. & in Hal. edit. diſtinguuntur apud quem tamen non male legitur, καὶ τάξιν καὶ ἐπὶ τῶν &c.

(24) *Confirmatorem*) βεβαιωτήν. Vet. *confirmatorem.* Hal. *auctorem ſecundum.* Βεβαίωσις, *confirmatio, fidejuſſio.* Βεβαιωτής, ſecundus auctor, adfirmator, fidejuſſorum vicem ſuſtinere dicitur *l. cum oſtendimus §. ult. ff. d. fidejuſſ. intor. Gloſſ. Julian.* Βεβαιωτής ad verbum ſonat *confirmatorem*, ſicque & Jul. epit. vertit, quamvis hunc confirmatorem ſcribat Ulp. vulgo vocari auctorem ſecundum, *l. 4. ff. d. Evict. CONT.* Βεβαιωτὴς is eſt, qui ſpondet pro venditore evictionis nomine. Confirmatorem venditionis vocant Julianus & Vet. Interpr. ut M. Tull. pro Cluentio confirmatorem pecuniæ, auctorem ſecundum, *l. 4 ff. d.* Evict. ut auctorem pecuniæ. *l. ſi literas C Mand.* auctor primus eſt venditor ipſe. *CUJAC. h. Levit. 25.* ἡ γῆ οὐ πραθήσεται εἰς βεβαίωσιν. Ubi βεβαιώσεως nomine auctoritatem & evictionis cauſam denotari, & venditorem prædium ſuo jure anno ἀφέσεως ſeu Jobel recipere & evictionis vel auctoritatis nomine eum non tenere, indicari, tradit *CUJAC. Parat. Cod. d. Evict.* Confirmator nil aliud eſt quam fidejuſſor. Occurrit ea vox hoc ſenſu in *l. 34. §. 1 ff. d. pign.* Cujus hæc ſunt verba: Δανεισάμενος παρά σου δηνάρια πεντακόσια παρακαλῶ, οὐ βεβαιωτὴν ἀλλ' ὑποθήκην &c: *mutuatus abs te quinquentos denarios rogavi; ne ſponſorem ſed pignus à me accipias.* Hinc & *Ant. Auguſt.* in Interpr. verb. Juliani ait, Confirmatorem eſſe *fidejuſſorem datum à venditore.*

(25) *venditio*) τὰ τῆς πράσεως. Sic & Hal.

(26) *actione*) ἐναγωγῆς κατὰ τοῦ πράτου γενομένης. Vet. *& moveatur in aliquo venditionis conventio contra venditionem facta.*

(27) *labefactetur*) σαλεύοιτο. Vet. *moveatur.* Hal. *& pro parte res evincatur.*

Digitized by Google

emtor conveniat, neque eum qui ex rebus venditoris quid detinet, ſed primo venditorem, deinde confirmatorem, (28) & tertio loco detentorem. (29) Eademque diſtinctio & in præſentibus, & in abſentibus etiam hic adhibeatur, quam antea, tum in fidejuſſoribus, mandatoribus, & conſtituentibus, tum etiam in (30) debitoribus ſancivimus. Atque id ſimiliter in aliis quoque contractibus obtineat, in quibus fidejuſſores aliqui, aut mandatores, aut conſtituentes accipiuntur, & tam in ipſis principalibus ab utraque parte, quam hæredibus eorum & ſucceſſoribus. Antiqua igitur lex (31) in his rurſus valeat, ſubditosque noſtos (32) hac juſtitia atque diſtinctione foveat.

CAPUT III.

Quomodo creditor debitore numeratam pecuniam non habente, bona ejus apprehendere poſſit.

Porro quod humanis neceſſitatibus (33) ſubvenit, licet quibusdam creditoribus forte gratum non ſit, (34) id a nobis tamen (35) clementer ſancitum eſto. Si quis enim debitoris facultatibus fidem habens mutuam pecuniam dederit, hic autem pecuniam ſolvere nequeat, bona vero immobilia habeat & creditor urgeat, atque pecuniam omnino

(28) *& tertio loco*) καὶ κατὰ τρίτην τάξιν ἐπὶ τὸν &c. Hal. καὶ τρίτον ἐπὶ τὸν κατέχοντα, *& denique ad detentatorem.* Vet. *& tertio loco.*

(29) *Eademque diſtinct.*) τῆς αὐτῆς κἀνταῦθα διαιρέσεως. Hal. ταύτης δηλονότι διαιρέσεως οὔσης. *eadem videlicet diſtinctione exiſtente.*

(30) *debitoribus*) δανεισαμένων. Vet. *& creditoribus cauſa debitorum.* Ὁ δανείσας *eſt creditor,* in ſin. Cap. præced. ὁ δανεισάμενος, *debitor* initio h. Cap.

(31) *in his*) ταῦτα κρατείτω. Hal. ταὐτῃ κρατείτω. *ea fini obtineat.*

(32) *hac*) μετὰ ταύτης. Hal. μετ' αὐτῆς τῆς. *Cum eadem.* Vet. *cum hujusmodi.*

(33) *ſubvenit neceſſ.*] συνθεῖν θεραπείας. Hal. συνθεῖ θεραπείαις. Qui hoc initium ita interpretatur: *quod autem conſequitur, & humaniore quadam curatione medetur.* Θεραπεία eſt *ſanatio, medela, miniſterium.* Vet. *de cætero humanis auxiliatur curis.*

(34) *à nobis tamen*) ἀλλ' οὖν ἡμῖν. Hal. ἀλλ' ἡμῖν.

(35) *clementer*) πρὸς φιλανθρωπίαν, *ad humanitatem.* Vet. *propter clementiam.* Hal. *humanitatis intuitu. §. 23. d. Legat. quod plerique prudentium contra benevolentiam introduxerunt. §. 5. d. hær. qual. & diff. noſtra benevolentia.*

Digitized by Google

no (36) efflagitet, (37) huic autem in promptu non ſit, neque ulla res mobilis, (38) (concedimus enim ut creditor, ſi velit, etiam res immobiles pro pecunia accipiat) (39) neque etiam emtor aliquis rerum ejus immobilium adſit, creditor quoque bona debitoris pignori obligata eſſe ſæpe jactet, eoque pacto ad emtionem accedere volentes deterreat, tunc in hac quidem feliciſſima Civitate, Glorioſiſſimi Reipublicæ noſtræ Magiſtratus, ſecundum jurisdictionem unicuique à lege & nobis conceſſam, in Provinciis vero gentium Præſides efficiant, ut accurata rerum debitoris æſtimatione facta creditoribus pro debiti portione poſſeſſio rei immobilis ea cautione detur, quam debitor præſtare poſſit. Res vero hoc modo dentur: (40) quæ meliora erunt, ea det creditori, deteriora vero, ſoluto debito, apud debitorem manere ſinat. Neque enim juſtum eſſet, ut qui pecuniam dedit, pecuniam vero conſequi nequit, ſed rem immobilem accipere cogitur, non etiam meliores res debitoris accipiat, atque hoc ei ſolatio ſit, quod, licet pecuniam vel alias res mobiles non conſecutus fuerit, rem tamen non inutilem illi habere liceat. Atque hæc quidem manifeſta quædam clementia legis (41) ſit; intelligant vero creditores, quod etſi hanc legem non ſcripſiſſemus, neceſſitatis tamen ratione (42) res eo perducta

fuiſſet.

(36) *efflagitet*) ἐπιζητοίη. *deſideret, poſcat.* Vet. *ardeat quærens.*

(37) *huic autem*] τῷδε. Hal. τὸ δὲ [*hoc vero* ſcil. aurum] *tametſi neque aurum* &c. *in parato ſit.*

(38) *concedimus*) δίδομεν γὰρ τῷ δανειστῇ. Hal. δίδομεν ἄδειαν &c. *damus licentiam.* Sic & *Vet.* non male etſi verbum δίδοσθαι hoc quoque ſenſu ſimpliciter ponatur paſſim. Cujacius hic pro ἀκίνητα *immobilia* legi vult κινητὰ *mobilia.* Hal. habet ἀκίνητα.

(39) *neque etiam*) ἀλλ' οὐδέ τις ὠνούμενος. Cohærent hæc cum verbis, præcedentibus, οὐδέ τις κινητὴ περιουσία, *neque mobilis quædam res, neque etiam res immobilis adſit.* Hal. κἂν οὐδέ τις ὠνούμενος, *etſi nec emtor aliquis.* Vet. *Sed ſi nec quispiam emtor.*

(40) *quæ meliora*) ὁποῖα τὰ μὲν καλλίω. Illud τὰ inutile eſt; Neque etiam id habet Haloander.

(41) *ſit*) ἔσται. Sic & Vet. ſed Hal. legit ἐστὶ *eſt.*

(42) *res eo perducta*) εἰς τοῦτο τὸ πρᾶγμα περιῆγε; Vet. *ad hoc cauſam perduceret.* Hal. εἰς ταύτην αἰτίαν περιέστατο, *rem eo perductura fuiſſet.* Illud magis placet.

Digitized by Google

fuiſſet. Nam debitor nec pecuniam (43) nec emtores habens, nil aliud facturus erat, quam ut bonis ſuis cederet, & res iterum ad creditorem, qui pecuniam conſequi non poterat, jure venirent. Quare quod cum contumelia & acerbo effectu tam creditorem quam debitorem circumſtat, clementer (44) & ut legislatorem decet diſtinguentes, infelicibus debitoribus ſuccurrimus, & acerbiſſimis creditoribus duri non videbimur, aliquid eis (45) imperantes, ad quod, (46) ſi inobedientes permanerent, omni tamen modo pervenirent. Si tamen creditor emtorem quendam (47) procurare paratus ſit, debitori id faciendi neceſſitas incumbat, atque eam cautionem arbitrio judicis præſtet, quam omni modo præſtare poterit. Ubique enim creditoribus ita providendum eſt, ne debitores (48) graventur.

§. 1. (49) Plane autem creditorem, antiquas ſecuti leges, dicimus omnem

(43) *nec emtores*) οὐδὲ ἀγοραστῶν. Hal. οὐδὲ ἀγοραστὰς, male.

[44] *& ut legiſlat*) καὶ νομοθετικῶς διαλύμενοι. Hal. *ut legislatorem decet temperantes.* Vet. *clementer* & *legaliter ſimul decidentes.* Conf. *præfat. in fin.* Νομοθεσία *legem* denotat paſſim infra.

(45 *imperantes*) ἐπιτάξαντες. Vet. *deputantes*, ſcilicet poſſeſſionem non inutilem ſed meliorem, de quo in præced.

[46] *ſi inobedientes*) ἀπειθοῖεν. Vet. *Si permanerent inobedientes.* Hal. *ſi pergant aucto minus audientes eſſe.* Senſus videtur: *ſi creditores non deſinant diffidere debitoribus, ſed ſolutionem urgeant, ad bona illa omnino venturos fuisſe, ceſſione bonorum à debitoribus facta.* Vide quæ præcedunt in textu. Nam ἀπειθὴς (& ἀπειθεῖν) eſt *incredulus, diffidens, contumax, inobediens*, ut ait *gloſſa Cyrilli.* Eadem phraſis eſt *Nov.* 17. *Cap.* 14. ὡς εἰ μέχρι παντὸς μένοιεν ἀπειθοῦντες. Is tamen quem dedimus ſenſu minus commodus videtur: quare legendum potius putamus ἀπορῶντες, quam ἀπειθοῦντες, ſic enim nil obſcuritatis remanebit: diceret quippe Imperator: Si debitor pergat *non ſolvendo* eſſe, vel pecunia egere, creditorem ad bona venturum fuiſſe. Probant eum ſenſum præcedentia verſ. *Nam debitor*, ubi in Gr. eſt οὐκ εὐπορῶν χρημάτων ὁ δανεισάμενος.

(47 *procurare*) παρασκευάσαι. Vet. *præparare.* Ut *l.* 28. *§.* 2. *C. d. Admin. fut. præparare talem ſubire defenſionem. l.* 9. *C. Th. d. Curioſis. Præparare animalia.* Hal. *perquirere.*

(48) *graventur*) Βαρύναι. Hal. Βαρύνεσθ.

[49] *plane*) καθάπαξ. Vet. cum ſeq. *§.* 1. hoc jungit. *Et abſolute creditorem ponimus.* Hal. & Scrimger. puncto à ſeq δανειστὴν δὲ &c. diſtinguunt. Lectio autem Veteris Int. melior videtur.

Digitized by Google

omnem, qui actionem contra aliquem habere poteſt, quamvis id quod geſtum eſt, non mutuum, ſed alius quidam contractus ſit, conſtitutis ſcilicet (50) argentariorum propter utilitatem contractuum in eo, qui nunc eſt ordine manentibus.

EPILOGUS.

EMinentia igitur Tua illa, quæ in ſubditorum (51) utilitatem à nobis ſancita ſunt, ubi cognoverit, conſuetis programmatibus hic & per totum imperium manifeſta fieri curet, ut etiam, qui inter gentes ſunt ſubditi cognoſcant, quantæ curæ nobis eorum utilitas fuerit. Dat. pridie XVII. Kal. Apr. Indict. XIII. Conſule (52) Fabio Biliſ. V. Clariſſ.

Tit. V.

(1) De Monaſteriis & Monachis & Præſulibus.

NOVELLA CONSTIT. V.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Epiphanio Sanctiſſimo & Beatiſſimo Regiæ hujus urbis Archiepiſcopo & Patriarchæ univerſali.

Præfatio.

(2) VIta Monaſtica ſic honeſta eſt, ſic hominem, eam ingredientem, Deo

tur, & ſic ſcribendum: καθάπαξ δὲ ἀκ-νεῖν &c. poteſt tamen vulgata diſtinctio obtinere: *Ne creditores plane graventur.* Καθάπαξ eſt παντελῶς *prorſus omnino. Suidas.*

[50] *argentariorum*] ἀργυροπρατι-κῶν ἀντιφωνήσεων. Vet. *argentariorum ſponſionibus.* Hal. *quæ aegenti distractores conſtituerint.* Et ſic quoque *Julian. Epit.*

[51] *in utilitatem*] ἐπ' ὠφελείᾳ. Vet. *pro cautela*, qui ἀσφαλείᾳ legit.

[52] *Fabio*] legendum φλαυίῳ, ut *Nov. 47.* Vid. & IV. Obſ. 28. *CUJAC. h.* Cæterum in Veteri Verſ. ab Hal. edita ſubſcriptio talis eſt. *D. XII. Kal. Jul. Conſtantinop. Beliſario. Vice Conſul. CCLI.*

[1] *De Monaſteriis*) Vet. *de Monachis.* Deeſt in Hal. Codice hæc Novella. Nec tota eſt in Βασιλ. Sed primum ſolum caput in 2. Βασιλ. & *Cap. 2.* in *Nov. 123.* ut ad marg. Græci textus notatum legitur.

(2) *vita Monaſtica*] ὁ ἐν ἀσκήσει μοναχικῇ βίος. Vet. *converſationis mo-*

Deo conciliare apta eſt, ut omnem humanam labem ab eo auferat, illum purum & talem efficiat, qui naturam rationalem deceat, quique plurimum meditetur, & humanis curis ſuperior ſit. Si quis igitur perfectus Monachus futurus eſt, is & Sacrarum literarum Doctrina, & diligenti exercitatione indiget, ut tanta mutatione dignus fiat. Quamobrem

nachalis vita. Proprie, *Vita exercitationis monachalis*. Ἄσκησις enim eſt *exercitatio*. Heſych. ἄσκησις, ἐπιμέλεια. Suidas, ἄσκησις, ἐγκράτεια. Ἄσκησιν, ἀγωνίαν. Hic eſt exercitatio in rebus divinis, ut paulo poſt ſequitur, unde *Aſceta*. Veteri ſemper eſt *converſatio* Vid. & *l. 55. pr. & §. 2. C. d. Epiſc. & Cler.* Eſt autem *converſatio* idem ſæpe quod *uſus publicus* & *negotiatio. l. 1. Cod. Th. d. conlat. ær. l. 72. Cod. Th. d. decurion. l. 11. Cod. Th. d. luſtr. Conlat.* Item *converſatio ſecularis. d. l. 55. C. d. Epiſc.* & Cler. Phraſis ipſa βίος ἐν ἀσκήσει nota eſt, infr. *Cap. 2.* dicitur τὸν μονήρη βίον. *Vitam ſolitariam, monaſticam. H.*

Hic expendenda ſunt verba, ὁ ἐν ἀσκήσει &c. quæ ita barbarus interpres: *Converſationis Monachalis vita ſic eſt honeſta* &c. Ab hac interpretatione etiam receſſit Haloander. Plura ibi obſervari poſſunt; ſed inſtitutum noſtrum quod attinet, hæc tria ſufficient: περὶ μεταβολῆς de converſione, deque effectibus illius, qui proponuntur d. l. macularum ſcil. deterſio & ἄσκησις, quæ tamen ἄσκησις eſt potius operatio, ſed ab ea converſione proficiſcens. Μεταβολὴν omnes vertunt eo loco *mutationem*, non male niſi quod alia dictione Eccleſia uſa eſt. Si quidem etiam *converſionem* appellavit. Sane *converti* dicebantur generaliter, qui à vita ſeculari ad clericatum tranſierant. Gregor. Turonens lib. 9. Cap. 33. &c. Sed *converti* proprie & peculiariter dicebantur, qui à ſeculo ad Monachiſmum, ſeſe conferebant. &c. &c. Id etiam πρὸς τὰ καλλίω μεθίστασθαι dicitur, Nov. 22. Et ſic paſſim *converſio*. Gregor. Magn. lib. 2. dialog. &c. Hujus tamen ſignificationis ignoratio fecit, ut quidam foede laberentur, & peperit ineptam illam gloſſam. *can. quia cauſæ. XIX. quæſt. 3.* Effectum hujus converſionis primum obſervat Juſtinianus, οὕτως &c. *Eum ita Deo conciliari, qui ad hanc vitam convertitur, ut omnes omnino ejus maculas detergeat.* Nempe monachiſmum exiſtimabant quidam eſſe veluti ſecundum baptiſma, quo peccata poſt prius baptiſma contracta eluerentur. Hieron. &c. Sulp. Severus d. vit. Mart. Cap. 24. &c. &c. Alius effectus converſionis illius erat ἄσκησις, qua de re, quia eam non ſatis notam aut explicatam video, dicendum aliquid eſt. Ἄσκησις eſt verbum Philoſophorum, Stoicorum maxime & Cynicorum, & refertur ad duram & rigidam illam vivendi rationem &c. &c. Hujus ἀσκήσεως ſæpe meminit Arrianus lib. 3. Diſs Epict. &c. ubi μελέτη & ἄσκησις conjunguntur. ἄσκησις nempe erat μελέτη & præparatio, qua ad duriora, parabantur, quare &

Digitized by Google

rem & nos quoque quid illis faciendum incumbat, (3) & ut veri luctatores in via, quæ ad Deum ducit, fiant, tradendum putavimus. Atque hic eſt hujus legis ſcopus, ut poſt ea, quæ de Piis Epiſcopis ſancita quæque de religioſiſſimis Clericis diſpoſita ſunt, (4) res Monaſticas non inordinatas relinquamus.

CAPUT I.

Quomodo Monaſteria ædificari debeant.

Illud igitur ante omnia dicendum eſt, ut quocunque tempore, & quocunque noſtri imperii loco quis venerabile monaſterium ædificare voluerit, non prius ei id facere liceat, quam Dei amantiſſimum illius loci Epiſcopum advocaverit, atque hic manibus ad cælum extenſis (5) precatione locum Deo conſecret, figens in eo (6) ſalutis noſtræ

militum exercitationes μελέται appellantur. Idem Arrianus 1 Diſs. Epict. Cap. 25. &c. Sed μελέτη quandoque præcedit ἄσκησιν Id. lib. 2. Cap. 9. &c. Iſtam ἄσκησιν Cynici præcipue profitebantur, ſed perverſis rationibus. Quos ideo ſugillat Tertullianus lib. d. patientia Cap. 2. *Nobis exercendæ patientiæ* &c. notanda ſunt hæc verba, ſic enim exprimere voluit Tertullianus Cynicorum ἄσκησιν. &c. &c. Erant ergo ex ἀσκήσεως afflictationes voluntariæ, quibus ad alias ſe pararent. Quare Laconicæ juventutis afflictationem potius quam exercitationem, ἄσκησιν appellat Plut. in Lycurg. &c. *HERALD. d. rer. jud. aut. lib. 2. Cap. 10.*

(3) *& ut veri*) καὶ ἀγωνιστὰς αὐτοὺς ἀληθεῖς τῆς ἐπὶ τὸ θεῖον ὁδοῦ καταστῆσαι. Vet. Interpres hunc locum ſic vertit. *Credimus igitur & nos explanare, quod agendum eſt ab eis, & decertatores eos veros ad Sacram viam conſtituere.* Agyl. *Et nos ergo, quid officii ipſorum ſit, quomodoque fortes atque ſtrenui pugiles in iis, quæ ad cæleſtia ducunt, fiant* &c. Gloſs. Cyril. ἀγωνιστὴς, *certator.*

(4) *res monaſt.*) μηδὲ τὸ μοναχικὸν ἔξω καταλιπεῖν τοῦ προσήκοντος. Vet. *neque quod monachicum, extra quod competit, relinquamus.* Sic ἔξω ἀφεῖναι τιμῆς. *Nov. 2. præf. §. 1.* ἔξω καθεστάναι τιμῆς. *Nov. 21. præf. Nov. 64. Cap. 2.* Adde *Nov. 10. præfat. pr. & §. 1. Nov. 135. præf.*

(5) *precatione*) καὶ διὰ τῆς εὐχῆς τὸν τόπον &c. Baſil. καὶ δι' αὐτῶν τὸν τόπον. Jul. *ut ille exoret.*

(6) *ſalutis noſtræ*) In Cod. dicitur: *Signum Salvatoris Chriſti.* Tit. *nemini lic. Sign. Salv.* Ita Veteres quoque Theologi *crucem* vocarunt, quæ & *l. decernimus C. d. Epiſcop. & Cler. venerabilis* dicitur. Sybilla, ὦ ξύλον μα-

Digitized by Google

ſtræ ſignum, (adorandam autem & vere honorandam crucem dicimus) atque ita pulchro hoc & decente jacto fundamentó ædificium inchoet. Hoc itaque ſit principium piæ venerabilium monaſteriorum ædificationis.

CAPUT II.

Ne habitum Monachalem ſtatim accipiant, qui Monachiſmum profitentur.

HIc autem nobis in ſingulis etiam Monachis conſiderandum eſt, quo modo eos fieri conveniat, & utrum ſolos' liberos, an forte & ſervos; quia omnes divina gratia æqualiter ſuſcipit, quæ perſpicue declarat, quod, quantum ad Dei cultum, neque maſculus eſt, neque fœmina, neque liber, neque ſervus: omnes enim in Chriſto (7) unum merito haberi. Sancimus igitur, ſacros canones ſecuti, ut, qui Monaſticam vitam profitentur, non ſtatim à religioſiſſimis Præſulibus venerabilium Monaſteriorum (8) habitum monachalem accipiant, ſed per integrum triennium ſive liberi forte, ſive ſervi ſint, patienter exſpectent, habitu Monachali nondum digni habiti, ſed (9) tonſura & veſte eorum, qui Laici vocantur, utantur, & maneant, atque ſacras Literas di-

καλεῖται, ἐν ᾧ θεὸς ἐξεταννύσθη. Inſtrumentis adjicitur. *l. ult. ſ. 2. C. d. Jur. delib.* Præfertur in literniis publicis. *Nov. 123.* &c. Cur ſignum dicatur docet Chryſoſtomus, cujus verba ut & reliqua, quæ diximus, affert *CUJAC.* in Paratitl. ad C *Tit. Nem. lic. ſign. Salv.* Eadem vero & alia, quæ huc pertinent, vid. ap. Gothofr. *in Comm. ad l. 18. C. Th. de Jud. & l. 25. d. Paganis ſacrif.* cod.

(7) *unum*) Vet. *unam mercedem percipere.* Locus SS. eſt. *Gal. 3. v. 28.*

[8] *habitum*) σχῆμα μοναχικόν. Vet. *habitum percipere monachalem.* Inſcribitur hoc caput in Vet. verſ. *de monachiſmum profitentibus non ſtatim veſtiendis.* Julian. *non ſtatim monachi fiant.* Σχῆμα *conditionem* & *ſtatum* paſſim ſignificat, ut *ſtatus matris, Nov. 74. Cap. 2. Judicum, Nov. 82. præfat. Clericorum, Nov. 86. Cap. 8. Spectabilium, Nov. 20. præfat. Magiſtratus, Nov 20. Cap. 7. Nov. 25. Cap. 2. & 3. Presbyteri. Nov. 6. Cap. 1. ſ. 4. Cap. 2. Referendarii. Nov. 10. ſ. 1.*

[9] *tonſura & veſte*) κουρᾷ τε καὶ ἐσθῆτι. Senſus eſt, ut intra biennium attondeantur & veſtiantur laicorum mo-

diſcant. Religioſiſſimi quoque eorum Præſules interrogent eos, utrum liberi ſint, an vero ſervi, & unde eos vitæ Monaſticæ deſiderium inceſſerit: cumque nulla prava occaſione illos ad hoc perductos eſſe ab iis didicerint, in eorum numero habeant qui erudiuntur adhuc & monentur, & perſeverantiæ atque honeſtatis eorum periculum faciant. Neque enim facilis eſt vitæ mutatio, quæ non fit cum animi contentione.

§. 1. Et ſi triennio iſto optimos ſe atque tolerantiſſimos tum reliquis Monachis tum etiam Præſuli probantes in vita illa permanſerint, [10] veſte Monachica & tonſura digni habeantur, & ſi liberi ſint, nullis injuriis obnoxii maneant, ſin ſervi, nullo modo moleſtentur, ad communem omnium (cœleſtem vero dicimus) (11) Dominum tranſeuntes, atque in libertatem vindicentur. Nam ſi multis in caſibus hoc quoque a lege fit, & libertas datur, quare divina gratia eos his vinculis liberare non poterit? Quod ſi quis intra triennium venerit, & quendam ex illis, (12) qui vitam Monaſticam profitentur, ut ſervum abducere velit (id quod nuper ex Lycia (13) Zoſimus nobis nunciavit, Vir Dei amantiſſimus, in exercitione celebris, quique annum prope ætatis centeſimum & vigeſimum agit, & tam animi virtutibus, quam corporis viribus floret; tanta in eo Dei gratia eminet) ſi quis igitur, uti ante diximus, intra triennium veniat, quendam ex illis, qui Monachi fie-

I 2 ri

re. Attondentur Laici per pectinem, monachi ſtrictim. *CUJAC. h.*

[10] *veſte Monachica*] μοναχικῆς ἀξιῶν ςόλης. Julian. *Stola monachica.* Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug. Int.* verb. *Stola monachica.*

[11] *dominum*] δεσποτείαν. Vet. *dominium.* Sic ſupra ſæpius Βασιλεία pro *Imperatore.*

[12] *qui vitam Mon.*] εἰς ἄσκησιν παρηγγελμένων. Ante dixit; εἰς μονήρη βίον παραγγέλλοντας. *Vitam Monaſticam* Paulo poſt ἄσκησιν μοναχικήν. Παραγγέλλειν proprie eſt *petere, ambire*, ut παραγγέλλειν τὴν ἀρχὴν, ambire magiſtratum. Solebant autem cum Magiſtratum peterent, nomen ſuum profiteri Παραγγελία eſt album militare apud *Evagr. Hiſt. Eccl. l. 2.* Ubi vide *Valeſium* & *Suidam* voce Παραγγέλλοντας.

[13] *Zoſimus*] Vir ſanctus tempore Anaſtaſii Imperatoris refertur ab Evagrio lib. 4. Cap. 7. & Nicephoro, lib. 17. Eccl. Hiſtor. Cap. 4. *CONT.* In antiquis inſcriptionibus urbis Romæ L. Clodius Hyrpanus vixit A. CXV. d. V. alitus puero-

Digitized by Google

ri volunt & (14) perſeverant, in ſervitutem vindicaturus, eumque res quasdam abripuiſſe, & propterea ad Monaſterium confugiſſe affirmet, ne ſtatim hoc faciat ſancimus, ſed illum revera ſervum eſſe & propter furtum forte, vel improbam vitam, vel gravia peccata aufugiſſe, atque ob delictum ſuum ad Monaſterium veniſſe, prius oſtendat; & ſiquidem vera dixiſſe probetur, eaque de cauſa exercitationem Monaſticam eum ſuſcepiſſe appareat, vel etiam propter vitæ turpitudinem forte aufugerit, nec cum vere exercitationem Monaſticam amaret, eam ſubierit, domino cum iis rebus reddatur, quas forte abſtulit, ſi modo res illæ in Monaſterio fuerint. Is vero qui dominus probatus eſt, (15) fidem, uti vocatur, illi det, quod nihil mali illi facturus ſit, eumque recipiat & domum ducat.

§. 2. Si vero is, qui ſe dominum dicit, nihil tale probaverit, ille autem, qui horum accuſatur, vel ex ipſa exercitatione Monaſtica honeſtus & probus appareat, teſtimonium quoque forte habeat, (16) quod, cum apud dominum eſſet, modeſtus atque honeſtatis amans fuerit, licet triennii tempus nondum completum ſit, tamen (17) etiam ſic in venerabili Monaſterio ab eorum audacia, qui eum vindicare volunt, liberatus maneat. Triennio vero ſemel elapſo, Monaſtica gravitate dignus habitus, in monaſterio maneat. E enim nemini plane poteſtatem damus curioſe in ea inquirendi, quæ ad ipſum pertinent: ſed ſive ſervus ſive liber fuerit, eum in monaſtica exercitatione manere volumus. Nam etſi peccatum aliquod in vita ante acta ab ipſo forte commiſſum ſit (humana enim natura ad peccata proclivis eſt) tamen ad mediocrem peccatorum purgationem & virtutis augmentum, vel triennalis tem-

rum anhelitu. *CUJAC. h.*

[*14 perſeverant*] προσκαρτερούντων ſcil. per triennium illud, de quo ante. Vet. *perdurantium, ut fierent monachi.*

[*15*] *fidem*] τὴν καλουμένην αὐτῷ διδόναι πίστιν Λόγοι πίστεως in edicto de officialibus Cedrinus, καὶ πίστιν λαβὼν ὡς ἂν ὑποστῆσαι φλαῦρον, *CUJAC. h.* Vet. *jusjurandum ei det.* Julian. *fidem præſtet.* Vide *Nov.* 123. *Cap.* 35. Dicitur & πίστει λόγου *Edict.* 10. & ὁ ὠνομασμένος λόγος *ibid.* Infra plura dicentur.

[*16*] *quod cum*] Vet. *quod etiam apud dominum conſiſtens diſciplinatus fuerit.*

[*17*] *etiam ſic*] καὶ οὕτω. Vet. *etiam ſic.*

Digitized by Google

temporis teſtimonium ſufficit. Quæ vero furto ablata ſunt, apud quoscunque reperiantur, etiam ſic veteri Domino omnino reſtituantur.

§. 3. Quod ſi is, qui ſervitutis neceſſitatem effugit, monaſterium relinquere, atque aliud vitæ genus ſectari conetur, domino licentiam damus, ut, (18) conditione illius demonſtrata, eum vindicet, ac inter ſervos habeat. Neque enim tanta injuria afficietur in veteram (19) ſervitutem redactus, quantam ipſe intulit, dum fugit Dei ſervitium. Atque hæc quidem de conditione eorum, (20) qui ſe Monachos profiteri volunt, ſancimus.

CAPUT III.

Ut Monachi una habitent & dormiant.

Videndum vero eſt, quomodo eos (21) in habitatione & victu monaſtica Philoſophia dignos (22) athletas reddamus. Volumus enim ut nullum monaſterium ſub ditione noſtra conſtitutum, ſive plurium hominum ſit, ſive pauciorum, in quo monachi invicem ſeparati ſint, & propriis domibus utantur: verum ſancimus, ut cibum una capiant, atque in communi loco omnes dormiant, & quilibet (23)

 in

[18] *conditione*] τὴν τύχην, *fortuna* ſcil. *ſervi*. Semper id ponitur pro *conditione* ſupra & infra paſſim.

[19] *ſervitutem*) δουλείαν. Vet. *ſervitium*.

[20] *qui ſe monachos*] οἱ μοναχοὺς παραγγέλλειν βουλομένων. Sic ſupra οἱ μονήρη βίον, οἱ ἀσκητεῖν. Vid. *n. 10. h.*

[21] *in habitatione*] οἰκοῦντας καὶ διαιτωμένους. Vet. *habitantes & degentes*. Agyl. *qua habitandi victusque ratione obſervanda* &c. Διαιτάομαι *Vivo, victu utor*. Heſych Διαιτωμένη ἐργαζομένη. Δίαιτα, διαγωγὴ, τροφὴ, ἡ καθημερινὴ τροφή. Suidas. Δίαιτα ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τροφὴ, καὶ ἡ κρίσις. Quotidianus cibus, item judicium. Διαιτῆσαι κρῖναι, γνῶναι καὶ διαιτητὴς ὁ κριτής. Eſt & δίαιτα *domicilium*. *Nov. 29. præfat. habitatio. Nov. 130. Cap. 9. Nov. 7. Cap. fin. Vita Nov. 76. præfat.* χωρίσαι ἑαυτὸν τῆς κοινῆς ταύτης διαίτης. Gloſs. Cyril. δίαιτα, *dieta, Cenaculum.*

[22] *athletas*] ἀγωνιστὰς ἀξίους ἀποδείξαι. Vet. *certatores*. Agyl *pugiles*; Pro ἀποδείξαι legendum ἀποδείξωμεν. Vid. ſupra *n. 3.* ubi eadem phraſis.

[23] *in proprio quidem lecto*] ἐπὶ ſτιβάδος ἰδιαζούσης χαμεύνης. Jul. *in culcitis ſuis humo conſtratis*. Heſych. Χαμεύνας

in proprio quidem lecto cubet, in una vero domo, vel ſi una domus multitudinem Monachorum non capiat, in duabus forte vel pluribus, non vero ſeorſim (24) & ſoli, ſed una decumbant, ut invicem honeſtatis & caſtitatis teſtes ſint. Neque etiam ſomnum diſſolute ſed decenter capiant, propter eorum, qui eos videbunt, multam increpationem. Niſi quidam ex illis, qui contemplativam & perfectam vitam vivunt, (25) proprium cubiculum habeant, quos (26) anachoretas & heſychaſtas vocare ſolent, tanquam a communi vita ad meliora translatos. Reliquos enim (27) qui vitam Aſceticam cum multitudine agunt, (28) in coenobiis, uti vocantur, eſſe volumus. Sic enim æmulatio virtutem illorum & maxime juvenum augebit, ſi ſenioribus adjungantur. Seniorum enim vitæ ratio juventutis accurata educatio erit. Atque ita in cœnobiis Præſuli ſuo obediant, & traditam ipſis exercitationem inculpate ſervent.

CAPUT IV.

De Monacho ex Monaſterio diſcedente.

SI quis autem Monaſterio ſemel ſe conſecraverit, habitumque conſecutus ſit, deinde ex Monaſterio diſcedere, & forte privatam vitam ſectari voluerit, ipſe quidem ſciat, quam rationem hac de re Deo ſit red-

ὁ χαμαὶ κοιμώμενος, Adde *Gloſs. Jul.* verb. *Culcita*. Cujac. in *Expoſ. h. Nov.* χαμεύνην interpretatur *exedram*.

(24) *& ſoli*] καὶ καθ' ἑαυτοὺς. Vet. *& apud ſemetipſos*. Julian. *ſeparatim per ſe*

(25) *proprium*) ἰδιάζον ἔχοιεν οἰκημάτιον. Vet. *vitam remotam habeant in hoſpitio*.

(26) *anachoretas*) Quos ſummæ vitæ conſtitutos Græci ἀναχωρητὰς & ἡσυχαστὰς dicunt. Sic *Julian. Epit.* Hi diverſi ſunt a monachis & ſunt, qui eremitæ vocantur. *CONT.* Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug. Interpr.* voc. *Anachoreta*.

(27) *qui vitam*) ὅσοις εἰς πλῆθος ἡ ἄσκησις ἐστίν, i. e. qui in ſolitudine non degunt ut Eremitæ.

(28) *in cœnobiis*] ἐν τοῖς καλουμένοις κοινοβίοις εἶναι βουλόμεθα. Vita communis ſeu ſocietas hoc nomine ſignificatur. Dicuntur & συνόδια apud Socratem *lib. 4. Cap. 23.* Hinc *Synoditæ* idem quod *Cœnobitæ*, quos Accurſius male *Prælatos*, & Pancirollus *Clericos ſimul canentes* in-

Digitized by Google

redditurus: quaſcunque vero res habuit, cum Monaſterium ingredetetur, illæ in dominio Monaſterii erunt, & plane nihil (29) auferet.

CAPUT V.

De viro vel muliere, qui quæve vitam Monaſticam vult profiteri.

Illud quoque decernimus, ut is qui Monaſterium vult ingredi, antequam in Monaſterium venerit, poteſtatem habeat rebus ſuis eo quo velit modo utendi. Illud enim ingredientem res omnino ſequentur, quanquam ſe eas inferre non expreſſe dixerit, neque ullo modo earum Dominus amplius erit. Si vero liberos habeat, iiſque quaſdam res vel in donationem propter nuptias, vel in dotem dederit, atque illæ (30) quartam bonorum ejus ab inteſtato efficiant, liberi (31) reliquas res non participent. Sin vero vel nihil, vel minùs quarta illis donaverit, (32) etiam poſtquam is, (33) qui valedicit, ſe Monachum profeſſus fuerit, quarta liberis nihilominus debeatur, vel ita, ut ſi liberi quid. acceperint illa ſuppleatur, vel ut totum illis detur. Quod ſi uxorem quis habeat, eaque relicta monaſterium ingrediatur, mulieri & dos & pactum in caſum mortis factum, quemadmodum & alia conſtitutione noſtra ſancitum eſt, ſervetur, omniaque quæ de Monachis & mu-

terpretantur. Primus ea Baſilius inſtituiſſe memoratur. Hinc κοινοβιακὸς apud Theophylactum & Baſilium. Et κοινοβιάρχης; *Abbas.* Sane Pythagoricorum fuit quoque κοινόβιον, ut docet *Gellius l. 1. Cap. 9. in fin.* & veterum Chriſtianorum. *GOTHOFR. ad l. 16. C. Th. d. pœn.* ubi plura.

(29) *auferet*) ἐξάξει. Vet. *ejiciat.*

(30) *quartam bon.*) Julian. *Falcidiam*, Vid. *Ant. Aug. Interpr.*

(31) *reliquas*) μηδεμίαν ἐπὶ τοῖς λοιποῖς πράγμασιν ἐχέτωσαν μετουσίαν. Vet. *nullum in reliquis rebus habeant participium filii.*

(32) *poſtquam is*) μετὰ τὸ παρεγγυῆσαι εἰς μοναχούς. Vet. *poſtquam conſervatus fuerit.* Legendum forte *converſatus*; ita enim ſemper Vetus Interpr.

(33) *qui valedicit*) τὸν ἀποταξάμενον. Vet. *abrenuntians. Nov. 22. Cap. 44.* ἀποτάξαςθαι τῷ λόγῳ, *abrenunciare præceptioni.*

mulieribus Monaſterium ingredientibus ea de re dicta ſunt, obtineant.

CAPUT VI.

De Monacho Monaſterium deſerente,

SI quis vero relicto Monaſterio ad militiam, vel aliud vitæ genus ſe contulerit, bona ejus etiam ſic in Monaſterio, prout ante a nobis dictum eſt, manebunt, & ipſe in cohortales clariſſimi Provinciæ Judicis allegatur, cumque habebit mutationis ſuæ fructum, ut, cum divinum miniſterium deſpexerit, in judicii terreni ſervitio (34) permaneat.

CAPUT VII.

De Monacho, qui ex uno ad aliud Monaſterium tranſit.

QUod ſi relicto Monaſterio, in quo exercitationem habuit, ad aliud Monaſterium tranſeat, ſic quoque bona ejus maneant, & vindicentur a priori Monaſterio (35) quod illi valedicens reliquit. Reverendiſſimos vero Præſules eum, qui hoc facit, ſuſcipere non decet. Vaga enim eſt hæc vita atque a Monaſtica tolerantia multum abeſt, neque confirmati & conſtantis animi eſt, ſed quæ vagabundum, aliaque alibi quærentem probat. Quare etiam hoc Piiſſimi Epiſcopi & qui (36) Ar-

(34) *permaneat*) προσκαρτερείτω. Vet. *obſervet ſervitium.* Sic & infra *Nov. 82. Cap. 1. §. 1.* τοὺς ἡμετέρᾳ προσκαρτεροῦντας εὐσεβείᾳ, *qui etiam noſtrae obſervent pietati.* Vid. *Nov. 6. Cap. 2. Nov. 14. praef. §. 1.* ubi Vet. habet, *adhaerere, ſuſtinere.*

(35) *quod illi val.*) ἔνθα ἀποταξάμενος τοῦτο κατέλιπε. Vet. *ubi abrenuncians hanc reliquit*, qui ad præcedens περιουσίαν, *ſubſtantiam* refert verba τοῦτο κατέλιπε.

(36) *Archimandrita*) Archimandrita Abbatem ſignificat: priſci enim illi monachi eremos colentes ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt ſpeluncis & cavis montium habitabant: quod non uno loco apud Hieronymum legere eſt. Sidonius Apoll. Lib. Epiſt. 8. Palæſtinos Archimandritas nominat, apud quem Paraphraſtes ſuus dictos putat, quaſi Principis ſint Mandræ & agminis, quod non probo: quid enim brutorum conventus cum Sacroſanctis Viris commune habet?

Digitized by Google

Archimandritæ dicuntur & vocantur, prohibeant, Monaſticam gravitatem ſecundum divinos canones conſervantes.

CAPUT VIII.

(37) *Ne Monachi uxorem ducant, vel concubinam habeant.*

AT ſi quis eorum, qui Monaſticam exercitationem profitetur, dignus fuerit habitus qui Clericus vocetur, etiam ſic maneat, atque exercitationem puram conſervet. (38) Quare ſi ideo quod Clericus factus eſt libertate abutatur, & nuptias inire audeat, ſcilicet ſi in eo gradu Clericorum conſtitutus ſit, qui ei uxorem ducere permittat, (Cantorum ſcilicet & Lectorum: reliquos enim omnes ſecundum divinos canones matrimonium inire, aut concubinam habere, aut luxurioſe vivere, omnino prohibemus) ex Clero plane ejiciatur, ut qui priorem exercitationem vitamque Monaſticam dedecoraverit, & deinceps privatus ſit, nec ad militiam aut aliud officium adſpirare audeat, (niſi in pœnas, quas ante minati ſumus, velit incidere) ſed vitam privatam agat, atque videat qualem illius rei excuſationem magno Deo ſit allaturus.

CAPUT IX.

De Electione & creatione Præſulis, & quomodo conſtitutio communis ſit tam Monachis quam Montalibus.

CReatio vero (39) Præſulum, ſi monaſterium Præſule egere contin-

K

Licet idem ſenſerit Accurſius. *ALCIAT. Prætermiſſ. Lib. 1.* Abbatem & Archimandritam idem eſſe docetur *Nov. 123. Cap. 51. Patres monaſteriorum* interpretari Epiphanium docet *CUJAC. ad h. Nov.*

(37) *ne Monachi*) περὶ τῦ μοναχῶ μὴ πρὸς γάμον &c. Lege περὶ τῦ μοναχὸς &c. Hoc caput obſervatione dignum eſt. Nam etiam antequam Clericis plenus indiceretur cælibatus, hoc tamen in Monachis obtinebat: ut ex hiſtoria tripertita & Juſtino Martyre cognoſcitur. *CONT.*

(38) *quare ſi*) ὡς εἴγε τῷ τῦ γενέσθαι κληρικὸς ἀποχρήσαιτο παῤῥησίᾳ. Vet. *quod ſi facti clerici abutantur fiducia.* Agylæus. *Si vero eo quod Clericus*

Digitized by Google

tingat, non fiat ſecundum ordinem Reverendiſſimorum Monachorum, neque is, qui poſt primum eſt, ſtatim Præſul fiat, neque ſecundus qui eum ſequitur, neque tertius, aut reliqui, (id quod etiam alia lex noſtra dicit) ſed piiſſimus Epiſcopus illius loci (40) omnes ordine inſpiciat, (neque enim tempus, quique exinde oritur ordo plane contemnendus eſt) & qui primus inter Monachos optimus & dignus videbitur, ut reliquis præſit, ille eligatur. Natura enim humana ita comparatum eſt, ut non omnes ſimul in ſummo, neque omnes rurſus in infimo collocati ſint. (41) Procedat igitur omnino ſecundum gradum Præſulis inſpectio, quique primus ſtatim inter numeratos optimus fuerit inventus, ille Præſul ſit, tam ordine quam virtute ei ſuffragante. Eos enim, qui id quod melius eſt a deteriore diſcernunt, illi quidem ut imperet hoc vero ut ſubjectum ſit, & diſciplina paulatim etiam ad id quod melius eſt aſcendat, permittere oportet.

§. 1, Quæcunque igitur a nobis in omnibus ſacris noſtris conſtitutionibus, tam ante quam nunc latis, de Clericis, Monachis aut Monaſteriis conſtituta ſunt, ea ut maſculis (42) & fœminis & Monaſteriis & Aſceteriis communia ſint, ſancimus, non diſcernentes hac in parte maſculum à fœmina, quod, uti ante diximus, omnia in Chriſto unum ſint.

EPILOGUS.

HÆc igitur omnia Sanctiſſimi Patriarchæ Piiſſimis Metropolitanis infra ſe conſtitutis manifeſta faciant, hi vero Piiſſimos Epiſcopos cer-

factus ſit, liberius agere ſibi licere putet.

(39) *Præſulum*) ἡγουμένων. Julianus epit. *primum Monachum* dicit.

(40) *omnes ord.*) χωρείτω ἐφεξῆς διὰ πάντων. Vet. *percurrere quidem conſequenter per omnes.* Agyl. *ordine percurrat omnes.*

(41) *Procedat*) ἀλλὰ προΐτω μὲν κατὰ τὸν βαθμὸν ἡ τοῦ ἡγουμένου πάντως ἐποψία. Vet. *Sed procedat quidem ſecundum gradum præcedentis inſpectio.* Agyl. *quare gradatim* [ut dictum eſt] *quis antiſtes creandus ſit, diſpiciatur.* Ο ἡγούμενος videtur eſſe, qui *primus* eſt in ordine *optimorum* & reliquos præit, ut ſequentia & quæ præcedunt, declarant. An autem & Epiſcopus intelligi poſſit, ut ſenſus ſit idem, qui in verbis præcedentibus: *Sed Piiſſimus Epiſcopus* &c. Lector judicet.

(42) *& fœminis*) καὶ θηλειῶν. Jul.

Digitized by Google

certiores reddant, atque hi Monaſteriis, quæ ſub poteſtate illorum ſunt, nota faciant: ut perpetuo (43) cultus Domini Dei undique incorruptus maneat. Graviſſimæ enim pœnæ manebunt transgreſſores: cæleſtes dicimus, quas rectorum dogmatum contemtoribus imminere neceſſe eſt. At noſtræ quidem Reipublicæ Magiſtratus, ſi hæc illis annuncientur omnibus modis ſtudeant, ut ea, quæ divinis canonibus comprehenſa ſunt, quos noſtra lex ſequitur, in effectum deducantur. Manebit enim illos pœna, qui hæc negligunt. Quare ſanctitatem tuam hæc ſequentem omnibus Metropolitanis infra ſe conſtitutis hæc nota facere decet. (44) Dat. XVI. Kal. Apr. Conſtantinop. Beliſ. V. C. Conſ.

TIT. VI.

(1) Quomodo Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, maſculi & fœminæ (2) creandi ſint, & quæ pœna in eos, qui hujus Conſtitutionis formam transgrediuntur, ſtatuta ſit.

NOVELLA CONSTIT. VI.

Idem Imperator (3) Epiphanio Sanctiſſimo Archi-Epiſcopo Regiæ hujus urbis & Patriarchæ Univerſali.

K 2 PRÆ-

de fœminis Sanctimonialibus. Sanctimonialis Monacha Monaſtria aſcetria appellatus ait. *Vid. lib. 9. Tit. 25. C. Theod. d. raptu vel matrimon. Sanctim. ANT. AUG. Int.*

(43) *cultus*) θρησκεία. Vet. *cultura.* Vid. *l. un. C. Th. de Imag. Imper.*

(44) *Dat.*) Vet. *Dat. XIV. Kal. Apr.* &c, Julian. *Data Kal. April. poſt conſulatum Beliſarii.*

(1) Quomodo) Vet. *quomodo oporteat Epiſcopos & reliquos Clericos ad ordinationem adduci & de expenſis Eccleſiarum.*

(2) *creandi*) χειροτονεῖσθαι, Julian. *conſecrare*, Heſych. χειροτονεῖν, καθιστᾶν, ψηφίζειν, χειροτονία, ἐκλογή. Gloſs. Cyril. χειροτονητὴς, *creator*, χειροτονία, *creacio, procreacio, creatura.* Gloſs. Philox. *Creare*, χειροτονῆσαι. *Creat*, χειροτονεῖ, γεννᾷ. Add. quæ ſupra notata ſunt. *Nov. 3. n. 6.*

(3) *Epiphanio*) Vet. *Epiphanio Archi-Epiſcopo & Patriarcha Conſtantinopolitano.*

Digitized by Google

PRÆFATIO.

MAxima inter homines ſunt Dei dona, a ſupera benignitate data, Sacerdotium & Imperium: quorum illud quidem divinis inſervit, hoc vero humanas res regit, earumque curam gerit, ac utrumque ab uno eodemque principio proficiſcitur, & humanam vitam exornat. Quare nihil Imperatoribus (4) æque curæ ſit quam Sacerdotum (5) honeſtas, hi enim etiam pro illis Deo ſupplicant. Nam ſi illud omni ex parte inculpatum eſt, (6) & fiducia Dei pollet, hoc vero recte & decenter traditam ſibi Rempublicam regit, bona quædam erit harmonia, quæ omnem utilitatem humano generi præbeat. Maximæ igitur curæ nobis ſunt tum vera Dei dogmata, tum etiam Sacerdotum honeſtas, (7) quam ſi illi ſervent, magna bona Deum nobis daturum, quæque habemus nos firmiter poſſeſſuros, & quæ nondum adepti ſumus, conſecuturos eſſe credimus. Bene autem & decenter omnia gerentur, ſi decens & Deo gratum rei initium ponatur. Id autem fore credimus, ſi ſacri canones obſerventur, quos merito laudandi atque veneran-

(4) *æque cura*) ὕτως περισπέδαςον βασιλεῦσιν. Vet. *Nihil ſic erit ſtudioſum Imperatoribus.* Ut in *l. 1. C. d. Vet. jur. Enucl. Nihil tam ſtudioſum in rebus humanis reperitur.* Add. *l. un. C. d Lat. Lib. toll.* Ant. Auguſtinus interpretatur, quod ſit *ſtudio, amore curaque dignum. Lib. 2. Emend. Cap. 1.* ubi *Nov. 6. barbare verſam* dicit. Gloſs. Cyril. περισπέδαστον, *operæ pretium, Studioſum.*

(5) *honeſtas*) σεμνότης. Gloſs. Philox. *Veneratio*, σεμνότης. *Venerabilis*, προσκυνητὸς, σεβάσμιος, σεμνός. Gloſſ. Cyril. Σεμνὸς, *venerabilis*, *caſtus.* Σεμνότης, *pudicitia.* Heſych. σεμνὴ, τιμία, σώφρων. Suidas. Σεμνὸν τὸ ἔνδοξον, καὶ τὸ μέγα, καὶ τὸ τίμιον.

(6) *& fiducia*) παῤῥησίας πρὸς Θεὸν μετέχοι. Vet. *& apud Deum fiducia plenum.* Agyl. *liberamque atque certam cum Deo agendi facultatem habeat.* Eadem phraſis occurrit *1. Joh. 3. verſ. 21.* παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν; quem locum Caſtalio vertit: *confidentiam habemus ad Deum.* Beza, *fiduciam habemus apud Deum.* Heſych. παῤῥησία, ἐξουσία, ἄδεια. Ἄδεια frequentiſſimum eſt in Novellis, & *licentiam*, *facultatem*, *poteſtatem* notat. Gloſs. Cyril. παῤῥησία, *licentia, fiducia, confidentia.* Et Gloſs. Philox. *Licentia* Ἄδεια, Παῤῥησία, ἐξουσία.

(7) *quam ſi illi*) ὡς ἐκείνων ἀντεχομένων. Vet. *quam illis obtinentibus.* Agyl. *quam utramque ſi illi mordicus ſummoque niſu retinerent.* Heſych. ἀντε-

venerandi Apoſtoli, qui (8) ſpectatores & miniſtri verbi divini fuerunt, & Sancti Patres cuſtodiverunt atque explicarunt.

CAPUT I.

De Epiſcopi creandi gravitate & vita inculpata.

SAncimus igitur divinos canones omni ex parte ſecuti, ut quando imposterum Epiſcopus creandus eſt, prius vita ejus ſecundum divinum Apoſtolum ſpectetur, an honeſta ſit inculpata, undique irreprehenſibilis, (9) ac bonorum operum teſtimonium habeat, & talis, quæ Sacerdotem deceat.

§. 1 Neque (10) cohortalis, aut curialis conditionis ſit, niſi a tenera forte ætate, uti jam diſpoſitum eſt, in Monaſterium allectus, conditione illa liberatus ſit: quartam tamen partem bonorum curiæ prius ſolvat.

§. 2. Neque etiam privatus, nec quis ex iis, qui Laici vocantur, ſtatim

χεῖται, ἀντιλαμβάνεται, φροντίζει, περιποιεῖται. Gloſs. Cyril. ἀντέχω, *detineo* &c. Vid. infr. ἀντεχόμενος τῶν πραγμάτων *Cap.* 1. *§.* 8. *h.* τοῦ φροντίσματος, *Nov.* 15. *Epil.* ubi per ἀντιλαμβάνεσθαι explicatur *Nov.* 29. *Cap.* 2. Vid. & *Nov.* 39. *præf. Nov.* 95. *Cap. §.* 2. *Nov.* 102. *Cap.* 1. *Nov.* 109. *Cap.* 1. &c.

(8) *ſpectatores*) αὐτόπται καὶ ὑπηρέται. Sic *Luc.* 1, 2. CONT.

(9) *ac bonorum*) ἐπ' ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένος. Ut 1. *Tim. Cap.* 5. Χήρα ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη. Vet. *in bonis teſtimonium habeas.* Julian. *utrum bonis teſtimoniis muniatur.*

(10) *cohortalis*) ἐκ ταξεωτικῆς τύχης. Julian. *Si officialis vel curialis conditionis ſit.* Vet. *ex officiali aut curiali veniat fortuna.* Dicuntur & *Taxeotæ,* ταξεῶται, & τάξις, *cohors*, de qua infra. Vid. & *Tit. Cod. de Cohortalibus* Cujacius. *ad l.* 3. *C. de Canone largition.* Tit. *de Cohortalibus*: In ſingulis, inquit, provinciis ſunt perpetui Præſidum apparitores, qui cohortales dicuntur, ac plurimum eis primipili neceſſitas aut exhibitio curſus injungitur, & non male Patricius definierit, Cohortalinos eſſe beneficiarios habentes curam manſionum equorum, referente Thalelæo lib. 45. Βασιλικῶν Tit. 1. &c. cujus verba ſubjiciam, quod in eis legendis & intelligendis cæcutierit Hervetus: ὁ δὲ μακαρίτης πατρίκιος τοὺς κορταλίνους καλεῖ μὲν Beneficiarios, λέγει δὲ φροντίζειν αὐτοὺς τῶν ἀλλαγῶν τῶν ἵππων: quod confirmatur *l.* 14. *infr. d. Curſ publ, it. l* 7. *C. Th. de cohort.* ex qua eſt l. officiales ſup. d. E-

Digitized by Google

ſtatim ad Epiſcopatum aſcendat. (11) Nec ſimulate creetur, ut qui modo privatus, mox Clericus, deinde brevi tempore interjecto Epiſcopus ſit.

§. 3. (12) Nec qui uxorem habeat: ſed qui vel ab initio cælebs vixit, vel uxorem quidem habet, ſed quam virginem, non vero viduam neque a marito ſeparatam, neque concubinam duxit.

§. 4. Nec qui liberos aut nepotes habeat, ſive (13) eos lex agnoſcat, ſive odio habeat. Alioquin qui contra hæc quid agit, ſacerdotio excidet, & qui eum creavit, ſi in hanc legem peccaverit, ab Epiſcopatu ſimiliter (14) removebitur.

§. 5. Sed nec pecunia Sacerdotium emere illi permittimus, ad ſolum vero Domini Dei cultum illum animum attendere, nec multis humanis curis diſtrahi volumus.

§. *6.* Sed neque Sacrorum dogmatum ignarus ad Epiſcopatum perveniat.

§. 7. Prius autem vitam Monaſticam profeſſus, vel in Clerum non minus ſex menſibus aſſumtus ſit: uxorem tamen, ſicut ante diximus, non habeat, nec liberos aut nepotes. Hæc enim omnino in Piiſſimis Epiſcopis requirimus, quemadmodum etiam antea duabus noſtris ſacris conſtitutionibus id ſancitum eſt, in quibus de illis, qui jam uxores ha-

piſcop. & Cler. *Beneficiarii*, inquit, *vel officiales rationales ſi exhibitione curſus ſeu primipili neceſſitate neglecta.* Ex hoc cohortalium grege plerumque aſſumuntur, qui tabulas vel chartas fiſcalium debitorum tractent, agant, adminiſtrent. *l. 10. infr. d. Cohort.* &c. *CUJAC. d. l.*

(11) nec ſimulate] μηδὲ ἐσχηματισμένην λαμβάνοι τὴν χειροτονίαν. Vet. *nec imaginariam ſuſcipiat ordinationem.* Julian. *neque Clericatus honorem ſimulatum habuiſſe ſufficit.* Agyl. *ne imaginariam videlicet ac velut hiſtrionicam creationem eſſe judicari poſſit.*

(12) nec qui uxorem) μήτε γαμετῇ συνοικῶν. Vet. *Et neque uxori* (alii) *copulatus.* Jul. *oportet* &c. *neque uxorem habere neque concubam.* Agyl. *neque creandus uxori cohabitet.*

(13) eos lex agnoſcat) γνωριζομένους τῷ νόμῳ, μήτε ὑπ' ἐκείνου μισουμένους, id eſt, *nec legitimos nec illegitimos.* Vet. *neque cognitos legi, neque illi odibiles.* Julian. *ſive legitimos, ſive legibus incognitos.*

(14) removebitur) ἐλαθήσεται. Vet. *foris Epiſcopatum ſectabitur.* Julian. *Epiſcopatus expelletur honore.*

Digitized by Google

habent, non admodum ſolliciti fuimus, præteritum omne relinquentes, impoſterum vero nemini a lege hac lata eum, qui uxorem habet, creare permittentes: quam legem & nunc renovamus, ne ſi forte contra hæc quid committatur, & ipſe Sacerdotio excidat, & ut creatus pari modo removeatur, efficiat. Quare is, qui Epiſcopus creandus eſt, vel ex Monachis vel ex Clericis ſit, ſi modo teſtimonium honeſtæ vitæ & bonam (15) exiſtimationem habeat, atque hoc Sacerdotii (16) fundamentum in animo jecerit.

§. 8. Ita affectum & ad Epiſcopatum præparatum antequam creetur, ſacros & omni ex parte approbatos canones eum legere decet. quos recta & inculpata noſtra fides ſuſcepit, & Catholica Dei & Apoſtolica admiſit atque tradidit Eccleſia. Ubi autem is qui creandus eſt, (17) aſſidue eos legerit, tum qui creaturus eſt eum interroget, an ea quæ divini canones ſanciverunt, obſervare & facere poſſit. Et ſi (18) neget, ſeque præceptis ſacrorum Canonum ſervandis parem non eſſe dicat, nullo modo creetur. Si vero ſuſcipiat, quæque illis continentur, quoad ejus homo facere poterit, impleturum affirmet, tum moneat illum & dicat, quod, ſi hæc non obſervet, a Deo alienus futurus, & datum honorem amiſſurus, nec leges civiles delictum inultum relicturæ ſint: eo quod ab illis etiam, qui ante nos imperarunt, & a nobis ipſis recte dictum ſit, ſacros canones ut leges obſervandos eſſe. Quod ſi ſic quoque eam rem conſtanter (19) amplectatur, tum unuſquiſque, qui hæc profeſſus eſt, Epiſcopus creetur.

§. 9. Neque creationem pecunia emat, neque re aliqua data accipiat,

(15) *exiſtimationem*) δόξης ἀπολαύων ἀγαθῆς. Vet. *gloria fruens bona.* Vid. *Nov. 30. Cap. 7. §. 1.*

(16) *fundamentum*) καὶ ταύτην κρηπῖδα τῆς ἀρχιερωσύνης ἐναποθέμενος τῇ ψυχῇ. Vet. *& hoc fundamentum Pontificatus deponens ſua anima.*

(17) *aſſidue*) ἐπειδὰν διὰ συνεχοῦς αὐτῶν ἀναγνώσεως ἔλθῃ. Vet. *dum ex frequenti earum lectione tranſierit.* Agyl. *continua lectione abſolverit.*

(18) *neget*) ἀποφήσει. Vet. *declaraverit.* Heſych. ἀποφῆσαι, ἀρνήσασθαι. Ἀπόφημι, ἀπολέγω. Julian. *ſi denegaverit.*

(19) *amplectatur*) ἀντεχόμενος. *Permanſerit cauſam amplectens.* Vid. ſup. *p. 7.*

in proprio quidem lecto cubet, in una vero domo, vel ſi una domus multitudinem Monachorum non capiat, in duabus forte vel pluribus, non vero ſeorſim (24) & ſoli, ſed una decumbant, ut invicem honeſtatis & caſtitatis teſtes ſint. Neque etiam ſomnum diſſolute ſed decenter capiant, propter eorum, qui eos videbunt, multam increpationem. Niſi quidam ex illis, qui contemplativam & perfectam vitam vivunt, (25) proprium cubiculum habeant, quos (26) anachoretas & heſychaſtas vocare ſolent, tanquam a communi vita ad meliora translatos. Reliquos enim (27) qui vitam Aſceticam cum multitudine agunt, (28) in coenobiis, uti vocantur, eſſe volumus. Sic enim æmulatio virtutem illorum & maxime juvenum augebit, ſi ſenioribus adjungantur. Seniorum enim vitæ ratio juventutis accurata educatio erit. Atque ita in cœnobiis Præſuli ſuo obediant, & traditam ipſis exercitationem inculpate ſervent.

CAPUT IV.

De Monacho ex Monaſterio diſcedente.

Si quis autem Monaſterio ſemel ſe conſecraverit, habitumque conſecutus ſit, deinde ex Monaſterio diſcedere, & forte privatam vitam ſectari voluerit, ipſe quidem ſciat, quam rationem hac de re Deo ſit red-

ὁ χαμαὶ κοιμώμενος, Adde *Gloſſ. Jul.* verb. *Culcita.* Cujac. in *Expoſ. h. Nov.* χαμεύνην interpretatur *exedram.*

(24) *& ſoli*] καὶ καθ' ἑαυτούς. Vet. *& apud ſemetipſos.* Julian. *ſeparatim per ſe*

(25) *proprium*) ἰδιάζον ἔχοιεν οἰκημάτιον. Vet. *vitam remotam habeant in hoſpitio.*

(26) *anachoretas*) Quos ſummæ vitæ conſtitutos Græci ἀναχωρητὰς & ἡσυχαστὰς dicunt. Sic *Julian. Epit.* Hi diverſi ſunt a monachis & ſunt, qui eremitæ vocantur. *CONT.* Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug. Interpr.* voc. *Anachoreta.*

(27) *qui vitam*) ὅσοις εἰς πλῆθος ἡ ἄσκησις ἐστὶν, i. e. qui in ſolitudine non degunt ut Eremitæ.

(28) *in cœnobiis*] ἐν τοῖς καλουμένοις κοινοβίοις εἶναι βουλόμεθα. Vita communis ſeu ſocietas hoc nomine ſignificatur. Dicuntur & συνόδια apud Socratem *lib. 4. Cap. 23.* Hinc *Synoditæ* idem quod *Cœnobitæ,* quos Accurſius male *Prælatos,* & Pancirollus *Clericos ſimul canentes* in-

redditurus: quaſcunque vero res habuit, cum Monaſterium ingrederetur, illæ in dominio Monaſterii erunt, & plane nihil (29) auferet.

CAPUT V.

De viro vel muliere, qui quæve vitam Monaſticam vult profiteri.

Illud quoque decernimus, ut is qui Monaſterium vult ingredi, antequam in Monaſterium venerit, poteſtatem habeat rebus ſuis eo quo velit modo utendi. Illud enim ingredientem res omnino ſequentur, quanquam ſe eas inferre non expreſſe dixerit, neque ullo modo earum Dominus amplius erit. Si vero liberos habeat, iisque quasdam res vel in donationem propter nuptias, vel in dotem dederit, atque illæ (30) quartam bonorum ejus ab inteſtato efficiant, liberi (31) reliquas res non participent. Sin vero vel nihil, vel minùs quarta illis donaverit, (32) etiam poſtquam is, (33) qui valedicit, ſe Monachum profeſſus fuerit, quarta liberis nihilominus debeatur, vel ita, ut ſi liberi quid acceperint illa ſuppleatur, vel ut totum illis detur. Quod ſi uxorem quis habeat, eaque relicta monaſterium ingrediatur, mulieri & dos & pactum in caſum mortis factum, quemadmodum & alia conſtitutione noſtra ſancitum eſt, ſervetur, omniaque quæ de Monachis & mu-

terpretantur. Primus ea Baſilius inſtituiſſe memoratur. Hinc κοινοβιακὸς apud Theophylactum & Baſilium. Et κοινοβιάρχης; *Abbas*. Sane Pythagoricorum fuit quoque κοινόβιον, ut docet *Gellius l. 1. Cap. 9. in fin.* & veterum Chriſtianorum. *GOTHOFR. ad l. 16. C. Th. d. pœn.* ubi plura.

(29) *auferet*) ἐξάξει. Vet. *ejiciat.*

(30) *quartam bon.*) Julian. *Falcidiam*, Vid. *Ant. Aug. Interpr.*

(31) *reliquas*) μηδεμίαν ἐπὶ τοῖς λοιποῖς πράγμασιν ἐχέτωσαν μετουσίαν. Vet. *nullum in reliquis rebus habeant participium filii.*

(32) *poſtquam is*) μετὰ τὸ παραγγεῖλαι εἰς μοναχοὺς. Vet. *poſtquam conſervatus fuerit.* Legendum forte *converſatus*; ita enim ſemper Vetus Interpr.

(33) *qui valedicit*) τὸν ἀποταττόμενον. Vet. *abrenuntians. Nov. 22. Cap. 44.* ἀποτάξασθαι τῇ λήψει, *abrenunciare præceptioni.*

Digitized by Google

mulieribus Monaſterium ingredientibus ea de re dicta ſunt, obtineant.

CAPUT VI.

De Monacho Monaſterium deſerente.

SI quis vero relicto Monaſterio ad militiam, vel aliud vitæ genus ſe contulerit, bona ejus etiam ſic in Monaſterio, prout ante a nobis dictum eſt, manebunt, & ipſe in cohortales clariſſimi Provinciæ Judicis allegatur, cumque habebit mutationis ſuæ fructum, ut, cum divinum miniſterium deſpexerit, in judicii terreni ſervitio (34) permaneat.

CAPUT VII.

De Monacho, qui ex uno ad aliud Monaſterium tranſit.

QUod ſi relicto Monaſterio, in quo exercitationem habuit, ad aliud Monaſterium transeat, ſic quoque bona ejus maneant, & vindicentur a priori Monaſterio (35) quod illi valedicens reliquit. Reverendiſſimos vero Præſules eum, qui hoc facit, ſuſcipere non decet. Vaga enim eſt hæc vita atque a Monaſtica tolerantia multum abeſt, neque confirmati & conſtantis animi eſt, ſed quæ vagabundum, aliaque alibi quærentem probat. Quare etiam hoc Piſſimi Epiſcopi & qui (36) Ar-

(34) *permaneat*) προσκαρτερείτω. Vet. *obſervet ſervitium.* Sic & infra *Nov. 82. Cap. 1. §. 1.* τῇ ἡμετέρᾳ προσκαρτεροῦντας εὐσεβείᾳ, *qui etiam noſtræ obſervent pietati.* Vid. *Nov. 6. Cap. 2. Nov. 14. præf. §. 1.* ubi Vet. habet, *adhærere, ſuſtinere.*

(35) *quod illi val.*) ἔνθα ἀποταξάμενος τοῦτο κατέλιπε. Vet. *ubi abrenuncians hanc reliquit*, qui ad præcedens περιουσίαν, *ſubſtantiam* refert verba ὅπερ κατέλιπε.

(36) *Archimandritæ*) Archimandrita Abbatem ſignificat: priſci enim illi monachi eremos colentes ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt ſpeluncis & cavis montium habitabant: quod non uno loco apud Hieronymum legere eſt. Sidonius Apoll. Lib. Epiſt. 8. Palæſtinos Archimandritas nominat, apud quem Paraphraſtes ſuus dictos putat, quaſi Principis ſint Mandræ & agminis, quod non probo: quid enim brutorum conventus cum Sacroſanctis Viris commune habet?

Digitized by Google

Archimandritæ dicuntur & vocantur, prohibeant, Monaſticam gravitatem ſecundum divinos canones conſervantes.

CAPUT VIII.

(37) *Ne Monachi uxorem ducant, vel concubinam habeant.*

AT ſi quis eorum, qui Monaſticam exercitationem profitetur, dignus fuerit habitus qui Clericus vocetur, etiam ſic maneat, atque exercitationem puram conſervet. (38) Quare ſi ideo quod Clericus factus eſt libertate abutatur, & nuptias inire audeat, ſcilicet ſi in eo gradu Clericorum conſtitutus ſit, qui ei uxorem ducere permittat, (Cantorum ſcilicet & Lectorum: reliquos enim omnes ſecundum divinos canones matrimonium inire, aut concubinam habere, aut luxurioſe vivere, omnino prohibemus) ex Clero plane ejiciatur, ut qui priorem exercitationem vitamque Monaſticam dedecoraverit, & deinceps privatus ſit, nec ad militiam aut aliud officium adſpirare audeat, (niſi in pœnas, quas ante minati ſumus, velit incidere) ſed vitam privatam agat, atque videat qualem illius rei excuſationem magno Deo ſit allaturus.

CAPUT IX.

De Electione & creatione Præſulis, & quomodo conſtitutio communis ſit tam Monachis quam Monialibus.

CReatio vero (39) Præſulum, ſi monaſterium Præſule egere con-

K tin-

Licet idem ſenſerit Accurſius. *ALCIAT. Preætermiſſ. Lib. 1.* Abbatem & Archimandritam idem eſſe docetur *Nov. 123. Cap. 51. Patres monaſteriorum* interpretari Epiphanium docet *CUJAC. ad h. Nov.*

(37) *ne Monachi*) περὶ τῦ μοναχῦ μὴ πρὸς γάμον &c. Lege περὶ τῦ μοναχὺς &c. Hoc caput obſervatione dignum eſt: Nam etiam antequam Clericis plenus indiceretur cælibatus, hoc tamen in Monachis obtinebat: ut ex hiſtoria tripertita & Juſtino Martyre cognoſcitur. *CONT.*

(38) *quare ſi*) ὡς εἴγε τῇ τῦ γενικῆς κληρικὸς ἀποχρήσαιτο παῤῥησίᾳ. Vet. *quod ſi facti clerici abutantur fiducia.* Agylæus. *Si vero eo quod Clericus*

tingat, non fiat ſecundum ordinem Reverendiſſimorum Monachorum, neque is, qui poſt primum eſt, ſtatim Præſul fiat, neque ſecundus qui eum ſequitur, neque tertius, aut reliqui, (id quod etiam alia lex noſtra dicit) ſed piiſſimus Epiſcopus illius loci (40) omnes ordine inſpiciat, (neque enim tempus, quique exinde oritur ordo plane contemnendus eſt) & qui primus inter Monachos optimus & dignus videbitur, ut reliquis præſit, ille eligatur. Natura enim humana ita comparatum eſt, ut non omnes ſimul in ſummo, neque omnes rurſus in infimo collocati ſint. (41) Procedat igitur omnino ſecundum gradum Præſulis inſpectio, quique primus ſtatim inter numeratos optimus fuerit inventus, ille Præſul ſit, tam ordine quam virtute ei ſuffragante. Eos enim, qui id quod melius eſt a deteriore diſcernunt, illi quidem ut imperet hoc vero ut ſubjectum ſit, & diſciplina paulatim etiam ad id quod melius eſt aſcendat, permittere oportet.

§. 1. Quæcunque igitur a nobis in omnibus ſacris noſtris conſtitutionibus, tam ante quam nunc latis, de Clericis, Monachis aut Monaſteriis conſtituta ſunt, ea ut maſculis (42) & fœminis & Monaſteriis & Aſceteriis communia ſint, ſancimus, non diſcernentes hac in parte maſculum à fœmina, quod, uti ante diximus, omnia in Chriſto unum ſint.

EPILOGUS.

HÆc igitur omnia Sanctiſſimi Patriarchæ Piiſſimis Metropolitanis infra ſe conſtitutis manifeſta faciant, hi vero Piiſſimos Epiſcopos cer-

factus ſit, liberius agere ſibi licere putet.

(39) *Præſulum*) ἡγουμένων. Julianus epit. *primum Monachum* dicit.

(40) *omnes ord.*) χωρείτω ἐφεξῆς διὰ πάντων. Vet. *percurrere quidem conſequenter per omnes.* Agyl. *ordine percurrat omnes.*

(41) *Procedat*) ἀλλὰ προΐτω μὲν κατὰ τὸν βαθμὸν ἡ τοῦ ἡγησαμένου πάντως ἐποψία. Vet. *Sed procedat quidem ſecundum gradum præcedentis inſpectio.* Agyl. *quare gradatim* [ut dictum eſt] *quis antiſtes creandus ſit, diſpiciatur.* Ὁ ἡγησάμενος videtur eſſe, qui *primus* eſt in ordine *optimorum* & reliquos præit, ut ſequentia & quæ præcedunt, declarant. An autem & Epiſcopus intelligi poſſit, ut ſenſus ſit idem, qui in verbis præcedentibus: *Sed Piiſſimus Epiſcopus* &c. Lector judicet.

(42) *& fœminis*) καὶ θηλειῶν. Jul.

Digitized by Google

certiores reddant, atque hi Monaſteriis, quæ ſub poteſtate illorum ſunt, nota faciant: ut perpetuo (43) cultus Domini Dei undique incorruptus maneat. Graviſſimæ enim pœnæ manebunt transgreſſores: cæleſtes dicimus, quas rectorum dogmatum contemtoribus imminere neceſſe eſt. At noſtræ quidem Reipublicæ Magiſtratus, ſi hæc illis annuncientur omnibus modis ſtudeant, ut ea, quæ divinis canonibus comprehenſa ſunt, quos noſtra lex ſequitur, in effectum deducantur. Manebit enim illos pœna, qui hæc negligunt. Quare ſanctitatem tuam hæc ſequentem omnibus Metropolitanis infra ſe conſtitutis hæc nota facere decet. (44) Dat. XVI. Kal. Apr. Conſtantinop. Beliſ. V. C. Conſ.

TIT. VI.

(1) Quomodo Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, maſculi & fœminæ (2) creandi ſint, & quæ pœna in eos, qui hujus Conſtitutionis formam transgrediuntur, ſtatuta ſit.

NOVELLA CONSTIT. VI.

Idem Imperator (3) Epiphanio Sanctiſſimo Archi-Epiſcopo Regiæ hujus urbis & Patriarchæ Univerſali.

K 2 PRÆ-

de fœminis Sanctimonialibus. Sanctimonialis Monacha Monaſtria aſcetria appellatus ait. *Vid. lib. 9. Tit. 25. C. Theod. d. raptu vel matrimon. Sanctim. ANT. AUG. Int.*

(43) *cultus*) θεραπεία. Vet. *cultura*. Vid. *l. un. C. Th. de Imag. Imper.*

(44) *Dat.*) Vet. *Dat. XIV. Kal. Apr.* &c. Julian. *Data Kal. April. poſt conſulatum Beliſarii.*

(1) *Quomodo*) Vet. *quomodo oporteat Epiſcopos & reliquos Clericos ad ordinationem adduci & de expenſis Eccleſiarum.*

(2) *creandi*) χειροτονεῖσθαι, Julian. *conſecrare*, Heſych. χειροτονεῖν, καθιστᾶν, ψηφίζειν, χειροτονία, ἐκλογή. Gloſs. Cyril. χειροτονητὴς, *creator*, χειροτονία, *creacio, procreacio, creatura.* Gloſs. Philox. *Creare*, χειροτονῆσαι. *Creat*, χειροτονεῖ, γεννᾷ. Add. quæ ſupra notata ſunt. *Nov. 3. n. 6.*

(3) *Epiphanio*) Vet. *Epiphanio Archi-Epiſcopo & Patriarchæ Conſtantinopolitano.*

PRÆFATIO.

MAxima inter homines ſunt Dei dona, a ſupera benignitate data, Sacerdotium & Imperium: quorum illud quidem divinis inſervit, hoc vero humanas res regit, earumque curam gerit, ac utrumque ab uno eodemque principio proficiſcitur, & humanam vitam exornat. Quare nihil Imperatoribus (4) æque curæ ſit quam Sacerdotum (5) honeſtas, hi enim etiam pro illis Deo ſupplicant. Nam ſi illud omni ex parte inculpatum eſt, (6) & fiducia Dei pollet, hoc vero recte & decenter traditam ſibi Rempublicam regit, bona quædam erit harmonia, quæ omnem utilitatem humano generi præbeat. Maximæ igitur curæ nobis ſunt tum vera Dei dogmata, tum etiam Sacerdotum honeſtas, (7) quam ſi illi ſervent, magna bona Deum nobis daturum, quæque habemus nos firmiter poſſeſſuros, & quæ nondum adepti ſumus, conſecuturos eſſe credimus. Bene autem & decenter omnia gerentur, ſi decens & Deo gratum rei initium ponatur. Id autem fore credimus, ſi ſacri canones obſerventur, quos merito laudandi atque veneran-

(4) *æque curæ*) οὕτως περισπούδαστον βασιλεῦσιν. Vet. *Nihil ſic erit ſtudioſum Imperatoribus.* Ut in *l. 1. C. d. Vet. jur. Enucl. Nihil tam ſtudioſum in rebus humanis reperitur.* Add. *l. un. C. d. Lat. Lib. toll.* Ant. Auguſtinus interpretatur, quod ſit *ſtudio, amore curaque dignum. Lib. 2. Emend. Cap. 1.* ubi *Nov. 6. barbare verſam* dicit. Gloſs. Cyril. περισπούδαστον, *opera pretium, Studioſum.*

(5) *honeſtas*) σεμνότης. Gloſs. Philox. *Veneratio,* σεμνότης. *Venerabilis,* προσκυνηταῖος, σεβάσμιος, σεμνός. Gloſſ. Cyril. Σεμνὸς, *venerabilis, caſtus.* Σεμνότης, *pudicitia.* Heſych. σεμνὴ, τιμία, σώφρων. Suidas. Σεμνὸν τὸ ἔνδοξον, καὶ τὸ μέγα, καὶ τὸ τίμιον.

(6) *& fiducia*) παῤῥησίας πρὸς Θεὸν μετέχοι. Vet. *& apud Deum fiducia plenum.* Agyl. *liberamque atque certam cum Deo agendi facultatem habeat.* Eadem phraſis occurrit *1. Joh. 3. verſ. 21.* παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν; quem locum Caſtalio vertit: *confidentiam habemus ad Deum.* Beza, *fiduciam habemus apud Deum.* Heſych. παῤῥησία, ἐξουσία, ἄδεια. Ἄδεια frequentiſſimum eſt in Novellis, & *licentiam, facultatem, poteſtatem* notat. Gloſs. Cyril. παῤῥησία, *licentia, fiducia, confidentia.* Et Gloſs. Philox. *Licentia* Ἄδεια, Παῤῥησία, ἐξουσία.

(7) *quam ſi illi*) εἰς ἐκείνων ἀντεχομένων. Vet. *quam illis obtinentibus.* Agyl. *quam utramque ſi illi mordicus ſummoque niſu retinerent.* Heſych. ἀντε-

venerandi Apoſtoli, qui (8) ſpectatores & miniſtri verbi divini fuerunt, & Sancti Patres cuſtodiverunt atque explicarunt.

CAPUT I.

De Epiſcopi creandi gravitate & vita inculpata.

SAncimus igitur divinos canones omni ex parte ſecuti, ut quando impoſterum Epiſcopus creandus eſt, prius vita ejus ſecundum divinum Apoſtolum ſpectetur, an honeſta ſit inculpata, undique irreprehenſibilis, (9) ac bonorum operum teſtimonium habeat, & talis, quæ Sacerdotem deceat.

§. 1 Neque (10) cohortalis, aut curialis conditionis ſit, niſi a tenera forte ætate, uti jam diſpoſitum eſt, in Monaſterium allectus, conditione illa liberatus ſit: quartam tamen partem bonorum curiæ prius ſolvat.

§. 2. Neque etiam privatus, nec quis ex iis, qui Laici vocantur, ſtatim

χόται, ἀντιλαμβάνεται, φροντίζει, περιποιεῖται. Gloſs. Cyril. ἀντέχω, *detineo* &c. Vid. infr. ἀντεχόμενος τοῦ πράγματος *Cap.* 1. *§.* 8. *h.* τοῦ φροντίσματος, *Nov.* 15. *Epil.* ubi per ἀντιλαμβάνεσθαι explicatur *Nov.* 29. *Cap.* 2. Vid. & *Nov.* 39. *præf. Nov.* 95. *Cap. §.* 2. *Nov.* 102. *Cap.* 1. *Nov.* 109. *Cap.* 1. &c.

(8) *ſpectatores*) αὐτόπται καὶ ὑπηρέται. Sic *Luc.* 1. 2. *CONT.*

(9) *ac bonorum*) ἐπ' ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένος. Ut 1. *Tim. Cap.* 5. Χήρα ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη. Vet. *in bonis teſtimonium habeat.* Julian. *utrum bonis teſtimoniis muniatur.*

(10) *cohortalis*) ἐκ ταξεωτικῆς τύχης. Julian. *Si officialis vel curialis conditionis ſit.* Vet. *ex officiali aut curiali veniat fortuna.* Dicuntur & Ταξεῶται, ταξεῶται, & Τάξις, *cohors*, de qua infra. Vid. & *Tit. Cod. de Cohortalibus* Cujacius. *ad l.* 3. *C. d. Canone largition.* Tit. *de Cohortalibus*: In ſingulis, inquit, provinciis ſunt perpetui Præſidum apparitores, qui cohortales dicuntur, ac plurimum eis primipili neceſſitas aut exhibitio curſus injungitur, & non male Patricius definierit, Cohortalinos eſſe beneficiarios habentes curam manſionum equorum; referente Thalelæo lib. 45. Βασιλικῶν Tit. 1. &c. cujus verba ſubjiciam, quod in eis legendis & intelligendis cæcutierit Hervetus: ὁ δὲ μακαρίτης πατρίκιος τοὺς κορταλίνους καλεῖ μὲν Beneficiarios, λέγει δὲ φροντίζειν αὐτοὺς τῶν ἀλλαγῶν τῶν ἵππων: quod confirmatur *l.* 14. *infr. d. Curſ publ. tt. l* 7. *C. Th. de cohort.* ex qua eſt l, officiales ſup. d. E-

Digitized by Google

habent, non admodum ſolliciti fuimus, præteritum omne relinquentes, impoſterum vero nemini a lege hac lata eum, qui uxorem habet, creare permittentes: quam legem & nunc renovamus, ne ſi forte contra hæc quid committatur, & ipſe Sacerdotio excidat, & ut creatus pari modo removeatur, efficiat. Quare is, qui Epiſcopus creandus eſt, vel ex Monachis vel ex Clericis ſit, ſi modo teſtimonium honeſtæ vitæ & bonam (15) exiſtimationem habeat, atque hoc Sacerdotii (16) fundamentum in animo jecerit.

§. 8. Ita affectum & ad Epiſcopatum præparatum antequam creetur, ſacros & omni ex parte approbatos canones eum legere decet. quos recta & inculpata noſtra fides ſuſcepit, & Catholica Dei & Apoſtolica admiſit atque tradidit Eccleſia. Ubi autem is qui creandus eſt, (17) aſſidue eos legerit, tum qui creaturus eſt eum interroget, an ea quæ divini canones ſanciverunt, obſervare & facere poſſit. Et ſi (18) neget, ſeque præceptis ſacrorum Canonum ſervandis parem non eſſe dicat, nullo modo creetur. Si vero ſuſcipiat, quæque illis continentur, quoad ejus homo facere poterit, impleturum affirmet, tum moneat illum & dicat, quod, ſi hæc non obſervet, a Deo alienus futurus, & datum honorem amiſſurus, nec leges civiles delictum inultum relicturæ ſint: eo quod ab illis etiam, qui ante nos imperarunt, & a nobis ipſis recte dictum ſit, ſacros canones ut leges obſervandos eſſe. Quod ſi ſic quoque eam rem conſtanter (19) amplectatur, tum unusquisque, qui hæc profeſſus eſt, Epiſcopus creetur.

§. 9. Neque creationem pecunia emat, neque re aliqua data accipiat,

(15) *exiſtimationem*) δόξης ἀπολαύων ἀγαθῆς. Vet. *gloria fruens bona.* Vid. *Nov. 30. Cap. 7. §. 1.*

(16) *fundamentum*) καὶ ταύτην κρηπῖδα τῆς ἀρχιερωσύνης ἐναποθέμενος τῇ ψυχῇ. Vet. *& hoc fundamentum Pontificatus deponens ſua anima.*

(17) *aſſidue*) ἐπειδὰν διὰ συνεχοῦς αὐτῶν ἀναγνώσεως ἔλθῃ. Vet. *dum ex frequenti earum lectione tranſierit.* Agyl. *continua lectione abſolverit.*

(18) *neget*) ἀποφήσειε. Vet. *declaraverit.* Heſych. ἀποφῆσαι, ἀρνήσασθαι. Ἀπόφημι, ἀπολέγω. Julian. *ſi denegaverit.*

(19) *amplectatur*) ἀντεχόμενος. *Permanſerit cauſam amplectens.* Vid. ſup. p. 7.

cipiat, ſed ſancte & gratuito, tanquam a Deo datam, capiat. Nam licet reliqua bona omnia, quæ ante diximus habeat, ſi tamen pecunia vel rebus Epiſcoparum emiſſe eum appareat, ſciat quod Epiſcopatum amiſſurus, & creantem hoc munere remuneraturus ſit, ut & ille Epiſcopatum perdat, (20) atque ab eo removeatur. Hæc etiam res utrique eam remunerationem afferat, ut ille quidem, quæ ſperabat, non adipiſcatur, hic vero etiam ea, quæ habebat, amittat, pecunia ſcilicet, & rebus pro creatione datis Sanctiſſimæ Eccleſiæ addicendis, ſive Epiſcopus ſit, qui accepit, & propterea Sacerdotio excidit, ſive etiam aliquis eorum, qui Clericus factus eſt. Nam & illi æqualem imponimus pœnam, ut ordine, quem inter Sacerdotes habuit, cadat, & pecuniam vel res pro creatione datas, Eccleſiæ reddat, quam, quantum in ſe fuit, gravi contumelia affecit. Quod ſi aliquis extraneus non autem Clericus, pecuniam vel rem pro patrocinio in creatione ſuſcipiendo accepit, maxime ſi (21) Magiſtratum aliquem gerat, ille quidem pœnam divinam ſuſtinebit, eumque vindictæ cœleſtes manebunt: verum etiam quod datum eſt, illi omne auferatur, atque ſanctiſſimæ Eccleſiæ duplum tribuatur: inſuper etiam, ſi quem Magiſtratum gerat, ab eo amoveatur, & perpetuo exilio mulctetur. Illud quoque is, qui pecunia aut rebus Epiſcopatum emit, certo ſciat, quod ſi antea Diaconus aut Presbyter fuit, & deinde per largitionem ad Sacerdotium veniat, non ſolum Epiſcopatu abdicandus, ſed nec prior Presbyteri vel Diaconi ordo ei relinquendus ſit: ſimul enim & hunc amittet, ut qui ea, quæ non decent, indigne concupiverit, & Sacerdotali ordine prorſus ejicietur. Illo ipſo autem creationis tempore, is qui eum creavit hæc omnia coram toto fideli populo Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ illi exponere debet, ut cum omnia, quæ a nobis antea dicta ſunt, eum habere cognoverit ad ſacram creationem veniat: & is, qui hæc coram illis omnibus audivit, non ſolum Deum timeat, verum

[20] *atque ab eo*) καὶ ταύτης. Vet. *& a Clero cadat.*

[21] *Magiſtratum*] ἀρχὴν. Vet. *adminiſtrationem* quod & eſt in *l. 21. C. d. Epiſcop. aud. l. 1. C. d. contract. judic. l. 13. C. d. judic. l. 155. l. 160. C. Th. d. decurion. Adminiſtratiuncula. l. 10. C. Th. d. Cohortal.* Julian. *Magiſtratum.*

verum etiam declarationem atque confeſſionem coram omnibus factam erubeſcat.

§. 10. Si vero quis talis quidem exiſtimetur, & Epiſcopus creandus ſit, contradicat autem aliquis, ſeque (22) flagitium aliquod ab eo admiſſum, ſcire affirmet, creatione non prius dignus exiſtimetur, quam in ea, quæ delata ſunt, inquiſitum fuerit, & ipſe omni ex parte innocens appareat. Quod ſi poſt ejusmodi contradictionem, is qui creationem peragit, (23) ſine legitima cauſæ cognitione ad creationem properaverit, quod ab ipſo factum eſt, nullum eſſe ſciat. Sed & is (24) qui contra legem factus eſt, Sacerdotio excidet, & ille qui ſine probatione eum creat, ſimiliter a ſede Sacerdotali amovebitur, atque Deo rationem reddet, qui maxime in Sacerdotibus ſuis integritatem requirit. Si tamen is, qui ordinationi contradicit, (25) vel accuſationem perſecutus eſt, calumniator probetur, vel ab initio accuſationem ne quidem perſequi audeat, qui creationem peragere vult, in perpetuum a ſacra communione ipſum removeat, quo ne illud quidem mendacium impunitum ſit. Quemadmodum enim bonam exiſtimationem in eo, qui creandus eſt, requirimus, ita calumniam quoque temere accuſantium punimus. Si vero nemo prorſus accuſet, vel qui detulit accuſationem

L

(22) *flagitium aliquod*) συνειδέναι τι τῶν ἀτόπων αὐτῷ. Vet. *conſcium ſe eſſe alicujus illicitorum ejus.* Agyl. *meminiſſe ſe cum ille præter decorum atque leges quidpiam committeret.* Gloſs. Cyrill. Ἄτοπος, *flagitioſus, facinoroſus, abſurdus.* Ἀτόπημα, *flagitium, facinus.* Heſych. ἄτοπα, πονηρά, αἰσχρά.

(23) *ſine legitima*) Vet. *non paſſus legitimam examinationem imponi cauſæ.*

(24) *qui contra*) ὁ παρὰ τὸν νόμον γενόμενος. Vet. *qui contra legem facit.* Agyl. *qui præter leges ita creatus eſt.*

(25) *vel accuſat.*) ἢ ἐπεξελθών. Vet. *aut examinatione facta probetur calumniator.* Ἐπεξέρχεσθαι eſt *reum peragere, convincere.* Heſych. Ἐπεξέρχεται, ἐκδικεῖ. *Pollux lib. 8. Cap. 12.* ἐξέλιπε τὸν ἀγῶνα, οὐκ ἐπεξελθὼν ἐγκατέλιπεν, ἀπέστη, *Contentionem nondum finitam dereliquit, deſtitit,* &c. Lex Græc. Lat. Vulcan. ἐπεξέρχομαι, *proſequor, perſequor, exequor.* Iſocrat. adverſus Callim. ἐκείνην μὲν οὐκ ἐπεξῆλθεν, εἰδὼς, ὅτι εἰμὶ μεταλάβοι τὸ πέμπτον μέρος &c. *litem non perſecutus eſt, ſciebat enim, niſi* &c. Vid. *Nov. 8. Cap. 6. Nov. 8. Cap. 10. Nov. 13. Cap. 4. Nov. 17. Cap. 4. Nov. 93. Cap. 1.* in fin. οὐκ ἐπεξῆλθεν οὐδὲ ἐπλήρωσε τὴν δίκην, *non eſt executus neque complevit litem*

Digitized by Google

tionem plane non perſequatur, vel ubi eam perſequitur veram eſſe accuſationem, (uti diximus) probare nequeat, æquum eſt, ut tunc is, qui tot modis innocens apparuit, ad futuram creationem admittatur. Nam qui ita creatur, plurima exinde & pulcherrima præcepta cognoſcet, neque in (26) vitam immoderatam delabetur, cum in tali ſapientia verbis & factis inſtitutus ſit.

CAPUT II.

Ne Epiſcopus ultra annum ab Eccleſia ſua abſit.

ETiam illud inſuper definimus, (27) ne quis ex Dei amantiſſimis Epiſcopis ab Eccleſia ſua ultra integrum annum abſit, (niſi Imperiali juſſu id fiat: tum enim ſolum id pœna carebit) & ſanctiſſimi Patriarchæ cujusque diœceſeos, Dei amantiſſimos Epiſcopos in ſanctiſſimis Eccleſiis ſuis manere cogant, neve longum iter ingrediantur, nec in peregrina terra commorentur, neque ſanctiſſimas Eccleſias negligant, neque annum excedant, quem etiam ipſum ex humanitate præſtituimus. (28) Si vero ultra annum oberret atque vagetur, nec ad Epiſcopatum ſuum redeat, neque Imperialis quidam juſſus, prout ante diximus, eum detineat: tum illius regionis Patriarcha (29) ad Eccleſiaſticam diſciplinam reſpiciens, eum, ſiquidem Metropolitanus ſit (30) ſo-

Nov. 112. Cap. 3. pr. ubi τὸ ἀρχθὲν πρᾶγμα μέχρι πέρατος ἐγγυμνάζειν idem eſt quod ἐπεξελθεῖν τῷ πράγματι.

(26) *vitam immoderatam*] βίον ἀκόλαστον. Vet. *impunitam.*

(27) *ne quis*) Hoc ad ſimilitudinem quodammodo civilis Magiſtratus eſt introductum cui nec unam quidem noctem licebat abnoctare. *l. illud d. Offic. Præſid. CONT.*

[28] *ſi vero*) Julian. *Sin ultra annum extra ſuam Eccleſiam fuerit.* Ubi *Gloſſar. Julian.* Facere annum. Nov. CVIII. X. *l. ſervus §. ult. ff. d. ſtatu lib. Dorotheus* ἐποίησε τεσσαράκοντα ἡμέρας. Ruffin. Can. XII. Syn. Nicen. *quinque dies inter catechumenos faciat.*

[29] *ad Eccleſ.*] περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν ἀφορῶν. Vet. *circa Eccleſiaſticam diſpoſitionem ſegregatum.* εὐταξία eſt *decorum, ordo, concinnitas.* Heſych. Εὐταξία, εὐκοσμία. Lex. Vet. Εὐταξία *temperancia.*

(30) *ſolitis citat:*) νενομισμένοις κηρύγμασι. Vet. *cum legitimis inclama-*

Digitized by Google

ſolitis citationibus revocet, (31) ſacros canones ubivis obſervans atque cuſtodiens. Sin autem perpetuo inobediens maneat, expellatur ſacro Epiſcoporum choro, & alium in ejus locum eo honore & gravitate dignum ſubſtituat. Quod ſi is qui oberrat non Metropolitanus, ſed ex reliquis Epiſcopis ſit, hæc a Metropolitano fiant. Neque enim quiſquam illorum hoc prætextu utatur, ut ſe ideo Eccleſiam ſuam relinquere dicat, quod litium aliorumve negotiorum propriorum aut ad ſacras Eccleſias pertinentium gratia oberret, vel in iis locis commoretur, vel alio ſe conferat. Nam id juſtam rationem non habet, ut cum frequentia hominum (32) (quos neceſſe eſt in Epiſcoporum miniſterio eſſe) peregre vagentur, ſumtus faciant, & Sanctiſſimis Eccleſiis nullam utilitatem præbeant, (33) neque ut Sacerdotes decet, vivant: cum, ſi forte Sanctiſſimæ Eccleſiæ lites quasdam habeant, propter quas hoc prætextu utantur, illas per religioſiſſimos Clericos, qui ſub ea ſunt vel (34) Apocriſiarios, vel Oeconomos agere & precibus ad Imperatorem

tionibus. Agyl. *proclamationibus.* Julian *preconiis.*

[31] *ſacros*) Vet. ad verbum Græca reddidit: *ſervans ubique ſacrarum regularum obſervationem.* φυλάττων περιτήρησιν. &c.

[32] *quos neceſſe*] ὅσπερ ἀνάγκη τὰς τῶν ἐπισκόπων ἔχειν θεραπείας. Vet. *ut cum multitudine, quam neceſſe eſt Epiſcopum habere, miniſterium luſtrent peregre.* Agyl. *quamobrem aliquis cum multitudine, quam neceſſe eſt eſſe in Epiſcoporum famulatu, peregre circumvagetur.* Veterem verſionem a ſenſu & textu Græco diſcedere palam eſt.

[33] *neque ut Sacerd.*) καὶ μηδὲ κατὰ τὸ πρέπον ἱερεῦσι διαγινέσθαι σχῆμα. Vet. *neque ſecundum quod decet Sacerdotem, proprium habere habitum.* Agyl. *neque in Sacerdotum habitu perſeveret.* Διαγίνεσθαι eſt *vitam tolerare, perſeverare.* Tempus etiam dicitur διαγίνεσθαι *elabi.* *Ælian. V. H. III. 19.*

[34] *Apocriſiarios*) Vid. *Ant. Aug. Interpr.* & *Gloſſ. Julian.* voce *Apocriſiarius.* Quid ſit Apocriſiarius ipſe Imperator mox explicat, quando ait: *qui negotia Sanctiſſimarum Eccleſiarum gerunt, quos Apocriſiarios vocant.* Quælibet diœceſis Patriarcham talem habuit. *Cap. 3. ſeq.* Vocantur & *ad Reſponſum* infra paſſim. Habuerunt quoque magiſtri militum præſentalium Apocriſiarios. *l. 18. C. d. re militari*; Ubi Cujacius: *Ad reſponſum* ἀποκρισιαρείων Græci interpretantur ut *Nov. 28. & edicto 8.* quod ſcil. vice Magiſtri militum præſentalium reſponſa dabat, qua ratione legati hodie a plerisque ἀποκρισιάριοι dicuntur & reſponſales. Et inde nomen

rem delatis, quæ deſiderant, conſequi liceat. Sancimus itaque, ut, ſi Eccleſiaſtica quædam cauſa incidat, illa vel per eos, qui negotia Sanctiſſimarum Eccleſiarum gerunt, quos Apocriſiarios vocant, vel per Clericos quosdam huc miſſos, vel per Oeconomos, Imperatori vel Magiſtratibus noſtris nota reddatur, atque decidatur, ne Piiſſimis Epiſcopis errationis & abſentiæ, ſanctiſſimis autem Eccleſiis læſionis cauſa detur: cum per abſentiam eorum res Eccleſiaſticæ in provinciis negligantur, multæ hic ab iis expenſæ fiant, & commorario in alieno (35) non honeſta ſit, res quoque in univerſum nullam utilitatem, ſed damnum potius ſanctiſſimis Eccleſiis afferat.

CAPUT III.

Ne Epiſcopis ad Principis Comitatum venire liceat, antequam litteras commendatitias acceperint.

NOn aliter vero quiſquam ex Piiſſimis Epiſcopis ad felicem hanc civitatem proficiſci audeat, quam, ſi Epiſcopus ſit, prius litteras a Metropolitano ſuo ad Imperatorem acceperit, quæ ſecundum ſacros canones (36) commendatitiæ appellantur, & de neceſſitate præſentiæ ejus

Scrinio auri ad reſponſum *l. 7. d. palat. Sacr. larg.* Habeat ad reſponſum ſive Apocriſiarius adjutores & exceptores, ſed & ipſi *ad reſponſum* diverſis locis deſtinati mutua ſibi auxilia præſtabant. Sic ille. Add. *Meurſ. Gloſſ.* voc. ἀποκρισιάριος.

[35] *non honeſta*) οὐκ ἀσχήμονος καθεστῶσης. Vet. *nec non peregre habitatione non habili conſtituta.* Agyl. *dum vivendi modus non decorus peregre inſtituitur.* Pro ἀσχήμονος lege εὐσχήμονος, ut ſenſus conveniat huic loco & iis, quæ ſupra dixit Imperator: *peregrinationem Epiſcoporum non habere convenientem rationem.*

[36] *Commendatitiæ*) συστατικά. Vet. *quæ probabilia vocantur.* Julian. *commendatoria.* Vid. *Gloſſ. Jul.* Verb. *Commendatoria.* Συστατικά id eſt commendatitiæ, quæ ſunt de genere epiſtolarum formatarum de quibus in Concilio Niceno actum fuit. *CONT.* Has litteras teſtimoniales, vocat Cujacius in Expoſ. h. Nov. easque dividi dicit in συστατικάς & εἰρηνικάς ſeu ἀπολυτικάς. Συστατικάς dari proprie ſeparatis communione, ignotis, ſuſpectis, reis poſtulatis, quibus abſoluti declarantur εἰρηνικάς Epiſcopis in Comitatum Principis vel Clericis in aliam civitatem euntibus, ut Chalced. Cap. 11. &c. Vel apertius

Digitized by Google

ejus teſtentur: ſi vero Metropolitanus ſit, qui huc venire vult, litteras adferat à Patriarcha illius diœceſeos, quæ præſentiam ejus neceſſariam eſſe declarent. (37) Atque ita ſupplicet Imperatori, & ibi eſſe illi permittatur. Nec temere præter voluntatem Metropolitanorum aut Patriarcharum proficiſcatur, quoniam id ſacris etiam canonibus prohibetur. Qui vero huc advenerunt, illi ſtatim Imperatori id (38) indicare non audeant, ſed prius vel Piiſſimum Patriarcham vel Apocriſiarios ſuæ diœceſeos adeant, & cum illis cauſas, propter quas venerint, communicent, ac (39) una cum illis ad Imperatorem accedant, Imperia-

 lique

συςατικαὶ ſunt probatoriæ, quæ & formatæ dicuntur Carth. Synodi Cap. 23. ut formales Epiſtolæ Suetonio Tranquillo: εἰρηνικαὶ ſunt commeatus & proficiſcendi licentia, quæ dicuntur εἰρηνικαὶ (ut Zonaras ait) ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι, quaſi pacis arbitræ. Videtur Juſtinianus hoc loco pro his συςατικὰς dicere maluiſſe. Generaliter itaque hac appellatione ſignificari dicemus dimiſſorias teſtimoniales quaſcunque, quarum frequentem uſum inter Chriſtianos Nazianzenus contra Julianum notat &c. *CUJAC. d. l.* Litteras illas dimiſſorias, quæ Clericis ab Epiſcopis ſuis, vel Epiſcopis a Metropolitis dabantur, quando ad Principem ſuum proficiſcebantur, *Pacificas* dictas eſſe teſtatur etiam Menagius *Amœn. Jur. Civ. Cap. 29.* ubi ad Zonarum & Philippum Priorium de litteris Canonicis lectorem remittit. Add. *Gloſſ. Meurſii* voc. ἀπολυτικαί.

(37) *atque ita ſuppl.*) οὕτω τε δεῖσθαι βασιλέως καὶ ἐπιτρέπεσθαι τὴν ἐνταῦθα παρουσίαν. Vet. *& ſic oportere Imperatorem jubere hunc præſentari.* Agyl. *ſicque inſtructi rogent Imperatorem, ne præſentiam ſuam indigne ferat.* Gloſs. Cyrill. Δέομαι, παρακαλῶ, *obſecro, rogo, ſupplico, oro.*

(38) *indicare*) δι' ἑαυτῶν τὴν πρώτην μηνύειν εἰς τὴν βασιλείαν. Eſt hoc *indicare aliquid Imperatori*, ut infr. in *pr. Epilogi h. Nov.* ἄδειαν δίδομεν, μηνύειν ἡμῖν τε καὶ εἰς τὴν ἀεὶ βασιλείαν. *Licentiam damus indicandi & nobis & Imperatori quocunque tempore futuro.* Eundem ſenſum habes *Nov. 8. Cap. 9. Cap. 12. & in Edicto ibidem. Nov. 17. Cap. 4. pr. §. 1.* Heſych. μηνύειν, κηρύσσειν, ζητεῖν Gloſſ. Cyrill. μεμηνυκέναι τὸ προσαγγελκέναι τὸ ἐλέγξαι τὸ κατηγορῆσαι, τὸ συλλέξαι. Μηνυτὴς quid ſit, vide ibidem. Videtur autem ſubintelligendum τὰς αἰτίας δι' ἃς ἦλθον. *Cauſas, ob quas venerunt*, quod mox ſequitur. In fine capitis habet, per apocriſiarios ἀναφέρειν τῇ βασιλείᾳ, *referre ad Imperatorem.* Vet. *non præſumant per ſe ipſos ſe prius pronunciare ad imperium.* Jul. *non audeant indicare apud Imperatorem per ſemetipſos.* Agyl. *ne cauſam ſuam primum per ſe ipſos in regiam deferant.*

(39) *una cum*) συνεισιέναι τε πρὸς τὴν

liqueadſpectu deinde fruantur, (40) cum Imperatori adſtiterint. Liceat vero ſupplicantibus Epiſcopis vel per (41) referendarios, uti vocantur, Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ, vel per religioſiſſimos Apocriſiarios Sanctiſſimorum Patriarcharum cujusque diœceſeos (42) ad Imperatorem referre, & ſtatim reſponſum accipere: ita ut illi, ſi juſta ab Imperatore petant, ea accipiant, vel ſi injuſta poſtulent, cito unde venerunt, eo revertantur.

SE-

βασιλείαν αὐτοῖς. Vet. *ingredi ad imperium ejus.* Agyl. *aſſumtis illis regiam introeant.*

(40) *cum Imperatori*) ἅμα ἐν τῷ βασιλεύοντι παρεςῶσι. Vet. *mox quam imperanti adſtiterint*, qui & ſequentia his junxit, *liceat quidem petentibus Epiſcopis* &c. Agyl. *deincepsque Imperatoris, quando dicundo juri ſederit, perfruantur conſpectu.* Alius, *deinceps Imperatoris, quando ſui publice copiam faciet, perfruantur conſpectu.* Difficultatem quandam hæc verba habere, vel ex diverſis verſionibus patet. Senſum vero recte exprimere videtur Vet. interpres. Sed τὸ ἐν in textu Græco ſuperfluum eſt. Gloſſ. Cyrill. παρίςαμαι, *adſiſto, adſto.* De reis in judicio exhibendis uſurpatur in *Nov. 53. præf. Cap. 1. 2. 3.* &c. ubi idem eſt quod ἄγειν, ἀνάγειν, & παράςασις ibi explicatur per ἀπαγωγὴ in Cap. 1. Officium porro aulicorum fuit Imperatori honoris ergo adſtare. Sic enim *Codin. Curopal. d. Officiat. Conſtant. pag. 18. n. 60.* ait: *Socerum Imperatoris ad circumſtationem* (ut F. Junius interpretatur) *nunquam fuiſſe conſtitutum.* καὶ ὅτε εἰς παράςασιν ἱςάθη ποτε. Et *pag. 86.* Primicerium aulæ & cæteros dicit *introducere Principes ad circumſtationem.* εἰσάγει τοὺς ἄρχοντας, εἰς τὴν τοῦ βασιλέως παράςασιν. Vid. & *pag. 88. & pag. 156.* ubi παράςασιν Clericorum deſcribit. Τῷ βασιλεύοντι poſitum eſt pro βασιλεῖ, ut infra *Nov. 7. præf.* τῷ οἰκονομοῦντι pro οἰκονόμῳ *Nov. 8.* τῶν ἐκ τινὸς χρόνου βεβασιλευκότων. Add. *Nov. 59. Cap. 7. Nov. 72. præfat.*

(41) *referendarios*) Vide *Gloſſ. Jul. Codin. Curopal. d. offic. Conſtant.* ὁ Ῥεφερενδάριος, εἰς τὸ ἀποςέλλεσθαι, εἰς τὸν βασιλέα καὶ εἰς μέγαν ἄρχοντα. *Referendarius, qui ablegatur ad Imperatorem & ad Sacerdotem maximum.* Et in Eccleſia & in Palatio hoc officium erat. Vid. & *Meurſ. Gloſſ.* Gloſſ. Jur. Ῥεφερενδάριος, ὁ τὰς ἀποκρίσεις κομίζων. Ῥεφερενδάριος ὁ τὰ ῥηθέντα ἀναφέρων ἀπό τινος.

(42) *ad Imper. referre*) ἀναφέρειν τῇ βασιλείᾳ. Vet. *ſuggerere ſe imperio.* Agyl. *regia illum exhibere.* Βασιλείαν hic acipimus pro *Imperatore*, ut initio hujus Cap. & in fine ſine dubio accipiendum eſt. Agyl *regiam* vertit ſemper. Imperatorem & alios compellare ſolebant, ἡ ἁγία βασιλεία σοῦ, δεσποτείαν καὶ

Digitized by Google

SECUNDA PARS LEGIS.

CAPUT IV.

Quales Clerici eligendi ſint.

HÆc de Dei amantiſſimis Epiſcopis ſecundum ſacros canones conſtituentes ſancimus etiam, ut religioſiſſimi Clerici, qui illis ſubjecti ſunt, diligente inquiſitione facta ſecundum ſacros canones creentur; Viri qui bonum teſtimonium habent, quique litterarum omnino periti ſunt, (eum enim, qui literas ignorat, in nullo plane ordine Clericum eſſe volumus, ſcilicet Presbyterorum & Diaconorum, atque tam eorum, qui ſacras precationes docent, quam qui (43) Eccleſiaſticorum canonum libros legunt) illique inculpatam creationem crimineque carentem, ac ſine ulla contradictione & pecuniæ vel rerum datione ſuſcipiant. Neque etiam eos dum officiales aut (44) curiales ſunt creari ullo modo volumus, niſi ſecundum leges de his a nobis antea latas, quas etiam nunc confirmamus. Quando autem creantur, ſacra præcepta coram omni populo eos accipere volumus, propter eaſdem cauſas, ob quas ut id fiat, etiam in Piiſſimis Epiſcopis ſancivimus.

CAPUT V.

NEque etiam is, qui ſecundam habet aut habuit uxorem, Diaconus aut Presbyter creetur, neque ſi uxorem duxerit quæ divortium fecit & maritum ſuum dereliquit, neque ſi concubinam habeat: ſed illi qui vel caſte vivunt, vel aliis jam nuptas (45) non ducunt uxores,

ἡ βασιλεία αὐτοῦ. *Codin. d. Off. Conſtant. pag.* 23. Imperator quoque de ſe ipſo dicebat ἡ βασιλεία μου.

(43) *Eccleſiaſticorum*) Vet. *Eccleſiarum & canonum.*

(44) *Curiales*) Vid. *Gloſſ. Jul. & Ant. Aug. Int.* verb. *Curia* & *Curiales.*

(45) *non ducunt*) ἢ γαμεταῖς οὐ συνοικοῦνται. Vet. *Sed & ipſam uxorem.* Sunt autem ibi quædam omiſſa. Julianus totum hunc locum ita interpretatur: *quippe tales homines cum caſtitate vivere decet. Caſtus autem eſt, qui habet vel habuit uxorem caſtam,* & ipſam ab ipſo virgine virginem ſuſceptam. Add. *Ant. Aug.* & *Gloſſ.* verbo *Caſtus.*

Digitized by Google

res, vel qui unius uxoris & caſtæ quidem quamque virginem duxit, maritus fuerit vel ſit. Nihil enim in ſacris creationibus æque eligendum eſt quam caſtitas, quæ ſecundum ſacros canones reliquarum etiam virtutum primum principium & ſolidum fundamentum eſt. Quod ſi etiam Presbyter aliquis vel Diaconus, vel Subdiaconus uxorem aut concubinam vel palam vel ſimulate ducat, ſacro ordine ſtatim excidat, & deinceps privatus ſit. Quod ſi etiam lector ſecundam uxorem forte propter inevitabilem quandam neceſſitatem ducat, nunquam aliam ſibi adjungat, neque majori gradu in Sacerdotio potiatur, ſed perpetuo in eodem gradu maneat: tertias vero nuptias non ineat; ſufficiunt enim ſecundæ. Si vero tale quid fecerit, & ſecundis nuptiis contractis ad majorem gradum adſpiret, ſtatim privatus erit & Laicus, omnique ſacro Miniſterio excidet, (46) caſta enim vita ante omnia nobis curæ eſt. Nam ſi tales in Clerum aſſumti creentur, facilis ipſis ad Epiſcopatum aditus erit, cum inter multos bonos Viros facile inveniantur, qui digni ſunt ut ad Sacerdotium provehantur.

CAPUT VI.

Ne Diaconiſſæ minores quinquaginta annis creentur.

QUæ igitur de religioſiſſimis Clericis a nobis dicta ſunt, ea quoque in Piiſſimis (47) Diaconiſſis obtinere volumus. Quare nec illæ ſine decenti obſervatione creentur, ſed primum quidem ætate ſint neque juvenili, neque florida, & propterea in peccata ruente, ſed quæ mediam ætatem jam exceſſerunt & (48) ſecundum divinos canones annum circiter quinquageſimum agunt, atque ita ſacram creationem modo

(46) *caſta enim*) σώφρονως γὰρ ἡμῖν διὰ παντῶν μέλει ζῆν. Vet. *pudice enim nobis per omnia pertinet vivere.*

(47) *Diaconiſſis*) Vid. *Gloſſar. Juliani.*

(48) *Secundum divinos*) Sed illi de ſexageſimo anno loquuntur, ſicut & *l: 27. C. Th. d. Epiſcop. & Cler.* inquiens: Nulla niſi emenſis ſexaginta annis ſecundum præceptum Apoſtoli ad diaconiſſarum conſortium transferatur. *Lex 9. C. Juſtin. d. Epiſ.* quæ inde deſumta eſt habet 50. annos, retentis etiam verbis illis, ſecundum præceptum Apoſtoli. Photius Paratitlon & Baſilicon Auctores exhibent 60. In *Nov. 123. Cap. 13.*

Digitized by Google

modo Virgines aut unius Viri uxores ſint, obtineant. Neque enim iis, quæ ſecundas nuptias contraxerunt, aut vitam, non dicemus (49) vituperabilem, ſed ſuſpectam ſolum vivunt, ad ſacrum Miniſterium venire, & adorando baptiſmati miniſtrare, reliquiſque arcanis, quæ in venerabilibus (50) Myſteriis per eas peragi ſolent, intereſſe permittemus. Si vero neceſſitas quædam adſit, ut Diaconiſſa, hac etiam quam diximus ætate minor creetur, liceat in ſacro aliquo (51) aſceterio eam creare, & in illo habitare, (52) ubi nullum cum viris commercium eſt, (53) neque pro arbitrio vivitur (54) ſed modeſta & moderata vita in conſpectu multitudinis, quæ ibi eſt, agitur. Volumus etiam illas ipſas Diaconiſſas, quæ creandæ ſunt, ſive viduas ſive virgines, (55) non habere (56) fratres quoſdam vel cognatos vel (57) agapetos, uti vo-

M can-

Juſtinianus 40. annum conſtituit. Vid. *Gothofr.* ad *d. l. 27. C. Th.* ubi requiſita diaconiſſarum late exponit.

(49) *vituperabilem*) Vet. *reprehenſibilem* κατηγορούμενον. Gloſs. Cyrill. κατηγορίσκω, *culpo, reprehendo.* Vid. & *Nov. 137. Cap. 4.* ubi Cap. ſeq. eſt αἰσχρὸς βίος.

(50) *myſteriis*) μυστηρίοις. Vet. *quæ in venerabilibus miniſteriis* &c.

(51) *aſceterio*) Vid. *Gloſſ. Juliani*

(52) *ubi nullum*) καθ' ὅπερ οὐδὲ ἀνδρῶν ἐπιμιξία καθέστηκεν. Vet. *Nequaquam viris admixta conſtituta ſit.* *Gloſs. Cyril.* ἐπιμιξία *commercium.* Julian. *ubi neque mares converſantur.*

(53) *neque pro arbitrii*) οὐδὲ αὐτεξούσιος ἡ δίαιτα. Vet. *neque ſuo arbitrio habitans.* Julian. *neque vivere ei liceat, quomodo velit.* Agyl. *neque liberius ac pro ingenio ſuo ac voluntate vivat.* Δίαιτα eſt *victus, vitæ ratio, modus.*

(54) *ſed mod.*) ἀλλὰ βίος συνεσταλμένος, καὶ μέτριος, καὶ ὑπὸ τοῦ συνόντος πλήθους μαρτυρούμενος. Vet. *Vita ſeparata & mediocris & a conveniente multitudine bonum teſtimonium habens.* Συστέλλω eſt *contraho, decenter compono.* Agyl. *Sed multitudinis, quæ illic eſt conſpectu, velut inſpectore & teſte rerum ſuarum coercita moderate arcteque contineatur.*

(55) *non habere*) μή τινας συνόντας ἔχειν ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν. Vet. *non cum aliquo cohærentes aut cognatorum* &c. *Gloſſ. Cyrill.* σύνειμι *converſo.* Antea *n. 51.* ἀπὸ τοῦ συνόντος πλήθους μαρτυρούμενον. Ubi *Vet. a conveniente multitudine.* Julian. *habere ſecum, admittere ſecum.*

(56) *Fratres*) ἀδελφῶν. Vid. *Gloſſ. Julian.*

(57) *agapetos*) ἀγαπητῶν. Vet. *dilectos.* Julian. *agapitos.* Vid. *Gloſſ. Julian.* & *Ant. Aug. Interpr.* Erant agapetæ virgines παρθένοι ἐπαγγελλόμεναι, virgines canonicæ: quæ extra monaſte-

Digitized by Google

cantur, cum quibus familiariter vivant (qui enim iis nominibus utuntur, mala ſuſpicione vitam ſuam valde gravant) ſed vel ſolæ habitent, vel cum ſolis parentibus & liberis, aut iis qui vere fratres ſunt, vel cum patruis converſentur, de quibus ſi quis aliquid mali (58) ſuſpicari auſit, ipſe ſceleſtus ſimul & impius habebitur. Quare ſi quid de aliqua ex iis, quæ Diaconiſſæ creari volunt, dicatur, quod (59) ſub ſpecie quidem boni nominis, ſiniſtra vero ſuſpicione cum aliquo converſetur, nequaquam illa mulier Diaconiſſa creetur. Nam etiamſi creata ſit, & tale quid committat, ac ſub dicto nomine & ſpecie cum aliquo habitet, diaconatu excidet, & ipſa non minus quam ille huic legi, reliquiſque quæ ſtupratores puniunt, obnoxii erunt. Omnes autem religioſiſſimas Diaconiſſas creandas, eo tempore, quo creantur, & admoneri & ſacra præcepta coram reliquis, quæ jam ſunt venerabiles Diaconiſſæ, audire oportet, ut cum timore Dei (60) & fiduciam, quæ ſacris præceptis adeſt, metuant, & ſacrum ordinem amittere eas pudeat, ſcientes, quod ſi creationem dedecorare, vel derelicta (61) ſacra creatione matrimonium inire, aut aliam quamcunque pravam vitam eligere audeant, reæ mor-

rium virginitatem profeſſæ in ſeculo vivebant &c. Canonicas quoque diſtinxit Juſt. *Nov. 59.* ὑπὸ τῶν ἀσκητειῶν. Ibi igitur ἀσκήτειαι, κανονικαὶ & ἀκόλουθοι. Julianus anteceſſor generali ſanctimonialium nomine omnes comprehendit. Et ſane tam canonicæ quam aſcetriæ erant ſanctimoniales. Verum harum conditio, ni fallor, erat paulo rigidior & auſterior. *Deſid. HERALD. d. rer. jud. aut. lib. 2. Cap. 20.*

(58) *ſuſpicari auſit*) ὑποπτεύσειν ἢ τολμήσειεν. Vet. *ſuſpicari præſumſerit.* ut legendum potius videatur, ὑποπτεύειν τολμήσειεν.

(59) *ſub ſpecie*] ἐσχηματισμένη μὲν ἀγαθῇ προσηγορίᾳ. Vet. *Sub imagine bonæ appellationis.* Ἐσχηματισμένη χειροτονία, *ſimulata creatio.* Supr. Cap. 1. §. 2. Gloſs. Cyrilli προσηγορία, ἡ ὀνομασία, *Hoc vocabulum, appellatio.* Agyl. *ſub ſpecie honeſti nominis.* Julianus. *Simulatus frater.*

(60) *& fiduciam*) καὶ τὴν προσοῦσαν τοῖς ἱεροῖς παραγγέλμασι παῤῥησίαν φοβεῖσθαί τε καὶ αἰσχύνεσθαι &c. Vet. *& adhærentem ſacris mandatis fiduciam: timere autem & confundi ſacro cadere ordine.* Agyl *quo & timorem Dei atque cujuſmodi ſacra præcepta continent docentque fiduciam percipiant: & quare ſacro ordine excidant, committere vereantur.*

(61) *ſacra creatione*) τὴν ἱερὰν χειροτονίαν. Vet. *ſacrum miniſterium.*

mortis futuræ, & bona illarum Sanctiſſimis Eccleſiis vel Monaſteriis, in quibus ſunt, addicenda ſint. (62) Qui vero eas ſtuprare, aut matrimonio ſibi jungere auſi fuerint, illi etiam gladio punientur, eorumque bona fiſcus occupabit. (63) Si enim antiquis legibus, virgines apud eos in errorem illorum vocatæ, & vitium paſſæ, morte multabantur, cur non multo magis (64) in eas quæ vera de Deo ſentiunt, nos idem ſtatuemus, qui pudicitiam, quæ maximæ mulieres ornat, præcipue in religioſiſſimis Diaconiſſis conſervari volumus, ut tam id quod naturam decet cuſtodiant, quam quod Sacerdotio debetur, ſervent.

CAPUT VII.

De Clericis ad aliud vitæ genus tranſeuntibus.

QUi vero ſecundum hæc ſemel Diaconi vel Presbyteri facti ſunt, illi Sacerdotium nullo modo derelinquant. Quod non ſolum in Presbyteris & Diaconis ſancimus, verum etiam ſi Subdiaconus aut Lector forte quis ſit, ut nec ille priorem ſtatum relinquat, & ad aliam vitam tranſeat, ſciens, quod ſi tale quid fecerit, ſecundum id quod a nobis jam conſtitutum eſt, aut in curiam cum bonis ſuis, vel (65) ſi inops ſit, ad cohortalem conditionem detrudetur.

TERTIA PARS LEGIS.
CAPUT VIII.

De Expenſis Eccleſiarum & ne multi Clerici fiant.

NEque etiam ita multi impoſterum religioſiſſimi Clerici creentur.

(62) *qui vero*) Idem cavetur in *l. ſiquis non dicam. c. d. Epiſc.* quam quidam improbe interpretatus eſt de invitis tantum accipiendam. *CONT.*

(63) *ſi enim*] Videtur loqui de virginibus Veſtalibus.

(64) *in eas quæ*) ἐπὶ τῶν τ' ἀληθῆ περὶ Θεοῦ δοξαζουσῶν. Vet. *in iis, quæ a Deo glorificantur.* Ad verſionem Hal. notatum: Rectius ſic verti poſſe videtur, *quæ in vera de Deo opinione vivunt*; nam ſuſpicor mendoſum eſſe Græcum Codicem. Sed Δοξάζω eſt *exiſtimo, ſentio*, ut notum. Lex. Gr. ap. Vulcan. Δοξάζω, νομίζω, *Exiſtimo.* Et textus recte ſe habet.

[65] *ſi inops ſit*) ἢ ἐν ἀπορίᾳ περὶ

Digitized by Google

Quod enim huc usque factum eſt, licet emendari oportuit, tamen propter tempus relinquimus. Verum (66) ut impoſterum non temere fiant, neque in detrimentum Sanctiſſimarum Eccleſiarum, ſancimus. Quæcunque igitur hoc caſu circa Sanctiſſimam Magnam Eccleſiam Regiæ hujus noſtræ civitatis, & Sanctiſſimas Eccleſias, ſub illa conſtitutas, reliquasque quæ hic ſunt obtinere oporteat, (67) hac ſpeciali lege complexi ſumus. In omnibus vero locis extraneis, ſi is qui ab initio conſtituit atque ædificavit Eccleſiam, numerumque creandorum, expenſas etiam illi conſtituens definivit, ſancimus, ut non prius quis in illa Eccleſia creetur, quam ſi ad numerum ab initio definitum ejus menſura redacta ſit. Sin vero id factum non ſit, ipſa vero civitatis Eccleſia ſibi ipſi & aliis Eccleſiis alimenta ſubminiſtret, tum non temere augeantur Clerici, qui ibi ſunt, neque illa forte propter (68) affectionem quandam aut gratiam ſumtibus exinde oneretur, (neque enim pia hæc ſunt, neque Sacerdotibus digna) ſed ex iis quæ Dominus Deus dederit, quantum facultates ferent, ſubminiſtretur, vel antiqua conſuetudo nullo modo innovanda ſervetur. Quare convenit ut Piiſſimi Patriarchæ & Metropolitani hujus rei curam gerant, & eos quidem, qui nunc ſunt Clerici, in eodem ſtatu, in quo ſunt, relinquant, (69) facultates vero cujusque Eccleſiæ metiantur. Atque ita tum ipſi Sanctiſſimi Patriarchæ Eccleſias ſub ſe conſtitutas ordinent, tum etiam Metropolitani a Sanctiſſimis Patriarchis admoniti idem faciant, reliquosque illos Epiſcopos omnes

ταξεωτικὴν κατενεχθήσεται τύχην. Vet. *aut ſub inopia degens ad officialem deponentur fortunam.* Julian. *Sive ipſe vilior ſit ad officialem fortunam trahatur, ideſt taxeoticam.*

[66] *ut impoſterum*] μὴ προχείρως. Vet. *non propter hoc fieri.* Legendum forte, *non promte hoc fieri.*

[67] *hac ſpeciali*] τούτῳ τῷ ἰδικῷ νόμῳ. Cujacius ad *Nov. 3.* legendum monet ταύτῃ τῷ &c. *quia Imp. loquatur de Clericis Conſtantinopolitanis quorum numerum ſe dicit ſpeciali lege definiviſſe. Nov. tertia.* Sic Veterem Interpretem multo melius quam τῷ legiſſe affirmat ibidem. In Veteri tamen verſione *Contii* legitur *hac ſpeciali*, ut in Edit. Amſtelodamenſi. Haloander in Edit. *Baſil.* habet *hac.*

[68] *affectionem*] προσπαθείας. Vet. *compaſſiones.* Jul. *amicitiam.*

[69] *facultates*] δύναμιν. Vet. *Virtutem.*

omnes ſub ſe conſtitutos ad hanc ſymmetriam redigant, neve ultra modum expenſarum Clerici creentur, operam dent. Scimus enim quod Sanctiſſimæ Eccleſiæ propter hanc creandorum & reliquarum expenſarum multitudinem inopes factæ ſint, quodque quasdam ex illis, vix tamen ſervaverimus, quædam vero adhuc oneratæ jaceant, atque ex tantis anguſtiis emergere non poſſint. Huic rei igitur Sanctiſſimi Patriarchæ, Metropolitani, cœterique Epiſcopi proſpiciant, ut nos, quæ ab ipſis fiunt edocti eos laudemus, quod legem noſtram ſcriptam (70) re ipſa obſervari oſtenderint.

EPILOGUS.

QUæ igitur a nobis ſancita ſunt, & Sacrum ordinem atque ſtatum ſecundum ſacrorum canonum vim & obſervantiam conſervant, impoſterum tum Sanctiſſimi Patriarchæ cujusque (71) diœceſeos, tum etiam Dei amantiſſimi Metropolitani, nec non reliqui religioſiſſimi Epiſcopi atque Clerici ubique Dei cultum & ſacram diſciplinam inviolatam ſervantes, perpetuo illibata cuſtodiant hac pœna transgreſſori imminente, quod a Deo, & collata in ſe Sacerdotii dignitate plane alienus ſit futurus: nam ut indignus ea expelletur. Licentiam vero omnibus damus, cujuscunque etiam ordinis & vitæ ſint, ut ſi quid horum violari videant, id nobis & futuro Imperatori indicent, quo nos, qui ad Sacrorum Canonum ductum & Apoſtolicam traditionem hæc conſtituimus, convenientem transgreſſoribus pœnam infligamus. Ea quoque quæ a nobis de hæredibus Piiſſimorum Epiſcoporum ſancita ſunt obſerventur.

§. 1. Sanctiſſimi igitur Patriarchæ cujusque diœceſeos hæc in Sanctiſſimis Eccleſiis ſub ſe conſtitutis, proponant, & Dei amantiſſimis

 Me-

(70) *re ipſa*) ἐν αὐλοῖς τοῖς ἔργοις &c. Vet. *apud ſemetipſos oſtenderunt operibus adimpleri.*

[71] *diœceſeos*] Diœceſin vocat, ut & notitia utriusque imperii, non unius Epiſcopi locum aut provinciam, ſed multarum provinciarum collectionem aliter atque hodie hoc verbo utimur. CONT. Vid. infr. *Nov. 7. n. 76. Locus regio, provincia*, quomodo differant. Vid. *Cod. Theod. Lib. 2. pag. 162.* Vid. & Lib. VII. pag. 502.

Metropolitanis, quæ a nobis ſancita ſunt, nota reddant. Hi vero ipſi in Sanctiſſima Eccleſia Metropolitana hæc rurſus proponant, & Epiſcopis, qui ſub ipſis ſunt, manifeſta faciant. Quilibet vero illorum in Eccleſia ſua hæc proponat, ut nemo in noſtra ſit republica, qui ea, quæ a nobis in honorem & (72) decus Magni Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti diſpoſita ſunt, ignoret. Quapropter Sanctitas tua his obſequatur, atque hæc omni tempore (73) tradenda omnibus ſanctiſſimis Metropolitanis, qui ſub ipſa ſunt, manifeſta faciat.

§. 2. Scripta ſunt Exemplaria Sanctiſſimo Archi-Epiſcopo Alexandriæ (74) Æphremio Sanctiſſimo Archi-Epiſcopo Theopolitano, (75) Petro Sanctiſſimo Archi-Epiſcopo Hieroſolymitano, Johanni glorioſiſſimo, Sacro Prætorio iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio, (76) Domnino glorioſiſſimo, Sacro Prætorio, apud Illyrios Præfecto (77) Dat, XVII. Cal. April. Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

COLLATIO SECUNDA.

Tit. I.

Ne (1) res Eccleſiaſticæ alienentur, aut permutentur, aut

[72] *decus*) αὔξησιν τοῦ μεγάλου θεοῦ. Vet. *augmentum*. Agyl. *magnificentiam*.

[73] *tradenda*) συμπαραδοθησόμενα. Vet. *contrahenda*, forte *contradenda*, ut alias ſæpe.

[74] *Æphremio*] Αἰφραιμίῳ. Vet. *Epiphanio*.

[75] *Petro*] Vetus verſio repetit hic & in ſequentibus, *ſcripta exemplaria*, & pro *Archi-Epiſcopo* habet *Epiſcopo*.

[76] *Domino*] Deſunt hæc in veteribus editionibus verſionis antiquæ. In vulgatis legitur *dominico*.

(77) *Dat. XVII.*) Julian. *data Kal. April. VII. Conſiſtorio Conſulat. Beliſarii.* Abeſt hæc ſubſcriptio a Vet. verſione, quæ textui poſt verba *ex conſuli & patricio* quædam addit his verbis; *cui etiam hoc adjectum eſt: Et tua quoque Celſitudo* &c. quæ quin Juſtiniani ſint, non dubitandum putat Agylæus. Contius vero hinc liquere ait, editionem noſtram Græcam nondum eſſe perfectam, nec tam integram quam ea erat, unde hæc vulgata tralatio ſumta eſt.

[1] *Res Eccleſ.*) Vet. *rebus Eccleſ. immobilibus*.

aut creditoribus in ſpecialem hypothecam dentur, ſed ut hi hypothecis generalibus contenti ſint.

NOVELLA CONSTIT. VII.

Imperator*, (2) *Cæſar, Flavius Juſtinianus, Auguſtus, Epiphanio Sanctiſſimo & Beatiſſimo Archi-Epiſcopo felicis hujus civitatis & Patriarcha* (3) *univerſali.

PRÆFATIO.

HIc unus ſcopus nobis ſemper fuit: ut quod imperfectum aut confuſum antea videbatur, id omne (4) explicaremus, & ex imperfecto perfectum (5) faceremus. Quod cum in tota legiſlatione præſtiterimus, etiam in alienationibus rerum ſacrarum, una lege, quæ renovet, emendet, & quod deeſt addat, atque ſuperfluum tollat, omnes priores complectendas eſſe exiſtimavimus. A Leone quidem piæ memoriæ (qui poſt Conſtantinum piæ memoriæ, Chriſtianæ fidei (6) inter Imperatores Principem, Sanctiſſimarum Eccleſiarum honorem, atque (7) ſtatum auxit atque conſtituit) lex de alienationibus Eccleſiaſticis, ad ſolam Sanctiſſimam magnam Eccleſiam felicis hujus civitatis (8) ſpectans,

[2] *Cæſar Flavius*) Καῖσαρ φλάβιος. Deſunt in Vet.

(3) *univerſali*] Vetus verſio vulgata addit: *& Patriarcha Conſtantinopolitano.* In aliis editionibus inſcribitur, *Epiphanio Archi-Epiſcopo & Patriarcha Conſtantinopolitano.*

(4) *explicaremus*] ἀνακαθᾶραι, quod eſt *expurgare, explicare* x. διεξιέναι Vid. *Bud. Com. Gr. ling.* Agyl. *repurgaretur.*

(5) *faceremus*] ἀποφῆναι. Heſych. ἀποφῆναι, ἀποδεῖξαι. Vid. & *Bud. Comm.* Vet. *declarare.* Agyl. *in publicos uſus produceretur.*

(6) *inter Imp.*] ἐν βασιλεῦσιν ἀρχηγέτην. Vet. *qui inter Imperatores principatum auxit.* Agyl. *aſſectatorem.*

(7) *ſtatum*] κατάστασιν. Heſych. κατάστασις, ἀποδοχὴ, ὁ κόσμος, ἢ ἔθος. Gloſſ. Cyrill. κατάστασις, *hic ſtatus.* Vet. *diſciplinam.* Agyl. *honorem atque ſtatum.*

(8) *ſpectans*) μόνῃ περικεκλεισμένος ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ. *Sola magna Eccleſia circumcluſa.* Vet. *concluſa cum ſola &c.* Agyl. *ad magnam Eccleſiam ſolummodo pertinet, illiusque parietibus veluti circumcluditur.*

Digitized by Google

ſtans, ſcripta eſt. Ac plurima quidem illius legis, (9) cum omni ſeveritate & pietate ſancita laudamus: verum quia non generaliter in omnes lata eſt (10) improbamus, eamque correctione aliqua indigere exiſtimavimus. Anaſtaſius vero piæ memoriæ, legem quandam de his rebus priori diſſimilem & omnino imperfectam tulit. Quanquam enim ad extranea etiam loca ſe extendat, nihilominus tamen imperfecta manet, cum ad ſummum Sacerdotium ſolum & diœceſin, quæ beatiſſimo Patriarchæ Regiæ & felicis hujus urbis ſubeſt, reſpiciat, de reliquis autem ſedibus omnibus non ſollicita ſit. Et quanquam hanc rem correctioe dignam putaret, (11) una tamen occaſione quædam emendavit, quædam vero inordinata reliquit. Quare ut illa impoſterum ceſſet, ſancimus, cum imperfecta & loco circumſcripta, non vero generalis ſit, nec quicquam (12) laudabile introducat. Hæc itaque omnia emendantes, unam legem de omnibus rebus Sanctiſſimarum Eccleſiarum, (13) Xenodochiorum, (14) Noſocomiorum (15) Ptochiorum (16) Monaſteriorum (17) Brephotrophiorum, (18) Gerontoco-

[9] *cum omni*) μετὰ πάσης σφοδρότητός τε καὶ θεοφιλίας τεθειμένα. Vet. *cum omni vehementia & Dei cultura poſita.* Agyl. *ut quæ magno ſpiritu animoque rebus divinis deditiſſimo conſtituta ſunt.*

(10) *improbamus*) ἐπισκήπτομεν, *accuſamus, reprehendimus.* Heſych. ἐπισκήπτει, σημειοῦται, μέμφεται, προσποιεῖται, ἐντέλλεται, ἐπιτιμᾷ. Suidas. Ἐπισκήπτει, δοκῇ ἐπιτιμᾷ. In veteri verſione id omiſſum. Agyl. *improbamus.* Adverſ. Hal. notatum, deeſſe ἐπισκήπτομεν, aut fortaſſis ἐπισκέπτομεν. Sed illud retinendum putamus, quod ſenſus probat. Ἐπισκέπτω eſt *inſpicio, obſervo, viſito.*

(11) *una tamen*) κατὰ μίαν πρόφασιν. Vet. *propter quam occaſionem.* (forte leg. *propter unam*) Agyl. *in unam tamen duntaxat ſpeciem.*

[12] *laudabile*) σπουδαῖον. Vet. *Studioſum.* Gloſſ. Cyrill. σπουδαῖος, *Sedulus, Studioſus, efficax, favorabilis.*

(13) *Xenodochiorum*] ξενώνων. Suid. ξενῶνος, δόμος ὑποδεχόμενος τοὺς ξένους καὶ ἀρρωστοῦντας. Vid. *Gloſſ. & Ant. Aug. & Jul. h.*

[14] *Noſocomiorum*] Vid. *Gloſſ. & Ant. Aug. Int. & Julian. Epit.*

[15] *Ptochiorum*) Vid. *Gloſſ. & Ant Aug. Interpr. & Jul.*

[16] *Monaſteriorum*] Jul. habet *orphanotrophiorum.* de qua voce Vid. *Gloſſ. & Ant. Aug.*

[17] *Brephotrophiorum*] Vid. *Gloſs. Jul. & Ant. Aug. & Jul.*

[18] *Gerontocomiorum*] Vid. *Gloſſ. Jul. & Ant. Aug. & Jul.*

Digitized by Google

tocomiorum, & totius ſacri collegii ferendam, atque hanc legem conſtitutioni Leonis piæ memoriæ adjiciendam putavimus; ita ut primum legem ejus breviter exponamus, & omne id, quod reliquum eſt, addamus. Vult enim illa, ut neque Piiſſimus Archi-Epiſcopus & Patriarcha felicis hujus civitatis, vel Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ, neque Oeconomus vendat, vel donet, aut alio modo rem immobilem, domum forte, vel agrum, vel colonum, vel mancipia ruſtica, vel (19) annonas civiles alienet, (quæ enim ad Sanctiſſimam Magnam Eccleſiam Conſtantinopolitanam pertinent, inter res immobiles numerandæ ſunt,) (20) neque etiam quocunque dono, vel alio obtentu tale quid faciat. Ac emtori quidem rei reſtitutionem minatur, ut rem, quam accepit, cum omni fructu medii temporis & cum reliquis lucris reddat ei, qui res Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ adminiſtrat, amiſſione quoque pretii ei, qui tale quid accipere vel emere auſus fuerit, imminente: quia quod contra leges geſtum eſt pro eo habet, ac ſi plane non factum ſit.

N Oeco-

(19) *annonas civiles*) πολιτικὰς σιτήσεις. Julian. *panes civilis.* Gloſſ. Jur. Ἀννῶνα, παροχὴ σιτηρὰ, ἐςὶ δὲ καὶ ἐτήσια διανομή. Vid. Gloſſ. Jul. *Annonæ civiles* vel *civicæ* (ut vocantur *C. Theod. Lib. 14. Tit. 17.*) fuerunt panis coctus, oleum &c. quæ in urbe Roma vel Conſtantinopoli populo, ſcholis quibusdam ut ſcutariorum. Clibanariorum &c. diurna erogabantur. *GOTHOFR. ad d. Tit. C. Th.* Vid. & *Cujac. ad Tit. Codicis Juſt. d. Annonis Civilibus.* Annonæ multitudinis numero enunciatæ. *ut l. 1. 3. 10. 12. 13. 17. 19. 20. 22. 27. 28. 29. 31. 32. 34. 35. ult. l. 1. C. Th. d. erog. milit. ann.* omnes omnino ſpecies annonarias ſignificant non tantum panes, quod ipſum mox hac ipſa lege, numero ſingulari effertur. Et nihilominus annonarum appellatione quandoque unicam ſpeciem veluti panem indicari vel paucas tantum fateor: ſicut nomen generis uni ſpeciei ſæpe aptatur, ſed non quaſi annonæ multitudinis numero enunciatæ panes tantum ſignificent: at ſingulari numero frumentum, vinum, oleum, laridum, capitum: vice verſa panem non dici *Annonam*, de quo ad *l. 2. inf. d. frum. urb. Conſtant. GOTHOFR. ad l. 1. C. Th. d. erog. milit. ann.* Add. *Alciat. 8. Parerg. 5. & Meurſ. Gloſſ.* Annonæ etiam ſunt prodiga τρώξιμα, quibus opponuntur *corpora l. 5. C. d. fid. & Jur. haſt. fiſc.* Vid. & *Valeſ.* ad Amm. Marcell. Lib. 14. cap. 6.

(20) *neque etiam*) ἀλλὰ μηδὲ παντὶ δώρῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ σοφισμῷ τοῦτο πράττειν. Vet. *neque pro nulla compenſatione, aut alia qualibet circumventione tale aliquid agi.* Agylæus pro παντὶ δώρῳ Veterem legiſſe ἀντιδώρῳ *remuneratione* pu-

Oeconomum vero qui hæc transgreditur, de ſuis bonis Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ omne id quod ex ea cauſa lucratus eſt, vel quo Sanctiſſimam Eccleſiam damno affecit, reddere jubet. Ad hæc quoque ab adminiſtratione eum removet, & Sanctiſſimæ Eccleſiæ actionem dat, non ſolum contra Dei amantiſſimos Oeconomos, ſed etiam ſucceſſores eorum, ſive ipſi alienarint, ſive Dei amantiſſimum pro tempore Epiſcopum vel alium Clericum alienare videntes, turpi atque ſervili ſilentio id diſſimularint: & multo magis (21) ſi, cum eum alicui conſentire viderent, id permiſerint, neque prohibuerint. Præterea quoque tabellionem qui talia inſtrumenta confecit, perpetuo exilio mulctat, (22) omnemque humanitatem & reditum ei negat. Ipſos etiam maximos Magiſtratus, qui talia admittunt & ejuſmodi rebus operam præſtant, aut apud ſe monumenta ad ejuſmodi donationes alioſve actus confirmandos confici patiuntur, Magiſtratu, dignitate & bonis expellere minatur. Hæc igitur cum additis minis prohibuiſſet, Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ rei Eccleſiaſticæ uſum ſeu uſum fructum, uti vocatur, ad certum aliquod tempus, vel quoad is qui accipit, vivet, dare permittit: hac tamen conditione, ut is qui illam liberalitatem accipit, (23) viciſſim rem ejuſdem quantitatis Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ dominii jure det, ex qua eundem reditum Sanctiſſima Eccleſia percipere poſſit, quantum ille ex uſufructu accepit: ita ſcilicet ut poſt mortem illius qui accepit vel tempus

tat, idque ſibi magis placere: & vertit, *Neque vero etiam remunerationis nomine aut commenti cujuſpiam prætextu* &c. Probat eam emendationem Cujac. *Expoſ. h. N.* Legendum ergo μηδ᾽ ἐπ᾽ ἀντιδόσει. Eadem phraſi utitur Imp. in *Nov. 120. Cap. 1.* Vid. & *Gothofr. h.* Hinc & in ſeq. *n. 25.* ἀντιδιδῶσι legitur.

(21) *ſi cum*) εἰ συναινοῦντα βλέποιεν ἑαυτῷ τινὶ συνεχώρησαν. Vet. *ſi conſentientes & videntes tale aliquid permiſerunt.* Agylæus notat non abſque mendo hunc locum eſſe apud Scrimgetum: vertit autem. *Si cum tale aliquid videret, iſtam rem per conſenſum permiſerit, & non impedierit.* Συναινῶ eſt συνομολογῶ, συγκατίθημι, *conſentio, collaudo, approbo. Pollux. l. 6. Heſych.* συναινεῖ, συνευδοκεῖ. Et ſic ſenſus videtur manifeſtus: Si cum oeconomi Epiſcopum viderent conſentientem alicui, id permiſerint.

(22) *omnemque*) Vet. *nullam ei clementiam aut reverſionem participans.*

(23) *viciſſim rem*) ἀντιδιδῶσι. Vet.

Digitized by Google

pus uſufructui præfinitum, tam uſus fructus rei Eccleſiaſticæ datæ ad Sanctiſſimam Eccleſiam redeat,(24)quam uſusfructus rei donatæ una cum dominio Sanctiſſimæ Eccleſiæ adquiratur. Ut enim talis contractus ſine periculo ſit, lex ſancit. Si vero id quod Sanctiſſimæ Eccleſiæ viciſſim datum eſt, minus ſit eo, quod ab ipſa datum eſt, cujus proprietatem quidem ſtatim accipit, uſumfructum vero ſe accepturam ſperat, irritum reddit contractum & pro non facto habet, atque vindicandi poteſtatem tribuit, utpote fraude contra jus Sanctiſſimæ Eccleſiæ commiſſa.

§. 1. Illa igitur lex breviter ea definit & ſub pœna injungit: in rebus autem ſolius Sanctiſſimæ Eccleſiæ ſubſiſtit. Atque omnem quidem fraudem, uti ante diximus tollit, malitiam vero poſterorum cohibere non potuit. Quidam enim (25) jus Paroecicum, uti vocatur, neque noſtris neque alterius cujusdam legibus cognitum, excogitantes, non exiguam fraudem adverſus hanc legem, perpetuam fere alienationem meditantes, machinati ſunt. Quod nos impoſterum fieri prohibuimus, ex quo legem de his rebus conſcripſimus. Ad Emphyteuſes etiam reſpexerunt,

& qui

ejusdem quantitatis recompenſet rem ſanctiſſ. majori Eccleſiæ ſub proprietatis ratione.

(24) *quam uſusfructus*) καὶ τῆς τῆς δωρηθέντος χρήσεως ἅμα τῇ δεσποτείᾳ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας γινόμενον. Vet. *& uſu donata rei cum proprietate Sanctiſſimæ Eccleſiæ faciendo.* Pro γινόμενον lege γινομένης, ut in præced.

(25) *jus Paroecicum*) Τὸ παροικικόν. Vet. *Jus Colonarium.* (Vide Gloſſ. & Ant. Aug.) Jus paroecicum, vulgo *libellarium* dici monet Cujacius in *Parat. ad Tit. Cod. d. SS. Eccleſ.* cum quo facit *Gothofr. ad l. 24. C. d. t.* & libellariam ab Emphyteuſi diverſam eſſe docet. Illam fieri ſcriptura intervenientе certo pretio, certaque penſione conſtituta, hac lege ut contractus certo tempore renovetur; Emphyteuſin vero non renovari niſi mutato poſſeſſore. &c. Vid. eum *d. l. & Cujac. ad l. Fend 11.* Sunt & quædam veteri verſioni inſerta, quæ in Græco textu non habentur, quæ ad explicationem illius juris faciunt; dicitur quippe: *Si quis domum valentem centum ſolidos, & præſtantem penſionem decem ſolidorum, accipiat quis ab Eccleſia, & det pro ea Solidos centum, ſeu amplius aut certo minus: & quaſi jam de proprio aggravet ſe dare ſingulis annis quaſi penſionis nomine ſolidos tres: iſte autem appellatur Paroecus, ſed ipſam domum ſub tam parva penſione in perpetuum & ipſe & heredes ejus poſſidebant.* Hæc verba Agylæus exiſtimat ex margine in textum traducta eſſe. Contius vero ea eſſe Veteris Interpre-

Digitized by Google

& qui antea rebus Sanctiſſimæ Eccleſiæ præerant, (26) Emphyteutis gratificantes quantitatem veri reditus admodum imminuerunt. Quare in quibusdam conſtitutionibus noſtris definivimus quidem, ut tribus ſolum perſonis, illi ſcilicet qui accepit, & duobus aliis ſucceſſoribus, Emphyteuſis concedatur; idque etiam in rebus Sanctisſimæ Eccleſiæ fieri permittimus, ſancientes tamen ne ob fortuitos caſus ultra ſextam partem emphyteutis remittatur, quoniam contractus tam effuſe & impie a quibusdam iniri accepimus, ut neque ſexta pars Sanctisſimæ Eccleſiæ relinquatur, reliquis omnibus Emphyteutæ concesſis. Anaſtaſius vero piæ memoriæ cum conſtituiſſet, ut alienationes,(27) ſi tempus ferret, in acta referrentur, & emphyteuſes (28) in acta non relatas ad vitam ſolum illius, qui accepit Emphyteuſin, reſtringeret, eas vero quæ in acta relatæ ſunt, in perpetuum extenderet, neque accuratam, neque utilem legem, ſed plane imperfectam fecit, cum de ſola diœceſi Patriarchicæ ſedis felicis hujus urbis, ſicuti diximus, legem tulerit.

CAPUT I.

Ne res ad religioſiſſima loca pertinentes alienentur.

SAncimus igitur, (jam enim ad legem veniendum eſt) ut neque felicis hujus urbis Sanctisſima Magna Eccleſia, neque ſub illa conſtitutæ

tis Latini, ac in margine lib. Dionyſ. notari: hæc non legi in libro Bulgari. Πάροικος *incolam* denotat. *Gloſſ. Cyril.* Πάροικος, *Accola*, *Incola*, *Colonus.* Illud vero Jus legibus incognitum eſſe etiam *d. l. 24. §. 1. C. d. SS. Eccleſ.* tradit. Verba textus latino inſerta antiqui autoris eſſe Stylus docet. An vero ſint Veteris Interpretis affirmari vix poteſt. Πάροχος legit *Alciat. Prætermiſſ. l.* ἀπὸ τῦ παρέχειν, quod præſtet & exhibeat penſionem. Ad quem locum *Contius* notat, cum hanc dictionem non recte interpretari,

(26) *Emphyteutis*) Vet. *Illis qui emphyteuſin accipiunt præſtantes.*

(27) *ſi tempus*) εἴπυ καὶ τῦτο γένοιτο καιρός. Vet. *Sicut etiam hujus rei fieret* tempus. Alii: *Sicut etiam hujus rei tempus adjiceretur.* Agyl. *Si tempus ferret.* Lege εἴπυ καὶ τύτυ γένοιτο &c. Reſpicit Imperator ad caſus, quibus in *l. 17. C. §. 1. SS. Eccleſ.* ab Anaſtaſio alienatio rerum illarum permiſſa fuit.

[28] *in acta*) πρᾶξιν ὑπομνημάτων διαλήξεις γίνεσθαι. Vet. *geſta monumentorum conſtituens fieri ſuper alienationi-*

ſtitutæ, (29) quibus ut ſumtus ſuppeditaret ſuſcepit (quemadmodum Anaſtaſius piæ memoriæ illam interpretatus eſt) neque reliquæ omnes Eccleſiæ, quæ in felici hac civitate, vel in vicinia ejus, neque quæ ſub Patriarchica ſede felicis hujus urbis ſunt, quarum Metropolitanos ipſa conſtituit, neque alius quisquam uſpiam Patriarcha aut Epiſcopus (eos dicimus qui in Oriente, Illyrico, Ægypto præterea, & huic contermina atque unita (30) Lybia, quique in Afrorum regione, & ut omnes complectamur, quicunque in noſtris ſunt terris) neque Piiſſimi Epiſcopi, qui in Occidente ſunt, a Veteri Roma usque ad Sanctiſſimas Orthodoxas Eccleſias ad Oceanum conſtitutas, neque xenodochus quisquam, aut ptochotrophus, aut noſocomus, aut orphanotrophus, aut gerontocomus, aut brephotrophus, aut Monaſterii Virorum vel mulierum (31) Abbas vel Abbatiſſa, aut quivis alius, qui Sacris cœtibus præeſt, licentiam habeat rem immobilem, vel ædificia, vel agros, vel hortos, vel id genus alia alienandi, neque mancipium ruſticum, neque annonam civilem nequidem ſpecialis pignoris nomine creditoribus tradendi. (32) Alienationis vero nomen generalius ideo poſuimus, ut prohiberemus & venditionem & donationem & permutationem & emphyteuſin perpetuam, quæ non procul ab alienatione abeſt. Omnes igitur ubique Sacerdotes ejusmodi alienatione arcemus, & iisdem pœnis, quas Leonis piæ memoriæ conſtitutio ſtatuit, eos afficimus. Illa enim ut in

N 3 omni-

bus. Mox ſequitur δίχα μὲν τῆς πράξεως & μετὰ δὲ αὐτῆς. *Cum geſtis & ſine geſtis.* In *l. 31. 34. 36. C. d.* donat. *monumenta & geſta* promiſcue accipiuntur. Julianus vertit, *ut monumentis intimentur, vel actis intervenientibus confirmentur. l. 17. C. SS. d. Eccleſ.* μνημονευόντων τῆς τῶν ὑπομνημάτων πράξεως. *l. 19. ibid. actorum confectiones.* Item ἐν ὑπομνήσει φανερωθῇ, *in actis manifeſtetur. Ant. Auguſtinus* hypomnemata *acta* vertit in *Modeſtino,* barbarus vero, ut ille ait, interpres Modeſtini, *ſubcommemorationes* vel *depoſitiones.*

(29) *quibus ut*) ὧν αὐτὴ τὴν χορηγίαν ἐδέξατο. Vet. *quarum ipſa prærogationem ſuſcepit.*

(30) *Lybia*) Λυβίης. Vet. *in Lycaonia atque in Lycia.*

(31) *Abbas*) ἡγούμενος. Julian. *Archimandritam habens* vel *Archimandritiſſam.* Vid. Ant. Aug. voce *Archimandritiſſa.*

(32) *Alienationis*) Vid. Ant. Aug. eo verbo.

Digitized by Google

omnibus valeat & firma ſit,ſancimus. Quapropter eam quoque propoſuimus, illamque non Patria lingua, ſed communi & Græca hanc legem conſcripſimus,ut omnibus nota ſit,cum facilis ſit ejus interpretatio. Quod autem jam præteriit, miſſum facimus: tot enim contractus ante longum tempus initos movere, multæ eſſet curioſitatis. Quare quæ hactenus facta ſunt, formam ſuam retineant: impoſterum vero omnem alienationem prohibemus, eique dictas pœnas imponimus.

CAPUT II.

De Principe qui rem immobilem venerabili loco dedit.

UT vero hæc lex ad humanæ naturæ varietatem, atque ad id quod ſemper contingit accommodata, perpetuo immota maneat, (quid enim inter homines adeo ſtabile & inconcuſſum eſt, ut nullam mutationem patiatur, cum totus noſter ſtatus in perpetuo motu ſit) exceptiones quaſdam multis vigiliis & diligentia inventas legi addere neceſſarium putavimus, ut earum auxilio lex nequaquam concutiatur.

§. 1. Permittimus igitur Imperatori, ut ſi quædam in commune utilis, & ad Reipublicæ utilitatem ſpectans neceſſitas adſit, quæque poſſeſſionem ejuſmodi rei immobilis, qualem propoſuimus, exigat, eam a Sanctiſſimis Eccleſiis, reliquisque ſacris domibus & collegiis illi accipere liceat, ut tamen ſemper ſacræ domus indemnes ſerventur, & ab accipiente res æqualis vel major quam data eſt, viciſſim detur. Quam enim cauſam afferet Imperator, cur meliora non det, cui Deus largitus eſt ut multa habeat, multorum Dominus ſit, & facile dare poſſit, maxime Sanctiſſimis Eccleſiis: quibus (33) ſine menſura donare optima menſura eſt. Quare ſi tale quid fiat, & pragmatica ſanctio prodeat, quæ ex illis rebus Imperatori quid dari præcipiat, & ipſe mox meliorem, præſtantiorem & utiliorem rem viciſſim det, firma ſit ea permutatio; & qui præſunt domibus, ad quas id quod alienatur pertinet, quique talibus inſtrumentis conficiendis operam navarunt,

(33) *ſine menſura*) ἡ τῶν δωρουμένων ἀμετρία. Vet. *donatarum eis rerum immenſitas.*

varunt, omni culpa vacent, nec ullam earum pœnam, quas Leo piæ memoriæ minatus eſt & nos confirmavimus, metuant. Neque enim multum inter ſe differunt Sacerdotium & Imperium, neque res ſacræ a rebus communibus & publicis: cum Sanctiſſimis Eccleſiis omnes opes atqueſtatus a munificentia Imperatoris perpetuo præbeantur. Quare ſi id, quod convenit, ſibi mutuo præſtent, nemo eos jure reprehendere poterit. Omnem vero venditionem, aut donationem, aut permutationem, aut emphyteuſin perpetuam, ſive cum ipſo Imperatore, ſive cum alia quacunque perſona contractam, prorſus tollimus. Neque etiam pignus in re immobili conſtitutum ſub mutui ſpecie permittimus. Atque hoc in omni Eccleſia, omni monaſterio, noſocomio, xenodochio, brephotrophio, aſceterio, gerontocomio, omnique plane collegio (34) ad piam cauſam conſtituto, valere volumus, nec cuiquam horum ab ipſis quid accipere liceat. Quare neque conſtitutione Anaſtaſii divæ memoriæ, neque decretis ſecundum eam faciendis, neque dicta obſervatione amplius opus erit. Cum enim ipſa rei principia tollamus (35) quodque fieri ſolet prohibeamus, ulteriori curioſitate non indigebimus.

CAPUT III.

Quomodo rerum Eccleſiaſticarum Emphyteuſis contrahi debeat.

EMphyteuſin vero a Sanctiſſima Eccleſia, reliquisque omnibus venerandis domibus tum perſonæ accipientis, tum etiam duobus ejus ſequentibus hæredibus dari permittimus: ſolis ſcilicet liberis maſculis aut fœminis, vel nepotibus utriusque ſexus, vel uxori aut viro, ſi uxoris aut viri expreſſa mentio facta ſit. Ad alium vero hæredem non tranſeat, ſed ætatem eorum qui acceperunt, ſi liberos aut nepotes non habeant, ſolum durabit. Alia vero ulla ratione in re Eccleſiaſtica, vel im-

(34) *ad piam cauſam*) ὅτις πρᾶξις εὐσεβὴς συνίσταται. Vet. *quod actio pia conſtituit.* Agyl. *coetum, qui pietatis religionisque cauſa coeat.*

[35] *quodque fieri*) Vet. *& prohibentes quod fit, nequaquam perſcrutatione deinceps indigebimus.* Agyl. *conatusque inhibeantur, nullum deinceps oboriri poſſit negotium.*

immobili ad pauperes pertinente, vel mancipio ruſtico, vel annona civili emphyteuſin conſtitui nullo modo permittimus, neque id quod factum eſt ullam vim habere ſinimus.

§. 1 Quoniam vero Leonis piæ memoriæ conſtitutione ſancitum eſt, ut nulla penitus diminutione facta res Eccleſiaſtica concedatur, nos vero in alia conſtitutione a nobis conſcripta, ut ſexta ſolum pars in Emphyteuſibus detrahatur, ſancivimus, hunc modum ejusmodi diminutionibus ſtatuimus, ut canon earum rerum quæ dandæ ſunt, qualis ab initio fuit, (36) & ad Sanctiſſimam Eccleſiam redit & diligentiſſime & accuratiſſime quæratur: & Emphyteuſis iis perſonis detur, quas ante diximus: tum enim ſextam illarum partem (37) accurate computatam remittimus. Quod ſi canon ob fortuitos quosdam caſus imminutus ſit, tunc is qui Emphyteuſin ſuſcipere vult, vel ſub toto canone tunc conſtituto eam accipiat, vel plane non accipiat, cum locare potius, quam Emphyteuſin ita diminuere liceat. Si vero in Eccleſiaſtico aliquo (38) prædio ſuburbano eoque pretioſo Emphyteuſis conſtituatur (cujusmodi multa maxime in felici hac urbe eſſe ſcimus, quæ magni quidem pretii ſunt, verum ex quibus minimus, vel plane nullus reditus percipitur) non ex reditu Emphyteuſis metienda, ſed ſuburbanum accurate æſtimandum, & reditus computandus eſt, qui ex pretio viginti annis collecto (39) percipi poteſt: redituque ita computato Emphyteuſis non in perpetuum, ſed accipienti, & duobus ejus ſucceſſoribus, & viro atque uxori, ſicuti ante diximus, concedenda eſt.

§. 2. Sciant autem emphyteutæ, quod ſi continuo biennio canonem emphyteuticum non ſolvant (ut enim hoc tempus pro triennio in

(36) *& ad Sanctiſſ.*) καὶ εἰς τὴν ἁγιωτάτην ἐλθεῖν, Ἐκκλησίαν. Vet. *quando ad Sanctiſſ* Agyl. *& quantam* &c.

(37) *accurate*) σὺν ἀκριβείᾳ λογιζομένην ἐφίεμεν. Vet. *cum ſcrupuloſitate imputandam concedimus.* Agyl. *ſexta portio remittatur.*

(38) *prædio ſuburbano*) προαστείου. Julian. *Proaſtii*, quod miratur Alciatus lib. 1. Prætermiſſ. cum dicere potuerit *Suburbani. CONT.* Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.*

[39] *percipi*) ἀνεῖσθαι. Heſych. ἀνεῖν, πωλεῖν, ἀπολαύειν, δύναμιν, ἀπέλαυσε. Vet. *poſſibiles in viginti annis computari.* Agyl. *percipi.*

Digitized by Google

in aliis hominibus definito, (40) ad emphyteuſin Eccleſiaſticam vel ad pauperes pertinentem amittendam, (41) non ſoluto canone ſufficiat, ſancimus) omnino (42) emphyteuſin amiſſuri, quique ſacris domibus præſunt, poteſtatem ſi velint habituri ſint prædia & domos (43) vindicandi, ſine metu reddendi (44) meliorationes. Verum ſi emphyteuta prædium aut ſuburbanum aut ædificium deterius fecerit, (45) cogatur curam adhibere, ut de ſuo in priorem ſtatum reſtituatur: neque ipſe ſolum, ſed etiam hæredes & ſucceſſores ejusve bona ad id obligata ſint: ad hæc omnes reditus, quos debet, ſine mora ab ipſo exigantur. Quod autem a nobis dictum eſt, nullam rem immobilem Eccleſiaſticam, aut pauperum uſibus deſtinatam (46) nulli perſonæ noſtræ Reipublicæ alienare permiſſum eſſe, id ut valeat ſancimus, non ſolum in ædificiis ſtantibus, & ſuburbanis, & agris, & hortis, verum etiam collapſis ædificiis, ſive igne, ſive terræ motu, ſive alia quacunque cauſa

O ruina

(40) *ad amittendam*] εἰς ἔκπτωσιν. Vet. *ad caſum.*

(41) *non ſoluto*) ἐξ ἀγνωμοσύνης i.e. *ex indevotione, ingratitudine*, de qua voce ad Nov. 1. dictum. Vet. *pro non ſoluto canone.*

(42) *emphyteuſin*] γινέσθαι ἔξω τοῦ ἐμφυτεύματος. Vet. *fient omnino extranei emphyteumatis.*

(43) *vindicandi*) ἀντιλαμβάνεσθαι, quod eſt *apprehendere, vindicare.* Vet. *defendere.* Gloſs. Cyril. ἀντιλαμβάνομαι, *ſuſcipio*, affecto.

[44] *meliorationes*) ἐμποιημάτων. Vet. *meliorationes.* Julian. *emponemata* Quid illa ſint, explicat idem his verbis: Emponemata autem dicimus ea, quæ labore contrahentis in agro meliorata ſunt. (Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.*)

(45) *cogatur ille*) ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν οἴκοθεν τὴν ἐπιμέλειαν καὶ ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως ποιεῖν. Vet. *cogi eum de ſuo diligentiam ac reſtitutionem priſci ſtatus facere.* Jul. *cogatur de ſuo ſumtus dare & reſtituere priſtinam prædii faciem.* Ὄψις ἡ θέα, *viſu viſus*, ὄψις ἡ πρόσοψις, *aſpectus, ſpecies.* Gloſſ. Cyril. *Nov. 59. Cap. 4. pr.* ἀπαιτεῖν τὴν τούτων ὄψιν καθαρὰν παρ' αὐτοῖς ἐστί. Vet. *exigere horum faciem puram ab eis, qualis eſt.*

(46) *nulli*) πρὸς μηδὲν τῶν τῆς ἡμετέρας πολιτείας πρόσωπον θεσπίζομεν κρατεῖν. Vet. *Sit permiſſa: ad nullam noſtra reipublica perſonam ſancimus valere.* Sic vulgo hæc diſtincta leguntur: debet autem diſtinctio minor poſt verbum κρατεῖν tolli, & comma poni poſt πρόσωπον, & ſecundum hæc Vetus etiam verſio emendanda. Non male quoque quis pro πρόσωπον legeret προσώπων: Etſi vulgatum quoque defendi poſſit.

ruina facta ſit: item iis quæ plane deſtructa ſunt, & in ſolo collapſa jacent, tum etiam (47) in meris ruderibus (48) nullam materiam ad ædificandum idoneam habentibus. Nam nec illorum alienationem permittimus, excepta ſola emphyteuſi temporaria, ſecundum ea quæ antea de ſupra dictis illis tribus perſonis diximus. Et ne fraus quædam in hac etiam re committatur, duo pro tempore (49) primarii Mechanici aut Architecti, ſive in regia hac & magna urbe, cum Dei amantiſſimis Oeconomis, & quinque religioſiſſimis Presbyteris, & duobus Diaconis, præſente etiam piiſſimo ArchiEpiſcopo, ſive in provincia, duo inſignes Mechanici aut Architecti, vel etiam unus (ſi civitas unum ſolum habeat) in ipſis locis ſint præſentes, ſacriſque Evangeliis in medium poſitis ab Architectis definiatur, quantum Emphyteuſeos nomine Sanctiſſimæ Eccleſiæ pro hoc ſolvi par ſit, deque iis emphyteuticum inſtrumentum ſecundum formam ſupra traditam conficiatur. Ille vero ædificet, & materia, ſi quam habet, utatur, & ad duos ſucceſſores ut dictum eſt, emphyteuſin transmittat, atque ita poſt trium perſonarum mortem ad Sanctiſſimam Eccleſiam, vel domum venerabilem, a qua Emphyteuſis conſtituta eſt, redeat, & contractus ille valeat, ut qui præſenti legi non repugnat.

§. 3. Neque id, quod hactenus contra tales contractus machinatum eſt, (50) valere permittimus, ut adjiciatur licere impleto duorum hæredum tempore ſucceſſoribus eorum in Emphyteuſin rem illam accipere, & ſemper aliis præponi. Hoc enim nil aliud eſt quam per ambages & machi-

(47) *in meris rud.*) ἐπὶ ψιλῶν ἐρει-πίων. Vet. *in puris ruinis.* Interpres Æſchili, ἐρείπια κυρίως τὰ παρεστώματα τῶν οἴκων λέγονται. *Cujac.* Suidas. Ἐρείπιον τὸ ἡμιπτωτον οἴκημα. *Rudera, domus.*

(48) *nullam mater.*) μηδεμίαν ἐ-χόντων οἰκοδομίαν, μηδὲ ὕλην κειμένην. Vet. *nullum ædificium habentibus neque materiam jacentem.* Agyl *addo nuda rudera etiam, quæ nullam ædificii ſpeciem præ ſe ferunt, nec ullam materiam habent.* Julian. *quamvis nullum ædificium, nullam materiam habeant.*

(49) *primarii Mechanici*) πρω-τευόντων μηχανικῶν. Vet. & Julian. *primatibus Mechanicis.* Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *Primates*, & voce *Mechanici.*

(50) *valere permitt.*) κρατεῖν συγ-χωρουμένου τῇ προσθήκῃ &c. Vet. *valere permittendum eſt de adjectione, ut ſi vel* &c.

Digitized by Google

machinationem Emphyteuſes perpetuas facere, imo res Eccleſiaſticas auferre. Quin licet tale quid factum ſit, nulla neceſſitas religioſiſſimis Oeconomis incumbat, duobus illis hæredibus defunctis, ſucceſſoribus eorum (51) Emphyteuſin tradendi.

CAPUT IV.

Quomodo uſusfructus rerum ad ſacra loca pertinentium conſtituatur.

QUodſi quis rem Eccleſiaſticam vel Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ, vel alterius cujuscunque in toto noſtro Imperio ſitæ, vel Prochiorum, in uſum (qui uſusfructus vocatur) accipere velit, non aliter quam ſecundum prædictam obſervationem, & formam conſtitutionis Leonis piæ memoriæ eam accipiat. Adeo ut ſi locuples ſit & immobilium bonorum dominus, aliam ſtatim rem proprietatis jure Sanctiſſimæ Eccleſiæ, vel ſacræ domui, a qua eam accipit, viciſſim det, quæ tantum & talem reditum ferat, quantum aut qualem fert id quod datum eſt: eoque mortuo res Eccleſiaſtica (52) vel quæ ad pauperes ſpectat ad venerabilem domum cum dato uſufructu, illius vitæ tempus qui eum accepit non excedente redeat: Similiter vero rei viciſſim datæ uſumfructum capiat, ut poſt mortem ejus, qui accepit, vel tempus dationi uſusfructus præfinitum, ſcilicet quod vitam ejus qui accepit non excedat, utrumque in totum, & quoad proprietatem & quoad uſumfructum ad Sanctiſſimam Eccleſiam pertineat.

CAPUT V.

Quas pœnas ſuſtineant, qui res prædictas alienant.

QUoniam vero Leonis piæ memoriæ conſtitutio fere in venditione ſolum pœnas ſtatuit, nos vero non ſolum venditiones, ſed & dona-

(51) *emphyt.*) ἐκδίδοσθαι, proprie *elocare*. Vet. *cæteris tradere*.

(52) *vel quæ ad*) ἢ πτωχικὸν πρᾶγμα. Vet. *aut Ptochica res*. (Vid. Gloſſ. Julian. voce *Ptochica res*) Τὰ πτωχικὰ eſſe reliqua redituum Epiſcopalium, quæ ut ſuperflua mendicis diſtribuebantur, docet *Meurſ. in Gloſſ.*

donationes, permutationes, Emphyteuſes perpetuas, pignorum dationes in rebus immobilibus prohibuimus: quoſdam autem periculorum adeo cupidos eſſe videmus, ut in vetita niti, & pro ea quam habent voluntate & audacia (53) leges tentare, eaque facere audeant, quæ omnimodo prohibita ſunt, & homini etiam mortem forte afferunt. Propterea neceſſarium duximus in unumquemque contractum certam ſtatuere pœnam, ita ſcilicet ut illæ pœnæ, quas dicta conſtitutio Leonis piæ memoriæ Oeconomis minata eſt, ſimiliter etiam Oeconomo, aut Xenodocho, aut Abbati, vel Abbatiſſæ Monaſterii aut Aſceterii, prout ſupra diſpoſitum eſt, jam immineant. Si quis igitur rem Eccleſiaſticam vel ad pauperes pertinentem, emere auſus fuerit, ille pretium ſtatim amittat, & res quam accepit, cum omni medii temporis acceſſione exigatur, ac adverſus Sanctiſſimam Eccleſiam quidem aut venerabilem domum nullam prorſus actionem, verum adverſus religioſiſſimos Oeconomos, vel quoſcunque venditores, quoad propria eorum bona actionem ex contractu habeat, quo illi, ſi non timore Dei, ſaltem metu ſubſtantiæ ſuæ, ad vendendum fiant tardiores.

§. 1. Si quis autem dono rem Eccleſiaſticam, vel ad pauperes pertinentem accipere auſit, & ipſam rem donatam totam amittat, & aliam ejuſdem valoris ex ſubſtantia ſua Sanctiſſimæ Eccleſiæ, vel ſacræ domui, a qua illam accepit, viciſſim det: ut novum illud facinus, quod perpetrare voluit, ipſe in ſuis rebus committens, propriam ſentiat malitiam.

§. 2. Si vero permutatio inter quaſdam perſonas fiat, ſolo Imperatore, ſicut ſupra diximus excepto, qui permutationem accepit, huic pœnæ ſubjaceat, ut rem datam amittat, eaque ſtatim ad ſacram domum unde venit revertatur, & quod pro ea datum eſt apud venerabilem domum maneat, quique rem illicitam aggreditur, merito utraque excidat. Adeo ut pœnam hanc ſuſtineat, ut & proprias res amittat, & quod ſperavit non accipiat: actione etiam hic contra ſubſtantiam eorum illi ſervata, qui contractum cum illo celebrarunt.

CAPUT

(53) *leges tentare*) ἀπόπειραν ποιεῖσθαι. Gloſſ. Cyril. ἀπόπειρα, *Temptacio*, &c. Vet. *circumventionem facere*

CAPUT VI.

Ut res Eccleſiæ generali non vero ſpeciali hypothecæ ſubjaceant.

SI vero creditor ſub (54) corporali pignore rem immobilem Eccleſiaſticam, vel ad pauperes pertinentem, domus forte, aut ſuburbana, aut agros, aut hortos, aut annonas civiles, aut mancipia ruſtica accipere voluerit, & pro hoc pecuniam dederit, excidat is credito & Sanctiſſima Eccleſia, vel venerabilis domus, quæ mutuum accepit, pecuniam creditam lucretur, actione etiam hic contra Oeconomum, qui mutuum contraxit, vel Xenodochum, vel Ptochotrophum, vel Monaſterii, aut Aſceterii, aut reliquorum ſacrorum collegiorum Præſulem, creditori competente. Atque hæc omnia etiam in Abbatiſſis muliebrium Aſceteriorum vel Monaſteriorum valeant.

§. 1. Si enim (55) in univerſum Sanctiſſimis Eccleſiis, aut aliis ſacris domibus pecunia mutua opus ſit ad neceſſariam ſcilicet & inevitabilem ſolum cauſam, & ſine qua neceſſaria (56) negotia nequeant expediri, vel ad rem aliquam quæ Eccleſiæ utiliſſima ſit, liceat illis, qui iis præſunt; generalem hypothecam conſtituere, non autem ſpeciale pignus creditoribus concedere.

(54) *corporali*) εἰς σωματικὸν ἐνέχυρον. Vet. *in pignore corporali elegerit accipere.* Speciale pignus id dicitur in *§. 1. h. Cap.* & generale ſolum permittitur. Videtur autem per corporale & ſpeciale pignus intelligendum pignus in ſpecie ita dictum, quod creditori in manus traditur. Sic *l. 1. 2. & 5. C. Th. de donat. corporalis traditio* & inductio. Dotem corporaliter tradere. *l. 15. d. bonis proſcript. ibid.* Conſentit Julian. qui habet: *Sin autem pignus creditor ad corporalem detentationem acceperit.*

[55] *in univerſum*) ὅλαις ταῖς ἁγιωτάταις &c. Vet. *omnino*, [ὅλως] id eſt *quibuscunque in univerſum*, ut *Nov. 6. Cap. 6. in fin. Nov. 7. Cap. 5. pr. & Cap. 13. pr. Nov. 8. præf. pr.* Sic autem legendum.

(56) *negotia*) τὸ κατεπεῖγον πληρωθῆναι. Vet. *quod imminet.* Agyl. *urgentem cauſam.*

CAPUT VII.

Quas pœnas ſuſtineant, qui perpetuam Emphyteuſin conſtituunt.

SI quis etiam perpetuam Emphyteuſin, id quod non licet, accipere auſus fuerit, vel temporalem quidem, ſed non ſecundum hujus noſtræ legis obſervationem etiam is Emphyteuſi excidat, & quod datum eſt, apud venerabilem domum maneat, perpetuo etiam poſtquam Emphyteuſi excidit, det, quantum ſoluturus fuiſſet, ſi juxta legem Emphyteuſin ſubiiſſet, nihilque apud eum ex rebus Ptochicis fruſtra illi in Emphyteuſin datis maneat.

§. 1. Hæc igitur omnia obſerventur, & dictis pœnis ſubjecta ſint. Neque tabelliones in talibus (57) contractibus operam præſtare audeant, ſed perpetuum exilium, & quod illis nunquam redeundum ſit, metuant, etiam ſi ſacrum reſcriptum id permittat. Nec Magiſtratus talia inſtrumenta aut (58) imperare, aut ſi facta ſint admittere, & actis intervenientibus confirmare audeant: ne & ipſi (59) Magiſtratus dignitatem & bona ſecundum Leonis conſtitutionem amittant.

CAPUT VIII.

Ne ſacra vaſa alienentur.

EAdem pœnæ obſervandæ quoque ſunt circa eos, qui ſacra vaſa ſecundum noſtram legem oppignorant, aut vendunt, aut conflant, ut ea alienent. Nam & illos æquali vel majore pœna dignos eſſe ſancimus, quia in res etiam ſacras & Deo jam conſecratas impii eſſe audent. Niſi tamen ad redemtionem captivorum, uti diximus, id fiat, ubi alienatione inanimatæ (60) ſuppellectilis animæ hominum a morte &

(57) *contractibus*] συμβολαίοις. Vet. & Jul. *inſtrumentis.*

[58] *imperare*] ὑπαγορεύειν. Julian. & Vet. *dictare.* Agyl. *dictaverint conficive juſſerint.* Gloſſ. Cyril. ὑπαγορεύω *dicto.* ὑπαγορεύων, *dictator.* Suidas, ὑπαγορεῦσαι, δοτικῇ ἑρμηνεῦσαι, *interpretari.*

[59] *Magiſtratus*] ἀρχῆς. Vet. *Cinguli.* Julian. *honore.* De Cingulo infra dicemus.

[60] *ſuppellectilis*] κειμηλίων. Vet.

& vinculis liberantur. Id quod etiam in alienatione annonæ civilis, ſicut ſæpius diximus, obſervandum eſt, propterea quod tales annonas civiles non ſolum in regia hac urbe, ſed etiam in Magna Alexandria & (61) Theopoli, fortaſſis etiam in aliis quibusdam provinciis eſſe didicimus. Si enim alibi quoque talis quædam ſit poſſeſſio, in illa quoque lex cuſtodiatur, atque obſervantia illius extendatur.

CAPUT IX.

De eo qui per (62) pragmaticam (formam) res Eccleſiæ emit.

QUoniam autem veriſimile eſt, quosdam ad labefactandam hanc legem noſtram operam daturos, ut pragmaticas noſtras ſanctiones impetrent, quæ tale quid ipſis facere permittant, etiam hoc in omni perſona prohibemus, majore & minore, ſive Magiſtratum quendam gerat, ſive ex iis ſit qui circa nos ſunt, ſive ex reliquis plebeis; Sancimus igitur, ut nemini prorſus ejusmodi pragmaticam Sanctionem prætendere liceat, neque ea ratione rem immobilem ad Sanctiſſimas Eccleſias vel monaſteria, vel Ptochia, vel ſacra collegia pertinentem accipere. Sed glorioſiſſimo Quæſtori pœna (63) quinquaginta librarum auri, ſi tale quid (64) juſſerit, immineat, & Glorioſiſſimos Magiſtratus, qui inſinuationem talis pragmaticæ Sanctionis ſuſcipiunt, eadem pœna maneat, tum etiam (65) Tabelliones, ſi tale inſtrumentum ſcripſerunt, in conſtitutionem Leonis piæ memoriæ incidant: Epiſcopi, quoque Deo amiciſſimi vel religioſiſſimi Oeconomi ſine periculo ejusmodi ſacras prag-

vaſorum Heſych. Κειμήλιον, τὰ ἀπόθετα πράγματα &c.

[61] *Theopoli*] ἐπὶ τῆς θεοῦ πόλεως. Hi ſunt Antiocheni, ut docui obſerv. Cap. 21. *CUJAC. Expoſ. h.* Antiochia Theopolis vocata eſt a S. Simeone Thaumaturgo, ob repertum ibi oraculum, quod ſic ſe habuiſſe fertur: καὶ σὺ τάλαινα πόλις Αντιόχου οὐ κληθήσῃ. *Et tu miſera urbs Antiochi non vocaberis. Joh. Malala Chronogr. in Juſtin. pag. 177.*

[62] *pragmaticam*) διὰ πραγματικῶς: legendum πραγματικὸν ſcilicet τύπον. Vet. *per pragmaticam.*

(63) *quinquaginta*] Sic & Julian. Vet. *centum librarum auri.*

[64] *juſſerit*] ὑπαγορεύσῃ. Supra num. 58. ὑπαγορεύειν. Vet. & Julian. *dictaverit.*

[65] *Tabelliones*] Vid. Gloſſ. Jul.

Digitized by Google

pragmaticas ſanctiones rejiciant, imo cum periculo admittant, ſeque de Sacerdotio periclitaturos ſciant, ſi neglectis legibus, ejusmodi pragmaticis ſanctionibus obſequantur.

§. 1. Quæ enim in commune & in genere, ac pro omnium utilitate ſancita ſunt, ea magis obtinere oportet, quam (66) quæ ſtudio quorundam ad corrumpendas leges communes fiunt. Hæ vero ſolæ res locentur, & in Emphyteuſin dentur, quas eo indigere exiſtimant.

CAPUT X.

De Adminiſtratore qui rem Eccleſiæ alienavit.

SI tamen Deo amiciſſimi Oeconomi, vel aliorum collegiorum Præſules, ipſi quædam adminiſtrare velint, nulli (67) Magiſtratui, ne quidem ſecundum ſacram pragmaticam ſanctionem eos cogere liceat, ut ea vel locent, vel in Emphyteuſin concedant. (68) Nam qui id fecerit, ſacrilegii omnibusque pœnis hac noſtra lege comprehenſis obnoxius ſit.

CAPUT XI.

De Monaſteriis non alienandis.

CUm vero grave aliquod delictum apud Alexandrinos & Ægyptios, & in aliis quibusdam imperii noſtri locis commiſſum eſſe cognovérimus, nonnullos ipſa ſacra Monaſteria vendere, aut permutare, aut donare

[66] *quæ ſtudio*] ἢ τὰ κατά τινῶν σπουδὴν γινόμενα. Vet. *ea quæ circa aliquos ſtudentur agi.*

[67] *Magiſtratui*] μηδενὶ τῶν ἐν δυνάμει. Vet. & Julian. *qui in potentatu ſunt.* Sic, *Potentatu ſe defendere. l. 53. C. d. Epiſc. & Cler.*

[68] *Nam qui*] Ἐπεὶ τὸν τοῦτο πράττοντα, ἱεροσυλίας τε &c. Vet. Interpr. hæc jungit præcedentibus: *aut per emphyteuſin* hæc tradere ei qui hoc agit: & ſacrilegii &c. Julian. *Si quis in potentatu conſtitutus pragmaticam Sanctionem impetraverit, cogentem oeconomos* &c. *ea quæ aliis neque locata neque emphyteuſeos titulo data ſunt, ſibi locari, ſed emphyteuſeos nomine dari* &c.

nare auſos eſſe; (in quibus & (69) monaſterium collocatum, (70) & ſacrum miniſterium peractum eſt, quod in Sanctiſſimis Eccleſiis, ſacris litteris lectis, & ſacro ſancta atque ineffabili communione celebrata peragi ſolet, ubi etiam Monachorum eſt domicilium) ita ut illa a ſacra & pia forma ad privatum (71) uſum & conditionem transferatur: id ne impoſterum fiat omnino prohibemus, nulliquc hominum ea committere permittimus. Sed & ſi quid factum ſit id prorſus irritum declaramus, pretiique amiſſionem accipienti imponimus, venditorem vero rei & pretii amiſſione mulctamus, Sanctiſſimæ Eccleſiæ & venerabilibus illius loci Monaſterii illa tribuentes. Quare illius curam gerant, ut quod male alienatum eſt rurſus ad Monachicum ſtatum reducatur, neque hypotheca in his rebus valeat, ſed irritum ſit & monaſterium rurſus (72) ſacro miniſterio addicatur.

CAPUT XII.

(73) *De ſterilibus Eccleſiæ agris.*

QUemadmodum autem damnoſas alienationes prohibuimus, ita & damnoſas acquiſitiones prohibemus. Multæ enim lites apud nos motæ ſunt, ubi incultos agros Sanctiſſimiis Eccleſiis, vel venerabilibus domibus quidam donarunt, vel etiam ut fertiles eos vendiderunt, cum tamen (74) plane ſteriles eſſent, adeoque ſacras domos læſerunt. Prohibemus igitur, ne religioſiſſimorum domuum Rectores tale quid faciant: vel ſciant quod ſi cum omni diligentia tales contractus non ineant, ſed

[60] *monaſterium*] μοναστήριον. Vet. & Jul. *altare.*

[70] *& ſacrum miniſt.*) καὶ ἱερὰ γίγνεται λειτουργία. Julian. *Sacra miſſa facta.* Vet. *Sacrum miniſterium exhibitum.* Λειτουργίαν dicit Imperator fieri lectis ſacris litcris & tradita populo ſacra & ineffabili communione.

[71] *uſum*] δίαιτάν τι. Vet. *manſionem.* Eſt autem præter ea, quæ ſupra tradidimus quoque *domicilium.*

[72] *ſacro miniſt.*] τῇ ἱερᾷ λειτουργίᾳ. Julian. *ut iterum in Sanctiſſimo monaſterio ſacra procedat miſſa.* Vet. *& rurſus ſacro monaſterio aſſignanda* [ſcilicet *hypotheca*]

[73] *de ſterilibus*] περὶ τῶ τῆς Ἐκκλησίας ἀπίεων χωρίων. Lege τῶν ἀπόρων.

[74] *plane ſteriles*) καίτοιγε ἄπορα τὴν ἀρχὴν καθεστῶτα. Vet. & Agyl. *in principio.*

(75) ſterilis quædam & damnoſa res Eccleſiis, vel Monaſteriis, vel Xenodochiis, vel Noſocomiis, vel aliis ſacris collegiis detur, contractus quidem pro infecto habendus, & quod dolo atque fraude datum eſt, is qui dedit, recepturus ſit. Oeconomus vero, qui tale quid fecit, vel Xenodochus, vel Noſocomus, vel Ptochotrophus, vel Orphanotrophus, vel Gerontocomus, vel Abbas de ſuo damnum exinde contingens, illi qui dedit, reſarcient. Si vero res eam formam acceperit, ut pecunia pro ea data ſit, hanc venerabilis domus, quæ ſterile quid accepit, lucrabitur, qui vero pecuniam dedit contra eum qui contraxit, exinde actionem, ſicut ſupra diximus, habebit.

EPILOGUS.

HÆc lex de Eccleſiaſticarum vel quarumcunque rerum ad pauperes pertinentium alienatione lata ſit, quæ Leonis quidem piæ memoriæ conſtitutionem piè ſequitur, non vero huic certe medetur, illud vero inſanatum relinquit. Atque hæc in omnem terram, in qua Romanorum lex & Catholicæ Eccleſiæ ritus obtinet, extendatur, & quæ ſua ſunt definiat, atque in perpetuum valeat, & obſervetur tum a Sanctiſſimis Patriarchis cujusque diœceſeos, tum a Dei amantiſſimis Metropolitanis, tum etiam a reliquis Epiſcopis & Clericis, Oeconomis, Præſulibus, Xenodochis, Noſocomis, Orphanotrophis, Brephotrophis, Gerontocomis, & ſimpliciter omnibus illis, qui ſacris collegiis præſunt, omnibus propriam vim tribuens, & poteſtatem cuicunque concedens de-

[75] *Sterilis quædam*] ἄπορός τις κτῆσις. Vet. *foenea poſſeſſio*. Recte Vetus Interpres: *Foenea poſſeſſio*, ut docui eodem libro (VIII. obſerv.) Cap. 40. *Cujac. Expoſ. h. Nov.* Ad Hal. verſionem notatum Veterem Interpretem videri legiſſe φαύφορος. Occurrit idem vocabulum *l. 3. C. Th. d. Exact. l. 3. d. Indulgent. debit. ibid.* apud Ciceronem quoque *homines foenei* hoc eſt nullarum virium ſive ingenio ſive litteris: Ortum proverbium a pilis ſeu ſimulacris hominum ex foeno ad proritandos Tauros. Vid. *Aſcon. in Cornel.* Ita *foeneos Imperatores* vocavit Peſcennius teſte Spartiano τοὺς ὑδίνας καὶ ὑπίδανος. *GLOSS. NOM. Cod. Theod.* Paulo ante ἄπορα χωρία Vetus interpretatur *minus idonea prædia*. Opponitur illi εὔπορος *fertilis* in hoc Cap.

Digitized by Google

delicta deferendi: qui enim ea quæ contra leges fiunt redarguit, & ſacris domibus pietatis & utilitatis auctor eſt, is & laude dignus erit, & calumniatoris nomen effugiet. Neque minus eam reipublicæ noſtræ Magiſtratus ſervabunt majores & minores, civiles & militares, ac præcipue glorioſiſſimi in omnibus (76) diœceſibus Præfecti ſacro Prætorio, (77) quique medios Magiſtratus gerunt, quos ſpectabiles vocant, (78) Auguſtalis nempe, & Proconſules, & ſpectabiles Comites, tum alii, tum etiam Orientis: Magiſtratus etiam qui poſt eos ſunt, hoc eſt, qui provinciis præſunt, ſive Conſulares ſive Præſides ſint, ſive defenſores civitatum: & in ſumma omnes civiles, Publici & militares Magiſtratus hanc noſtram legem, ut omnibus utilem, atque ad totius terræ pietatem conſervandam latam ſervent, & transgreſſores pœnis, quas ſupra diximus, afficiant. Si vero quidquam de locationibus rerum Eccleſiaſticarum, vel etiam aliis capitibus ſancivimus, vel ab anteceſſoribus noſtris ſancitum eſt, id in ſuo robore maneat, nec per hanc noſtram conſtitutionem innovetur. Reliqua enim omnia intra ſuos fines ut conſiſtant, ſinimus, niſi quid horum contineant, quæ hic conſtituimus, cum hæc lex una cum ea, quæ a Leonæ piæ memoriæ lata eſt, inſtar omnium ſit ad tollendam omnem occaſionem alienandi res ad pauperes ſpectantes.

(76) *diœceſibus*) Διοίκησις ἐστὶν ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ. *Balſamo, in Chalced. C. 9. & 17.* Vid. *Gothofr. ad l. 11. C. Th. de Legat.* Diœceſis plures continebat provincias *l. 9. C. Th. de Legat.* Diœceſibus vero præerant præfecti *l. 11. C. Th. d. Med. & Prof.* ibique *Gothofr.* Cicero *lib. 13. Epiſt. fam. 67.* Ex provincia mea Ciliciensi cui ſcis τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas attributas fuiſſe. Vid. quæ ſupra ad *Nov. 6. n. 67.* Διοίκησις etiam eſt *administratio*, ἀρχὴ *Nov. 15. Epil.* Vide *Gothofr. ad l. 4. C. Th. de Præt. & Quæſt.* de diœceſibus urbis. It. de 5. diœceſibus Præf. Præt. Orientis, ad *l. 3. C. Th. d. fid. Cathol.* Idem etiam eſt quod *victus quotidianus. Nov. 18. Cap. 3.*

(77) *quique medios*) ſcilicet inter Præfectos & inferiores, quorum mentio deinde fit.

(78) *Auguſtalis*) Hic ſpectabilis quoque dicitur in *l. 21. C. Th. d. diverſ. Off.* additis etiam vicariis. Auguſtalis vero erat Præfectus Æygpti. Vid. *l. 190. 192. C. Th. de decurion.* ibique *Gothofred.* & *Notit. dignit.*

Digitized by Google

§. 1. Tua igitur beatitudo, & qui poſt eam in Archi Epiſcopali ſede futuri ſunt, quæ a nobis diſpoſita ſunt, effectui dare ſtudeat. Divinitas te ſervet per multos annos ſancte & religioſiſſime Pater. Dat. XVII. Cal. Maji Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

Tit. II.

(1) Ut Magiſtratus (2) absque ullo ſuffragio fiant.

NOVELLA CONSTIT. VIII.

Idem Imperator Johanni (3) *Præfecto iterum Prætorio, Exconſuli & Patricio.*

PRÆ-

(1) *Ut Magiſtr.*) ἄρχοντας. Vet. *Ut judices* &c. Vet. ſemper ἄρχοντα *judicem* interpretatur, quemadmodum & in C. *Th.* judex Rectorem Provinciæ notat. Vid. *l.* 3. *d. Aſſeſſ. domeſt & Canc. l.* 1. *d. Juriſdict. l.* 1. *d. Litigioſis ibid.* &c. &c. Apud *Cujac.* hæc Novella inſcribitur *de Præſidibus.* Julian. habet *Magiſtratus* & Cap. 9. *Præſes provinciæ* &c. In notitia huic legi ſubjecta ἄρχων *Præſes* vertitur ut plurimum, interdum vero *Judex.*

(2) *absque ullo*) χωρὶς τῆς ἱκανῶν δόσεως. Vet. *ſuffragio.* Hal. *absque ulla datione pecuniæ ad officia mittantur.* Suffragium in textu Græco habes §. 1. *præf. h.* & *cap.* 1. *verb.* θεσπίζομεν μὴ δίδοσθαι τι ſuffragion, vel ut *Hal.* σουφράγιον. Cujacius in Expoſ. h. N. docet, quod ſuffragium ſit pecunia, quæ ſuffragatoribus aulicis datur promittiturve honoris adipiſcendi cauſa: Et eodem ſuffragii titulo principes ipſos, qui honorem deferebant, pecunias accepiſſe, quæ ſuffragia Δεσποτικὰ vocantur in formula jurisjurandi huic *Nov.* ſubjecta. Vide cum d. l. Vid. & *Cod. Theod. Lib.* II. *pag.* 217.

(3) *Præf. Prat.*) Qui Principis Prætorio ſeu tentorio & militibus Prætorianis iſtud cuſtodientibus præerat Præfectus Prætorio vocatur. Prætorianorum numerus erat 10. millium, quos in decem partes ſeu cohortes diviſos fuiſſe Dion ſcribit. His poſtea ſucceſſerunt 3500. præſtantisſimorum Armeniorum in Scholas novem diviſorum. Tantam habebant auctoritatem Præfecti Prat. ut non modo res belli & arma adminiſtrarent, ſed & cauſas appellatione ſuſpenſas judicarent, & cuncta imperii negotia adminiſtrarent. Auguſtus hujus Magiſtratus auctor duos creavit. Poſteriores Impp. certis regionibus Præfectos aſſignarunt. Conſtantinus quatuor conſtituit: Unum Orientali, alteram Illyrico, tertium Italiæ & Africæ,

Digitized by Google

Præfatio.

OMnes dies noctesque cum multis vigiliis & curis transfigimus, aſſidue conſultantes, (4) quomodo utile quid & quod Deo placeat, in ſubditos a nobis conferatur. (5) Neque vigilias ut parergon ali-

quartum Galliis, Hiſpaniis & Britanniæ. *Vid. Zoſimum lib. 2.* Edicta promulgabant perpetuo obſervanda, imperabant Præſidibus provinciarum, puniebant & removebant eos. *Vid. l. 2. 3. 4. C. d. off. P.P. Orient. l. 1. C. d. off. P. P. Afr. l. 1. C. d. annon. & Capit.* Appellabatur a Præſidibus ad Præfectos *l. 32. C. d. appell.* Vectigalium cura illi commiſſa erat. Vid. *Nov. 128.* ut & Tributorum. Quadrijugo curru & aurato vecti in publicum prodibant, fauſtis præconum acclamationibus excepti *l. 1. C. d. quæſtor. Nov. 70. Præf. §. 1.* Patres vero Imperii vocabantur, & Imperator ad eos ſcribens ita eos appellabat. Celſitudinis titulo honorabantur & ſublimitatis ἐνδοξότητος &c. Inter Præfectos Prætorio primus eſt PP. Orientis, tum numero provinciarum, tum & auctoritate. Quinque dioeceſes habuit. Orientem, Ægyptum, Aſiam, Pontum & Thracias, quæ omnes provincias continebant 49. tot enim in Notit Imp ſub diſpoſitione hujus Præf. recenſentur. Vid. late *Pancirol. notit. Imp. Or. Cap. 5. & 7.*

(4) *quomodo*) ὅπως. Hal. ὥσπερ.

(5) *Neque vigilias*) οὐ πάρεργον τὴν ἀγρυπνίαν λαμβάνομεν. Vet. *non in vano vigilias ducimus.* Hal. *neque enim animi vigilantiam ſupervacue aut præter rem ſuſcipimus.* Πάρεργοι νόθοι, *liberi naturales. Nov. 18. Cap. 5. Nov. 78. Cap. 4.* Procopius ἀνεκδοτ. Sæpe unum atque alterum diem noctemque cibo abſtinuit &c. &c. horum ſomno indulgens reliquum tempus continuis ferebat deambulationibus, quod ſi rebus inſumſiſſet bene gerendis, perveniſſet profecto Reſpublica ad ſummam felicitatem; nunc vero his naturæ viribus utebatur ad Romanorum perniciem, illorumque penitus rem ad terram affligendam: cujus perpetuæ vigiliæ, labores, conatus in eo vertebantur, ut atrocior in dies fieret ſubditorum calamitas. Ad quem locum Alemannus notat. Tangit hoc etiam Procop. lib. 1. d. Ædif. πόῤῥω γὰρ &c. *Poſt multam noctem cubitum ivit, pauloque poſt ſurrexit, quaſi cubili indignatus.* Hæc de vigiliis & jejuniis ibi Procopius fuſe ac luculenter, quod Juſtiniano gratum id futurum non dubitaret, cum id ipſe ſæpius & ambitioſe repetat. *Nov. 8. & Nov. 0. 3* Neſcio quis illius ætatis Poeta ἀκοίμητον βασιλῆα, *Imperatorem inſomnem* Juſtinianum dixit, ut eſt in epigrammate, quod ſupra ad pag. 47. dedimus. *ALEM. d. l.*

Digitized by Google

aliquod agimus, ſed eas conſiliis illis impendimus, (6) toto die id agentes, & noctibus æque ac diebus utentes, ut ſubditis noſtris (7) bene ſit, & ab omni cura liberentur, nobis omnes curas in nos ſuſcipientibus. (8) Omnem enim inveſtigationem & diligentem inquiſitionem adhibuimus, id agere cupientes, quæ utilitatem ſubditis noſtris afferant, eosque (9) publico cenſu & juſto atque legitimo tributo excepto, omni onere omnique damno extrinſecus illato liberent. Invenimus enim magnam injuſtitiam, eamque non ab antiquo, ſed aliquo tempore (10) irrepſiſſe (11) quæ ſubditis noſtris vim facit, eosque ad paupertatem redigit, (12) ut periculum ſit, ne illi ad extremam egeſtatem deducantur, nec conſueta atque legitima & vere pia tributa, ſecundum publicum cenſum ſine magna difficultate ſolvere poſſint. Nam cum illi, (13) qui ali·

(6) *toto die*) διημερεύοντες. Vet. *pernoctantes & noctibus ſub æqualitate dierum utentes.* Hal. *ſive interdiu quid geramus, ſive noctibus.* Heſych. διημερεύοντες, πᾶσαν ποιοῦντες τὴν ἡμέραν.

(7) *bene ſit*) ἐν εὐπαθείᾳ γένωνται. Heſych. εὐπαθείας, εὐθυμίας. Vet. *ſub omni quiete.* Hal. *in tuto & ſumma tranquillitate collocentur.* Suidas. Εὐπάθεια, διάχυσις καὶ ἄνεσις τῆς ψυχῆς, καὶ τρυφή. &c. Εὐπαθεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ τρυφᾶν καὶ διαχεῖσθαι, εὐπραξία, εὐημερία, εὐτυχία.

(8) *omnem enim*) διὰ πάσης γὰρ ἐρεύνης καὶ ζητήσεως ἀκριβοῦς ἐρχόμεθα. Vet. *per omnem namque curioſitatem & inquiſitionem ſubtilem diſcurrimus.* Hal. *Omni perveſtigatione &c. progredimur.*

(9) *publico cenſu*) παρὰ δημοσίαν ἀπογραφήν. Vet. *citra publicum cenſum.* Hal. *præter publicam deſcriptionem.* Publica deſcriptio dicitur *in l. 123. l. 173. C. Th. d. decurion.* Gloſſ. Cyril. ἀπογραφή, *cenſus profeſſus, profeſſio.* Heſych. ἀπογραφή, ἀρίθμησις ἢ ἡ γινομένη μήνυσις. Gloſſ. Philox. ἀπογραφή οὐσίας, ἀποτίμησις. Eſt & *inventarium.* Supra *Nov. 1.* confer *Lucæ Cap. 2.*

(10) *irrepſiſſe*) ἐπεισελθοῦσαν τοῖς πράγμασι. Vet. *plurimam ingreſſam cauſis injuſtitiam.*

(11) *quæ ſubditis*) βιαζομένην τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους. Hal. εἰσβιαζομένην, καὶ τοὺς ἡμετέρους &c. *quæ intruſa ſubditos noſtros &c.* Sic & Vet. *ex quibusdam temporibus violenter acceſſiſſe*, qui ſenſus non eſt contemnendus, quod enim præcedit οὐκ ἄνωθεν, ἀλλ' ἐπ' ἐνίου χρόνου habebit quo referatur.

(12) *ut periculum*) Vet. *ut ad noviſſimam ipſi penuriam devenire fluctuarentur.*

(13) *qui aliquot*) τῶν τι ἐκ πολλοῦ χρόνου βεβασιλευκότων. Hal. κατεβεβασιλευκότων, *qui imperium parum probe geſſerunt.* Intelligit autem Anaſtaſium

aliquot abhinc annis imperarunt, ſemper ex (14) collatione Magiſtratuum aliquid lucrari voluerint, eosque glorioſiſſimi Præfecti merito ſequerentur, quomodo ob hanc injuſtitiam damnis extrinſecus illatis, & ſolennibus atque piis contributionibus ſubditi noſtri ſufficere potuerunt?

§. 1. Subiit igitur animum cogitatio, quo pacto omne id, quod in provinciis noſtris damnoſum eſt, uno & generali actu ad meliora (15) transferremus. Hoc vero eventurum invenimus, ſi efficiamus, ut Præſides gentium, qui civiles Magiſtratus in provinciis gerunt, puris manibus utantur, & ab omnibus muneribus, (16) illis ſolum qui ex publico dantur contenti, abſtineant: quod aliter non (17) fiet, niſi gratuitum Magiſtratum accipiant, nihil prorſus neque pro ſuffragiis, uti vocantur, neque iis qui Magiſtratus habent, neque ulli alii dantes. Conſideravimus enim, quod, licet Imperii (18) reditus non parum minuatur, maximum (19) tamen incrementum ſubditi noſtri accepturi ſint, ſi indemnes a Magiſtratu ſerventur, atque imperium & fiſcus, ſi divites (20) habeat ſubditos, bonis abundaturus, eoque ſolo ordine introducto, multa & innumerabilis rerum copia futura ſit. Nonne omnibus manifeſtum eſt, quod qui pecuniam dat & ſic Magiſtratum emit, non ſolum id, quod occaſione ſuffragiorum, ut vocantur, excogitatum eſt, det, ſed etiam plura alia ſit additurus (21)

& Zenonem, quem Suidas refert omnes Magiſtratus ultimo licitatori per Sebaſtianum præfectum ſuum addixiſſe. *CONT.* Vet. *ex aliquo tempore Imperatores.*

(*14*) *collatione*) ἐκ τῆς ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς προαγωγῆς. Vet. *ex proventu judicum.* Hal. προσαγωγῆς Gloſſ. Cyril. προαγωγὴ *productio*, & Gloſſ. Philox *productus ſum. promotus ſum,* προήχθην.

(*15*) *transferremus*) μεταθήσοιμεν. Vet. *migraremus.*

(*16*) *illis ſolum*) Ante & poſt Auguſtum Præſides ſalaria habuiſſe ex Lambridio in Alex. probat *Ranchinus Var. Lect. Lib. 1. Cap. 16.*

(*17*) *fiet*) γένοιτο. Hal. γενήσεται, non male.

(*18*) *reditus Imper.*) πόρος ὁ μικρὸν ἐλαττοῦται. Vet. *quaſtus immodicus imminuitur imperio*, qui videtur cum Haloandro legiſſe, ὁ μικρὸς. Sed male.

(*19*) *tamen*) ἀλλ' οὖν τῶν ἡμετέρων ὑποτελῶν &c.. λαμβανόντων Hal. ἀλλ' ἐκ τῶν &c. Scribendum eſſet, οἱ ἡμέτεροι ὑποτελεῖς ἐπίδοσιν μεγάλην λήψονται, ſi leges Syntaxeos ſpectemus: Sed ab illis non raro diſceditur in his Conſtitutionibus.

(*20*) *habeat*) χρωμένου. Hal. χρώμενον. non male, proxime enim præcedit τὸ δημόσιον, ad quod referri debet.

Digitized by Google

(21) ad gratiam a reliquis ineundam, qui Magiſtratum vel dant vel (22) comparant? Atque ita uno abſurdo principio poſito, neceſſe eſt ut is qui largiri cœpit, multorum manus circumeat, eamque pecuniam non de ſuo forte, ſed mutuo acceptam largiatur, & quo mutuam pecuniam accipere poſſit damno afficiatur, ac ſecum reputet, quod tantum ex provincia percipere conveniat, quantum ſatis ſit ad (23) debita ſua, ſortem ſcilicet & uſuras, ſolvenda, damna quoque ex mutuo orta reſarcienda. (24) Medio quoque tempore majorem ſumtum Magiſtratui, illiſque qui circa eum ſunt convenientem, faciet: (25) reditum etiam in futurum tempus, quo forte Magiſtratus non erit, ſibi parabit: (26) adeo ut id, quod a ſubditis noſtris exigitur, triplo, imo ſi vera dicenda ſunt, decuplo plus futurum ſit quam quod ab ipſo datum eſt: exinde quoque fiſcus detrimentum accipiet. Nam quæ fiſco debent inferri, ſi is qui Magiſtratum gerit puris manibus uteretur, hæc

ſi is

(21] *ad gratiam*) προφάσει τῆς τῶν ἄλλων τῶν τὴν ἀρχὴν ἢ διδόντων ἢ μνηστευόντων θεραπείας. *Occaſione commodi adminiſtrationem aut dantibus aut ſpondentibus.* Hal. *ut prius ab iis gratiam ineat.*

(22) *comparant*) μνηστευόντων. Hal. *qui ambire ſolent.* Vet. *ſpondentibus.*

(23) *debita ſua*) ὁπόσα διαλύσει μὲν αὐτῷ τὰ ὀφλήματα. Hal. male αὐτῶν Vet. *ei.*

(24) *majorem quoque*] δώσει δὲ καὶ τὴν ἐν μέσῳ δαπάνην δαψιλεστέραν τε ἤδη καὶ ἄρχοντι καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, πρέπουσαν. Hal. δώσει καὶ τοῖς ἐν μέσῳ δαπάνην δαψιλεστέραν τῆς ἤδη καὶ ἄρχοντι, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πρέπουσι. *Vel adminiſtrationis tempore tam judici quam circa ipſum verſantibus largiores ſumtus atque ante fuerunt, ſuppeditet.* Cum noſtro convenit Vet. *computabit autem & in medio expenſas largiores jam & judici & qui circa ipſum ſunt convenientes.*

[25] *reditum etiam*] καὶ τινὰ ἑαυτοῦ καὶ προσαποθησαυρίσεται πόρον, κατὰ τὸν ἑξῆς χρόνον, καθ' ὃν ἴσως οὐκ ἄρξει. Hal. προαποθήσεται πόρον κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς χρόνον &c. *Vel poſt officium depoſitum, quo forte tempore cum poteſtate non erit in longiores ſibi uſus veluti reditum reponat.* Vet. *Et quendam etiam ſibimet recondet quæſtum in tempore ſequenti, in quo forte non adminiſtrabit.* Pro προσαποθήσεται rectius forte legas προσαποθήσεσθαι cum Hal. & Vet. Sed τὸ ἑξῆς quod eſt in noſtris, retinendum.

[26] *adeo ut is*] ὥστε τὸ παρ' αὐτοῦ διδόμενον &c. Hal. ὥστε τὸ παρ' αὐτῶν &c. male. Et mox pro εἰ δεῖ τι ἀληθέστερον εἰπεῖν: εἰ δεῖ τὴν ἀληθεστέραν εἰπεῖν. Vet. noſtra ſequitur recte.

ſi is qui Magiſtratum gerit in proprium uſum convertat, inopemque eum, qui tributum confert, faciat, egeſtatem illius, cujus ipſe cauſa eſt, nobis (27) imputat. Quot verò ſcelera præterea committuntur, quæ ad hæc furta merito referuntur. Nam qui Magiſtratum in provinciis gerunt, ad hæc munera attenti multos reos dimittunt, vendentes iis delictum, multos vero inſontes condemnant, (28) ut ſontibus gratiam faciant. Neque in cauſis pecuniariis ſolum, ſed etiam in criminibus, ubi vita in periculo eſt, hoc agunt. Fugiunt etiam homines (29) ex provinciis, omneſque Sacerdotes, decuriones, cohortales, poſſeſſores, municipes, agricolæ huc confluunt, (30) lamentantes, & Magiſtratuum furtum atque injurias merito accuſantes. Neque hæc ſolum ita contingunt, verum etiam civitatum ſeditiones & populares tumultus pecuniæ cauſa plerumque fiunt, & (31) deſinunt. In ſumma, unica hæc eſt omnium malorum cauſa. (32) Nam & pecuniam à Magiſtratibus exigere omnis nequitiæ principium & finis eſt. Eſt hoc quoque inter divina eloquia admirabile & veriſſimum, avaritiam omnium malorum matrem eſſe, maxime quando non privatorum, ſed imperantium animis adhæret. Quis enim non furetur ſine periculo, quis non latrocinetur (33) ſine pœna, ſi ad Magiſtratum reſpiciat, cumque cuncta auro vendere videat, & ſi (34) quid turpe commiſerit, illud data pecu-

Q nia

(27) *imputat*) *ὑπολογίζεται.* Hal. *ἀπολογίζεται, reputat.*

(28) *ut ſontibus*) *ἵνα τοῖς ὑπευθύνοις χαρίσωνται.* Vet. *ut noxiis praſtent.* Hal. *τοὺς ὑπευθύνους χαρίσονται, ut ſontibus gratiam faciant.*

(29) *ex provinciis*) *ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν.* Hal. *ὑπαρχιῶν.*

(30) *lamentantes*) *ὀδυρόμενοι.* Hal. *αἰδυνόμενοι, gementes,* minus bene. Et mox pro *ταῖς τῶν ἀρχόντων,* habet, *ὑμετέρων ἀρχόντων.*

(31) *deſinunt*) *παύονται.* Hal. *δαλονται, reprimuntur,* cum tamen ſit *ardent.*

(32) *nam*] *καίτοιγε.* Hal. *καὶ τόγε ἀργυρολογεῖν, & pecunias ex officiis conquirere.* Vet. *accipere ſuffragium à judicibus* Heſych. *ἀργυρολόγος, πλωτής.* De inhoneſtis honorum nundinationibus, & ne datum à ſuffragatore repetatur, vid. *l. 1. C. Th. Si cert. pet. d. ſuffrag.* ibique *Gothofred.*

(33) *ſine poena*) *ἀνεύθυνα.* Hal. *ἀκίνδυνα, ſine periculo.*

(34) *quid turpe*) *ὅτιγ' ἂν πράξειε*

nia redimere poſſe confidat. Hinc homicidia, adulteria, (35) invaſiones, vulnera, virginum raptus, (36) publicorum conventuum confuſiones, legum (37) & Magiſtratuum contemtus: omnibus putantibus, ſe tanquam peſſimum aliquod mancipium venum expoſitos eſſe. Neque excogitare aut exponere poſſumus illa mala, quæ ex Magiſtratuum provincialium furtis oriuntur, cum nemo eos libere increpare audeat, ipſis ſtatim, quod (38) Magiſtratum emerint, cauſſantibus.

CAPUT I.

Ut judices ſine ſuffragio conſtituantur.

HÆc omnia nobiscum perpendentes, & conjugem (39) piiſſimam à Deo nobis datam in conſilium aſſumentes, re etiam cum Tua Ex-

ἀπονοι. Hal. ἀπόναι, & mox pro ἐξωνήσηται *redimat*, habet ἐξωνήσοιτο.

(35) *invaſiones*) ἔφοδοι. Hal. *latronum aggreſſura*. Gloſſ. Cyrill. ἔφοδος, *invaſio, impetus*.

(36) *publicorum*) πανηγυρίων. Hal. πανηγύριας.

(37) *& Magiſtratuum*) καὶ τῶν ἀρχῶν πάντων αὐλὰς αὐτὸς πεποιηκότως νομιζόντων, Hal. αὐτοὺς ὠνίους. Legendum pro ἀρχῶν ἀρχόντων. Sic enim Haloandri lectio ſtabit & textus reſpondebit veteri verſioni quæ habet *judicum*, & verbis quoque ſequentibus, *tanquam peſſimum aliquod mancipium*, quæ melius conveniunt ἄρχουσι, quam ἀρχαῖς, & recurrunt infra *c. 9. h. Nov.* de Præſidibus dicta.

[38] *Magiſtratum*) ἀρχάς. Vet. *cingula*, ut ſupra pasſim & infra cap. 6. Add. Gloſſ. Juliani. Adde & *l. 29. C. d. pact.* ubi *cingulum militiæ*. *l. 11. C. Th. d. muner. l. 1. d. Conductor. & hom. dom. Aug. l. 16. d. Cohort. l. 181. d. Decur.* &c. Gothofred. ad *l. 3. C. Th. de poſtulando*. Hinc *cinctus*, *præcinctus* dicitur cinguli honore præditus.

(39) *piiſſimam*) εὐσεβεστάτην. Vet. *reverendiſſimam*, εὐλαβεστάτην. Theodora conjux Imperatoris venuſta fuit facie. *Procopius lib. 1. d. Ædif.* de ſtatua Theodoræ à Byzantiis poſita, ἡ μὲν εἰκὼν &c. Præſtantis quidem figuræ imago eſt, ſed à pulchritudine Auguſtæ longe abeſt, cum ejus formæ præſtantiam humanam non poſſit artificium vel ſermone declarare vel exprimere ſimulacro. Pauli Silentiarii Poetæ ſub Juſtiniano apprime illuſtris extant *lib. 4. Anthol.* duo Epigrammata de Theodoræ pulchritudine. An Auguſtæ? affirmare non auſim. *Aleman. ad Procop. ἀνεκδ. p. 47.* Commorabatur in Embolo, ubi ſcilicet abjectisſimæ meretrices corpora proſtituebant. Idem ad *p. 42.* de impudicitiæ e-

Digitized by Google

Excellentia communicata, (40) licet & eam à Tuo conſilio acceperimus, ad divinam hanc legem venimus: qua ſancimus, ut nullus Proconſul, nec qui hactenus ſic vocatur Vicarius, neque Comes Orientis, neque alius quicunque Magiſtratus, neque Conſul, neque Præſidalis, quos (41) Conſularios & Correctorios vocant, (quorum expreſſe ſacræ huic legi ſubjectus index mentionem facit, quos etiam ſolos, huic legi ſubjicimus) aliquòd ſuffragium det, neque pro Magiſtratu, neque ulli Magiſtratui, neque cuidam, qui circa Magiſtratum ſunt, neque alii perſonæ pro pattocinio quicquam donet; Sed ut gratis accipiant Magiſtratum, modica vero præbeant pro (42) ſymbolis & chartis, quæ pro quolibet dantur. Nam & deſcriptionem ſacræ huic noſtræ legi ſubjecimus, declarantem quid unumquemque Magiſtratum vel ſacro noſtro laterculo, vel dicaſterio Eminentiæ tuæ pro codicillis, aut (43) ſym-

jus multa vide apud *Procopium.* Joh. Malala in Chron. eam paſſim ἰνσιδηρίαμ vocat, & multa præclara facta illi tribuit, *p. 173.*

(40) *licet & eam)* καίτοι καὶ παρὰ Τῆς σῆς λαβόντες βυλῆς. Hal. *quanquam ex ſuggeſtione conſilii tui ſuſcepto, & quadam etiam à tuo ſumentes conſilio.*

(41) *Conſularios)* κονσυλαρίυς καὶ κορρεκτωρίας. Vet. *conſularitias* & *correctivas.* Correctores in Oriente bini fuerunt: in Occidente tres. Nata eſt dignitas correctoria poſt Cæſares declinante imperio, temporibus Aureliani. *Meurſ. Gloſſ.* verb. κορρέκτωρ. Vid. & eundem voce κονσύλαριος.

(42) *ſymbolis)* ὑπὲρ συμβόλων. Heſych. σύμβολον, συμεῖον, συμπέριον, ὁρισμός. Et Jul. Pollux. Libr. 9. cap. 6. ειν δ᾽ ἂν, καὶ σύμβολον βραχὺ νομισμάτιον, ἢ μίτομόν τι νομίσματος. *Sit & ſymbolum tenue quoddam numiſma, ſemiſecta ſcilicet nummi pars.* Hoc dimidiato nummo uſos eſſe antiquos ita, ut altera ejus parte huic, altera vero illi tradita ratas facerent ſtipulationes, docetur in *notis* ad *Pollucem edit. Hemſterhuſ.* quas vide. Hoc loco ponitur pro charta vel codicillo, qui collato honore vel Magiſtratu dabatur ab Imperatore. *§. 4. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſt ſolvitur.* Cæterum ſymbola à codicillis differre docet Gothofr. ad *l. 1. C. Th. d. Honor. Codic.* quemadmodum & Imperator ea hic diſtinguit in ſeq. κωδικίλλων ἢ συμβόλων. Codicillos quippe exterius impreſſos habuiſſe ſymbola dignitatum, ſeu imagines mulierum & provinciarum, vel notas ſuperne inſcriptas, quibus continebantur gradus comitivæ &c. Vid d. Aut. Symbola pro codicillis quoque poni *Nov. 25. 26. 27.* &c. notat idem.

[43] *ſymbolis)* συμβόλων ἢ προσταγμάτων. Hal. *Inſtrumentorum aut juſſionum.* Vet. *præceptorum.*

Digitized by Google

ſymbolis, aut mandatis inferre debeat: adeo ut illud moderatum ſit, nec is (44) id admodum ſentiat.

CAPUT II.

De Vicario Aſianæ & Præſide Phrygiæ, quibus Comitis Phrygiæ Pacatianæ nomen impoſitum eſt.

Illud tamen decernimus, Vicarium Provinciæ Aſianæ, qui Phrygiæ Pacatianæ quoque præeſt, non amplius ita appellandum, ſed impoſterum Comitem Phrygiæ Pacatianæ nominandum eſſe, atque ea à fiſco accipere debere, quæ etiam nunc annonarum & (45) capitationum ac contributionum nomine pro utroque Magiſtratu accepit, nihilque ex his imminuatur. Nec duabus (46) cohortibus utatur, ſed utraque tam

[44] *id admodum ſentiat*] αἴσθησιν παρέχειν. Hal. *ſenſum & detrimentum adferat.* Vet. *damnum præſtet.*

[45] *capitationum &c.*] καπιτατιώνων ἤτοι κεφαλητιώνων καὶ συντελειῶν. Vet. *capitorum* [Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *capitum.*] Hal. non legit niſi καπίτων, *capitum.* Quod Contius in notis ad *vet. verſ.* rectius putat. Capita autem appellari pabula jumentorum, quæ Magiſtratibus in provincia dabantur, quæ Gallica lingua *foragia* appellantur, ut videre eſt apud *Marcellinum lib. 22. Hiſtor.* Ita *Cont.* Alii malunt *capitationum.* Capita autem ſunt pabula equorum, foenum, palea. *l. 7. 13. 17. C. Th. d. erogatione milit. annon. l. 10. d. numerar.* ibidem. Heſych. κάπιτα, κλητῶν, ἰσοτὴν, & rurſus καπιτὸν πρόσβλημα ἀλόγων: dicta ἀπὸ τοῦ κάπτειν vel κάπειν ab edendo. Unde κάπη *præſepe* apud Heſych. Dicuntur & *capitatio* in *l. 8. d. t. de Erogat. milit. annon. l. ult. C. Th. d. Collat. donat.* Vid. *Gothofr. ad d. l. 7.* Alia eſt *capitatio humana & animalium*; de qua vid. *Gothofr. ad l. 6. C. Th. de Collat. donat.* ad *l. 15. d. annon. & Trib.* Capita etiam ſunt *juga* d. l. 6. C. Th. & *Capitatio* jugatio. *l. 2. C. Th. d. Exact. & translat. annon.* Vid. & *Tit. Cod. Juſt. d. Capit. Civ. exim.* de *capitulo.* Vid. *Cujac. ad l. 12. C. d. Excuſ. mun.*

[46] *cohortibus*] τάξεσι. Vet. *officiis.* Hal. *cohortibus.* Julian. *appari-tio, apparitores.* Quilibet olim Magiſtratus tum civiles tum militares ſua habuerunt officia, de quibus vide *Tit. C. Th. de diverſis officiis*, & officiales, de quibus Gothofr. ad *l. 1. C. Th. d. offic. Rect. Provinc.* Seu Apparitores, qui militares erant & officium eorum militia *d. Tit.* nec non *Cohortales* de quibus *Tit. Cod. Theodor. de Cohortalibus.* Vocabantur etiam *Cohortalini, l. 2. 6, 28. d. t.* unde

Digitized by Google

tam Magiſtratus quam Vicarii miſceatur & una fiat, quæ Comitiana ſit & nominetur, atque periculum publicorum tributorum illi ſimul & omnibus (47) incumbat, quaſi una ſit cohors, nulla plane illius diviſione facta, ſed omnibus (48) conjunctim militantibus, quæ tamen ipſa propter duplex periculum annonas illas & (49) capitationes accipiat, quas ſingulæ cohortes antea acceperunt. Non autem is, qui antea Vicarius, nunc vero Pacatianæ Phrygiæ ſpectabilis Comes eſt, alteri cuidam præſit, (50) neque quidquam cum aliis (51) Aſianæ diœceſeos provinciis illi commune ſit; ſed ſpectabilis Comitis Pacatianæ provinciæ appellationem quidem habeat, ſola vero Pacatiana Phrygia, ſicut diximus, contentus ſit.

CAPUT III.

De Vicario Pontica ſublato, & nomine Comitis Galatiæ primæ ei conceſſo.

HOc ipſum vero in altero quoque Vicario, illo ſcilicet qui quondam in (52) Pontica diœceſi fuit, decernimus, ut in poſterum non duo conſtituantur, ſed unus qui Galatiæ primæ Comes nominetur, & in

cohortalina officia &c. Illis inter alia [quæ vide *d. Tit. C. Theod. d. diverſ. offic.*] exactio erat commiſſa debitorum publicorum & fiſcalium commodorum. *l. 9. C. Theod. d. Executor. & exaction.* Quod ipſum etiam patet ex hujus *Novellæ Cap. 2.* & ſeqq. Ad eos quoque pertinuit, paſtus primipili, ſeu annonæ militaris ſolicitudo. *l. 11. C. Theod. d. Cohortal.*

[47] *incumbat*] ἐπιόντος. Hal. ἐπιόντος *ſequente.*

[48] *conjunctim*] κατὰ μίαν συνέχειαν. Vet. *per unam continuationem* Hal. *uno veluti collegio conjunctim.*

[49] *capitationes*] Hal. κάπιτα, *capita.*

[50] *neque quidquam com.*] οὐκ ἔχοντα μετουσίαν. Vet. *non habentem penitus ullum participium.* Julian. *nullam habeat communionem in Aſiana diœceſi.*

[51] *Aſiana diœceſis*) Vet. *Aſianæ provinciæ diœceſibus.* Legendum *diœceſeos provinciis* &c. Erant autem decem provinciæ in diœceſi Aſiana, ut liquet ex notitia utriusque Imperii. *CONT.* Provinciæ erant partes diœceſeos. Vid. *Notit. utriusque Imper.*

[52] *Pontica*] Confer *l. 1. C. Theod. d. Comit.* & *Trib.* ut & *Edict. 8.*

Digitized by Google

in milites quoque poteſtatem habeat, ſicuti etiam nunc habet, ac utriuſque Magiſtratus annonam, non tamen extra primam Galatiam accipiat. Nullam enim aliam poteſtatem in ulla Provincia Pontica, ſed in ſola prima Galatia ei damus: & cohors ſimiliter permiſceatur ac pro una eademque, ut dictum eſt, habeatur & numeretur, quæ Comitiana ſit & nominetur. Neque quisquam ex illis ab aliis ullo modo differat, ſed una ſit cohors, uni Magiſtratui unius ſcil. provinciæ Præſidi (53) ſubdita, tota ſimiliter cohorte una cum ſuo Magiſtratu periculum circa fiſcalia ſuſtinente.

CAPUT IV.

Quod nulli judici Vicarios mittere liceat.

(54) NUlli vero Magiſtratui, neque civili neque militari ullo modo permittimus, ut in civitates provinciæ cui præeſt, eos, qui Vicarii (55) vocantur, mittat: atque ſciant, quod ſi tale quid fecerint, illi, qui alios in illorum (56) locum ſubſtituere auſi ſunt, omnino Magiſtratum ſint amiſſuri.

CAPUT V.

Ut una ſit cohors Comitis Orientis & Præſidis Antiochiæ.

HOc ipſum vero dicimus & de Clariſſimo (57) Comite Orientis & de (58) Clariſſimo Præſide. Nam & ibi ex utroque Magiſtratu

[53] *ſubdita*] τεταγμένη. Hal. τεταγμέναις, *ſubditis.*

[54] *nulli*] Hoc caput deeſt in Edit. Haloandri.

[55] *Vicarii*] τοποτηρητὰς, *Locum tenentes.* Julian. *Vicarios.* Vet. *loci ſervatores.* Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *Vicarius*, Julianus etiam *Vicarios* vertit, recte. Sic enim & Dioniſius exiguus hoc vocabulum in conciliis poſitum ſemper interpretatus eſt. *CONT.*

[56] *locum*] εἰς τὴν ἑαυτῶν τάξιν ἐμβιβάζειν. Vet. *alios in ſuum officium elevare.*

[57] *Comite or.*) Vid. Gloſſ. Jul. voc. *Comes orientis.*

[58] *clar. Præſide*) Julian. *Præſidis Antiochiæ.* (Vid. Gloſſ. Jul. voc. *Antiochiæ Præſes*) Præſes Antiochiæ hic

Digitized by Google

tu unum facimus, qui ſpectabilis quidem Comitis Orientis nomen habeat, uni autem cohorti, quæ Comitiana ſit & nominetur, imperet, atque ſoli primæ Syriæ & (59) Cyrieuticis præſit, & utriusque Magiſtratus annonas habeat. Nam hunc quoque Vicariis exæquamus: adeo ut (60) civilis & publica (61) diſciplina ipſius & ſubjectæ illi cohortis periculo ſit.

CAPUT VI.

Ut omnes privati & executores urbis Conſtantinopolitanæ Præſidibus ſubſint.

VOlumus autem ut omnes omnibus noſtrarum provinciarum Magiſtratibus ſubjiciantur: privati quidem ſecundum Magiſtratus naturam, in omnibus cauſis omnibusque pecuniariis & criminalibus ne-

eſt Conſularis ſive Præſes Syriæ primæ, cujus metropolis Antiochia, quæ Theopolis vocatur *Nov. 8. 109. 123. Steph. d. Urb. CUJAC. VIII. Obſ. 21.*

(59) *Cyrieuticis*) Κυρευτικῶν. Hal. Κυῤῥεστικῶν. Vet. *Syriſtenſis.* Julian. *quæ Kyreſtica vocatur.* Ad marginem verſionis Haloandrinæ notatum: Vide num ſit legendum κυῤῥεσθικῶν, maxime cum provinciæ Cyrrheſticæ Geographi meminerint. Contius quoque Puto, inquit legendum Κυῤῥεσθικῶν, ut & Julian. vertit *quiriſtica.* Eſt autem Cyrrheſtica regio in Antiochiæ tractu, ut ait Plin. lib. 6. Cap. 8. Agylæus vero ait: Ego Κυρηστικῶν legendum puto, qui populus Syriæ ſecundum Strabonem plane eſt conterminus. Κυῤῥεστικῶν autem aut Κυρευτικῶν nulla quam equidem ſciam apud Autores ſit mentio. Hæc *Agylæus.* Κυρεστικῶν certe mentionem facit *Stephanus d. urbibus*, his verbis: Κύῤῥος πόλις Συρίας, ἡ ἀκρόπολις Σύνδαρος, ὁ πολίτης Κυῤῥέστης ὡς πολύβιος πέμπτῳ. Καὶ κυῤῥέστις ἡ Ἀθηνᾶ, καὶ ἡ χώρα Κυῤῥεστική. Στράβων ἑκκαιδεκάτη, &c. Vid. & de hac regione *Cellarium* in *Geograph.* Haloandri autem lectio retinenda eſt, quam & Jul. firmat, qui habet *Kyreſtica.* Et Cujacius ex *Cicerone V. ad Atticum, Hoſtis in Cyrrheſtica, quæ Syriæ pars proxima eſt.*

(60) *civilis*) ὑπέρ τε τῆς πολιτικῆς &c. Ante hæc verba inſerenda ſunt ex Haloandri editione: ὑπέρ τε τῆς τῶν δημοσίων εἰσπράξεως, *pro tributorum exactione*, ut ille vertit. *Vetus* etiam habet, *& pro fiſcalium exactione.*

(61) *diſciplina*) κατασάσεως, Vet. *diſciplina.* Hal. *diſciplina conſervatio-*

Digitized by Google

negotiis: milites vero, (92) qui propriis Magiſtratibus ſubſunt, nihilominus quoad fiſcalia & criminalia (63) omni modo illis etiam ſubjecti ſint. Sed neque iis, qui ex quocunque judicio hinc (64) proficiſcuntur, & quaſcunque ſententias (65) exequuntur, Magiſtratibus provinciarum permittere liceat, ut (66) ſportularum nomine plus accipiant, quam ſacra noſtra conſtitutione diſpoſitum eſt; ſcientes, quod (67) ſi hoc neglexerint, omne damnum ſubditis noſtris illatum reſarcire debeant. Damus vero illis poteſtatem, ut non ſolum Magiſtratibus (68) à quibus miſſi ſunt, ſed & nobis ipſis, quæ huc ſpectant, nota reddant, ut nos iis cognitis (69) factum, ut decet, puniamus. Si vero & ipſi quosdam (70) arrogantia dignitatis vel (71) cinguli injuriam ſubditis noſtris

ne. Julian. *ut populares ſeditiones compeſcat: & civilem ordinationem conſervet.* Gloſſ. Cyril. κατάστασις, *hic ſtatus.*

(62) *propriis*) ὑπὸ ἰδικοὺς ἄρχοντας &c. proprie *ſpeciales.* Haloander habet ἰδίους, *proprios.* Agylæo magis probatur τὸ ἰδικούς, *ſpeciales* ſive *peculiares.* Sed res quoad ſenſum eodem redit, etſi nos malimus ἰδίους. Vet. *propriis judicibus deputati.*

(63) *omni*) ὑποκεῖσθαι πᾶσι τρόποις αὐτῷ, Pro quo Hal. ὑποκ. πασ. τρόπ. αὐτοῖς. Recte. Nam αὐτοῖς reſpicit ad ἄρχουσι, initio Cap. ad quod αὐτῷ referri nequit.

(64) *proficiſcuntur*) κατιόντας. Julian. & Vet. *deſcendunt.*

(65) *exequuntur*) τὰς δίκας τὰς μεταχειριζομένους ψήφους. Μεταχειρίζομαι eſt *tracto, pertracto, adminiſtro,* teſte *Pollace.* Vet. Interpr. & Hal. *qui exequuntur.* Julian. *qui calculos vel juſſiones habent.*

(66) *ſportularum*) Hal. συνηθειῶν ἢ σπορτούλων, *conſuetudinum* aut *ſportularum.*

(67) *ſi hoc*) εἰ τούτου ῥαθυμήσειαν. Hal. εἰ τοῦτο. *Nov. 15. Cap. 5.* εἰ τούτου ῥαθυμήσαιεν.

(68) *à quibus miſſi*) ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ στελλόμενοι. Julian. *quibus ſuppoſiti ſunt ſi qui ſportulas illicitas exegerunt,* Vet. *à quibus ſunt miſſi.*

(69) *factum ut decet*) τῷ πράγματι πρεπόντως ἐπεξιέναι. Vet: exequamur. Hal. *factum ipſum competenti animadverſione perſequamur.* Ἐπεξιέναι idem eſt quod ἐπεξελθεῖν, *reum peragere, convincere,* τιμωρεῖσθαι, *vindicare, ulciſci,* de quo vide, quæ ſupra ad Nov. 6. & *Bud. Comment.* Gloſſ. Cyrill. ἐπεξιών, *exequens.*

(70) *arrogantia*) διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀξίας ἢ τῆς ζώνης ὑπεροψίαν. Vet. *propter dignitatis aut cinguli ſupercilium noſtris collatoribus violentias irrogantes.*

(71) *cinguli*) ζώνης, quo Vet. Interpr. ſupra paſſim pro ἀρχῆς uſus eſt. Eſt autem ζώνη inter alia & ἀξίωμα, *dignitas,* teſte *Suida.*

Digitized by Google

ſtris inferre inveniant, poteſtatem illis concedimus in maleficia inquirendi, & quos reos invenerint cingulo privandi, noſtramque (72) vicem in provinciis obeundi, id quod etiam veteribus legibus ſancitum eſt. Quemadmodum enim omni injuſto lucro eos arcemus, ita etiam ut illi, qui integre poteſtate utuntur, omni honore, reverentia, auctoritate fruantur, ſancimus.

CAPUT VII.

De juramento à Præſidibus præſtando, quod nec pro ſuffragio pecuniam dederint.

Hoc itaque modo Magiſtratibus à nobis diſcretis, convenit ut is, qui Magiſtratum ita accepit, Dei mentione facta coram nobis, vel ſi nobis otium non ſit, (73) coram Excellentia Tua, & iis qui ſedem tuam ſemper exornabunt quique Glorioſiſſimus Comes ſacrarum noſtrarum largitionum futurus eſt, & Glorioſiſſimo Quæſtore ſacri noſtri Palatii, & Glorioſiſſimo Comite ſacrarum noſtrarum rerum privatarum, ubicunque illæ ſint (præſente quoque Magnificentiſſimo pro tempore Chartulario ſacri noſtri cubiculi, qui codicillis (74) noſtris inſervit) juramentum præſtet, quod nemini plane neque pro ſuffragio neque patrocinio quicquam dederit, nec promiſerit, nec pactus ſit ut ex provincia vel Glorioſiſſimis Præfectis, vel aliis qui Magiſtratus gerunt, vel iis, qui circa eos ſunt, vel alii cuidam pro patrocinio mitteret. Sed quemadmodum Magiſtratum gratis accipit, & ex publico annonas percipit (has enim ſolas eum percipere permittimus) ita eum puris manibus geret, Deo & nobis rationem redditurus. Sciat enim Eminentia Tua, & qui eundem thronum poſt Te conſcenſuri ſunt, quod ſive ipſi ab iis, qui ad dictos Magiſtratus perveniunt, ſive (75) proceres eorum

(72) *vicem)* Sic Hal. Vetus *ordinem* τάξιν.

(73) *coram*] τῆς τε σῆς ὑπεροχῆς. Non male addetur ex Haloandro ἐναντίον τῆς &c.

(74) *noſtris*] τούτοις τοῖς παρ' ἡμῖν *his apud nos*. Apud Hal. deeſt τούτοις, quod etiam non neceſſarium videtur.

(75) *proceres eorum*] οἱ παραδυναστεύοντες αὐτοῖς. Vet. *proceres ipſi*. Hal.

ſive etiam cohors tua (76) ultra ea, quid accipere auſi fuerint, quæ ſportularum nomine illis à nobis definita ſunt,(quæ cum ſola ſufficere putaremus, ut dentur decrevimus) quod non levem pœnam ſint ſubituri, Sed maximi quidem Magiſtratus, qui ab iis, (77) qui ad Magiſtratum perveniunt, quid accipere auſi fuerint, vel cohorti ſuæ tale quid facere permiſerint, & cum illis denunciatum fuerit non emendaverint, non ſolum quadruplum ejus quod acceperunt reſtituent, ſed etiam gravem indignationem ſuſtinebunt & periculum quoque amittendi Magiſtratus metuent. Illi quoque qui circa eos ſunt, & cohors iis ſubdita, ſi plus quàm à nobis datum eſt, accipere (78) tentaverint, illis, qui damnum paſſi ſunt, quadruplum reddere obligati erunt & bonis atque dignitate excident, ac præterea pœnas delictis (79) eorum convenientes ſuſtinebunt.

CAPUT VIII.

Ut Præſides tributa diligenter exigant.

Qui vero hoc pacto Magiſtratus gratis ſuſcipiunt eos ante omnia diligentiam adhibere oportet, ut ad tributa vigilanter attendant, eaque (80) à contumacibus, illisque qui coactione opus habent, cum omni

bi, quorum opera in commiſſa ſibi parte Reipublicæ utuntur. Gothofredus ad *l. 1. C. Th. ſi cert. pet. d. ſuffrag.* τὺς παρεδυναςεύοντας *Palatinos* & *Aulicos* interpretatur: *Valeſius ad Amm. Marcell. Lib. 16. Cap. 10. Imperatoris amicos Comites, proximos.*

(76) *ultra ea)* περιττέρω τῶν περάσεσυνηθειῶν παρ' ἡμῶν αὐτοῖς ἀφωρισμένων. Hal. legit παρ' ἑτέρω τῷ πρ ζάσει &c. Vertens: *aut quovis alio præter conſuetudines* &c. Vet. *ultra ea quæ occaſione* &c.

(77) *quid ad)* ἐπὶ τὰς ἀρχὰς παριόντων. Hal. ἐπὶ τὰς ἱεμένας ἀρχὰς. Non male. Sic enim paulo ante Imperator loquitur.

(78) *tentaverint)* ἐπιχειρήσωσιν. Hal. ἐπιχειρεῖσει, *pertentaverint.*

(79) *eorum)* τοῖς αὐτῶν. Hal. τῶν αὐτῶν, *ipſorum delicta.*

(80) *à contumacibus)* τῶν μὲν ἀγνωμονούντων. Julian. *contumaces.* Vet. *indevotos.* De devotis & indevotis ad *Nov. 1.* dictum eſt. Sunt autem qui tributa non ſolvunt; Sicuti *devoti* dicuntur, *qui nihil debent. l. 126. C. Theod. p. decurion. Devotionis illatio dicitur.*

omni ſeveritate exigant, & in nullo cedant, nec ad lucrum aliquod hac in re ullo modo reſpiciant, erga obſequentes vero paterne ſe gerant: deinde ut ſubditos noſtros undique immunes ab injuriis ſervent, nihilque prorſus ab ullo eorum accipiant, ſed æquos in judiciis, æquos in publica diſciplina ſe præbeant, peccata puniant, ac innocentes undique illæſos ſervent, nocentibus vero pœnam ſecundum legem imponant, atque ita ſubditos regant ut patres filios, diligentes eos ſi crimine carent, corrigentes vero & punientes ſi ſontes apparent, atque omnem juſtitiam tum in publicis, tum in privatis (81) contractibus illis exhibentes. Neque illi ſoli hæc faciant, ſed & talem ſemper (82) aſſeſſorem, omnesque, qui circa eos ſunt, aſſumant, ne ipſi quidem crimine carere, per alios vero peccare & furari, quodque turpius adhuc eſt, ſocios injuſtitiæ aſſumere videantur. Quare liceat Eminentiæ Tuæ quosdam ex honeſtioribus, & qui rerum fiſcalium notitiam habent, curiales ſcilicet aliasve perſonas, quæ bonum de ſe ſpecimen dederunt, & ad Magiſtratus idonei ſunt, Magiſtratus conſtituere. (83) Quis enim eum non amet, atque gravitate prædirum exiſtimet, qui noſtra ſententia & Eminentiæ Tuæ judicio ad Magiſtratum venit, ac teſtimonium habet, (84) quod vir bonus ſit, eumque gratis ſuſceperit, nec ulli pravæ rei in provincia operam dederit, nec quomodo id, quod ab ipſo datum eſt, corradat, nec unde pecuniam colligat, ſed id ſolum agat, ut Deo & nobis ſe (85) commendet, atque bona exiſtimatione fruatur, ac magnas remunerationes ſpeict,

R 2 ſ. 1.

l. 22. de. Annon. & Trib. C. Th. l. 7. d. diverſ. Reſcript. ibidem; (ubi vid. *Gothofr.*) *l. 29. 32. C. Th. d. Annon. & Trib.* Devotio Africæ alio ſenſu in *l. 6. C. Th. d. indulgent. debit. Devotio* pro *ſtrena l. 1. C. Th. de oblat. votor.*

(81) *contractibus*) συμβολαίοις. Hal. συναλλάγμασι.

(82) *Aſſeſſorem*) παρεδρεύοντα. Vet. *Conſiliarios.* Julian. *Aſſeſſorem.* Gloſſ. Cyr. παρεδρεύω, *pr. ſidelor.* πάρεδρος, *Aſſeſſor. Conſiliarius,* particeps dicitur in *Cod. Theod. Lib. 3. pag. 275.*

(83) *quis enim*) τὶς γὰρ ἂν ὐκ ἀγαπήσειε. Hal. τὶς γὰρ ὐκ ἂν αὐτὸν &c. recte.

(84) *quod vir bonus*) ὡς εὐχρηςὸς. Hal. ὡς ἐυχρηςτος, *qui frugi & vir bonus ſit.* Vet. quia ſit optimus. Non mala tamen eſt Haloandri quoque lectio. Qui & paulo poſt pro ἔχει σπούδασμα legit ἔχῃ σπούδασμα.

(85) *commendet*) συςῆσαι. Hal. συςῆναι.

§.1. Si vero quis contra hæc quid fecerit, (86) ſciat, quod etiam coram illa adminiſtratione in qua judex eſt, furti accuſandus ſit: & ſi pecuniam ad Magiſtratum obtinendum eum dediſſe, vel ex Magiſtratu quid (87) accepiſſe appareat, (utrumque enim crimen eſt) bonorum publicationem, exilium, pœnas corporales & ſupplicia laturus, eumque qui ab ipſo quid accepit, magnis malis, ſicut diximus, ſubjecturus ſit. Exigimus enim (88) â provincialibus Magiſtratibus ut puras manus habeant, (89) quo ſubditos indemnes florentesque ſervemus. Et hæ quidem pœnæ tam à legibus, quam à Magiſtratibus, illis, qui dictos Magiſtratus gerunt, ſi tale quid patraverint, (90) imminebunt. Damus vero & provincialibus poteſtatem, ſi is qui Magiſtratum in provincia gerit, injuſte quid perpetret, & ſubditos noſtros damnis & injuriis (91) afficiat, ut Dei amantiſſimus Epiſcopus, ejusque loci primates libellum ſupplicem ad nos mittant, Magiſtratus delicta enumerantes. Nos enim his cognitis aliquem in provinciam mittemus, qui iſta examinet, ut ibi quoque pœnas delictorum ferat ubi deliquit, & alius ad hoc exemplum reſpiciens, tale quid perpetrare non audeat.

CAPUT IX.

Ut Præſides quinquaginta dies in provincia commorentur, poſtquam ſucceſſores acceperunt.

VBi autem is, qui Magiſtratum geſſit, cingulum poſuerit, ſecundum prio-

(86) *ſciat quod*) ἴσω καὶ ἕως ἐν ᾗ ἐστ' ἀρχῆς ἐφ' ἧς ἐστι δικαστὴς, κλοπῆς αἰτίαν ὑποστησόμενος. Vet. *& donec in adminiſtratione* eſt *judex furti reus appareat.* Hal. *ſciat, quod etiam adminiſtrationis tempore, quo judex eſt, furti reus poſtulabitur.*

(87) *accepiſſe*) λαβών. Hal. λαβεῖν. Et paulo poſt pro καὶ αὐτὸν δὴ Haloand. egit καὶ αὐτὸν δὲ.

(88) *à provinc.*) ταῖς ἐπιχωρίοις ἄρχουσι. Hal. ταῖς ἐπιχωρίων ἀρχαῖς.

(89) *quo ſubditos*) Vet. *ut collatores cuſtodiamus.*

(90) *imminebunt*) ἐπικείσονται. Hal. καὶ αὗται μὲν &c. ἐπιθήσονται: *inferentur.* Vet. *imminebunt.*

(91) *afficiat*) περιβάλλοι. Vet. *damnis aliquibus ſubdat.* Hal. περιβάλλοι

priores conſtitutiones quinquaginta dies in provincia (92) & publico conſpectu commorari, omniumque actiones excipere neceſſe habeat. Quodſi nondum impletis quinquaginta diebus aufugiat & capiatur, ſubditis poteſtatem damus, eum tanquam viliſſimum mancipium in eo loco (93) vel provincia detinendi, & omne id quod illi dederunt, furti nomine exigendi; præſente tamen Dei amantiſſimo Epiſcopo, & rem (94) in ſcriptis cognoſcente, donec omne quod eum abſtuliſſe probabitur, reſtituat. Sed & ipſis provincialibus, ſi furtum Magiſtratuum ſentiant, id nobis indicare liceat, imo vel neceſſe habeant: ut certiores facti, illum auro jus vendere, præter cœleſtes vindictas, quibus obnoxius eſt is qui juramentum, ſub quo Magiſtratum accepit, violat, dictas pœnas illi imponamus. (95) Quodſi etiam ex quacunque cauſa non impletis quinquaginta diebus ex provincia fugere (96) potuerit, tunc comprehenſus, ubicunque eum commorari appareat, in provinciam quidem, cui præfuit, reducetur, illius vero, quod accepiſſe invenietur, quadruplum reddet.

CAPUT X.

Quomodo provinciales honorem debitum & reliqua Præſidibus ſuis exhibere oporteat.

Illud ſcilicet obſervandum eſt, ſubditos noſtros nullam poteſtatem habere, ob ullam aliam rem quam furtum, hæc circa Magiſtratus facien-

R 3

objecerit damnis. Vet. Int. videtur ὑποβάλλει legiſſe, quod frequentius.

(92) *& publ.*) Jul. *& publice pareat, & omnium excipiat actiones.*

(93) *vel provincia*) ἢ τῇ ἐπαρχίᾳ. Hæc verba deſunt in Haloandri editione. Sequitur continuo, καὶ πᾶν εἴτι δὲ δώσειν αὐτῷ Pro quo cum *Hal.* melius legis πᾶν ὅτι. Vet. *omne quod dederunt.*

(94) *in ſcriptis*) ἐγγράφως. Hal. ἀγράφως, *ſine ſcripto*, ſenſu contrario. Illud probat *Agylæus*, ut cauſam ita cognoſcendam eſſe intelligamus, ut ſimul, quid quoquo tempore actum ſit, in literas referatur.

(95) *quodſi etiam*) Hæc usque ad finem capitis deſunt in *Hal.* editione.

(96) *potuerit*) ἰσχύσειε. Vet. *voluerit.* Lege *valuerit*

Digitized by Google

ciendi. Nam ſi in exigendis tributis, vel puniendis criminibus ſeverior contumacibus videatur, non permittemus ſubditis, ut illi adverſus eum quid agant. Quin è contrario pœnis omnium acerbiſſimis illos (97) ſubjiciemus, ſi eos, qui puris manibus uſi & in tributorum exactione omni diligentia verſati ſunt, deinde Magiſtratum deponunt, injuriis afficere auſi fuerint, neque eos poſt legitimum tempus provincias derelinquentes honorificentiſſime (98) dimiſerint. Oportet enim clariſſimos ſubditarum provinciarum Magiſtratus, qui poſt hanc legem futuri ſunt, conſiderare, quantæ gloriæ ipſis erit, ſi tales videantur, & in quantas difficultates (99) incident, ſi hanc legem, quantum in illis eſt, violare audeant. Abſurdum enim eſſet, ſi in (100) vilibus furtis deprehenſos quidem puniant, & tormentis ſubjiciant, neque prius veniam dent quam furta reſtituant, ipſi vero à pœna immunes ſint, quando magnorum furtorum rei ſunt, nec exemplum ſubditorum erubeſcunt, (101) cum illa contemnere, & graves, liberi atque undique laudabiles videri, & à nobis bonum teſtimonium atque ſpem habere ipſis liceat.

§. 1. Non permittimus autem neque ſpectabilibus (102) Ducibus, neque alii cuidam, ut ullam (103) fraudem vel injuriam illis inferant, aut civilium negotiorum ullo modo participes ſint, quo & nos autoritatem illis conſervemus, & ipſi integritatem & benevolentiam nobis viciſſim præſtent. Sciant enim omnes ſubditi, quod propter illorum utilitatem, atque ut ab omni parte indemnes ſint, & ad omnem felicitatem

(97) *ſubjicimus*) ὑπάξομεν. Hal. ὑποτάξομεν.

(98) *dimiſerint*) ἀποπέμψωσιν. Vet. *deduxerint*, non male.

(99) *incident*) περιπεσοῦνται. Hal. περιπέσοιντο. Et paulo poſt pro τό γε ἐφ' ἑαυτοῖς, ἐφ' αὐτοῖς.

(100) *vilibus*) εὐτελέσιν. Hal. ἀτελέσιν, male.

(101) *cum liceat*) ὡς ἐξεῖν αὐτοῖς ὑπερειδοῦσι σεμνοῖς τε καὶ ἐλευθέροις &c. φανῆναι. Vet. *cum liceat illis honeſtis & liberis & undique laudandis oſtendi.* Hal. *cum interim ſi iſtis abſtineant non tantum inter honeſtos, ingenue viventes, & omni laude cumulatos cenſeri, &c. poſſint.*

(102) *ducibus*) δουξίν. Sic & Hal. *Vet. judicibus.*

(103) *fraude*) πλεονεξίαν, *avaritiam, fraudationem per avaritiam*, & *plus habendi cupiditatem.* Vet. *oppreſſionem.* Hal. *prærogativam uſurpare.*

Digitized by Google

tatem eos ducamus, neque provinciis relictis in peregrino ſolo miſere vivere cogantur, hancq legem conſcripſerimus, illam tam Deo quam etiam venerandis hiſce magni illius & (104) univerſalis feſti diebus dedicantes, ut omnibus liceat Magiſtratus magis ut patres quam fures & (105) illiberales (106) bonisque ſuis inſidiantes habere.

§. 2. Vos autem ſubditos noſtros, cum ſciatis quantam veſtri curam geſſerimus, publica tributa cum omni devotione ſine diminutione inferre oportet, ut Magiſtratuum coactione opus non ſit, ſed ita obſequentes vos præbeatis, ut nobis ipſo facto oſtendatur, quod & ipſi tali humanitati (107) debitam gratitudinem nobis viciſſim exhibeatis, & meritò à Magiſtratibus pro gratitudine illa omnem favorem & curam obtineatis: ſcientes, quod cum tributorum periculum Magiſtratibus ubique immineat, atque in confeſſo ſit ſuo periculo Magiſtratus officia (108) ſuſcipere, vos hoc ſcientes, omnimodo contumaciam evitetis, nec animos veſtros ita inobedientes præbeatis, ut ſeveritate illis opus ſit, qua eos propter inevitabilem triburorum exactionem uti neceſſe eſt. Notum enim vobis eſt, ſubditi noſtri, quod expenſæ militares hoſtiumque (109) perſecutio multa cura indigeant, nec ſine pecunia hæc confici queant, cum res nullam dilationem (110) patiatur, neque nos, Romanorum terram imminutam (111) aſpicere ſuſtineamus, ſed & Lybiam omnem recuperaverimus, Vandalos ſubjugaverimus, & multa adhuc hisque majora à Deo nos accepturos atque

(104) *univerſalis*) κοινοτάτης, *communiſſimi.* Vet. *maxima ejus communionis feſtivitatis diebus.* Hal. *publici feſti.*

(105) *illiberales*) ἀνδραποδώδεις. *Viles, ſerviliter turpes.* Vet. *ſolicitatores.*

(106) *bonisque &c.*) Hæc deſunt in Haloandri editione. Habet tamen ea Vetus Interpres.

(107) *debitam*) οἰκείαν, *propriam, ſuam.* Vet. *propriam nobis devotionem reſtituetis.* Hal. *veſtram nobis devotionem repræſentetis.* De devotione ſupra dictum & *Nov. 1.*

(108) *ſuſcipere*) ἐπεισέρχονται. Hal. ὑπεισέρχοντα, non male.

(109) *perſecutio*) δίωξιν. Vet. *hoſtium incurſiones.* Hal. αἱ διώξεις.

(110) *patiatur*) δεομένου, *indigentis.* Hal. δεχομένου; *accipientis, admittentis*; quod retinendum. Vet. *recipiente.*

[111] *aſpicere*] αἱρουμένων περιορᾶν. Vet. *concedentibus deſpici.* Τὸ περιορᾶν

que acturos ſperemus, ad quæ publica tributa ſine diminutione & grate atque definitis temporibus pendere decet. Quare ſi alacriter Magiſtratibus (112) ſubveniatis, hi vero, ut facile & expedite tributa nobis ſolvantur, effecerint, Magiſtratus ob diligentiam laudabimus, & veſtram voluntatem (113) probabimus, eritque pulchra quædam & concors tam imperantium quam parentium ubique conſonantia.

CAPUT XI.

Ut omnes Deo pro hac lege gratias agant.

MAgno itaque Deo & Servatori noſtro Jeſu Chriſto omnes ſimul pro hac lege hymnos (114) canant, quæ, ut patriam ſecure inhabitent, bona ſua tuto poſſideant, & Magiſtratuum ſuorum juſtitia fruantur, ipſis præſtabit. Nam & nos ideo eam tulimus, ut propter legis juſtitiam Domino Deo nos (115) conciliare, noſtrumque imperium commendare poſſimus; ne homines inique oppreſſos negligere videamur, quos nobis Deus dedit, ut ejus bonitatem imitati illorum ſemper (116) miſereamur. Adeoque, quantum ad nos, conſecrata ſit Deo: quoniam nihil eorum bonorum, quæ nobis pro ſubditorum cura in mentem veniunt, (117) prætermittimus. Cum enim ſordida illa & ſervilia furta e medio tollere, noſtroſque ſubditos (18) in quiete à provincialibus Magiſtratibus ſervare vellemus, propterea operam dedi-

vid. infra Cap: 11. ubi idem ſignificat, vel & *negligere*. Τὸ εἰρημένον occurrit ſupra, *Nov. 1. præfat.*.

[*112*] *ſubveniatis*] ἀπαντήσητε. Hal. ἀπαντήσοιτε, *occurratis ad ſolutionem.*

[*113*] *probabimus*] ἀποδεξόμεθα. Hal. ὑποδεξόμεθα, male.

[*114*] *canant*] ἀναπέμπειν, *ſurſum mittant.* Sic & infra.

[*115*] *conciliare*] οἰκειῶσαι ἑαυτούς. Sic & *Nov. 5. præfat.* Eſt & *acquirere*, *Nov. 1. Cap. 1. §. 1.* Heſych. οἰκειώσαντο, ἰδιοποιήσαντο.

[*116*] *miſereamur*] φειδώμεθα. Vet. *parcamus.* Hal. *rationem eorum clementer habeamus.* Heſych. φείδεσθαι, ἐλεεῖν.

[*117*] *prætermittimus*] παραλιμπάνομεν. Hal. περιλιμπάνομεν.

[*118*] *in quiete*] Ita Vetus Interpr. vertit hæc verba ἐν εὐπαθείᾳ παρὰ τῶν τὰς ἐπιχωρίους ἀρχὰς ἐχόντων φυ-

Digitized by Google

dimus, ut illis Magiſtratus gratis daremus, ne (119) delinquere & bona ſubditorum, quorum gratia omnem laborem ſuſcipimus, rapere ipſis liceat: (120) dedignantes imitari eos, qui ante nos regnarunt, qui accepta pecunia Magiſtratus (121) creabant, & ſibimet ipſis poteſtatem Magiſtratus injuſte agentes juſte reprehendendi auferebant, digni ut propter ea quæ acceperunt, (122) pudore afficerentur, neque ſubditos ſuos propter id ipſum à malis Magiſtratibus liberare, neque Magiſtratibus, ut ab injuria abſtineant, ob dictam cauſam imperare potuerunt. Nos vero ſufficientem imperio reditum eſſe putamus, ſi ſubditi publica

S ſolum

λάξαι. Hal. legit ἀπαθείᾳ *indolentia*, quod huic loco melius convenit. Vertit vero, *Collatores noſtros tueri, ne quid aſperum à Provinciarum moderatoribus patiantur.*

(*119*) *delinquere*) πλημμελεῖν. Hal. πλημμελεῖν τι.

(*120*) *dedignantes*) In hac lege edenda multum ipſe ſibi plauſit Juſtinianus; diebus Paſchatis eam ceu rem populis gratiſſimam evulgari voluit, inciſam lapidibus in Eccleſiarum porticibus publice haberi: exemplum in membranis deſcriptum ſervari cum ſacra ſuppellectile in omnibus Eccleſiis Orbis Romani; ad gratias Deo agendas univerſos populos excitari. Illud plane jactanter; *dedignantes imitari eos, qui ante nos imperaverunt, qui pecuniis ordinabant adminiſtrationes.* Nam in univerſum quam verum ſit, neſcio. Theodoſius enim legem eadem ſuper re ſcripſit: idemque de *Marciano* teſtatur *Theodorus Lector*, ἄρχοντα ἐπὶ δόσει μὴ γίνεσθαι ἐκέλευσε, *Magiſtratum pretio creari vetuit*, & de Anaſtaſio τὰς ἀρχὰς ὠνίους οὔσας προῖκα παρέσχεν, *Magiſtratus, qui venales fuerant, gratis contulit. ALEM. ad Procop.* ἀνεκδ. p. 93. Evagrius *Hiſt. Eccleſ. lib. 4. Cap. 30.* tradit, Juſtinianum quidem in expendenda pecunia admodum largum fuiſſe ac multas magnasque Eccleſias ædificaſſe, eundem tamen inexplebili avaritia laboraſſe, & alieni appetentisſimum fuiſſe. Contius notat Imp. tacite accuſare Zenonem & Anaſtaſium de quibus ſupra *Cap. 1.* dictum.

(*121*) *creabant*) προϐάλλοντο. Hal. προεϐάλλοντο. De hoc verbo vid. *Bud. Comm. ling. Gr.*

(*122*) *pudore affic.*) ἐγκαλύπτεσθαι, quod eſt teſte Heſych. διατρέπεσθαι, αἰσχύνεσθαι, *pudore affici.* Solent enim illi, quos pudet, faciem manu tegere. Vid. *Bud. Comm. ling. Gr.* Hunc ſenſum ſi ſequamur, textus ſat apertus eſt. Haloander ſic vertit: *digni profecto, quibus propter turpiter acceptam pro officiis pecuniam capita obvolverentur pallio.* Sed hic de obvolutione pallii non agi notavit Contius ad marginem Vet. verſionis. Agylæus ita hæc interpretatur: *digni, quorum fama & nomen iis, quæ acceperunt, obtegatur:* quaſi dixerit:

Digitized by Google

ſolum tributa (123) conferant, non autem ut præter ea aliunde quid conquiratur, quod ſubditis omnem vitam (124) conturbet.

CAPUT XII.

Quod autem à nobis ante dictum eſt, id majore adhuc & diligentiore lege (125) complectendum exiſtimavimus, ut ſcopus noſter omnibus manifeſtus fiat. Sancimus igitur, ut Clariſſimi ſubjectarum provinciarum Magiſtratus, qui nulla pecunia data creati & juramenti ab ipſis præſtiti memores ſunt, hoc quoque jus à nobis habeant, ut nemo apud ipſos fori (126) vel judicii ullam exceptionem habeat neque vi (127) ab aliquibus illata, neque in criminibus & læſionibus hinc oriundis, neque in (128) publicis inſtantiis, neque in publicorum tributorum exactionibus, ſed ut omnes ſimiliter horum jurisdictioni ſubjecti ſint, neque exſpectent donec juſſa à Magiſtratibus, quibus ſubſunt, accipiant, aut illis denuncient, ſed hac noſtra lege contenti ſint, qua omnem poteſtatem illis concedimus: neminique in prædictis cauſis, nec privilegio quodam uti (129) nec exinde impune delinquendi poteſtatem ſibi ſumere plane liceat. Non enim illi Magiſtratus, qui ab omni munere abſtinuerunt, quicquam timori Dei, legis & noſtri præponent, ſed ad illum reſpicientes, ſubditis juſtitiam cuſtodient, omnia ſecundum leges noſtras judicantes & agentes.

§. 1. Nam in illis etiam milites, qui in provinciis ſunt, ipſis ſubjicimus,

dignos fuiſſe, qui tegerentur & obruerentur pecuniis, quas eo nomine acceperant.

(123) *conferant*) κομίζεσθαι. Lege cum Hal. εἰσκομίζεσθαι. Nam κομίζεσθαι eſt *accipere* &c.

(124) *conturbet*) καταστείσει τὸν βίον. Vet. *commoveat*. Heſych. κατασείειν, συνταράξειν.

(125) *complectendum*] περιλαβεῖν. Hal. περιβαλεῖν.

(126) *vel judicii*) ἤτοι κριτηρίου. Hæc deſunt in edit. Hal.

(127) *ab aliquibus*) παρά τινων. Hal. περί τινων.

(128) *inſtantiis*) ἐπὶ ταῖς ἐνστάσεσι ταῖς δημοσίαις. Vet. *in ſeditionibus publicis*. Julian. *in populari ſeditione*.

(129) *nec exinde*, ἑαυτῷ κατορθοῦν τὸ πλημμελεῖν ἀνευθύνως. Hal. ἑαυτῶν κατορθοῦν Male. Κατορθοῦν alias eſt *inſtaurare*, *erigere*. Καλορθῶ, *erigo*. Gloſſ. Cyr.

Digitized by Google

cimus, ut nec ibi ſpeciali aliquo juſſu, vel noſtro, vel Magiſtratuum noſtrorum egeant, ſed hac lege utantur, eamque illis oſtendant, ut ipſis Magiſtratus poteſtate utentibus auxilio ſint: ſcientes, quod niſi hoc fecerint, & annonam & ipſam militiam amiſſuri, & in periculo quoque corporis futuri ſint. Quare nullo plane alio Magiſtratu opus eſt, nec ut perſecutores latronum, vel biocolytas, uti vocantur, (vel potius graſſatores) vel exarmatores emittamus, qui prætextu quidem honeſto utuntur, ſed omnium peſſima faciunt. Cum enim Magiſtratus Provinciarum locum maximorum Magiſtratuum obtineant, & in provinciis inſtar reliquorum omnium Magiſtratuum ſint, & quantum in ipſis eſt, ſecundum leges noſtras decreta faciant, quis exceptione fori, vel ſimili apud eos uti audeat?

CAPUT XIII.

De Latrunculatoribus, biocolythis & aphopliſtis.

INterdicimus autem & Glorioſiſſimo per Orientem Magiſtro militum, & omnibus Magiſtratibus noſtris, ne vel (130) latronum perſecutores, vel (131) biocolytas, vel (132) exarmatores, vel ſimiles in provincias mittant. (133) Sciant enim illi qui poſt hanc legem tales eſſe audebunt, quod à Magiſtratibus provinciarum comprehenſi in carcerem conjicientur, & re ad nos delata extremum periculum ſubituri, illi quoque, qui ejusmodi juſſa iis dant, triginta librarum auri pœnam paſſuri, & majorem adhuc graviorem que indignationem noſtram ſenſuri ſint. Quare Magiſtratus Provinciarum tanta poteſtate à nobis dignatos ita ſe gerere

(130) *latronum perſec.*) ληςοδιώκτας. Jul. *latrunculatores.* (Vid. *Gloſſ.* voce *latrunculator.*) Vet. *latronum inſectatores.*

(131) *biocolytas*) βιοκωλύτας. Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *biocolyta*; & *Ant. Auguſt.* Julian. *biocolytas.* Vet. *violentiarum inhibitores.*

(132) *exarmatores*) ἀφοπλιςάς. Vet. *armatos.* Julian. *aphopliſtas.* Vid. *Gloſſ.* in voce *aphopliſta*, & *Ant. Aug. Cujac. ad l. 12. C. d. Met.*

(133) *ſciant*) Hæc & quæ ſequuntur ad verb. *ſenſuri*, deſunt, in Haloandri Codice.

oportet, ut juſte & legitime omnibus metuendi ſint: ſcientes, quodſi Magiſtratu à nobis collato male, neque ita ut commiſſam illis à nobis poteſtatem decet utantur, pœnas ſupra dictas ſuſtinebunt, quas etiam patientur dum Magiſtratum gerunt, cumque eum depoſuerint majora adhuc pericula ſubibunt. Non enim facultatem illis concedimus, (134) antequam legitimum quinquaginta dierum tempus impletum ſit, ex provinciis quibus præfuerunt vel (135) prætextu revocatoriæ, vel fugæ, vel alia quacunque de cauſa diſcedendi. Et ſciant quod, (ſicuti ante diximus) ſive in hac feliciſſima civitate, ſive ubicunque locorum ſint, ad provinciam, cui præfuerunt, reducti, pœnis, quas ante diximus, ſint afficiendi.

CAPUT XIV.

Quomodo & apud quem Præſides jurare debeant, & de cautione ab iis exigenda.

JUramentum vero hîc quidem ſecundum id, quod ſupra dictum eſt, præſtabunt. Si vero quibusdam, qui in Provincia ſunt, Magiſtratus ſymbola mittantur, coram Dei amantiſſimo Metropoleos Epiſcopo & Procetibus qui ibi ſunt, juramentum (136) præſtabunt, atque ita Magiſtratus adminiſtrationem ſuſcipient: Eminentia ſcilicet tua curam gerente, ut, ſive quis in hac magna civitate Magiſtratum ſuſcipiat, ſive in

(134) *antequam*) πρὶν τὸν νενομισμένον τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν πληρώσουσι χρόνον. Hal. πρὶν νόμιμον πεντήκοντα ἡμερῶν ἀναπληρῶσαι χρόνον. Quod & Vet. Interpr. legiſſe videtur, qui habet, *antequam legitimum &c. compleatur tempus.*

(135) *prætextu revocatoriæ*) προφάσει revocatoriæ, addito ἤτοι ἀνακλήσεως: quod ultimum deeſt in Hal. Codice, qui habet προφάσει ῥεβοκατορίας. In *l. 18. C d. dignit.* permittitur Illuſtribus reipſa adminiſtrantibus vel etiam honorariis ad regiam urbem ſine ſacra revocatoria pervenire. Ea petitur vel dirigitur ultro à Principe, ut ex formulis Caſſiodori conſtat. Uſus vero ejus illa lege ponitur, non tollitur; Sed illuſtribus tantum ea non petita jus veniendi in comitatum datur, quod non pugnat cum *l. nullus d. off. Rect. prov.* quæ de Præſidibus loquitur, non de Illuſtribus. *Cujac. ad d. l. 18. C.*

(136) *præſtabant*) ὑπέξουσι Lege ὑφέξουσι cum Hal.

Digitized by Google

in provinciam ſymbola illius ab Eminentia Tua illi mittantur, is qui ea accepit cautionem de tributis inculpate exigendis fiſco præſtet, prout ipſe liquido judicaveris. Lata vero ſit hæc lex in omnes qui à nobis expreſſe nominandos Magiſtratus ab hoc tempore ſine pretio ſunt (137) ſuſcepturi. Præterita enim ante latis legibus ſubjaceant, nulla earum pœnarum, quæ hac noſtra lege definitæ ſunt, illis incumbente, qui huc usque Magiſtratus gerunt: niſi & ipſi poſt (138) inſinuationem hujus legis aliquid rapuiſſe deprehendantur.

EPILOGUS.

HÆc igitur omnia Celſitudo Tua cognoſcens, ut in omnibus gentibus ſubjectis manifeſta fiant provideat, edictisque ad omnes Provinciarum Præſides, ut moris eſt, utatur: ut illi cognito noſtro erga ſubditos ſtudio, & circa conſtitutionem Magiſtratuum voluntate, ſciant (139) quanta in illos bona contulerimus, ne quidem Imperatorio (140) famulitio propter felicitatem eorum parcentes. (141) Dat. XVII. Kalend. Maji Conſtantinop. Biliſario V. C. Conſ.

(137) *ſuſcepturi*) παραληψομένοις. Hal. περιληψομένοις.

(138) *inſinuationem*) ἐμφάνισιν. Hal. ἐμφάνησιν. Vid. *Cap. d. infr. in Edict. l. 16. C. d. SS. Eccleſ.* τὴν δωρεὰν ἐμφανίσῃ, *donationem inſinuaverit.* Interprete Contio. Gloſſ. Cyr. ἐμφανίζω, *intimo*, quo verbo Vetus paſſim utitur.

(139) *quanta in illos bona*) Vet. *quanta eis bona participantur.*

(140) *famulitio*) θεραπείας. Vet. *medela* habuit, ut ſupra paſſim, quod ſuſtilit Contius, repoſito *famulitio.* Eodem ſenſu accipitur fere ſupra *Nov. 6. Cap. 2. Nov. 12. c. 3. §. 1 ſervitium patri præſtandum. Nov. 10. præf. §. 1.* Imperii famulitium hic appellat, [ut Gothofr. notat,] Præſides provinciarum, qui velut imperii regnique famuli, Imperatori in id famulantur ac miniſtrant, ut provinciæ tutæ ſint & quietæ. In *Nov. 29. Cap. 3.* θεράποντα ſunt *cohortales, milites* & *domeſtici* ſeu *ſervi.* Θεράποντα quoque eſt *commodum, utilitas*, ut ſupra *h. Nov. præf. §. 1.* ubi bis occurrit; ſicque eſſet, *neque Imperialibus commodis.*

(141) *Dat. XVII.*) Deſunt hæc in Hal. Cod. Vetus Interpr. *Datum Biliſario Præfecto XVI. Cal. Maji.* Julian. *Dat. XVII. Kal. April.* Conſ. Beliſarii.

Edictum ad amantiſſimos Dei (142) Epiſcopos, Religioſiſſimosque Patriarchas ubique locorum conſtitutos ſcriptum.

CUm Reipublicæ à Deo nobis traditæ curam geramus, operamque demus ut ſubditi noſtri in omni juſtitia vivant, ſubjectam legem ſcripſimus, quam Sanctitati tuæ, & per eam omnibus, qui in provincia Tua ſunt, notam facere pulchrum exiſtimavimus. Tuæ igitur & reliquorum Epiſcoporum pietatis erit hæc obſervare, nobisque ſi Magiſtratus quid violent, denunciare, ne quid eorum, quæ à nobis ſancte & juſte ſancita ſunt, negligatur. Si enim ſubditorum noſtrorum miſerentes, quod præter publicorum tributorum ſolutionem, magnas etiam injurias ex Magiſtratuum furtis ob procinciarum venditiones perpeſſi ſunt, operam dedimus, ut eas ſubjecta hac lege tolleremus, vos vero per ignaviam non denuncietis, (143) à nobis quidem Domino Deo con-

(142) *Epiſcopos*) Ἐπισκόποις quod & legitur in *Edict. 1. Juſtin.* Sed Hal. ſcribit Ἀρχιεπισκόποις, & *Vetus* quoque *Interp.* quod recipiendum videtur propter τὸ πατριάρχαις, quod ſequitur. Vide *inſcript. Nov. 5. 6. 7.* Et hinc in textu hujus Edicti non multum ab initio & fine pro Ἐπισκόπων legendum videtur Ἀρχιεπισκόπων, ubi tamen *Vetus* habet *& caeterorum.* Cæterum hoc Edictum in Cod. Vaticano non reperitur.

(143) *à nobis quidem*) ἡμῖν μὲν ἀφοσιώσθω τὸ πρὸς τὸν δεσπότην Θεόν. Ἀφοσιόω eſt καθαίρω, *purgo, expio.* Heſych. ἀφοσιοῦν, καθαίρειν. Gloſſ. Cyril. Ἀφοσιῶ, *ſcelero, devoveo, devoto.* Item in paſſivo, *perſunctorie quid agere.* Harpocrat. hac voce. Ubi & vid. *not.* Inde ἀφοσιώσεως χάριν. *in l. 2. §. 1. ff. qui pet.* & ὁσίας χάριν *in l. 13. ff. d. Excuſat. dicis gratia.* Ὁσίας χάριν Barbarus Modeſtini interpres interpretatus fuerat *pietatis gratia*, ut ait *Ant. Aug.* ad Modeſtinum; ipſe autem vertit *defunctorie*, ex *l. 2. §. non ſolum* ad SCt. Tertull. *Heſych.* ἀφοσιούμεθα, τὸ ὅσιον ποιούμεθα. Ἀφοσιούμενοι ἐν ὑποκρίσει θεραπεύοντες, τιμῶντες, &c. &c. *Suidas.* Ἀφοσιούμεθα, τὸ ὅσιον προσποιούμεθα. Ἀφοσιούμενος, πληροφορῶν, ποιήσας τὴν ὁσίαν. Ὁ δὲ ἀφοσιούμενος τὴν ἐξόρκωσιν τοῦ ὑπάρχου &c. καὶ ἀφοσιούμενοι ἀντὶ τοῦ τιμῶντες ἢ τὸ ὅσιον ποιοῦντες, καὶ καθαρὸν καὶ τὸ ὀφειλόμενον. Ἀφοσιούμεθα, *religione ſimulate defungimur.* Et ἀφοσιούμενος *defungens, religioni ſatisfaciens. Ille vero religione jurisjurandi defunctus.* &c. Et ἀφοσιούμενοι, *debitum honorem præſtantes, vel facientes id, quod pietatis, religionis & officii ratio à nobis exigit.* Item καὶ ἀφοσίωσις ἀνάθεσις, *dedicatio. Haloander* aliter hunc locum diſtinguit, & legit hoc mo-

conſecrata ſit, vos vero rationem de aliorum injuriis illi redderis, ſi quid (144) damni nobis neſcientibus hominibus veſtris inferatur. Sed cum in loco ſitis, & pro illis & pro reliquis (145) de certetis, nobis tum eos qui recte imperant, tum qui legem hanc noſtram transgrediuntur notos facere oportet, ut (146) utrisque cognitis illos quidem puniamus, hos verò remuneremus. Ubi vero hæc lex publice propoſita, omnibusque manifeſta facta erit, tunc intus in ſacra Eccleſia apud ſacra vaſa reponatur, tanquam Deo dedicata, & ad ſalutem hominum ab ipſo creatorum conſcripta. Melius autem magisve ex uſu hominum illius loci facietis, ſi eam tabulis vel lapidibus inſculptam in porticibus Sanctiſſimæ Eccleſiæ ſcribatis, facilem eorum, quæ ſancita ſunt, lectionem & poſſeſſionem omnibus præbentes.

CAPUT I.

De defenſoribus civitatum.

CUm vero integritatis Magiſtratuum tantam curam geſſerimus, manifeſtum eſt nos multo minus defenſoribus civitatum, ut quicquam vel accipiant, vel dent, permiſſuros eſſe. Dabunt quidem pro conceſſis ſibi Edictis in judicio Glorioſiſſimorum Præfectorum, ſi urbes majores ſint, ſolidos quatuor, ſi vero ex minoribus, ſolidos tres, (147) & præterea nihil. A nemine autem quidquam accipiant (148) niſi ex fiſco

do: ὑμεῖς δὲ μὴ παραγγέλλοντες ἡμῖν, ὃ μὲν ἀφοσιώσθω πρὸς τὸν δεσπότην Θεὸν, ὑμεῖς δὲ ἀπολογήσεσθε &c. *nihil nobis renuncie tis, ſit quidem* (illa lex) *Domino Deo conſecrata* &c. Supra *Cap. II.* dixerat: ὥστε λόγῳ ἐφ' ἡμῖν ἀφοσιώσθω τῷ Θεῷ. Vet. *Vos autem ſi negligentes non referatis, à nobis quidem conſecratum Domino Deo.* Noſtra recte ſe habere puto.

(144) *damni*) εἰ παρὰ τὸ μὴ μαθεῖν ἡμᾶς βλάβος. Hal. βλαβερὸν, & pro παρὰ, περί.

(145) *decertetis*) ἀγωνιῶντας. Vet. *deteſtantes*, lege *decertantes*.

(146) *utriſque*) ἑκατέρους, recte. Hal. ἑκάτερον.

(147) *& præterea*) καὶ πλέον τούτων. Recte. Hal. παρά.

(148) *niſi ex fiſco*) πλὴν εἰ μή τις ἐκ τοῦ δημοσίου νενομισμένος αὐτοῖς προσίῃ πόρος ἢ εἴπερ μηδὲν ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνοιεν &c. Haloander hæc ita legit: εἴ τις ἐκ τοῦ δημοσίου νενομισμένος αὐτοῖς πόρος ἐστὶ, ἢ εἰ μή τι ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνοιεν. Et ſic

Digitized by Google

fiſco legitimus ad eos veniat quæſtus, vel ſi nihil ex fiſco accipiunt, nihil præter ea, quæ in ſacra noſtra conſtitutione ſancita ſunt, ſumant. Nam ſi (149) vel ipſi vel (150) chartularii eorum, uti vocantur, vel alii ex iis, qui circa illos ſunt, quid accepiſſe deprehendentur, quadruplum illius, quod acceperunt, reddent, & ab officio removebuntur, ac inſuper perpetuo exilio mulctati, corporali quoque pœna affecti bonis viris, ut illi loco malorum officium ſuſcipiant, locum facient. Eritis autem hujus quoque rei cuſtodes, & prohibebitis ea quæ contra hæc fiunt, atque indicabitis, ut delicta non lateant, nec ideo quod (151) latent, impunita ſint, ſed omnis æquitas & juſtitia inter ſubditos noſtros floreat. Si vero Magiſtratus qui hucusque fuerunt, poſt inſinuationem hujus legis ab omni furto non (152) abſtineant, ſe quoque pœnis hujus legis ſubjectos eſſe (153) ſciant. (154) Hoc Edictum ad Epiſcopos Dat. XV. Kalend. April. Conſtantinop. Biliſ. V.C. Conſ.

Scriptum eſt exemplum Edicti Conſtantinopolitanis in hæc verba.

QUantam omnium ſubditorum curam geſſerimus, lex nuper à nobis lata oſtendit, quam ad Glorioſiſſimos noſtros Præfectos ſcripſimus. Conveniens autem eſt ut & vos ipſi ſciatis quam curam pro omnibus hominibus geramus: Propterea hanc ipſam legem in formæ

(155)

quoque Vetus Interpres: *Si aliquis ex fiſco ſolennis eis quæſtus erit, aut ſi nihil ex fiſco percipiunt*: Quam Veteris Interpretis, ut & Haloandri, lectionem ſequendam, Scrimgeri autem non audiendam eſſe ait *Agylæus*. Sed ſine cauſa. Nam in *Notitia ſequente* num. 49. eadem plane phraſi idem ſenſus exprimitur, & dicitur. Τὰς ἐκδίκους &c. οὐδὲ λαμβάνειν βουλόμεθα πλὴν εἰ μή τινες εἰσὶν αὐτοῖς ἐκ τῶ δημοσίου παρεχόμεναι συνήθειαι.

(149) *vel ipſi*) ἢ αὐτοὶ, deſunt hæc in edit. Haloandri, omnino addenda ex ſententia Agylæi.

(150) *Chartularii*) χαρτουλάριοι Vid. Gloſſ. voce *cubicularii*.

(151) *latent*) ἐκ τῶ λαθεῖν. Hal. διαλαθεῖν, & ante pro διαλαθεῖν, διὰ λαθεῖν.

(152) *abſtineant*) ἀπόσχωνται. Hal. ἀπέχωνται.

(153) *ſciant*) ἴστωσαν καὶ αὐτοὶ &c. ὑποκείμενοι. Hal. ὑποκεισόμενοι. Sic rectius legitur.

(154) *Hoc Edict.*) Deſunt hæc in Vet. Verſione.

(155) Edicti propoſuimus, ut Domino Deo & Servatori noſtro Jeſu Chriſto, atque noſtro etiam imperio juſte hymnos canatis, quia propter veſtram utilitatem omnem laborem ſuſcipimus.

(156) Notitia ejus quantitatis, quæ ab unoquoque illorum (157) Magiſtratuum, quos ſubjecimus, conſuetudinum nomine ab iis præſtari debent, qui Magiſtratus gerunt: nemine præter ea, quæ præſcripta ſunt, quicquam amplius dare aut accipere audente.

§. 1. A ſpectabili Comite Orientis ſic: In ſacro noſtro (158) cubiculo (159) ſolidos 63. (160) Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum cum quatuor ſcriniis ſacri laterculi ſolidos 50. Ejus adjutori ſolidos 3. Officio Glorioſiſſimorum Præfectorum (161) pro juſſione ſol. 80.

§. 2. A Proconſule Aſiæ ſic: In ſacro noſtro cubiculo ſol. 63. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum cum quatuor ſcriniis ſacri laterculi (162) ſolidos 40. Ejus adjutori ſolidos 3. Officio Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 80.

§. 3. A ſpectabili Comite Phrygiæ Pacatianæ ſic: Tribus Chartulariis ſacri noſtri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum

T no-

(155) *Edicti*) ἐν ἰδίκτυ σχήματι. Hal. ἰδίκτων.

(156) *notitia*) γνῶσις. Pro *indice* ponitur: ut *l. 1. C. d. excuſ. artif.* Pro *matricula Scholarium l. ult. C. d. off. Mag.* Dicitur & *Brevis l. ult. C. d. Com. fiſc. deb. Catalogus Nov. 28. in fin.* Vide & *l. ult.* C. d. *indict. l. fin. d. diverſ. off.*

(157) *Magiſtratuum*) ἀρχῶν. Hal. ἀρχῆς.

(158) *cubiculo*) κυβικλείῳ. Hal. hic & in ſeqq. ſemper κυβικλείῳ.

(159) *ſolidos*) νομίσμα. Hal. νομίσματα.

(160) *primicerio*) De primicerio notariorum vide Gothofr. *ad l. 2. C. Th. d. Primicer. & Notar.* Græce dicitur ἄρχων, πρωτοςάτης βασιλικῶν ὑπογραφέων. De *Notariis* vid. *Meurſ. Gloſſ.*

(161) *pro juſſione*) ὑπὲρ προςάγματος, *pro edicto, juſſione* (ut Hal.) *mandato.* Vet. id non habet, ſed τῶ *Præfectorum* addit *Prætoriorum*, ut & in ſeqq.

(162) *ſol. 40.*) ν. μ. Hal. νομίσματα ν. ſolidos 50.

notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Officio Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione (163) ſolidos 3.

§. 4. A Spectabili Comite Galatiæ primæ ſic: Spectabilibus Chartulariis tribus ſacri cubiculi ſolidos 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſolidos 24. Adjutori ejus ſol. 3. Officio Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione (164) ſol. 8.

§. 5. A Vicario (165) longi muri ſic: Chartulariis tribus ſacri cubiculi. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. ejus adjutori ſol. 3. Officio Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

Et quæcunque (166) Conſulares adminiſtrationes ſunt.

§. 6. A Præſide Palæſtinæ primæ ſic: Spectalibus chartulariis tribus ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum Tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Officio Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 7. A Præſide Palæſtinæ ſecundæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio Clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutorii ſol. 3. cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 8. A Præſide Phœniciæ maritimæ ſic; Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio Clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 9. A

(163) *ſol. 3.*) ν. γ'. Hal. νομίσματα ν'. ſolidos 50. Cum quo facit *Vetus Interpr.*

(164) *ſol. 8.*) ν. ἡ. Hal. νομίσματα ν'. 50. Et ſic quoque *Vetus Interpres.*

(165) *longi muri*) τοῦ μακροῦ τείχους. Ad marginem verſionis Haloandri notatum: Suidas de hoc muro ita ſcribit: Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς ἔδειξε τὸ μακρὸν τεῖχος, περὶ ἑξήκοντα μιλίων τῆς πόλεως, διατείνας ἐκ τῆς κατὰ ἄρκτον θαλάσσης εἰς μεσημβειὰν μῆκος μὲν μιλίων ι. εὖρος δὲ ποδῶν κ. Videtur autem legendum εἰς σηλυβρίαν ex *Zonara*. Evagrius quoque *Hiſtor. Eccleſ. lib. 3 Cap. 38.* ſcribit Anaſtaſium Imperatorem longum murum in Thracia perfeciſſe. Illumque Conſtantinopoli ſtadiis plus minus 280. diſtare, & utrumque complecti mare &c.

(166) *conſulares*) κονσουλάριαι. Hal. κονσουλάριαι.

§. 9. A Præſide Syriæ ſecundæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio Clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori (167) ſol. 3. Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 10. A Præſide Theodoriadis ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum Tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 11. A Præſide (168) Osdroënæ ſic: Spectabilibus chartulariis ſacri cubili ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 12. A Præſide Ciliciæ primæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 13. A Præſide Cypri ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 14. A Præſide Pamphyliæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 24.

§. 15. A Præſide Bithiniæ ſic: Spectabilibus tribus churtulariis ſacri cubiculi ſol. 6. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adiutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 16. A Præſide Hellesponti ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notario-

 rio-

(167) *ſol. 3.*) ν. ϛ. Hal. ν. γ'. Sic & Vet. Interpres.

(168) *Osdroënæ*) Ὀσροήνης. Hal. Ὀρδροήνης.

riorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 17. A Præſide Lydiæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 18. A Præſide Phrygiæ ſalutaris ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 19. A Præſide Piſidiæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſisſimorum Præfectorum pro jusſione ſol. 40.

§. 20. A Præſide Lycaoniæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſisſimorum Præfectorum pro jusſione ſol. 40.

§. 21. A Præſide Novæ Juſtinianæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſisſimorum Præfectorum pro jusſione ſol. 40.

§. 22. A Præſide Armeniæ ſecundæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſisſimorum Præfectorum pro jusſione ſol. 40.

§. 23. A Præſide Armeniæ magnæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Eius adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſisſimorum Præfectorum pro jusſione ſol. 40.

§. 24. A Præſide Cappadociæ primæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſisſimorum Præfectorum pro jusſione ſol. 40.

§. 25. A

§. 25. A Præſide Cappadociæ ſecundæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 26. A Præſide Hellenoponti ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 27. A Præſide Europæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 28. A Præſide Thraciæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum nôtariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 29. A Præſide Rhodopeæ ſic. Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40,

§. 30. A Præſide Æmimontis ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3 Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 31. A Præſide Cariæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 32. A Præſide Lyciæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

§. 33. A Præſide Auguſtanicæ primæ ſic: Spectabilibus tribus

chartulariis ſacri noſtri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 24. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 40.

Et quæcunque (169) *præſidiales aut correctoriæ adminiſtrationes ſunt.*

§. 34. A Præſide Lybiæ ſuperioris ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 36.

§. 34. A Præſide Ægypti primæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 36.

§. 36. A Præſide Ægypti ſecundæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſisſimorum Præfectorum pro jusſione ſol. 36.

§. 37. A Præſide Auguſtanicæ ſecundæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſisſimorum Præfectorum pro jusſione ſol. 36.

§. 38. A Præſide Paleſtinæ tertiæ Juſtinianæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſisſimorum Præfectorum pro jusſione ſol. 36.

§. 39. A Præſide Arabiæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſisſimorum Præfectorum pro jusſione ſol. 36.

§. 40. A Præſide Euphratenſis ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clarisſimorum tribunorum notario-

rio·

(169) *præſidiales*) ἡγεμονικαί. Hal. ἐπαρχικαί.

Digitized by Google

riorum ſol. 15. Eius adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 36.

§. 41. A Præſide Meſopotamiæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 36.

§. 42. A Præſide Ciliciæ ſecundæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 36.

§. 43. A Præſide Armeniæ primæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 36.

§. 44. A Præſide Galatiæ ſecundæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 36.

§. 45. A Præſide Honoriadis ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 36.

§. 46. A Præſide Inſularum ſic. Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 36.

§. 47. A Præſide Myſiæ ſecunndæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol 36.

§. 48. A Præſide Scythiæ ſic: Spectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi ſol. 9. Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum ſol. 15. Ejus adjutori ſol. 3. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione ſol. 36.

§. 49. A

§. 49. Pro defenſore cujusque civitatis, ſiquidem (170) Metropolitanus ſit, pro juſſione officiis Glorioſiſſimorum Præfectorum dentur ſol. 4. ſin vero alterius civitatis ſol. 3. & (171) præterea nihil. Defenſores enim nec judicibus, nec alii cuidam quid dare, nec accipere volumus, niſi quædam conſuetudines ſint, quæ ex fiſco illis præbeantur. Sciant autem illi, ſi poteſtati noſtræ denuncietur aliquem ex ipſis, ea quæ à nobis ſancita ſunt, violare, quod & quadruplum illius, (172) quod accepit redditurus, & ab officio remotus perpetuo exilio mulctandus ſit. Cum & ipſi provinciarum Præſides, ſi hæc neglexerint, & defenſores rapere patiantur, non minorem pœnam ſint laturi, (173) Dat. XVII. Kal. Maji Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

Scriptum eſt exemplar hujus Dominico Glorioſiſſimo Præfecto apud Illyricum prætoriorum. Sed ita quidem adjectionibus jusjurandum ſubeant, ſecundum proprium de hoc facto indiculum ſacramentum, cujus exemplar etiam directum eſt tuæ celſitudini. Qui vero adminiſtrationem ſuſcipiunt à tua celſitudine, directos hinc eis à nobis codicillos ſuſcipiant, præſente Deo amabili civitatis in qua dejunt, Epiſcopo, & aliis qui in civitate ſunt, in judicio tuæ celſitudinis congregatis, & officio omni tuo: coram quibus etiam codicillos accipiant, & jurent prædictum jusjurandum: & maxime hoc præcipimus coram curialibus agi, quos competens eſt magna frui & à tua celſitudine, & qui idem ferent cingulum.

Optima autem erit providentia & ſtudium, ut & nihil ab eis tu lucreris omnino, neque permittas eos ab ullo lædi: eos enim qui hanc nituntur iniquitatem, quatenus & feliciſſimo noſtro utantur exercitu &

(170) *Metropolitanus*) Μητροπολίτης. Hal. μητροπόλεως, cum quo facit *Vetus Interpres*. Si *quidem ſit Metropolis*. Et in *Gr.* ſequitur deinde εἰ δὲ ἄλλης πόλεως. Quæ ſequuntur ὑπὲρ προστάγματος deſunt in *Vet.*

(171) *præterea*) πλέον τούτων. Hal. πλεῖον ταῦτα. Et in ſeqq. pro ἡμετέρῳ, ὑμετέρῳ. Pro ὡς παραβαίνοι &c. ὅτι παραβαίνει τῶν θεσπισθέντων.

(172) *quod accepit*) ὅπερ ἂν λάβοι. Hal. rectius, ὅπερ ἔλαβεν. Male vero in ſeqq. pro τοῦτο, τοῦτο, & pro κλέπτοντας, κλέπτοντες legit.

(173) *Dat. XVII.*) Non habet hæc editio Haloandri.

& reliquas curiales adimpleant functiones: quia non oportet talia attentari ſolatia, ut poſſit referri ad tantam tarditatem: nihil enim nobis tam commendat tuam celſitudinem, quomodo circa curiales uniuscujusque civitatis providentia, quam præberi volumus iſtis & à tua celſitudine & à cinguli ſemper ſucceſſoribus. Quapropter dum codicillos dederis adminiſtrationes accipientibus à te aut præſente, hoc eis tuam denunciare volumus ſedem, ut curialibus omnem ferant favorem, nihil penitus ab eis accipientes. Prohibeatur autem & ab aliis eis afferri damna: & agnoſcant per te, quia ſi præter hoc aliquid egerint, pœnis ſubjacebunt graviſſimis. Sicut enim curialibus parcere te volumus, ita & defenſorum caſtigare & retinere avaritiam ſancimus, & ab eis præſumere accipere à noſtris ſubjectis, niſi ſecundum quod eis adminiſtrat res publica: aut ſi non eſt aliquod eis publicum ſolatium, quantum inculpabilis antiquitas definivit: ut à ſpontaneis ipſis magis quam ab invitis accipiant, & hoc parum, & quantum eis ad mediocrem ſufficit vitæ gubernationem. Sciant enim, quia ſi citra hæc aliquid acceperint: non ſolum quadrupli ſubjacebunt pœnæ, ſed etiam exilium habitabunt continuum: prius eis plagis corporeis infligendis.

TIT. III.

(174) *Jusjurandum, quod præſtatur ab his, qui Magiſtratus ſuſcipiunt.*

JUro per Deum omnipotentem & filium ejus unigenitum Jeſum Chriſtum Deum noſtrum, & Spiritum Sanctum, & per ſanctam glorio- ſam-

(174) *Jusjurandum.*) Qui jusjurandum, quod præſtari ſolet ab iis, qui officia ſuſciperent, ab octava conſtitutione ſegregatum, per ſe peculiarem conſtitutionem haberi voluerunt, haud dubie hac ratione, frivola admodum, ad id inducti fuerunt, quod alioqui continuum & plenum numerum non invenirent. Cum autem Scrimgerus undecimæ conſtitutionis inſcriptionem nobis ſuppeditet, (quæ inſcriptio ipſam conſtitutionem eam eſſe primo etiam intuitu indicat, ut nullo magno cum diſpendio intercidiſſe illam indicari poſſit. Eſt enim iſtiusmodi. *Ut quæ civitates circa Biminacium Romanorum imperium agnoſcunt, peculiari Archiepiſcopo, non autem Theſſalonicenſi ſubſint,*) jusjurandum, quomodo alias etiam deberemus, octavæ conſtitutioni applicemus, ut quæ de

ſamque Dei genetricem, & ſemper virginem Mariam, & quatuor Evangelia, quæ manibus meis teneo, & per ſanctos Archangelos, Michaëlem & Gabrielem, (175) quod puram conſcientiam & ingenuum ſervitium Sacratiſſimis & Pientiſſimis Dominis noſtris Juſtiniano & Theodoræ conjugi (176) ejus in Magiſtratu à pietate eorum mihi tradito præſtiturus, omnemque laborem ſine dolo & omni fraude in conceſſo mihi ab illis Magiſtratu, pro illorum imperio & republica ſuſcepturus ſim. Et quod cum Sancta Dei & Catholica Eccleſia communionem habeam, neque ullo modo aut (177) tempore illi adverſaturus, nec quantum in me eſt, cuiquam alii id permiſſurus ſim. Idem vero jusjurandum juro me nemini plane pro tradito mihi Magiſtratu quid dediſſe, nec daturum eſſe, nec patrocinii nomine promiſiſſe, nec extra provinciam mittere ſpopondisſe, nec miſſurum eſſe (178) neque pro dominico ſuffragio, neque Glorioſiſſimis Præfectis, neque reliquis celeberrimis Viris, qui Magiſtratum gerunt, neque iis qui circa eos ſunt, neque alii cuidam. Sed quemadmodum

Romanæ Eccleſiæ centum annorum præſcriptione agit, eam nonam eſſe, & ſic deinceps, conſtituamus. Quod autem Vetus translatio ante jusjurandum ad Dominicum per Illyriam Prætoriorum præfectum habet, id ſi per omnia aſſequi potuiſſem, quia Juſtiniani eſſe non dubitem, noſtris verbis illuſtraturus eram. Et neque iſtiusmodi illud eſt, ut ejus excutiendi cauſa magnopere quis animum intendere debet. Apud Hal. eſt conſtitutio 9. *AGYLÆUS.*

(175) quod puram) ὡς καθαρὰν. Hal. ὅτι &c. ut ſupra in *Notitia.* §. 49.

(176) ejus) τοῦ αὐτοῦ κράτους. In veteri verſione deſunt hæc, habet tamen ea Haloander, qui vertit: *Theodoræ conjugi potentiæ illius exiſtenti.* Ad marginem verſionis Hal. notatum: Vide num his verbis ſignificet uxorem fuiſſe ejusdem poteſtatis, de qua *Zonaras* ita ſcribit: Ἄρξαντος δὲ Ἰουστινιανοῦ, οὐκ εἰς Μοναρχίαν ἡ βασιλεία κατέστη, ἀλλ᾽ εἰς διπλοῦν τὸ κράτος μεμέριστο. οὐδὲν γὰρ ἧττον τοῦ κρατοῦντος εἰ μὴ μᾶλλον ἡ κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ βίου ἐδύνατο. Sed verius videtur per τοῦ αὐτοῦ κράτους intelligi Imperatorem ipſum ut alias ſæpisſime. *Nov. 43. præf.* τὸ ἡμέτερον κράτος.

(177) tempore) κατὰ χρόνον. Hal. χρόνῳ.

(178) neque pro) οὔτε προφάσει δεσποτικοῦ ſuffragii. Hal. οὔτε προφάσει δεσποτικοῦ διδομένου χάριν ψυφοφορίας καὶ βοηθείας ἢ συνηθείας. *Vet.* noſtram ſervat lectionem, quam ſat accuratam credimus.

modum gratis Magiſtratum accepi, (179) ita quoque erga ſubditos piiſſimorum noſtrorum dominorum integrum me geram, conſtitutis mihi ex fiſco annonis contentus, atque ante omnia operam dabo, ut ad tributa (180) vigilanter attendam, eaque à contumacibus, ac coactione indigentibus cum omni vehementia exigam, (181) nulla in re cedens. nec ad ullum lucrum reſpiciens, vel ex gratia aut odio ultra quam par eſt ab aliquo quid (182) petens, aut cuidam permittens. Obſequentes vero paterne tractabo, & ſubditos pietiſſimorum noſtrorum dominorum undique illæſos, quantum potero, ſervabo. Æquum quoque in litibus utrique parti, & publica diſciplina me præbebo, nec ulli parti, præter id quod juſtum eſt, favebo, ſed omnes delinquentes puniam, omnemque æquitatem ſervabo, prout mihi juſtum viſum fuerit. Innocentes ab injuria immunes ſervabo, nocentibus vero pœnam ſecundum legem imponam, atque omnem juſtitiam ſicut dictum eſt, in publicis & privatis contractibus (183) illis ſervabo. (184) Et ſi fiſcum injuriam pati invenero, non ego ſolum hæc agam, ſed etiam ſemper talem Aſ-

 ſeſ-

(179) *ita quoque*) οὕτω καὶ καθαρὸς φανοῦμαι. Hal. καθαρῶς φαίνομαι.

(180) *vigilanter*) ἀγρυπνῶς. Deeſt in Hal. edit. habet vero id *Vet. Int.*

(181) *nulla in re cedens*) οὐδὲν ὑποκατακλινόμενος, ut *Nov. 24. Cap. 2.* Hal. οὐδὲν ὑποκλινόμενος, *in nullo iis cedens*, ut ὑποκεκλιμένος in *Nov. 18. Cap. 3. 8.* Vet. *nequaquam ſubinclinatus. Nov. 25. Cap. 1. Nov. 26. Cap. 3. §. 1. Nov. 28. Cap. 3.* &c. Τὸ οὐδὲν adverbii loco poſitum videtur, ut μηδὲν ſæpiſſime.

(182) *petens*) ἀπαιτῶν. Hal. ἀπαιτῶν.

(183) *illis ſervabo*) αὐτοῖς διατηρήσω. Hal. αὐτῶν διατηρήσω. Supra *Cap. 8.* legitur αὐλαῖς.

(184) *& ſi fiſcum &c.*) καὶ ἐὰν εὕρω τὸ δημόσιον ἀδικούμενον, οὐκ ἐγὼ μόνος &c. In *Hal.* edit. prius comma adhæret prioribus, & poſt ἀδικούμενον diſtinctio major ponitur. In ſeqq. vero pro οὐκ ἐγὼ μόνος &c. legitur, καὶ οὐκ ἐγὼ μόνος &c. *Et non ego ſolus* &c. nova ibi periodo incipiente. Ita quoque diſtinguuntur hæc verba in Baſil. ubi tamen legitur, οὐκ ἐγὼ μόνος, non καὶ οὐκ &c. Haloandri diſtinctionem meliorem eſſe judicamus. Nam verba καὶ ἐὰν εὕρω &c. non videmus, qua ratione cum ſeqq. jungi poſſint. Videntur tamen, quod magis eſt, poſt ἀδικούμενον quædam deeſſe. Nam dicta illa verba ἐὰν εὕρω &c. cum præced. non magis cohærent, quam cum ſeqq. Imo ſi quis ea eliminanda cenſeat, non repugnabimus; nam in Cap. 8. ſupr. ubi idem habetur ſenſus, verba illa non extant.

ſeſſorem, & omnes qui circa me ſunt, aſſumere ſtudebo, (185) ne ego quidem purus ſim, illi vero qui circa me ſunt, furentur & delinquant. Si vero inter eos, qui circa me ſunt, talis reperiatur, id quod ab eo factum eſt reſarciam, ipſumque expellam. Quod ſi hæc omnia ita non obſervavero, hic & in futuro ſeculo in terribili judicio magni Domini Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti accipiam habeamque (186) partem cum Juda, & lepram (187) Gietzi & terrorem Cain, præterea pœnis quoque lege pietatis eorum comprehenſis obnoxius ſim. (188)

Tit. IV.

(1) Ut Eccleſia Romana centum annorum præſcriptione gaudeat.

NOVELLA CONSTIT. IX.

Imperator Juſtinianus A. Joanni Viro beatisſimo ac ſanctisſimo Archiepiſcopo & Patriarchæ veteris Romæ.

Præfatio.

Ut legum originem anterior Roma ſortita eſt, ita & ſummi Pontificatus apicem apud eam eſſe, nemo eſt, qui dubitet. Unde & nos

(185) *ne ego*) ὥστε μὴ ἐμὲ μὲν &c. Hal. ὥστε μὴ ἐμὲ μόνον &c. Supra Cap. 8. h. N. μὲν legitur.

(186) *habeamque*) καὶ σχῶ. Hal. καὶ ἕξω μερίδα &c.

(187) *Gietzi*) Γιεζί. Hal. Γιαζῆ & mox pro ὑπεύθυνος *obnoxius*, ὑπεύθυνον.

(188) Vetus Interpres hic addit: *Scriptum eſt exemplar hujus Dominio glorioſiſſimo per Illyricum Prætoriorum Præfecto.*

(1) *Ut Eccleſ.*) Hujus Novellæ mentionem facit *Julianus in Epit.* his verbis: *Præſens conſtitutio, quæ conſulatu Beliſarii Kal. Maji data eſt, jubet quidem Sacratiſſimam Eccleſiam Romæ centum annorum præſcriptione ſolam in ſuis actionibus removeri. Nihil autem de ea latius exponemus, quia innovata eſt ab alia conſtitutione, quæ data eſt IX. Kal. Maji Beleſario V. C. Conſ.* Ad marginem Græci textus notatur, ἡ παρὰ οὐχ εὑρέθη, καὶ οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικά. Ταύτην ἀναιρεῖ, ἡ ρια. Abrogata eſt per Nov. CXI. Vid. tamen *Cujac. lib. 5. Obſ. 5. & Cap. 31. d. diverſ. tempor. Præſcr. Ant.*

Digitized by Google

nos neceſſarium duximus patriam legum, fontem ſacerdotii, ſpeciali noſtri numinis lege illuſtrare, ut ex hac in univerſas Eccleſias catholicas, quæ usque ad Oceanum fretum poſitæ ſunt, ſaluberrimæ legis vigor extendatur: & ſit totius Occidentis, nec non & Orientis, ubi poſſeſſiones ſitæ inveniuntur ad Eccleſias noſtras, ſive nunc pertinentes, ſeu poſtea eis acquirendæ, lex propria ad honorem Dei conſecrata. Cum enim antiqua jura XXX. annorum metis temporales exceptiones concludebant, & ſi hypotheca fuerat, paulo longiora eis ſpatia condonabant, nos ſacroſanctas Eccleſias hujusmodi quidem curriculis temporum nullatenus excludi concedimus, maxime in his rebus, in quibus vel læſionem ſuſtinuerint, vel quicquam debeatur: ſed centum tantummodo annorum lapſu temporalem exceptionem eis opponi ſancimus: ut maneant per totum prædictum tempus integra jura Eccleſiaſtica, & non poſſit eis alia præter centum annorum obviare exceptio: cum hoc tempus vitæ longævi hominis plerumque finis eſſe dignoſcatur. Habeat itaque ſanctitas tua hanc legem catholicis totius Occidentis Eccleſiis profuturam, & in Orientales partes propagandam, in quibus aliquid ſacroſanctæ poſſident Eccleſiæ, ut ſit Deo omnipotenti dignum donarium, divinarum rerum tuitio: nec iniquis hominibus impium remaneat præſidium, & tutus peccandi locus etiam ſcientibus relinquatur: ſed ille ſervetur innocens, qui revera innoxius ſit: nec improba temporis allegatione ſeſe tueatur: tempus pro puritate prætendens. Quod igitur noſtra æternitas ad omnipotentis Dei honorem, venerandæ ſedi ſummi Apoſtoli Petri dedicavit: hoc habeant omnes terræ; omnes inſulæ totius Occidentis, quæ usque ad ipſos Oceani receſſus extenduntur, noſtri imperii providentiam per hoc in æternum. Reminiſcentes, hujus legis prærogativam (ſicut ſupra dictum eſt) non ſolum in Occidentalibus partibus Romanæ Eccleſiæ condonamus, ſed etiam in Orientalibus partibus, in quibus Eccleſiaſticæ urbis Romæ poſſeſſiones ſunt, vel poſtea fuerint,

'*Aug. in Paratit. Strauch. diſſ. Jur. non err. c. 3.* Hanc porro Novellam ſubdititiam eſſe docuerunt *Duarenus* W*iſſenbachius* & alii refutati à *Strauchio d. diſſ. Jur. non err. Cap. 3. §. 5. & ſeqq.* H. Suidas ait hanc legem per fraudem latam fuiſſe. Fuit autem latina lingua conſcripta. *Cont.*

fuerint, ſcilicet omnibus judicibus majoribus & minoribus, qui Chriſtiani & orthodoxi ſunt, vel poſtea fuerint, hanc noſtram conſtitutionem ſervantibus: nihilominus hujuſmodi legis temeratoribus, poſt cœleſtes pœnas etiam legitimum ſemper vigorem pertimeſcentibus, & pœnam L. libr. auri formidantibus: hac lege non ſolum in poſtea emergentibus cauſis ſuum tenorem exercente, ſed etiam in iis, quæ jam ſunt deductæ in judicium.

EPILOGUS.

SAnctitas itaque tua præſentem noſtræ manſuetudinis legem piiſſimam ſive ſacroſanctam oblationem, quam Deo dedicamus, accipiens, intra ſacratiſſima vaſa reponat: & à nobis ſervandam, & omnes Eccleſiaſticas poſſeſſiones ſervaturam. Dat. Conſtantinop. VI. Kal. Maji Biliſ. V. C. Conſule.

Tit. V.

(1) De Referendariis,

NOVELLA CONSTIT. X.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Hermogeni Glorioſiſſimo, ſacrorum Officiorum Magiſtro, Exconſuli & Patricio.

Praefatio.

INter reliqua omnia, quæ in convenientem ordinem redegimus (2) etiam ſpectabilibus noſtris Referendariis, proſpiciendum eſſe (3) exiſtimavi-

(1) *De referend.*) Vetus addit: *Palatii.* Hal. *Sacri Palatii,* quæ verba in Græco non habentur. Add. *Gloſſ. Jul.* hac voce.

(2) *etiam ſpect.*) οὐδὲ τὰ περὶ τοὺς περιβλέπτους ἡμῶν ῥεφερενδαρίους ἔξω καταλιπεῖν ᾠήθημεν τῆς παρ᾽ ἡμῶν προνοίας. Vet. *neque ea, quæ de ſpectabilibus noſtris Referendariis ſunt, foras relinquere exiſtimavimus à noſtra prudentia,* Hal. *extra providentiæ noſtræ terminos relinquenda putavimus.*

(3) *exiſtimavimus*) ᾠήθημεν. Hal. ἐνομίσαμεν.

mavimus: eoque magis, (4) quo utiliores nobis ſunt. Nam (5) cum antea non ita multi eſſent, quo per eos multos adjuvaremus ſingulorum petitiones facile cognoſcendo, ut plures quam antea eſſent, effecimus.

§. 1. Sed extiterunt quidam, qui liberalitatem noſtram in immenſum provocarunt, tum multos ſupplices nobis (6) adducentes, tum etiam multis ſupplicationibus utentes, (7) atque ita continuis additamentis rem adeo gravem ad immenſitatem non decentem perduxerunt. (8) Non enim finem petendi fecerunt, donec numerus eorum ad quatuordecim excreſceret. Quapropter ne res, quæ à nobis merito in honore habetur, ſi ad multitudinem excreſcat, dignitatem ſuam amittat, placuit numerum eorum ad certam menſuram redigere. Non ut iis qui ſunt, auferamus quod conceſſum eſt (non enim Imperatoriæ id eſt magnificentiæ) (9) præſertim cum neminem ex illis, qui nobis placent, & honeſte inſerviunt, noſtro miniſterio expellere ullo modo velimus. Sancimus igitur ut in ſtatu, in quo ſunt maneant quidem, nemo vero omnino addatur, donec numerus eorum ad octo viros redigatur. Atque hic quidem numerus nullo tempore aut modo augeatur, illi vero perpetuo operam dent, ut obſequio & benevolentia erga nos & imperium

(4) quo util.) ὁπόσῳ πολλῶν ἡμῖν χρησιμώτεροι καθεστᾶσι. Hal. καθεστῶσιν. *Quo pluribus in rebus magno nobis eſſe ſolent uſui.* Videtur legendum πολλοὶ idque ratio ab Imperatore ſubdita evincere.

(5) cum antea multi) οὐκ εἰς πλῆθος συντεταγμένους. Vet. *eos non in multitudine conſtitutos.* Hal. *cum initio non amplo admodum numero incluſi eſſent.*

(6) adducentes) ἐπεισιόντες, quaſi dicas, *intrudentes*, quod ad verſionem Haloandri notatum. Hal. ἐπεισάγοντες. Vet. cum Hal. *introducentes*, non male.

(7) atque ita) Vet. *ita ſemper adjectiones in immenſum in competens, cauſam ſic perduxerunt honeſtam. Perduxerunt*, ἐξαγαγόντες. Hal. ἐξάγοντες τὸ σεμνόν.

(8) non enim) οὐδὲ γὰρ τοῖς αἰτοῦσι γέγονε πέρας: Vet. *nihil enim petentibus factum eſt finitum.* Hal. *nec enim ante petendi finem fecerunt.*

(9) præſertim cum) ἄλλως τε πάντων ἀρεσάντων ἡμῖν &c. Vetus: Sed ut [ἀλλ' ὥστε] *omnium placentium nobis & honeſte miniſtrantium foras aliquos ex his conſtituamus à noſtro miniſterio, nullo omnino concedimus modo.* Suid. ἄλλως τε μάλιστα, *maxime.* Ἄλλως τε ἄμουσόν ἐστι ποιητὴν ἰδεῖν Ἄγριον ὄντα &c. *Illepidum valde eſt poetam* &c.

perium ſe mutuo ſuperent. Nemini autem impoſterum liceat, tale quid ne quidem petere, ſed ſciat, quod ea, quæ petit, non impetraturus & quia petiit non ſolum pœnæ decem librarum auri obnoxius futurus, ſed etiam militiam ſuam amiſſurus ſit. Volumus enim ut ad dicti numeri menſuram redigantur, & juſtitia, atque aliis virtutibus augeantur, majoresque videantur. (10) Numeri enim magnitudo nil gravitatis habet, cum pauci ex multis vitam virtuoſam vivant. (11) Maneant igitur nunc, ſicut diximus, in hoc ſtatu.

EPILOGUS.

§. 1. HÆc autem Eminentia Tua cognoſcens cuſtodiat, & nullo tempore eorum quidpiam, quæ à nobis ſancita ſunt, violari permittat, ſed ab iis, qui contra hæc quid faciunt pœnam, (12) quam minati ſumus, exigat, ut pote qui talia petant, quæ nec petere licet, nec dari poſſunt. Atque hæc noſtra lex multitudinem quidem tollat, virtutem vero ex adverſo inducat, quæ in paucis apparet, & maxime (13) viris, qui ex bonis quidem parentibus deſcendunt, (14) vitam vero ſuam precibus ſupplicum, & eo, quod à nobis iis præſtatur, auxilio impenderunt.

§. 2.

(10) *numeri*) ὁ γὰρ κατὰ ἀριθμὸν πλῆθος. Hal. τὸ &c. πλῆθος, quod idem eſt.

(11) *maneant*) Hæc Haloander cum ſequentibus jungit.

(12) *quam minati*) Τὴν ἠπειλημένην ποινήν. Hal. τὴν εἰρημένην. Vet. *Interminatam.* Ubi & in iis quæ mox ſequuntur antea legebatur: *quam iis promiſimus, quam nec repeti licet, neque reddi poſſibile eſt*, nunc vero: *tanquam ea petentes, quæ nec petere licet, neque dare poſſibile eſt.* Quod reſtituit Contius: In Græco eſt: οἷα τούτων ἐρωμένους ἅπερ οὐδὲ αἰτεῖν ἔξεστιν &c. Ubi Hal. male legit ἐρωμένων.

(13) *Viris*) ἐν' ἀνδράσι. Hal. ἐν ἀνδράσι non male. Sic in præced. ἐν πολλοῖς.

[14] *vitam vero ſuam*) τὸν δὲ αὐτῶν βίον ἀποτεθεικόσι ταῖς τῶν δεομένων ἱκετείαις &c. Hal. τὸν δὲ αὐτῶν βίον &c. Vertens: *fortunas tamen ac facultates ſuas in exponendis ſupplicum precibus & impetrando illis a nobis auxilio repoſitas habent.* Vet. *ſuam autem vitam conſtituentibus* &c. Αὐτῶν legendum eſſe ex textu ipſo patet.

§. 2. Quæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarantur, Eminentia Tua effectui dari ſtudeat. (15) Dat. XVII. Kal. Maji Conſtantinop. Biliſ. V.C. Conſ.

Deeſt hic novella XI. ut & in omnibus Græcis editionibus, Titulus ejus tantum ſupereſt in hanc ſententiam

(16) Ut quæ circa (17) Viminacium ſunt ſub Romanis civitates, ſub proprio Archiepiſcopo ſint, non autem ſub Theſſalonicæ Epiſcopo.

At illam integram reperit in Veteri quodam libro MSeto Contius, *ubi inſcribitur*

TIT. VI.

(18) De Privilegiis Archiepiſcopi Juſtinianæ primæ, & ſede P.P. Illyrico in Pannoniam ſecundam, id eſt, Juſtinianam primam transferenda.

NOVELLA CONSTIT. XI.

Imperator Juſtinianus A. Catelliano Viro beatiſſimo, Archiepiſcopo primæ Juſtinianæ.

X PRÆ-

(*15*) *Dat. XVII.*) Vet. *Idib. Maji* Ad marginem Veteris verſionis Contius notat *XVIII. Kal. Maji in meo man.* Julian. *Dat. XVII. Kal. Maji.*

(*16*) *Ut quæ circa*) Habet conſtitutionis hujus epitomen Julianus ordine nonam quam adſcribimus. *Ut civitates circa Viminacium ſuum proprium Archiepiſcopum habeant.* Hæc conſtitutio jubet Civitates, quæ ſunt circa Viminacium, quas ditioni ſuæ noſter Imperator ſubjugavit, eas igitur jubet poteſtati eſſe ſubjectas Archiepiſcopi ſui proprii, & non eſſe in poteſtate Theſſalonicenſis Epiſcopi, dat. VI. Kal. Maji Conſ. Beliſarii.

(*17*) *Viminacium*) Ad verſionem Haloandri notatum, meminiſſe hujus urbis *Procop. lib. 4. d. ædif. Juſtin.* & alios pleroſque autores.

(*18*) *de Privileg. Arch.* Extat Epiſtola Gregorii l. 4. Cap. 59. Epiſtolarum ad Joannem Epiſcopum primæ Juſtinianæ. *CONT.* Vide quæ *Ant. Aug.* in *Paratitl.* notat.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

MUltis & variis modis noſtram patriam augere cupientes, in qua primo Deus præſtitit nobis ad hunc mundum, quem ipſe condidit, venire, & circa Sacerdotalem cenſuram eam volumus maximis incrementis ampliare, ut primæ Juſtinianæ (19) patriæ noſtræ pro tempore

(19) *patriæ noſtræ*) Etiam Juſtiniani patriam fuiſſe *Bederinam* affirmat Agathias lib. 5. Sed aut eum allucinatum putat Sualembergius aut Procopium, qui *lib. 4. d. Ædif. Taureſium* vel *Tauriſium* ſcribit. Ortelius ut hos Autores conciliet, unam urbem dicit *Bederinam* & *Taureſium*; Sed utrumque in errorem induxit mutilus Procopii liber, quo nihilo ſanior eſt editio Auguſtana. Codex Vaticanus emendatiſſimus ſic habet: Ἐν Δαρδάνοις τοῖς Εὐρωπαίοις, οἳ δὴ μετὰ τοὺς ἐπιδαμνίων ὅρους ᾤκηνται, τοῦ φρουρίου ἄγχιστα ὅπερ Βεδεριάνα ἐπικαλεῖται χωρίον Ταυρήσιον ὄνομα ἦν. Ἔνθεν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ὁ τῆς οἰκουμένης οἰκιστὴς ὥρμηται &c. *Apud Dardanos Europæos, qui poſt Epidamniorum terminos habitant ad præſidium, quod Bederiana vocatur, oppidum eſt Tauriſium nomine; hinc Juſtinianus princeps orbis reparator ortus eſt, eum locum muro circumdans quadrangula figura ſingulis angulis turrim impoſuit, effecitque, ut eſſet, & vocaretur, Quadriturrita. Juxta eundem locum urbem nobiliſſimam condidit, quam Juſtinianam primam appellavit atque nutricationis officium altrici patriæ rependit.* De qua Agathias nihil à Procopio diſcrepans hæc habet: Πατρὶς ἦν αὐτῷ &c. *Patria illi erat Illyrica Civitas Bederina* Vetuſto *nomine dicta, deinde prima Juſtiniana denominata. Juſtinianus namque quia ibi primum editus eſt in lucem, mirifice patriam ornavit.* Procopius accuratius diſtinxit locum Juſtiniani natalem, qui fuit Tauriſium, nam ait, ἔνθεν ὥρμηται, *inde prodiit*: & locum, in quo altus & educatus eſt, quæ fuit Bederina, cui τὰ τροφεῖα ἔτεινεν. A *Procopio* & *Agathia* nihil diſcrepat *Novella XI.* de prima Juſtiniana: nam provinciarum partitiones & nomina aliis alia ſunt. Id ſæpe legis apud *Strabonem* aliosque Geographos. Hæc *Alemannus ad Procop. ἀνεκδ. p. 27.* qui & paulo ante ad eandem pag. 27. notavit, *Bederinam* (quæ etiam Juſtini patria fuit) in limitaneis Illyriæ Thraciæque agris ſitam fuiſſe: ſæpiſſime autem fieri, ut quæ urbes duarum provinciarum vel fines terminant, vel circa fines ſunt, in ambarum partes aliquando ab autoribus nullo diſcrimine admittantur; præſertim cum provinciarum partitiones non eædem apud omnes Geographos & Hiſtoricos ſint. Etiam *Agathias lib. 5.* Bederinam in Illyria collocat: Juſtinianus *Nov. 11.* in ſecunda Pannonia; verum hæc nihil diſcre-

Digitized by Google

pore ſacroſanctus antiſtes, non ſolum (20) metropolitanus, ſed etiam (21) Archiepiſcopus fiat: & cæteræ provinciæ ſub ejus ſint auctoritate, id eſt, tam ipſa mediterranea Dacia, quam Dacia Ripenſis: nec non Myſia ſecunda, Dardania, & Prævalitana provincia, & ſecunda Macedonia, & pars ſecundæ etiam Pannoniæ, quæ in Bacenſi eſt civitate. Cum enim in antiquis temporibus Firmi præfectura fuerit conſtituta, ibique omne fuerit Illyrici faſtigium tam in civilibus quam in epiſcopalibus cauſis, poſtea autem Attilanis temporibus ejusdem locis devaſtatis Apennius præfectus prætorio de Firmitana civitate in Theſſalonicam profugus venerat, tunc ipſam præfecturam & Sacerdotalis honor ſecutus eſt: & Theſſalonicenſis Epiſcopus, non ſua auctoritate, ſed ſub umbra præfecturæ meruit aliquam prærogativam. Cum igitur in præſenti Deo autore ita noſtra reſpublica aucta eſt, utraque ripa Danubii jam noſtris civitatibus frequentetur, & tam Viminacium quam Recidua & Literata, quæ trans Danubium ſunt, noſtræ iterum ditioni ſubjectæ ſint, neceſſarium duximus ipſam glorioſiſſimam Præfecturam, quæ in Pannonia erat, in noſtra feliciſſima patria collocare, cum nihil quidem magni diſtat à Dacia Mediterranea, ſecunda Pannonia. Et quia homines ſemper bellicis ſudoribus inhærentes non erat utile Reipublicæ ad primam Macedoniam, poſt tot ſpatia, tantasque etiam difficultates venire, ideo neceſſarium nobis viſum eſt ipſam præfecturam ad ſuperiores partes trahere, ut juxta eam provinciæ conſtitutæ, facilius ſentiant illius medicinam. Et ideo tua beatitudo & omnes præfatæ primæ Juſtinianæ ſacroſancti antiſtites, Archiepiſcopi habeant prærogativam & omnem licentiam, ſuam auctoritatem eis imperriri, & eos ordinare, & in omnibus ſupra ſcriptis provinciis primam habere dignitatem, ſummum ſacerdotium,

pant. Hæc *ALEMAN.* *d. l.* Joh. Malala in Juſtin, καὶ αὐτὸς δὲ ὢν Θρᾷξ ἀπὸ Βεδερειανᾶς. *Ex Bederiana vero Thracum & ipſe ortum ſuum habuit.*

(*20*) *Metropolitanus*) Juſtinianam non fuiſſe Metropolin Procopius *lib. 4. d. Ædif.* teſtatur; Sed Illyricorum Archiepiſcopo paruiſſe. Verum par eſt huic. conſtitutioni magis credere quam Rhetori Procopio, qui infenſus fuit Juſtiniano. *Alciat. 5. Parerg. 2.*

(*21*) *Archiepiſcopus*) Vid. *Ant. Aug.* hac voce.

tium, ſummum faſtigium, à tua ſede creentur, & ſolum Archiepiſcopum habeant, nulla communione ad eum Theſſalonicenſi Epiſcopo ſervanda, ſed tu ipſe & omnes primæ Juſtinianæ antiſtites, ſive ejus judices & diſceptatores, quicquid oriatur inter eos diſcrimen, ipſi hoc dirimant, & finem eis imponant, & eos ordinent, & nec ad alium quendam eatur, ſed ſuum agnoſcant Archiepiſcopum omnes prædictæ Provinciæ, & ejus ſentiant creationem, & vel per ſe, vel per ſuam auctoritatem, vel Clericos mittendos habeat omnem poteſtatem, omnemque ſacerdotalem cenſuram, & creationis licentiam. Sed & in Aquis, quæ eſt provinciæ Daciæ Ripenſis, ordinari volumus à tua ſanctitate Epiſcopum, ut non impoſterum ſub Meridiano Thraciæ oppido Epiſcopo ſit conſtituta, ſed Meridianus quidem maneat in Meridiano, nulla communione cum Aquis ſervanda. Aquenſis autem Epiſcopus habeat præfatam civitatem, & omnia ejus caſtella & territoria & Eccleſias, ut poſſit Bonoſiacorum ſcelus ex ea civitate & terra repellere, & in orthodoxam fidem transformare. Ut igitur ſciat beatitudo tua noſtri numinis diſpoſitionem, ideo præſentem legem ad tuam venerabilem ſedem transmiſimus, ut in perpetuum tale beneficium habeat patriæ noſtræ Eccleſia in Dei omnipotentis gloriam, & noſtri numinis ſempiternam recordationem. Quando autem tuæ recordationis ſedis gubernatorem ab hac luce decedere contigerit, pro tempore Archiepiſcopum ejus à venerabili ſuo conſilio Metropolitanorum ordinari ſancimus, quemadmodum decet Archiepiſcopum omnibus honoratum Eccleſiis provehi, nulla penitus Theſſalonicenſi Epiſcopo nec ad hoc communione ſervanda.

EPILOGUS.

Beatitudo igitur tua, quæ noſtra ſanxit æternitas modis omnibus ad effectum perducere non differat. Dat. XX, Biliſ. V. C. Conſule.

TIT.

Tit. VI.

De inceſtis & nefariis nuptiis.

NOVELLA CONSTIT. XII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus, FloroGlorioſiſſimo Comiti rerum ſacrarum privatarum, quorumcunque locorum.

Praefatio.

Leges de (1) inceſtis nuptiis ab Imperatoribus antea ſcriptas non perfectas eſſe exiſtimamus, quæ illos, (2) qui inceſtas nuptias contrahunt, impunitos relinquunt, prolem vero ex iis natam, (3) licet culpa careat, paternis bonis privant: (4) quaſi neceſſe ſit eos, qui peccarunt, (5) impunitos eſſe, qui vero crimine carent, tanquam ſontes puniri.

CAPUT I.

De inceſtis & nefariis nuptiis.

Sancimus igitur, ut ſi quis impoſterum illicitas & naturæ contrarias nuptias, quas lex (6) inceſtas, nefarias, & damnatas vocat, contraxerit, ſiquidem liberos ex prioribus legitimis & inculpatis nuptiis natos non habeat, ſtatim ille res ſuas amittat, ſimul autem iis, quæ dotis (7) nomine ei data ſunt, plane (8) non fruatur, ſed omnia fiſco ad-

X 3 di-

(1) *Inceſtis*) ὑπὲρ τῶν ἀθεμίτων. Hal. ὑπὲρ τῶν ἀθεμίτων γάμων.

(2) *qui inceſtas*) ἀθεμίτοις συμβαλλόντας γάμοις. Hal. ἀθεμίτοις συμβ. γάμοις.

(3) *licet culpa*) καίτοιγε ἀνευθύνου οὔσαν. Hal. ἀνευθυνούσαν.

(4) *quaſi neceſſe*) ὡς ἀναγκαῖον ὄν. Vet. *ut neceſſitas ſit.*

(5) *impunitos*) ἀνευθύνους εἶναι. Fabrot. *inſontes.* Vet. *ſine reatu eſſe.*

(6) *inceſtas*) inceſtov τε καὶ nefariov καὶ damnatov καλεῖ. Βασιλ. ἀθεμίτον καὶ παραγόμον καὶ κατάκειτον.

(7) *nomine*) ὀνόματι προικὸς. Hal. λόγῳ.

(8) *non fruatur*) μηδὲν ἀπολαύειν. Βασιλ. μηδὲν ἀπολαβεῖν.

dicantur. Cum enim (9) legitimas nuptias contrahere licuiſſet, cur illegitimas appetit, ſobolem confundit, familiam injuria afficit, & impia ac nefaria perpetrat, eaque concupiſcit, quæ multa etiam irrationalia animalia averſantur? (10) Pœna igitur illius ſit non ſolum publicatio bonorum, ſed etiam cinguli ademtio atque exilium: & ſi vilis conditionis ſit, corporis quoque caſtigatio, ut diſcat caſte vivere, & intra naturæ terminos ſe continere, nec voluptuoſe vivere, & quæ modum excedunt amare, (11) iisque, quæ à natura tradita ſunt, repugnare. Mulier quoque, ſi cum legem (12) ſciret, eam neglexerit, & inceſtas nuptias contraxerit, eandem pœnam ſuſtineat.

CAPUT II.

Ut legitimi liberi eorum, qui inceſtas nuptias contrahunt, in pœnam patris ſui juris fiant & Patri ſuccedant.

Sin autem ex prioribus inculpatis nuptiis liberos, vel nepotes, vel etiam ulteriores (13) habeat, ſtatim illi paternam hæreditatem accipiant, & in pœnam patris ſuæ poteſtatis fiant: illum tamen alant, eique reliqua neceſſaria præbeant. Quanquam enim legum (14) contemtor & impius ſit, tamen pater eſt.

CAP.

(9) *legitimas*) γαμεῖν νενομισμένον. Sic *Cont.* edidit. In *Amſtel.* edit. legitur νενομισμένα. Sed lege γάμον ποιεῖν νενομισμένον. Cum Haloandro Vetus quoque, *nuptias facere legitimas* legit.

(10) *pœna*) ἔστω γε αὐτῷ ποινὴ. Non male leges cum *Hal.* καὶ ἔστω γε &c.

(11) *iisque*) καὶ τοῖς παραδεδομένοις ὑμῖν ἐκ τῆς φύσεως καταυθαδιάζεσθαι. Hal. καταυθαδιάζεσθαι νόμων. Et hoc quoque voluit *Vetus Interpres*, apud quem legitur, non *ultra terminum traditum nobis à natura* [*etiam his legibus repugnare.*] Illud νόμων habent & Baſil. ubi Fabrot. *temere transgredi.* Haloand. *contra traditas nobis à natura leges impotenti ſe animo opponere.* Alibi legitur ἀπαυθαδιάζομαι, ut *Nov. 24. Cap. 4.* Τὸ νόμων recipiendum eſt.

(12) *ſciret*) ἐπισταμένη. Baſil. ἐπισταμένως.

(13) *habeat*) τύχοιεν ὄντες αὐτῷ. Hal. αὐτῇ quaſi ad fœminam cujus *in fin. Cap. præced.* mentio fit, reſpiciendum ſit. Sed male: nam ſermo initio *Cap. 1.* captus hic continuatur.

(14) *contemtor*) ὑπερόπτης. Hal. παραβάτης, *transgreſſor.* Vet. *contemtor.*

Digitized by Google

CAPUT III.

Intra quod tempus huic conſtitutioni locus ſit, & quid juris liberi ex inceſtu nati in bona patris habeant.

Et hoc quidem futuro tempore, quod poſt hanc conſtitutionem labetur, obtineat, nemini moleſtiæ futurum, (15) ſi caſte vixerit. (16) Licet enim non peccare & huic legi non ſubjici. Quod vero jam præteriit, neque plane impunitum eſſe ſinimus, neque ſub acerbam omnino indignationem deducimus: ſed ſi quæ inceſtæ nuptiæ contractæ ſunt, ſiquidem quocunque modo ante diſſolutæ fuerunt, illæ pœna careant. Sin autem hæc noſtra lex aliquem (17) tales nuptias iniiſſe inveniat, liceat illi intra duos annos à tempore publicationis uxorem ſibi ita junctam dimittere, eaque nunquam ad eum revertatur, nec ſpecie quidem ſeparata ſit, re autem ipſa conſuetudinem cum illo habeat. (18) Forte enim & prioribus ita ſatisfaciet, ſola quarta parte ſubſtantiæ ejus ad fiſcum deferenda, (19) & liberi (quoniam illis ut innoxiis veniam damus) ſiquidem ſoli, neque alii

(15) *ſi caſte*) εἴγε σωφρονοίη. Hal. σωφρονηθείη. *Si caſte vivatur.* Illud retinendum.

(16) *licet enim*) ἔξεστιν γὰρ μηδὲν ἁμαρτόντας, ὑπὸ τῷ νόμῳ τούτῳ μὴ πεπτωκέναι. Hal. ἁμαρτάνοντας ὑπὸ τὸν νόμον τοῦτον &c. *neque enim licet eos, qui nihil peccant, huic legi ſubjicere* Baſil. ἁμαρτάνοντας ὑπὸ τῷ νόμῳ &c. *licebit enim, ſi nihil admiſerint, pœnam legis non committere.* Lege τὸν νόμον cum *Haloandro.* Infra hoc Cap. ὑπὸ τὸ δημόσιον γινομένης.

(17) *tales nuptias &c.*) Εὕροι τινα μετὰ τῶν τοιούτων γάμων. Vet. male: *poſt tales nuptias.* Sic tamen Baſil. μετὰ τὸν τοιοῦτον γάμον. Ubi Fabrot. *cum ejuſcemodi nuptiis.*

(18) *forte enim*) ἴσως γὰρ οὕτως καὶ τοῖς προτέροις ἀπολογήσεται. Hal. ἴσως γὰρ οὗτος καὶ τῶν προτέρων &c. *Poterit enim & hic forſan priora defendere.* Vet. *forſan enim ſic prioribus ſatisfaciat*, quem ſecuti ſumus. Paſſim occurrit ἀπολογήσασθαι Θεῷ καὶ τῇ Βασιλείᾳ, Deo & *Imperatori rationem reddere.* Commate ſequente dicitur ἐπὶ τὸ δημόσιον φερομένης, pro quo Hal. ἐπὶ τῷ δημοσίῳ.

(19) *& liberi*) Aliter Vet. *& ad filios omni alia ſubſtantia; quam iis tanquam innoxiis concedimus.* Sed præter mentem Imperatoris ut ex ipſo textu videre eſt.

alii ſimul, (20) iique legitimi, (21) ex aliis licitis nuptiis nati exiſtant, non priventur paterna ſucceſſione, niſi eos pater jure odio habens, propter aliam quandam legitimam offenſam ab hæreditate ſua excluſerit.

§. 1. Quodſi aliæ quædam nuptiæ, quæ non contra legem ſunt, (22) ante contractæ ſint, atque ex his liberi exiſtant, tres quidem partes hæreditatis liberis omni ex parte culpa & crimine carentibus relinquantur, niſi in aliquo peccaverint, quod ipſos ſecundum leges paterna ſucceſſione indignos reddat; quartam vero liberis, qui injuriam quidem paſſi ſunt, culpa tamen vacant, (23) ſi & ipſi in patrem plane nihil commiſerunt, relinquere liceat, (24) quarta parte, quam fiſco dari præcipimus, ex paterna ſubſtantia prius detracta. Concedimus autem (25) illis, ut non ſolum ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato ſecundum modum à nobis ante dictum parentum ſuorum hæredes fiant. Atque id ipſum etiam obtineat, ſi poſt dimiſſam priorem conjugem, quæ illicite illi juncta erat, aliam legitimam uxorem (26) ducat, eique tam ex priore quam poſtea ex legitima uxore liberi nati ſint. Ita enim ſuperiora tempora humanitate vincemus, ſi dos ſcilicet mulieri, (27) quæ divertit, reddatur.

(20) *iique legitimi*) καὶ αὐτῶν γνησίων Hal. καὶ αὐτοὶ γνησίων male. De legitimis loquitur non de natis ex inceſtis nuptiis.

(21) *ex aliis*) ἐξ ἑτέρων γάμων ἀνευθύνων γενομένων. Βασιλ. γενόμενοι. Vetus noſtram ſequitur, *ex aliis nuptiis inculpabilibus exiſtentibus.* Hal. γενομένων. Recte.

(22) *ante contracta*) προγενόμενοι. Hal. & Βασιλ. προσγενόμενοι, *interceperint.* Vet. recte nobiſcum, *prius facta.*

(23) *ſi & ipſi &c.*] καὶ αὐτοῖς ἀμέμπτοις τ'ἄλλα πανταχόθεν περὶ τὸν πατέρα. Hal. ἀμέμπτως &c. φαινομένοις, *ſi inculpate ſe geſſiſſe videantur.* Baſil. ἀμέμπτοις φαινομένοις. Cum quibus facit Vetus: *& ipſis inculpabilibus viſis.* Poteſt ergo addi τὸ φαινομένοις, quod paſſim legitur.

[24] *quarta illa*) προεξαιρουμένοις ἐκ τῆς πατρῴας περιουσίας τῆς τετάρτης μοίρας &c. Hal. δηλαδὴ προεξαιρουμένης &c. Baſil. δηλαδὴ προεξαιρουμένοις. *Quarta parte, ſcilicet detracta.* Lege δηλαδὴ προεξαιρουμένης. Vet. *ſcilicet & percepta.* Male.

[25] *illis*] αὐτοὺς. Βασιλ. & Hal. αὐτοῖς, non male, etſi τὸ αὐτοὺς quoque ferri poſſit.

[26] *ducat*] ἄγοιτο. Βασιλ. ἀγάγοιτο, & mox pro ἐκ τῆς νομίμου, ἐκ τῆς νομίμης.

[27] *quæ divertit*] ἀποστάσῃ. Hal. ἀποστάτῃ.

Digitized by Google

datur. Sin autem intra biennium, à quo hæc lex (28) publicata fuerit, uxorem non dimittat, & ipſe ſubſtantia ſua & mulier dote excidat, & pœnæ ſupradictæ ſubſit, & liberi illi neque ex paterna ſubſtantia, neque ex dote matris quicquam habeant. (29) Sed ſi ex prioribus legitimis nuptiis liberos habeat, illi præter quartam ſcilicet partem, quæ fiſco infertur, bona accipiant, atque ſuæ poteſtatis fiant, & patrem alant, (30) ac reliquum ſufficiens miniſterium, ſicut ante diximus, ei præſtent, dote illegitimæ conjugis etiam hic in fiſcum redigenda. Quodſi ille, qui hæc commiſit, liberos ex prioribus legitimis nuptiis non habeat, tunc totius ejus ſubſtantiæ fiſcus erit dominus. Hoc enim in illis etiam ſancivimus, qui poſt hanc legem inceſtas nuptias contrahent, comparantes eum, qui intra dictum tempus illegitimam uxorem non dimittit, cum illo, qui poſt hanc noſtram legem inceſtas & exoſas nuptias contraxerit.

CAPUT IV.

De liberis legitimis ante dotalia inſtrumenta natis.

CUm vero quibusdam gentibus dubium quoddam exortum ſit de liberis qui per noſtram conſtitutionem legitimi facti ſunt, recte nos facturos putavimus, ſi (31) tanquam legis patres illi quid adjiceremus, & dubium ſolveremus: hac enim mente legem hanc ab initio tulimus. Nam ſi quis legitimorum quoque liberorum ſit pater, & uxore ejus è vita excedente, vel matrimonio legitime ſoluto, cum alia muliere conſuetudinem habeat, quam ſecundum legem uxorem ducere licebat,

(28) *publicata*) γένοιτο φανερός. Βασιλ. φανερῶς. Paulo ante pro ἴσω δύο, Hal. legit ἴσω δυοῖν.

(29) *ſed ſi*) ἀλλ' εἰ μὲν οὖν ἐκ προτέρων γάμων. Hal. ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ προτέρων γάμων &c.

(30) *ac reliquum*) καὶ τὴν ἄλλην αὐτῷ παρέχοντες θεραπείαν. Hal. *& omnia illi, quæ ad tuendam reliquam vitam ſufficiunt, ſuppeditantes.* Vet. *præbentes ſufficientem ſanationem.* De voce θεραπεία dictum ſupra Nov. 8.

(31) *tanquam legis*) ἡμεῖς, οἷα τοῦ νόμου πατέρες, προσθεῖναι τι αὐτῷ. Hal. ἡμᾶς, οἷα τοῦ νόμου πατέρας, προσθεῖναι τι αὐτῷ. &c. *Si nos veluti legis parentes non nihil illi adjecerimus.* Utrumque recte quidem, ſed ἡμᾶς præferendum videtur.

cebat, ac liberi ante dotalia inſtrumenta [ſi quæ fecit] (32) vel poſtea illi nati fuerint, (33) licet liberi ante dotalia inſtrumenta nati ſoli ſuperſint, ſecundis vel non procreatis, vel cum nati eſſent mortuis, exiſtimant quidam ſecundos liberos legitimos eſſe non poſſe, quia ex (34) priore conjuge alii legitimi & ſui liberi ante exiſtunt: id (35) quod non recte nec apte cohæret. Nam ſi confectione dotalium inſtrumentorum contenti, ejusmodi liberos legitimos & ſuos declaravimus, priores etiam legitimi ſunt, (36) & pater moritur tum eos qui ex prima, tum etiam qui ex ſecunda uxore progeniti ſunt, omnes legitimos relinquens, licet ante dotalia inſtrumenta nati ſint, & nemo præter eos poſt inſtrumentum dotis natus ſit, vel cum natus eſſet, deceſſerit. Facultatem quoque illi lex concedit, quo velit modo de rebus, quæ ad prolem ſuam ſpectant, teſtandi, ne tamen in ullo leges offendat, quæ certo modo ad ſucceſſionem omnes liberos vocant. Cum igitur illi ſui & legitimi ſint, tam ab inteſtato quam ex teſtamento venient, prout tum pater tum lex permittit, ſibique mutuo ſuccedent. Quid enim aliud diceremus, cum legitimi & ſui appellatio ſufficiat ad demonſtrandum eos in

(32) *& poſtea*) Plantiniana Editio, καὶ μετὰ ταῦτα. Hal. ἢ καὶ μετὰ ταῦτα, *aut etiam poſtea*. Et ſic quoque *Vetus* & *Amſtelodam.* & recte.

(33) *licet*) εἰ καί. Hal. ἢ καί, *vel etiam*. Sic & *Vet.* quod tamen ſenſui repugnat. Non multo poſt dicet, εἰ καὶ πρὸ τῶν προικώων ἐγένοντο, &c.

(34) *priore*) προτέρας. Hal. ἑτέρας, *altera*.

(35) *quod rectam*) ὅπερ οὐδεμίαν ὀρθὴν καὶ ἀκόλουθον οὐκ ἔχει συνέχειαν. Hal. ὅπερ οὐδεμίαν ὀρθὴν κατέχει συνήχειαν, *quod quidem nullam in ſe habet rectam reſonantiam*. Vetus, *quod nullam rectam & conſequentem habet conſonantiam*. [Forte συνήχειαν legendum, ut in aliis Codicibus legi notatur ad verſionem *Hal.*] Veterem συνήχειαν legiſſe probabile eſt. Illud vero συνέχειαν Imperatori ſæpius uſurpatum, & melius convenit τῷ ἀκόλουθον. Ubi conſonantia quædam indicanda, utitur Imperator vocabulo ἁρμονία, idque ſæpiſſime.

(36) *pater moritur*) ἐπὶ πᾶσι γνησίοις ὁ πατὴρ τελευτᾷ. Hal. ἐπὶ παισὶ γνησίοις, *moritur pater relictis ſuis & legitimis liberis*. Vet. in omnibus: *legitimus etiam pater moritur*, & *iis qui ex prima fuerunt* &c. Legendum omnino πᾶσι, quod verba mox ſequentia probant. Vetus nimium à ſenſu diſceſſit. Videtur autem legiſſe γνήσιος ὁ πατὴρ &c.

in poteſtate eſſe (37) & ut contra teſtamentum etiam id quod leges dant illis concedatur, omniaque habeant, quæ hujusmodi appellationem (38) decent?

EPILOGUS.

EMinentia igitur Tua quæ nobis placuerunt, & per ſacram hanc legem declarata ſunt, cognoſcens operam det, ut effectui dentur, edictisque ad populorum Rectores utatur, ut exteri quoque homines intelligant nos innocentis & inculpatæ ſobolis curam geſſiſſe, atque (39) alienos ac noſtris legibus exoſos complexus averſari. (40) Dat. XVII. Kal. Jun. Conſtantinop. Beliſ. V. C. Conſule.

TIT. VIII.

De Prætoribus populi, (1) ſive Nycteparchis.

NOVELLA CONSTIT. XIII.

(2) *Imperator Juſtinianus Auguſtus Conſtantinopolitanis.*

PRAEFATIO.

CUm clariſſimorum vigilum Præfectorum nomen honeſtum & antiquis Romanis ſatis notum fuerit, neſcimus quomodo in aliam appellationem & ordinem translatum ſit. Eos enim patria noſtra lingua Præfectos vigilum vocavit, (3) quos illis hominibus, qui vigilias agunt,

(37) *& concedatur*) καὶ δοῦναι καὶ κατὰ τῆς διαθήκης &c. Hal. καὶ δοῦναι κατὰ &c. qui vertit: *& ex teſtamento tribuere.* Vet. *& dare etiam contra teſtamentum.*

(38) *decent*) πρέπη. Hal. πρέποι.

(39) *alienos*) ἐκφύλους, *diverſi generis.* Vet, *alienigenas.* Hal. *natura contrarios.*

(40) *Dat. XVII.*) Vet. *Dat. VI. Id. Octobr. Conſtantinop. Beliſario V. C. C. Indictione XIV.* Julian. *Dat XVII. Kal. Jun. Conſtant. Beliſ. V. C. Conſ.*

(1) *Sive Nycl.*] In veteri verſione hæc verba non extant, nec apud Haloandrum.

(2) *Imp. Aug.*) Hal. Αὐτοκράτωρ.

(3) *quos illis hom.*) Τῷ τῶν ἀγρυ-

agunt, & nihil inexploratum relinquunt, tanquam Magiſtratus præfecit. Græcorum vero lingua (4) neſcimus unde illos Præfectos noctium vocaverit, quaſi neceſſe ſit, ut ſole quidem (ut videtur) occidente imperium incipiat, eo vero (5) oriente deſinat. Quid enim cauſæ eſt, ut noctium nomen adderet? Si enim appellationem hanc inde habuit, quod hic Magiſtratus eorum, (6) quæ nocte non recte fiunt, ſolus curam gerat, & per urbem oberret, idem tamen & (7) Magiſtratum urbis facere videmus, ita ut nihil impediat, quo minus & ille Magiſtratus, quantum ad hanc appellationem, eo nomine vocetur. Nam ſi Magiſtratus dividi, & glorioſiſſimus quidem Præfectus felicis hujus urbis diurnus, reliqui vero nocturni judices eſſe poſſunt, admodum à vero illi aberrarunt, (8) nominum rectitudinem, neſcimus qua ratione corrumpentes. Hanc igitur appellationem, cum caliginoſa & tenebroſa ſit, (9) atque à nocte nomen traxerit, merito omnes

[10]

πτύντων &c. ἢ τῶν ἀνθρώπων ἀρχὴ τούτους ἐπιστήσαντα. Hal. τὴν &c. ἀνθρώπων ἀρχὴν ἐκείνοις ἐπιστήσαντα, *quodam modo illis imperium in eos injungens.* Male autem ille legit τὴν ἀρχὴν &c. τούτους &c. Ita enim Græci non loquuntur. Sed recte omnino omittit τούτων, ante ἀνθρώπων, id enim ſuperfluum eſt cum in præcedentibus extet.

(4) *neſcimus*) Paulus *l. 1. d. off. Præf. Vigil.* Apud vetuſtiores incendiis arcendis Triumviri præerant, qui ab eo, quod excubias agebant, Nocturni dicti ſunt. Vero verius! Inde Græcis Νυκτέπαρχοι. Quam tamen appellationem ut obſcuram & nebuloſam damnat ac relegat Imperator Juſtinianus in *Nov* 13. quo loco unde ſic præfectos, vigilum Græci vocaverint, ſe neſcire ait: eoſque Prætores Plebejos in poſterum vocari jubet. Sed Triumviri nocturni dicuntur etiam *Livio* lib. 9. *MENAG. amoen. Cap. 39.* Strabo quoque lib. 17. inter Magiſtratus Ægypti quarto loco recenſet, τὸν νυκτερινὸν στρατηγὸν, *Prætorem Nocturnum.*

(5) *oriente*) ἀνίσχοντος, quod de die dicitur *oriente* & *luce. Eurip. Med.* Vet. *debilitato.*

(6) *quæ nocte*) ἐννύξιν. Hal. ἐννυξίων. Et in ſeq. pro ἴσχει, ἔχει.

(7) *Magiſtratum*) πολιαρχίαν. Vet. *Civitatis cingulum.* Hal. *Præfecturam urbicariam.*

(8) *nominum*) τὴν ὀρθότητα τῶν ὀνομάτων, οὐκ ἴσμεν δὲ ὅπως, διαφθείροντες. Hal. ἐν ὀρθότητι ὀνόματι, οὐκ ἴσμεν, οἵπερ διαφθείροντες. Qui vertit: *qui rectitudinem nominis corruperunt.*

(9) *atque à nocte*) ἐκ τῆς νυκτὸς ἐπώνυμον. Vet. *noctis prænomen.* Hal. *ejuſdem cum nocte nominis.* Græcum ἐπώ-

(10) fugiunt, & (11) creationem hanc pœnam eſſe putant, nec imperialibus codicillis dignam exiſtimant.

CAPUT I.

NOs igitur re, uti ſe habet, perſpecta, Magiſtratum hunc (12) ab ipſa appellatione ortum trahentem, in totum erigendum, atque ornandum (13) & neminem plane impoſterum Nycteparchum vocandum eſſe putavimus. Curam enim gerent tam eorum quæ interdiu, quam quæ noctu minus decenter fiunt.

§. 1. Cum vero Prætoris nomen veteribus Romanis admodum placuerit, ideo eos, qui ad cuſtodiam & diſciplinam conſtituti ſunt, popularesque ſeditiones cohibere poſſunt, (14) Prætores plebis nominandos putavimus. Et quemadmodum in Senatu alii Prætores ſunt, qui libertatibus, alii qui tutoribus & ſimilibus præſunt, ita hi quoque Prætores in officio plebem contineant, & noſtra quidem lingua Prætores plebis, hac vero Græca & communi πραίτωρες δήμων appellentur. (15) Quam venerandum vero ſit Prætoris nomen, quàm prope à Conſulatu

νυμον videtur ſignificare *cognominem*. *CONT. Gloſſ. Cyrill.* ἐπώνυμον *cognomen.*

(10) fugiunt) ἀποφεύγουσι. Hal. ἀποφεύγειν.

(11) creationem) τὴν χειροτονίαν. Vet. *adminiſtrationem.*

[12] ab ipſa) ἐξ αὐτῆς ἀρξαμένην τῆς προσηγορίας. Hal. *ſumto ab appellatione principio.* Vet. *à principio incipientem ab appellatione.*

[13] & neminem] Notandum eſt exemplum de ſolo rei nomine latæ legis. Plura vide apud Gothofred. ad *l. 2. C. Th. d. frum. Alex.*

[14] Prætores plebis] Prætoras plebis δεῖν ὀνομάσαι. Hal. οὕτως δεῖν ὀνομάσαι, *ita nominandos.* Ante Juſtiniani tempora curam, quæ Prætori plebis demandatur, geſſerunt Vico-Magiſtri & Collegiati, qui ſingulis urbis Byzantii regionibus præfecti erant, ut Autor deſcriptionis Conſtantinopolis indicat. Collegiati, qui ex diverſis corporibus ordinati, incendiorum ſolent caſibus ſubvenire. Vico-Magiſtri, quibus per noctem tuendæ urbis cura mandata eſt. Hos primus Auguſtus, ut Suetonius ait, inſtituit. *ALEMAN. ad Procop. ἀνεκδ. p. 89.* Add. *Gloſſ.* verb. *Prætor populi.*

[15] quam venerandum] τὸ δὲ τοῦ πραίτωρος ὅπως ἐστὶ σεμνόν. Hal. τὸ δὲ τοῦ πραίτωρος ὅπως ἐστὶν ὄνομα *quomodo autem Prætoris nomen ſe habeat.*

latu abſit, quam vicinum ſit legibus, declamant leges, quæ Conſulatui jungunt Prætores, ſecundum locum poſt leges ipſis dantes. Et quemadmodum olim Conſules erant (16) qui magno præerant Senatui, Tribuni vero plebis qui plebem gubernabant, ita & nunc (17) Prætores quidem Senatus ſint, qui à nobis ante dicta agunt, Prætores vero plebis, (18) qui quietem ejus defendunt, commodisque proſpiciunt.

§. 2. (19) Hic ſane Magiſtratus venerandus olim & in vetere Roma maximo in uſu fuit, non ſolum iis temporibus, quibus Imperatores fuerunt, ſed etiam adhuc ſuperioribus, magnaque hæc civitas, cum Magiſtratum hunc recepiſſet, eum deſpicatui non habuit. Nam neque (20) antiquiſſimis temporibus quosdam magnis honoribus qui circa Imperatorem ſunt, geſtis, (21) hoc munus ſuſcipere (22) dedignatos

[16] *qui magno*] Ita *Vet. Interpr.* οἱ τῆς μεγίστης ἐξάρχοντες βουλῆς. Hal. *in ampliſſimo ordine principatum tenebant.* Vid. Nov. 26. n. 7. 8.

[17] *pretores*] Πραίτωρες μὲν συγκλήτου, Hal. σύγκλητοι.

[18] *qui quietem*] Ita *Vet.* τῆς εὐταξίας αὐτῶν ἀντιλαμβανόμενοι. Hal. *nutantem quodammodo inter populares quietem ac diſciplinam in ſe, recipiant.* Ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ δικαίου dicitur infr. *Cap. 3. pr.* φροντίσματος *Nov. 15. Epil.* ἀρχῆς *Nov. 25. Cap. 2. pr. Nov. 27. Cap. 1. Nov. 39. præf. Nov. 97. Cap. 6. pr. Nov. 102. præf.* Gloſſ. Cyrill. Ἀντιλαμβάνομαι *ſuſcipio.* Heſych. ἀντιλαμβάνεται, βοηθεῖ ἢ κωλύει,

[19] *hic ſane*] Ἀμέλει τὴν ἀρχὴν ταύτην πάλαι σεμνὴν οὖσαν &c. *Hal.* legit οἴδαμεν δὴ ἀμέλει &c. & vertit totum hunc locum: *Novimus omnino, in quanta olim hic Magiſtratus veneratione fuerit, quamque ſplendide in Vetere Roma adminiſtratus ſit.* Vet. textum noſtrum ſequitur. *Revera enim dignitatem hanc olim honeſtam conſtitutam & in ſeniore Roma in uſu frequentatam ſplendide.* Heſych. ἀμέλει, διὸ, ἁπλῶς, οὕτως, ἄν, τοιγαροῦν. Textui Græco τὸ οἴδαμεν δὴ inſerendum eſſe apparet. Nam τὴν ἀρχὴν ταύτην &c. non habet quo referatur.

[20] *antiquiſſimis*] ἐν πολλῷ Πρεσβυτάτοις χρόνοις. Hal. ἐν πολλοῖς πρεσβυτάτοις &c. & mox pro διαχειρίσαντες, διεγχειρίσαντες. Haloandri ſcriptura vitioſa eſt.

[21] *hoc munus*] ἐπὶ τούτου τοῦ φροντίσματος γενέσθαι. Hal. *ad hanc denuo functionem accedere.* Vet. *& poſthac non dignari de hac re ſolicitudinem fieri.*

[22] *dedignatos*] οὐ καταξιώσαντας. Hal. οὐκ ἀπαξιώσαντες, *non dedignatos.* Vet. *non dignari de hac re ſolicitudinem fieri.* Legendum omnino οὐκ ἀπαξιώσαντας.

tos fuiſſe, didicimus. Paulatim vero hæc res adeo vilis & indigna viſa eſt, ut neque per codicillos noſtros fieret, ſed in glorioſiſſimorum Præfectorum felicis hujus civitatis poteſtate eſſet, (23) & plerumque illi, qui in officio eorum erant, Magiſtratum hunc ſuſciperent, eumque modo omnium peſſimo gererent. Quanquam ſi quis vetuſtatis ejus (24) ſymbolum ſpectet, (25) abunde etiam ex iis quæ nunc fiunt, cognoſcat, qualis antea fuerit. (26) Habet enim proprium judicium, cohortem, (27) & commentarienſes, reliquaque omnia, quæ fere (28) Magiſtratui civitatum à legibus tributa ſunt.

CAPUT II.

QUoniam igitur omnia, quæ ante facta ſunt, inveſtigantes (29) hujus etiam rei concinnitatem ad meliorem ordinem & priſtinam auctoritatem reducere ſtudemus, ne furta ab ipſis frequenter committantur, & ſocietates cum furibus ineantur, atque abſonæ viles & nullius pre-

[23] *& plerumque*] Vet. *& multa ex ordine eorum iſta ſuſciperet dignitas & adminiſtraret eam peſſime.* Καὶ τὰ πολλὰ τοὺς ἐξ τῆς τάξεως τῆς αὐτῶν &c. Hal. τῶν ἐκ τῆς τάξεως τῶν αὐτῶν &c. καὶ διαχειρίζειν αὐτήν. &c. male, ubi & legit αὐτοῖς pro αὐτὴν, minus recte.

[24] *ſymbolum*) σύμβολον. Vet. *cingulum.* Hal. *ſi quis vetuſtatem ejus per notas & conjecturas ſpectet.* Vid. ſupr. *Nov. 8. Cap. 1.*

[25] *abunde*] Vet. *vehementer eam qualis pridem erat, & de his quæ nunc ſunt docebitur.*

[26] *habet enim*] ἔςι γὰρ αὐτῇ &c. ἔχουσα. Sic Amſtel. edit. & Hal. *Contius* vero & *Plantin.* ἔςι γὰρ αὕτη, quod non convenit ſyntaxi ſequentium, δικαςήριον & τάξις. Vet. *cognoſcet enim eam & forum proprium & officium commentarienſis.*

[27] *& comment.*] κομμενταρισίους τε. Hal. κομμενταρησίους δὲ. Qui ſint commentarienſes illi vide apud *Gothofr. ad l. 5. d. cuſtodia reorum* : Heſych. κομμενταρήσιος τὰς ἐγγραφὰς τῶν ἐγκλημάτων ἐκδέχων. Vid. & *Meurſ. gloſſ.* Gloſſ. Jur. Κομμενταρήσιος, χαρτουλάριος, ὑπομνηματογράφος. Suidas, κομμενταρήσιος, ὄνομα κύριον.

(28) *Magiſtr. civitatum*] τῇ πολιαρχίᾳ. Hal. *præfecturæ urbicariæ.* Vet. *Civitatis cingulo.*

(29) *hujus etiam*) Hal. *veterem illam gravitatem reique ipſi inditam venuſtatem in pulchriorem ordinem reducere ſtudemus.*

pretii ſententiæ ferantur, (30) quæ ad eam ſpectant, definienda eſſe putavimus. Cogitavimus enim, quod ſi in cauſis pecuniariis, in quibus non de maximis rebus, ſed de pecunia ſolum periclitamur, & maximi ſimul Magiſtratus jus dicunt, ſæpe etiam (31) plures judices dantur, infinitæ nobis curæ ſunt ne res ſine judicio peragatur, cur non æquum ſit, ut omnem providentiam adhibeamus, (32) quo judices, quorum periculo ſunt animæ condemnatorum, (33) alicujus pretii ſint, ne animam hominis (34) perdant, qui ſemel quidem naſcitur, (35) eam vero ſi perdidit recipere non poteſt.

CAPUT III.

PRimum itaque ſancimus, ut nullus plane Nycteparchus dictum Magiſtratum gerat, antequam codicillos (36) adminiſtrationis à nobis acceperit, nec ulla ratione ſine codicillis Imperialibus munus illud ſuſcipere audeat, ſed Imperatorem ejusque decretum ſcriptum exſpectet. Nemini enim dictum (37) Magiſtratum trademus, niſi illis qui eum ſuſcipiunt ex Magnificentiſſimis (38) Illuſtribus, vel ſpectabilibus Comiti-

(30) *quæ ad eam*) τὰ περὶ αὐτὴν ſcil. ἀρχὴν in *Cap. præced.* Hal. τὰ περὶ αὐτῶν ſcil. νυκτεπάρχων, *quæ ad ipſos.* Vet. *quæ circa ea ſunt.* Hal. ſcriptura præferenda eſt; Nam loquitur de Nycteparchis verbis παρ' αὐτῶν γένοιτο, quæ præcedunt.

(31) *plures*) συνδικασταὶ. Hal. *alii adduntur judices.*

(32) *quo judices*] ἐπὶ δικασταῖς, οἷς ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν κειμένων ἐστὶν ὁ κίνδυνος &c. Hal. *Ut judices damnatis periculum vitæ irrogantes, hi eligantur, qui pro dignitate in aliqua reputatione ſint.*

(33) *alicujus*) τινὸς ἄξιοι γένοιντο λόγου, Hal. πρὸς ἄξιν &c. male.

(34) *perdant*) ἀπολέσωσιν. Hal. ἀπολέσαι.

(35) *eam vero*) ἀναλαβεῖν δὲ αὐτὴν ἐπὰν ἀπολέσῃ &c. Hal. ἀναλαβεῖν δὲ ἐπ' αὖ &c. *amiſſam autem vitam recipere nequit.*

(36) *adminiſtrationis*) φροντίσματος, quod proprie eſt *meditatio, cogitatio.* Interpres vetus id exprimit per *curam, adminiſtrationem*, ut hic & in ſeqq. Cap. 1. autem *ſolicitudinem.* Hal. *functionem.* Jul. *codicillos honoris.*

(37) *magiſtratum*) ἀρχὴν. Ver. *dignitatem* vertit in hac *Nov.* alias *cingulum, adminiſtrationem*, ut ſupra paſſim.

(38) *illuſtribus*] Quinque dignita-

Digitized by Google

mitibus Conſiſtorianis ſint, (39) vel Clariſſimis Tribunis Prætorianis vel Notariis, (40) aut alios Magiſtratus geſſerint, & idonei ac noſtro teſtimonio digni nobis viſi fuerint, ut, dicta gravitate & honore præditi, juſtitiæ (41) vindices ſint, præſertim cum de animabus agatur, (42) & plerumque de cauſis homicidii, adulterii, invaſionum, rapinarum & ſimilibus judicare ſoleant.

§. 1. Oportet igitur eum, qui de tantis (43) criminibus judicat ex omni parte gravem, inculpatum, & tali (44) cognitione dignum virum eſſe (45) ac omni furto, ſive accipiendis muneribus abſtinere, & puras manus (46) atque Aſſeſſorem habere, qui ex probatis ſit.

Z Ne-

tum gradus ſub Princip. Rom. fuerunt, Illuſtris, Spectabilis, Clariſſimi, Perfectiſſimi & Egregii. De quibus omnibus vide *Pancirol. ad Not. Imp. Or. cap. 2. 3. 4.*

(39) *vel clariſſ.*) ἢ τῶν περιβλέπτων κομήτων *conſiſtoriάνων* ἢ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων τῶν Πραιτωριανῶν &c. Hal. ἢ τῶν περιβλέπτων κομήτων ἢ τοῦ ὑψηλοτάτου βήματος τῶν λαμπροτάτων &c. aut ſublimiſſimi Tribunalis clariſſimorum &c. Vid. *Cujac. Lib. 7. Obſ. 10.* Adde & Gloſſ. verb. *Tribuni.*

[40] *aut alios*) ἢ ἄλλας ἀρχὰς ἄρξαντες. Hal. ἢ ἄλλως &c. *aut aliter.*

(41) *vindices*) ἀντιλαμβάνωνται τοῦ δικαίου. quod proprie eſt *vindicare, retinere, ſuccurrere* &c. Vetus vertit: *& honorem defendere præſertim pro juſtitia.* Hal. *jus diligenter reddant.* Supra etiam Cap. 1. §. 1. in fin. οἱ τῆς ἡσυχίας αὐτῶν ἀντιλαμβανόμενοι, *qui quietem eorum defendunt.* Illud μάλιστα *maxime, præſertim*, magis ad ſequentia videtur pertinere, cum quibus id & jungit *Hal.* Simile vitium occurrit ſupra Nov. 1.

(42) *& plerumque*) καὶ τὰ πολλὰ, φονικαῖς εἰώθασι δίκαις διαιτᾶν. Vet. male: *& multis homicidiis conſueverunt litibus habitare.* Hal. καὶ γὰρ καλῶς τὰ πολλὰ &c. Gloſſ. Cyrill. διαιτῶ, *intervenio, diſcepto.*

(43) *criminibus*) ἐγκλήμασι. Vet. & Hal. *criminibus.* Ὁ προκαθήμενος eſt *judex.* Fuerunt tales inter aulica officia, de quibus vid. *Codin. d. off.* Vid. *& Meurſ. Gloſſ.*

(44) *cognitione*) ἀκροάσεως, quod eſt *auſcultatio, audientia.* Item *locus in quo fit auſcultatio.* Vid. *Bud. Comm. Ling. Gr.* Hal. *audientia.* In Nov 82. Cap. 5. & 6. διάγνωσις, & ἐξέτασις idem ſunt quod ἀκρόασις.

(45) *ac omni*) quæ hic ſequuntur usque ad vocem *manus*, deſiderantur in Cod. Hal. Cum autem κλοπὴ toties occurrat, apparet ex h. l. iſtud nihil aliud eſſe quam δωροδοκίαν.

(46) *atque aſſeſſorem*) ἔχειν δὲ δεῖ καὶ πάρεδρον τῶν δοκίμων ἕνα. Hal. non agnoſcit verba ἔχειν δὲ δεῖ. Julian. *Conſiliarium*, ut & paulo poſt. Aſſeſſores *Conſiliarii* dicuntur in *l. 1. C. Th. d. Aſſeſſ.*

Neque enim abſque ſufficienti ſolatio eos relinquemus, ſed (47) ſingulis decem libras auri annonarum nomine quovis anno dabimus, ut his contenti (48) nihil furentur aut vendant.

§. 2. Sed nec largitiones ullo modo fiant, nec pecunia alicui (49) detur, quemadmodum nonnullis temporibus factum eſt. (49) In pari enim crimine erit qui pro Magiſtratu aliquid dat, cum eo, qui ubi Magiſtratus eſt factus, ab aliquo accipere audet, quemadmodum & juramento ab ipſis præſtando declarabitur.

CAPUT IV.

Cognovimus etiam in ipſorum miniſterio malas, (50) cohortes eſſe, ſcilicet (51) latronum cognitores (52) beneficialios,

domeſt. & *l. 2. ibid.* dicuntur *conſiliis propriis adjuvare Adminiſtratores.*

(47) *ſingulis*) ἀνὰ decem librarum χρυσίου. Hal. ἀνὰ δέκα χρυσίου λίτρας.

(48) *nihil furentur*) μηδεμίας ἀνέχεσθαι κλοπῆς ἢ καπηλείας. Vet. *nulli acquieſcant furto aut, venalitati.* Hal. ἢ καὶ ἀπωλείας *nullam tolerent rapinam, aut quod perniciem inferat.* Heſych. ἀνέχεσθαι, ἀναδέχεσθαι, καὶ λαμβάνειν κλοπὴ, *donorum acceptio*, ut ante imperator id expoſuit. καπηλεία, *ars cauponaria*, quod ad alia transfertur, quæ venduntur præter jus & fas, ut hic & in N. T. Cujacius *depeculationem* ſignificari dicit. Senſus eſt: *ne munera accipiant neque pretio vendant juſtitiam*, cujus vindices eos eſſe debere ſupra dixerat.

(49) *detur*) Vet. Interpr. *neque* προΐεσθαι *aurum ulli.* Ubi Cont. notat. Retinuit verbum Græcum ingenua confeſſione hæſitationis. Eſt autem *profundere* vel *promittere.*

(49) *in pari*) Hal. *in pari enim crimine hærebit, & qui pro obtinendo officio alicui dedit, & qui poſt ſuſceptum officium ab aliquo ſuſcipere ſuſtinet.*

(50) *cohortes*) τάγματα. Vet. *officia maligna.* Hal. *improbi admodum ex cohorte homines.* Idem hic eſt τὸ τάγμα, quod τάξις.

(51) *latronum*] λῃστογνώστας Vet. *latronum cognitores* Hal. *latronum conſcios.* Sunt autem illi, *qui fures* & *latrones*, ut Imperator mox dicit, *cognoſcunt, ut eos deferant.* Fuerunt & *Stationarii*, qui docente *Gothofredo ad l. 1. C. Th. d. Curioſis*, certis locus & Stationibus poſiti erant ad reos nunciandos. Vid. *Gothofr.* ad *d. l. 1. 5. & 7. d. l.*

(52) *beneficialios*] Vet. & *Hal. Veneficiarios. Beneficiarios* mallim interpretari. Et cum *Feſto* beneficiarii ſint milites, qui vacationem habent munerum graviorum, ut menſores, veterinarii, fabri & alii, qui enumerantur

lios', (53) ſaccularios, & reliquam multitudinem, quorum unumquemque pœnas dediſſe convenientius eſt, quam tali modo vivere. Non enim latronum cognitores ita ſunt comparati ut quid boni agant, (54) ſed ideo ſolum fures cognoſcunt, ut aliquid lucri ſibi & Magiſtratibus ſuis aucupentur. Quæ omnia illos, qui ad Præturam plebis à nobis jam proveſiuntur, odiſſe, avertari & puris manibus uti decet, atque omnia quæ ipſis denunciantur, ſive furta, ſive alia delicta

l. ult. d. in. im. putem hic ſignificari exploratores & indices, quos pro hujus miniſterii præmio habeat Prætor plebis immunes. *Tertull. de fuga in perſecut.* In matricibus, inquit, beneficiariorum & curioſorum, inter tabernarios & lanios & fures balnearum & aleones continentur, ubi ſane beneficiarios & curioſos non accipiam pro his, qui curam habent curſus publici, ut docui *l. 3. C. d. Can. larg.* & *Tit. de curioſis*; ſed ut hoc loco pro delatoribus, à quibus & delatoria curioſitas dicitur *l. 6. ff. d. jur. & fact. ignor. Cæſari, Plinio, Agathiæ* aliter beneficiarii ſunt corporis cuſtodes ſive protectores & buccellarii. *CUJAC. ad h. Nov.* Vid. cum & *ad l. 3. C. d. Can. larg. tit. Gothofredus* ad *l. 5. d. Cohortal. C. Theod.* multis probat, eos conquirendis hominibus malis criminumque reis per provincias occupatos fuiſſe ut curioſos & ſtationarios, de quibus vid. *Tit. C. Th. de curioſis* & in Edictis Maximini apud Euſeb. dici βενεφικιαλίυς & ὀφφικιαλίυς, quos & gloſſæ Βασιλικῶν interpretantur τὰς ἐπὶ στρατείᾳ τῶν Μαγιστρέων (In gloſſis illis legitur μετωεγίνων pro quo alius legit μαϊστρίων; Meurſius vero in gloſs. βετεράνων loco infra citando) τεταγμένους. Addit vero ibidem eos βενεφικιαλίυς, quorum Juſtinus mentionem facit in Nov. de his *beneficiariis* non accipiendos ſed de veneficiariis, cum ex eo loco clarum ſit non officii aut miniſterii, verum criminis notam, illud eſſe. Meurſius in gloſſ. βενεφικιαλίυς etiam beneficiarios interpretatur, loco Euſebii addito, veteri inſcriptione quadam & hoc de quo agimus loco. Vegetius *l. 2. c. 7.* nominibus principalium, militum accenſet etiam *beneficiarios*, eosque ita appellatos ſcribit, quod beneficio Tribunorum promoverentur. *Hos* Feſtus opponit munificibus. Hi munera viliora obibant. Illi ab iis vacabant. *Fab. Semeſt. l. 19.* Id tamen in medio relinquo. Beneficiariorum etiam mentio fit apud *Cæſar. d. bell. Gall. lib. 1. 161. Evocatorum duo millia, quæ ex beneficiariis* &c.

(53) *ſaccularius*] βαλαντιοτόμους. Hal. *crumeniſecæ.* Vet. *cingulorum inciſores.* De his vide *Menag. Amoen. p. 343.*

(54) *ſed ideo*] De avaritia & concuſſionibus Curioſorum, & hominum ejusmodi vide *l. 1. 2. 3. 4. 5.* & *ſeqq. C. Th. d. Curioſis*, & locum Libanii, quem *Gothofredus* affert ad *l. 1. d. tit.* quo frau-

(55) ulciſci, nobisque civitatem à beſtiis illis furta facientibus, purgare, ad hæc miniſtris probis hominibus uti, & (56) erga officiales ſuos, ut decet, ſe gerere, qui Magiſtratum ſuum timeant, & omnia cum ſeveritate & benevolentia agant. Si enim recte, & noſtro de illis (57) judicio dignos ſe gerere velint, non multi fures erunt, & furta citius invenientur, paucioresque erunt, qui delinquent, & Magiſtratum timebunt, quem nemo pecunia emit.

§. 1, Sed & de criminibus, etſi graviſſimis cognoſcant, & (58) popula·

des illorum & artes, quibus quæſtum ex de lationibus faciebant, late deſcribuntur. Dicuntur ibi *Curioſi* & reliqui illi, *oculi Imperatoris*, quaſi omnes in lucem producant.

(55) *ulciſci*) καὶ ἐπεξιέναι πᾶσι τοῖς προσαγγελλομένοις. Vet. *& reſecare omnia, quæ præcepta ſunt.* Ἐπεξιέναι idem quod ἐπεξελθεῖν, de quo vid. ſupra *Nov. 6. Cap. 1 §. 10.*

(56) *officiales*) τῇ τάξει. *Officio, cohorti*: Vide quæ ſupra.

(57) *judicio*) Eandem phraſin vide *§. 1. h. inf.*

(58) *populares tum*) δημοτικὰς θορύβους De factionibus Circenſibus & factionariis vid. *Cujac. Lib. VIII. Cap. 29. Gothofr. ad l. 1. C. Th. d. off. Rect. Provinc.* Dicitur & δημώδης ἀταξία ſupr. Cap. 1. & δῆμοι in Nov. 17. pro *factionibus.* Quas turbas hæ factiones excitarint Imperante Juſtiniano, tradit *Procop. ἀνεκδ. p. 30.* Duarum quidem ille ſolum meminit Venetorum ſcil. & Praſinorum, quaternas tamen Circenſium Aurigarum factiones priſcas fuiſſe, & Albatos atque Ruſſatos addendos docet *Alemannus ad d. l.* de quibus omnibus (verba ſunt ejus) extant Epigrammata in lib. 5. Anthologiæ. Domitianus τοῖς ἁρματηλάταις δύο γένη ἕτερα τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δὲ ἀργυροῦν ὀνομάσας προσκατέστησε. Ad numerum aurigarum, inquit Dio, duos alios ordines adjecit, quorum alterum auratorum, alterum Argentatorum vocavit. Sunt, qui efferunt Praſinos & Venetianos, ita Antonius Imperator in vita ſua, & antiquus lapis:

Victoria
Venetianorum
Semper
Feliciter.

Praſinos, qui viridi colore utebantur, non minus quam Marcellinus Cereales dixit *Dio lib. 59.* illorum veſtem βατραχίδα. Ranuncularem à ranarum viriditate vocat. Veneti à Græcis dicti κυάνεοι hoc eſt cœrulei, confirmatque Vegetius; quod *Chriſtophorſonus ad Cap. 31. lib. 4,* Evagrii parum animadvertit. Τὸ βένετον ἀπὸ βενετίας ὠνόμασαι, ἐν ᾗ γίνεται κυανᾶ χρώματα. *Venetus color à Venetiis dicitur, ubi cœrulei colores fiunt.* Male: nam ante conditas Venetias id nomen fuit.

Digitized by Google

pulares tumultus componant, (59) nec Magiſtratui celebris hujus regiæque urbis, ſed nobis ipſis miniſtrent, omnemque honorem ab eo mereantur, tanquam Magiſtratus minores à Magiſtratu majori. Curas quo-

Venetæ namque factionis meminit *Suetonius in Vitellio Cap. 14.* Praſinæ *Dio lib. 59.* De origine Venetorum ac Praſinis ſic in antiquis hiſtoriarum collectaneis *Cod. Vat. 96.* legebam: Οἰνόμαος πρῶτος &c. [latina enim ſola brevitatis ſtudio deſcribemus] Oenomaus primus adinvenit Circenſium colores, quibus Terræ ac Maris quaſi certamen repræſentavit. Mittebantur ſortes; quem vero contigiſſet Terræ vicem agere certando, ille veſtem viridem induebat; cœruleam autem, qui vices maris agebat. Hoc certamen vigeſima quarta die Martii Oenomaus conſtituit. Quod ſi color viridis viciſſet, Terræ fertilitatem omnes ſperabant; ſi cœruleus, tranquillam maris navigationem. Quare Agricolæ optabant victoriam viridi colori: Nautæ cœruleo. Præter hæc quæ Procopius narrat de Venetorum Praſinorumque ſeditionibus lege *lib. 1. de Bell. Perſ.* Evagrium: ibidem, Marcellinum in Chronico, Theophanem, & Zonaram in Juſtiniano. *Hæc Alemannus d. l.* quibus adde, quæ ad *pag. 32. & 36.* notavit de conviciis & contumeliis in Imperatorem & uxorem ejus Theodoram à ſeditionibus illis jactis. Praſini enim Juſtinianum Aſinum appellabant. Faſti ſiculi, ἄλλοι δὲ ἔκραζον, ἐπιορκεῖς σγαύδαρι. *Alii clamitarunt: pejeras Sgandari.* Lege Γαύδαρι ſive Γαυδάρι. Matthæus Raderus, *neſcio*, inquit, *quid hoc vocis videtur convicium.* Lingua Græcorum Vernacula γαύδαρος eſt *Aſinus.* Adde eundem ad p. 56. Procopii, ubi Circi & Theatri licentiam verbis Theophanis ex MSS. Cod. Vat. prolixe docet. Juſtinianus favit colori Veneto, Praſinis Caligula. Vid. *ALEMAN. ad p. 43.* Joh. Malala in Juſtiniano: ἔχαιρε δὲ τῷ βενέτῳ μέρει. Ubi Interpres *factioni autem Praſinæ* [ſcribe *Venetæ*] *ſtudebat.* De ſumma autem ejus benevolentia vel potius furore erga factionem Venetorum vide *Evagrium Hiſt. Eccleſ. lib. 4. Cap. 32.*

(59) *nec Magiſtratui*) οὐ τῷ τῆς ἐνδόξυ ταύτης καὶ βασιλίδος ἄρχοντι πόλεως, ἀλλ' ἡμῖν αὐτοῖς ὑπηρετούμενοι, καὶ πάσης ἀξιούμενοι παρ' αὐτῦ τιμῆς &c. Hal. οὕτως τῆς ἐνδόξυ ταύτης καὶ βασιλίδος ἄρχοντες πόλεως, ὡς καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ὑπηρετούμενοι, καὶ πάσης ἀξιούμενοι παρ' αὐτῶν τιμῆς. &c. *Ita celebri huic & regia urbi præſidentes, quaſi qui nobis ipſis in hoc miniſtrent, & ſummo à nobis honore dignati.* Vet. *ita* [οὕτω pro οὔτω ut Hal.] *glorioſæ hujus & regiæ judici civitatis ſed nobis obſequentes.* Agylæus Scrimgerum rectius legere autumat. Nam & *Vet. Interpr.* in ſeq. habet, *ſed nobis* &c. iſque ſenſus textui melius convenire videtur. [Haloander pro ἀλλ' legit ὡς] Conf. *Cap. 1.* in fine. Voluit enim illos Imperator non Præfecto urbi ſervire, ut antea, ſed ſibi.

que illius levent, & nihil agere ſuſtineant, quod non ſit virorum bonorum., Imperialique teſtimonio dignum. Si vero incendium aliquod, (quod ne fiat optamus) in urbe oriri contingat, illos etiam adeſſe & operam praſtare oportet, (60) atque id præcipue agere, (61) ut eos, qui furantur, & infelicium bona auferunt, arceant, & quoad ejus facere poterunt, iis, qui ab igne vim patiuntur, res conſervent. Si enim in hoc Magiſtratu diligentes ſe geſſerint, major ſedes, & gravior Magiſtratus eos excipiet, (62) ac ſciant, ſatius eſſe, cum honeſtate vivere, quam hac contemta, multis manibus uti, & per eas impie agere, & tandem egere: propterea quod nihil eorum, quæ ita coacervantur, ſic comparatum eſt, ut diuturnum ſit, ſed male parta ſtatim dilabuntur. (63) Ut igitur ſubditis noſtris prodeſſemus, (64) hac occaſione tantum ſolatium ipſis dandum, & viros honoratos in medium producendos putavimus, ut illorum virtutem ſubditi ſentiant. Spectabiles vero Prætores plebis Aſſeſſorem etiam noſtro de iis judicio, ſicut diximus, dignum habebunt.

CAP.

(60) *atque id præcipue*) καὶ μέγιστον τοῦτο ἔργον ἔχειν, *& maximum opus hoc habere.*

(61) *ut eos*) Vet. *ne fures & ſubtrahentes infeliciſſimorum res, eripere & ſalvare, quantum poſſunt, res ab ignis violentia.*

(62) *ac ſcient*) καὶ εἴσονται πόσον ἐστὶ τὸ μετὰ σεμνότητος ζῆν &c. Hal. καὶ ἀρχῆς σεμνοτέρας ἔσονται, ὡς πολλῷ ἐστὶ τὸ μετὰ σεμνότητος ζῆν κρεῖττον &c. & in ſeqq. pro ἀπορεῖν ἴσασι, legit ἀπορεῖν ὑπέρ. Vertit autem: *eſt enim multo praſtabilius cum honeſtate vivere, quam illa contemta manuum & rationes conquirere.* Vet. *& cognoſcent, quantum eſt, quod cum honeſtate vivitur* &c. Noſtra lectio recte ſe habet.

(63) *ut igitur*) Vet. *ut igitur noſtros ſubjectos invitare quidem per hanc aſtimavimus oportere occaſionem* &c. Gr. ὅπως τοίνυν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ὠφελήσαιμεν Vetus legit diviſum, ὠφελήσαι μέν. Rectius Scrimgerus ὠφελήσαιμεν. Id eſt *juvaremus* & mox erat vertendum, *hac uti aſtimavimus oportere occaſione.* CONT.

(64) *hac occaſione*) διὰ ταύτην ᾠήθημεν χρῆναι τὴν πρόφασιν καὶ παραψυχὴν τοσαύτην αὐτοῖς δοῦναι, καὶ &c. Hæc deſiderantur in Cod. Hal. qui habet, ἡγησάμεθα καὶ ἄνδρας τιμίους &c. Agylæus Haloandri lectioni noſtra neutiquam præferenda judicat. *Solatium*, παραψυχὴ idem eſt quod *commodum*. Alias *Salarium l. 15. C. d. adv. div. judiciorum.*

Digitized by Google

CAPUT V.

ADerunt vero ipſis viginti milites, & triginta Matricarii (quos nunc conſtituimus) qui ipſorum juſſui obtemperent, (65) & ubi opus ſit, tumultuantes contineant, atque in conveniente forma rempublicam conſtituant. Certo autem ſcire eos oportet, quod, ſi incorruptos ſe præſtent, & à Deo auxilium habituri, & noſtra benevolentia non privandi, atque longiorem Magiſtratum geſtaturi ſint. Quis enim eum, qui bene & recte ſe gerit, removere vellet?

CAPUT VI.

QUin etiam ſi quis ex Dicaſterio Clariſſimi Præfecti felicis hujus urbis, ut pœnam ſuſtineat, ad eos transmittatur, diligenter in (66) cauſam inquirant, & cognoſcant cur homo occidendus, vel membrum, vel tale quid ipſi auferendum ſit, (67) atque ex ipſo glorioſiſſimo Præfecto ſciſcitentur, an hoc etiam placeat. Quare accurate ſententiam ferant, qua aut vita, aut membro, is qui transmiſſus eſt, privetur.

§. 1.

l. 3. & 4. C. d. adv. div. judicum. His etiam Novellis paſſim vid. *Gothofr. ad l. 11. a. Palat. S. L. C. Theod.* & *ad l. 2. C. Th. Si potit. Sac. Bonorum Solatia l. 1. C. Th. d. Cret.* Vetus Interpres habet: *Ut igitur noſtros ſubjectos invitare quidem per hanc æſtimavimus oportere occaſionem,* & ſolatium eis *dare tantum.*

(65) *& ubi)* Vetus hic retinuit verbum Græcum ὅπει, ut & ſupra Cap. 3. §. 2. verbum [illegible], ubi ad marginem notavit Contius, id factum *ingenua confeſſione haſitationis.*

(66) *cauſam)* αἰτίαν. Vet. dignitatem, ἀξίαν.

(67) *atque ex ipſo)* Aliter hæc diſtinguit & interpretatur Haloander: ἢ λοιπῶν τινὸς πυνθανόμενοι, καὶ παρ' αὐτοῦ ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου. Καὶ εἰ τοῦτο συνείδοιεν, ὥστε ἀκριβῶς ἐξενεγκεῖν τὴν ψῆφον ἢ ψυχῆς ἢ μέλους τινὸς ἀφαιρουμένην τὸν παραπεμπόμενον. *Vel uno aliquo ex iis, qui eum adducunt, interrogato, vel etiam ab ipſo glorioſiſſimo Præfecto* [cauſam requirant &c.] *& ſi hoc perſpexerint, ut penſiculate ſententiam transmiſſam proferant, quæ vel vitam vel membrum adimat.* Vet. noſtram exprimit lectionem, *ſciſcitantes & ab ipſo glorioſo Præfecto, ſi & hoc præviderit, ut cum ſubtilitate proferant ſententiam aut animæ aut membri alicujus auferendi à deſtinato.* Noſtra lectio

Digitized by Google

§. 1. Quemadmodum autem Spectabiles Prætores plebis tantis donis honoravimus, eosque codicillis etiam à noſtra manu proficiſcentibus, & annona, atque tali appellatione, ac reliquis, quæ ante dicta ſunt, dignati ſumus: ita (68) ab iis exigimus, ut nobis viciſſim integritatem & vigilantiam in omnibus præſtent, omniaque æqua & juſta ratione, ac pura manu gerant. Nam ſi illos delinquere, vel furari, vel fures tolerare, vel eos non omnimodo perſequi, nec morte dignos punire, qui vero mediocriter peccarunt, ex magna hac urbe, eo, quo nos (69) juſſerimus, expellere appareat: ſciant, quod de his rebus non ſolum Deo ſed etiam nobis rationem reddituri, atque omni damno, quod ſubditis accidet, & indignationi noſtræ obnoxii futuri ac celertime cum infamia à Magiſtratu expellendi ſint. Ideo enim labores ſuſtinemus, & magnos ſumtus facimus, ne cui ex ſubditis noſtris calumnia quædam, aut pecuniæ, vel vitæ & ſimilium amiſſio contingat, ſed omnia legitime decidantur.

EPILOGUS.

CUm igitur hanc noſtram voluntatem ex ſacro hoc edicto & lege cognoſcatis, & quod nihil prorſus eorum, quæ vobis conducunt, prætermittamus, pro imperio noſtro vota nuncupate, quod ſic veſtri curam gerit, ſic ſua vendicat quæ cuique contingunt, ſic paternam in omnibus providentiam vobis conſervat. (70) Proponatur Conſtantinop. Civibus noſtris. Dat. XVII. Kalend. Octob. Conſtantinop. D. N. Biliſ. V. C. Conſule.

COLLA-

præferenda eſt niſi quod pro ἀφαιρουμένων legendum ſit ἀφαιρουμένην, pertinet enim ad ψῆφον.

[68] *ab iis*) αὐτοὺς ἀπαιτοῦμεν. Hal. αὐτόν.

(69) *juſſerimus*) προστάξαιμεν. Hal. προστάξημεν.

(70) *proponatur*) Vet. pro XVI. Kal. legit X. Kalend. *Julian.* XVI. Kal. Oct. &c.

COLLATIO TERTIA.

TIT. I.

(1) Ne quo in loco Romanæ Reipublicæ lenones ſint.

NOVELLA CONSTIT. XIV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Conſtantinopolitanis.

PRAEFATIO.

ET antiquis legibus & anterioribus Imperatoribus lenocinii nomen & res ipſa admodum exoſa viſa eſt, adeo ut multæ etiam leges in eos, qui talia committunt, ſint ſcriptæ. Nos quoque pœnas illis, qui ita impie agunt, impoſitas auximus, & ſi quid ab iis, qui ante nos fuerunt, prætermiſſum fuit, id per alias etiam leges emendavimus. Ac cum nuper impia quædam, quæ ex ejusmodi (2) cauſis in magna hac urbe committuntur, nobis nuntiata fuerint, hanc rem non contempſimus. (3) Cognovimus enim turpiter quosdam vivere, & ex gravibus atque exoſis cauſis occaſionem ſcelerati lucri ſibi quærere: regiones ſcilicet & multa loca oberrare, ac miſeras puellas decipere, calceos & veſtem aliquam ipſis promittentes, atque ita venari eas, & ad felicem hanc urbem deducere: (4) illasve ædibus ſuis incluſas habere, alimenta miſera

 &

(1) *Ne quo)* Sic & Hal. Vetus *de Lenonibus.*

(2) *cauſis)* αἰτίαις. Hal. ἀτιμίαις, *per ejusmodi dedecus*, qui & ſequens ἁμαρτανομένων omittit, Vetus Int. nobiscum: *pro talibus negotiis in hac maxima civitate commiſſis.*

(3) *cognovimus)* Eadem refert Joh. Malala *Chronogr.* in *Juſtiniano* p. 173. Attamen Imperatricem *Theodoram* omnes lenones comprehendi juſſiſſe & cum puellis ad ſe adduci; pecuniam autem pro puellis datam lenonibus reddidiſſe, puellas autem à Servitutis turpiſſimæ jugo liberatas dimiſiſſe, veſtitu integro illis ſuppeditato, prohibitis inſuper lenociniis. Vid. & *Procop. d. Ædif. l. 1. c. 3.*

(4) *atque eas)* καὶ ἔχειν καθειργμένας

immenſum auctæ: ut cum antea ſolum in (9) minimis urbis partibus eſſet, nunc vero & ipſa, & quæ circa eam ſunt loca, malis illis omnia plena ſint. Hæc quidem (10) antea ad nos ſecreto quis detulit, deinde etiam nuper Magnificentiſſimi Prætores, cum in Italia inquirendi à nobis mandatum accepiſſent, eadem hæc ad nos retulerunt. (11) Simulac igitur hæc audivimus, Deo hanc actionem (12) conſecrandam, & civitatem tali ſcelere ſtatim liberandam eſſe putavimus.

§. 1. Sancimus igitur, ut omnes, quantum poterunt, caſtitatem colant, quæ ſola animas hominum cum fiducia Deo commendare poteſt. Quia vero variæ ſunt res humanæ, ne quæ fraude, dolo, vel vi ad libidinem trahantur, omnimodo prohibemus. Neque cuiquam lenocinium exercere, & domi mulieres habere, vel publice ad libidinem proſtituere, aut pro alia quadam negotiatione talia mercari liceat: neque ſyngraphas hoc nomine accipere, neque fidejuſſores exigere, neque tale quid agere, quo miſeræ illæ & invitæ caſtitatem ſuam fœdare cogantur: neque ſperare, quod impoſterum veſtimentis, vel etiam ornamentis, aut alimentis datis eas ineſcare ipſis liceat, ut invitæ etiam perſeverent. Non enim (13) permittimus, ut aliquid tale fiat, ſed & nunc breviter omnia illa decenti remedio dignamur, curantes ut omnis cautio, quam occaſione hujus ſceleris præſtiterunt, illis reddatur. Neque permittimus, ut impii illi lenones, (14) ſi quid illis dederunt, ipſis auferant: Quin jubemus, ut lenones illi felice hac civitate excedant, tanquam perditi homines, & communis caſtitatis corruptores, qui tam liberas quam ſervas conquirunt, & in hanc neceſſitatem deducunt, atque

 ineſcant

(9) *minimis*) ἐλαχίστοις. Sic & Hal. Vet. *ultimis*, ἐσχάτοις. Non male. Paulo poſt pro μετὰ Hal. legit, μετά.

(10) *antea*) πρώην. Hal. πρὶν. Vet. *dudum*.

(11) *ſimulac*) ἅμα τὸ εὖ. Hal. ἅμα τὸ ἄν. Vet. *moxque*.

(12) *conſecrandam*) ἀνιεθῆναι. Hal. [illegible]αι, *offerre*. Recte. Sic enim paſſim Imperator.

[13] *permittimus*) συνεχωρήσαμεν Hal. συγχωρήσομεν, & mox παρεγκελευσόμεθα. Præcedit ἠξιώσαμεν & παρασκευάσαντες, ac proinde noſtra lectio defendi poteſt.

[14] *ſiquid*] εἴτι δεδώκασιν αὐταῖς τοῦτο παρ' αὐτῶν ἀφελέσθαι. Apud Hal. deeſt αὐταῖς & παρ'.

Digitized by Google

ineſcant, ac ad omnem turpitudinem (15) alunt. Præcipimus vero, ut ſi quis impoſterum invitam puellam aſſumere, eamque vi alere, & ex fornicatione quæſtum ſibi parare auſus fuerit, (16) ille à ſpectabilibus Prætoribus plebis felicis hujus urbis comprehenſus extremas pœnas ſuſtineat. Nam ſi eos ideo (17) creavimus, ut pecuniaria furta & latrocinia puniant, cur non multo magis caſtitatis etiam furta & rapinas iis coercere permittemus. Si quis etiam in domo ſua aliquem lenocinium exercere, & huic quæſtui operam dantem habere ſuſtineat, neque eum re denunciata & cognita domo expellat, decem librarum auri pœnam ſubiturum, & de ipſa domo ſe periclitaturum ſciat. (18) Sin vero quis imp●terum ſyngrapham vel fidejuſſore ● eo nomine accipere auſus fuerit, ſciat ſe nullam utilitatem ex (19) fidejuſſione aut ſyngrapha habiturum. Nam fidejuſſor non obligabitur, & ſyngrapha plane (20) irrita erit, ipſe quoque ſicut diximus pœna corporali afficietur, & ex magna hac urbe quam longiſſime (21) expelletur. Fœminas enim caſtas eſſe volumus & optamus, non vero ut invitæ ad libidinoſam vitam traducantur, neque ut impie vivere cogantur. Omne enim lenocinium (22) & fieri prohibemus, & factum punimus, præcipue in felici hac urbe, locisque circa eam ædificatis, neque minus in omnibus etiam locis extra eam, tum quæ ab initio noſtræ reipublicæ fue-

[15] *alunt*] ἔχοντας παρατρεφομένας εἰς πᾶσαν αἰσχύνην. Vet. *habentes educatas ad univerſam confuſionem.* Βασιλ. ἀναστρεφομένας, inverſas.

[16] *ille &c. debeat*] τοῦτον ἀνάγκη &c. τὰς πασῶν ἐσχάτας ὑπομένειν ●-νάς, Hal. ἵνα τὸν ἀνάγκη &c. τὰς ἐσχάτας ὑπομένειν ποινὰς, προβαλλόμεθα, *quod hunc ut extremas pœnas ſuſtineat objiciemus.* Τὸ προβαλλόμεθα, quod *Hal.* habet, in noſtro textu ad ſeqq. rejectum, hoc autem loco ſuperfluum eſt. vid. N. ſeq.

[17] *creavimus*] προβαλλόμεθα. Hal. ἐπανορθωτὰς ἐξελέξαμεν, *elegimus. Vetus. emendatores elegimus.* Noſtra ſat recta ſunt.

[18] *ſin quis &c. auſus*] εἴ τις τολμήσει. Βασιλ. εἴ τινες τολμήσειαν, & mox pro ἢ ἐγγυητὴν ἴσω, ἐγγυητὰς ἴσωσαν.

[19] *fidejuſſione*] τῆς ταύτης ἕχων ἐγγύης. Βασιλ. ἐγγυήσεως. Hal. ἐκ τοιαύτης &c.

[20] *irrita*] ἄκυρος μενεῖν. Recte *Hal.* μενείτω.

[21] *expelletur*] ἐξελαθήσεται. Hal. ἐξελαυθήσεται.

[22] *& fieri*] καὶ γίνεσθαι. Recte. Hal. καταγίνεσθαι. Vet. *& fieri perhibemus*

Digitized by Google

fuerint, tum quæ à Domino Deo nobis donata ſunt, & vel maxime in his, quia dona Dei, quæ in noſtram rempublicam contulit, ab omni vi libera ſervare, & Domini Dei erga nos liberalitate digna eſſe & manere volumus. Confiſi enim Domino (23) Deo credidimus, ob hoc noſtrum caſtitatis ſtudium magnam quandam acceſſionem Reipublicæ noſtræ futuram, Deo omnia proſpera per tales actiones nobis largiente.

EPILOGUS.

Ut igitur vos, noſtri cives primi caſta noſtra diſpoſitione fruamini, ideo ſacro hoc edicto utimur, quo noſtrum erga vos ſtudium, & pro caſtitate & pietate (24) laborem cognoſcatis (25) per quæ Rempublicam noſtram in omni felicitate conſervatum iri ſperamus. *Scriptum eſt Exemplar glorioſiſſimo Magiſtro cum hac mutatione.*

Ut igitur omnibus, qui in Republica noſtra habitant, hæc manifeſta fiant, Excellentia Tua, hanc legem noſtram (26) accipiens, in omni ditione noſtra, mandatis ſuis omnibus manifeſtam faciat: ut non ſolum in hac felici urbe, ſed etiam locis extrinſecis Deo omnium Domino alterius cujusdam ſuavis odoris loco oblata cuſtodiatur. (27) Dat. Kalend. Decemb., Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

TIT. II.

(1) De Defenſoribus.

NOVELLA CONSTIT. XV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Johanni glorioſiſſimo Præfecto iterum Prætorio, Exconſuli & Patricio.

[23] *Deo*] Θεῷ. Baσιλ. Χειστῷ.

[24] *labor.*] πόνον. Hal. πόνων. Male.

[25] *per quæ*) δι' ὧν, Bασιλ. δι' ὃν, *per quem* ſc. *laborem* non male.

[26] *accipiens*] δεξαμένη. Hal. δεχομένη.

(27) *datum Kal.*] Sic & Julian. Vetus addit, *data Conſtantinopolitanis civibus noſtris.*

(1) *De defenſoribus*) De his vid. *Cujac. Lib. III. O. 14. & Alciat. 1. Parerg. 5.*

NIſi munus Defenſorum in ordinem, ut decet, celeriter redigamus, nec ipſam amplius veritatem in veteribus nominibus habebimus. Aliis ſiquidem rebus alia ab antiquitate indita ſunt nomina, quibus (2) res clare ſignificentur: hoc vero Defenſorum nomen clare demonſtrat, quod veteres quosdam præpoſuerint rebus qui illas ab omni injuſtitia defenderent, unde & eos patria lingua Defenſores vocamus, ut injuria affectos à malis liberent. Nunc vero Defenſores in multis reipublicæ noſtræ partibus adeo conculcati & contemti ſunt, ut in contumelia potius quam dignitate aliqua habeantur. Hinc obſcuri homines defenſores fiunt, & ſuffragia miſericordia magis quam electione (3) conſequuntur; quibus enim non eſt alimentum & victus ſufficiens, illi Defenſorum electionem emendicantes ad hoc munus accedunt, & velut (4) ludicrum quid voluntati Magiſtratuum (5) expoſiti ſunt. Nam removent eos, quando volunt, (6) aut nihil aut minima ipſis vitio vertentes, & alios in eorum locum ſubſtituunt, eosque vicarios Defenſorum faciunt. Et hoc ſæpius per annum in plures homines committunt, adeo ut cohortales, civitatum judices, & harum incolæ ſummo contemtui Defenſorem habeant. Quæ vero ab iis aguntur, pro infectis habentur; niſi enim Præſides provinciarum impetraverint, non audent Defenſores geſta (7) monumentorum apud ſe conficere, in omnibus illis ſervientes, (8) & nutus illorum ſolos obſervantes. Quodſi etiam aliqua confecerint, primo ea vendunt, deinde cum nullam Archivum

(2) *res*) πραγμάτων ἵνα δὲ τό. Hal. πραγμάτων τοιῶνδε, τὸ δὲ ἴσον, *has res* &c. Vet. *à parte rerum*, *hoc autem* &c.

(3) *conſequuntur*) προξενοῦσι ψήφους. Vet. *decreta conficiuntur*. Hal. *decreta fiunt*. Paulo ante pro ἐπιλογῇ Hal. legit. ἐπὶ λογῆς.

(4) *ludicrum*) παιγνίου. Hal. παιδιᾶς, eodem ſenſu, ſi modo legas παιδιᾶς.

(5) *expoſiti*) ἔκκεινται. Recte. Hal. κεῖνται.

(6) *aut nihil*) ἢ οὐδὲν, ἢ σμικρότατα ἐγκαλεσάμενοι. Vet. *aut nihil aut parviſſimum delinquentes*. Recte. Hal. εἰς μικρότατα ἐγκαλέσαντες, *minima quaque vitio vertentes*.

(7) *monumentorum*) quæ hic ſequuntur usque ad verba *primo quidem* deſunt in Hal. editione, ubi pro πράξεων legitur πράξεων.

(8) *& nutus*) deeſt quidem in Græco textu τὸ καὶ *ac*, ſed videtur inſerendum. *Vetus* quoque id habet.

Digitized by Google

chivum habeant, in quo geſta apud ſe reponant, per[illegible]d quod actum eſt, nec apud eos reperies ullum longi temporis monumentum: ſed qui actis egent, ea apud hæredes eorum & reliquos ſucceſſores quærunt, & quæ inveniunt nulla fide digna ſunt, quædam vero amiſſa intercidunt, ut idem ſit, ac ſi nunquam acta eſſent. Nos igitur cum ea quæ ad Magiſtratus ſpectant bene diſpoſuerimus, & poteſtatem eorum in provinciis majorem effecerimus, (9) atque inſpectio civitatum procul ab iis abſit, putavimus etiam ea quæ ad Defenſores pertinent, conſtituenda eſſe; Sic enim pulchra quædam harmonia, ſi Defenſores civitatum inter Magiſtratus locum accipiant, & Præſes Provinciæ magis Judicum Judex, atque ita prioribus dignior videatur: quanto enim quiſque majoribus imperat, tanto major ipſe & dignior quoque eſt.

CAPUT I.

Ut nulli incolæ liceat Defenſoris electionem (10) non acceptare.

INterim igitur illud prius ſanciendum eſt, ut nemini plane, ſi Defenſor eligatur id recuſare liceat, ſed omnes honeſtiores urbium incolæ hoc illis miniſterium alternis vicibus præſtent: id enim prioribus temporibus obtinuiſſe, & in uſu fuiſſe didicimus. Nemini quoque etſi Magnificentiſſimorum Illuſtrium dignitate honoratus ſit, id declinare permiſſum ſit: neque etiam ſi honeſtam militiam, vel privilegium ex ſacris ſanctionibus, licet pragmaticæ ſint, (11) liberaliter conceſſum habeat. Sed habitatores civitatis, quorum aliqua habetur ratio, per circulum id obeant & ubi circulus deſinit, ad munus illud revertantur, & civitati prædictum munus obeant: adeo ut cujuſque civitatis Defenſor, (12)

(9) *atque inſpectio*) Hal. *& longius abſunt, quam ut civitatum commoda ſemper in conſpectu habere poſſint.*

(10) *non acceptare*) ἀπαθεῖς legitur in Edit. Plant. pro ἀποθεῖς. Vet. *defenſoris officium reſpuere.*

(11) *liberaliter*) πεφιλοτιμημένον ſcil. προϊόμενον. Hal. κἂν πραγματικοὶ καθήκοιεν πεφιλοτιμημένοι τύποι. *Etſi conceſſæ formæ pragmaticæ ſint.* Non ſat commode: præcedit enim αὐτῷ, quod inutile foret, pro quo *Hal.* minus bene habet αὐλῶν. Vet. *Vel ſi pragmatici ſint collati,*

CAPUT III.

Ut actorum inſinuationes apud Defenſores fiant.

Fiant vero apud Defenſores inſinuationes teſtamentorum, & donationum (19) & omne id, quod monumentis illis proprium eſt, ita ut Clariſſimus provinciæ judex non poſſit prohibere id quod agendum eſt, vel (20) præcipere ne quid agatur, aut quod actum eſt, non edatur. Neque enim illius rei facultatem ullo modo ei concedimus, abſurdiſſimum putantes, ut propter irrationales forte Magiſtratuum affectus & præcepta res neceſſariæ hominibus intercidant. Sed (21) conficiant quæ quis voluerit, atque edant: & licet id quod agitur provinciæ (22) Præſidem, vel aliquem ex potentibus tangat, neque hoc prohibeant. Oportet enim eos, (23) qui in Magiſtratu vel poteſtate aliqua conſtituti ſunt, ita ſe gerere (24) ut acta adverſus ſe confici non prohibeant, ſed moribus adeo inculpatis eſſe ut nemini de ſe conquerendi occaſionem præbeant. Et ſive in civitate ſit judex, ſive non, nemo apud Defenſores quoque monumenta quædam, de quibus rebus voluerit,

(19) *omne*) Hal. *& omni denique, quod proprie ad jus monumentorum pertinet.*

(20) *præcipere*) προςτάττειν, ὡς εἰ βούλοιτό τι προχθῆναι. Hal. ὡς βούλοιτό τι &c. *Vel præſcribere quomodo confici velit* &c. *Ut negationem ex Scrimgero inſeram, non permittit ratio*, inquit *AGYLÆUS.* Sed illud μὴ omnino inſerendum videtur. Habet id enim & Vetus Verſio, & præcedit κωλύειν τὸ πράττεσθαι μέλλον, ſequitur autem προχθὲν μὴ ἐκδοθῆναι; ratio quoque ſubjecta id vult, quod ſcilicet abſurdum ſit, hominibus intercidere neceſſaria negotia, ſed quod facere quis debeat, quæ vult & edere.

(21) *conficiant*) ἀλλὰ καὶ πράττειν ſcil. διαθηκῶν ἐμφανίσεις &c. *teſtamentorum inſinuationes*, de quo in pr. h. c. Hal. *ſed & in acta referant, quæcunque quis voluerit.*

(22) *præſidem*) ἐπάρχοντος quod rarius. Hal. ἄρχοντος ut Imperator ſolet loqui. Sic & MS. Βασιλ.

(23) *qui in Mag.*) τοὺς ἐπὶ τῶν ἀρχῶν ἢ τινὸς δυνάμεως ὄντας. Hal. τοὺς ἐν ἀρχαῖς ὄντας ἢ ἐν τινι δυναστείᾳ, eodem ſenſu.

(24) *ut acta*) οὐχ ὥστε κωλύειν τινα &c. Hal. ὥστε μὴ ἀπαγορεύεσθαι γίνεσθαι, ſenſu eodem.

conficere prohibeatur, exceptis ſolum iis, quæ juriſdictione egent, (25) & ab ipſa Magiſtratuum auctoritate pendent.

§. 1. Deinde (26) iis, qui publicas exactiones habent, Defenſores civitatum omnibus modis auxilio ſint. (27) Et ſi opus fuerit, ut ob contumaciam ingratorum ſubditorum acta conficiantur, hoc quoque alacriter faciant, & ſi opus ſit ut adſint ac indecore ſe gerentes videant, hisque teſtimonium perhibere, ſi quoque popularis tumultus ſedandus ſit. (28) Magiſtratuum locum impleant, & maxime quando abſunt. Officiales quoque provinciæ, qui in civitate illa ſunt, in qua Defenſor eſt, ipſi obediant & præſto ſint, ut cum Præſides provinciarum abſunt, nihil civitatibus (29) ipſis præſentibus deeſſe videatur. Ex provinciali autem officio habeant etiam (30) Exceptorem ſibi inſervientem, & duos officiales, qui ea, quæ ab ipſis decernuntur, impleant.

§. 2 (31) Judicent quoque in omnibus cauſis pecuniariis usque ad aureos trecentos, nec ſubditi noſtri (32) debitores ſuos (33) ad Cla-

(25) *& ab ipſa*) καὶ αὐτῆς τῆς &c. Hal. καὶ ἐξ αὐτῆς, non male.

(26) *iis qui*) τοῖς τὰς &c. ἔχουσι MS. Βασιλ. τοὺς &c. ἔχοντας.

(27) *& ſi*) κἂν εἰ δέοι. MS. Βασιλ. καὶ κἂν εἰ δέοι.

(28) *magiſtratuum*) καὶ τὴν τῶν ἀρχόντων ἐπέχειν τάξιν &c. Hal. & MS. Βασιλ. καὶ ἁπλῶς τὴν τῶν ἀρχόντων ἐπέχειν τάξιν. *Uno denique verbo per omnia Præſidis locum obtineant, & maxime cum abſunt. Et ut cohortales quoque* &c.

(29) *ipſis*] ἐπὶ τῆς ἐκείνων παρουσίας. In MS. Βασιλ. deeſt ἐπὶ quod putem delendum eſſe, ut ſenſus ſit, *ne præſentiam illorum deſiderent*, ſcil. τῶν ἡγουμένων τῶν ἐθνῶν.

(30) *exceptorem*) Sic *Vet.* & *Julian.* interpretantur ταχύγραφον: Ut & Cujac. *ad l. 12. C. d. prox. ſacr. ſcrin.* dicuntur & ὀξύγραφοι *Notarii.* Sic & in *l. 151. C. Th. d. decur.* ubi ad geſtorum municipalium confectionem exceptor requiritur. Erant autem, qui acta accipiebant, & jurgantibus reſtituebant. *Gothofr. ad l. 1. C. Th. d. offic. Rect. Provinc.* Add. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.*

(31) *judicent*) Judicium in cauſis pecuniariis his jure Magiſtratus non competere, ſed hac conſtitutione illis tributum eſſe, tradit *Vacon. à Vacuna declarat. 6. Cap. 81.* Vid. & *l. 1. C. d. def. Civ.*

(32) *debitores*) τοὺς αὐτῶν ὑπευθύνους. Hal. τοὺς ἑαυτοῖς ὑπευθύνους.

(33) *clariſſimos*) παρὰ τοὺς λαμπροτάτους ἄρχοντας. MS. Βασιλ. παρὰ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι. Sic ſcribendum vel παρὰ τοὺς &c.

Digitized by Google

Clariſſimos Provinciarum Præſides trahere queant, ſi intra dictam quantitatem trecentorum aureorum lis conſiſtat.

CAPUT IV.

SEd nec (34) propter actores litem pluris æſtiment, ut conterant reos (35) nec Defenſori civitatis, ſed provinciæ Præſidi eos addicant. Sed ſi id fecerint, & ſententia litem trecentis aureis minorem, & ſtudio auctam eſſe oſtendat, ut apud provinciæ præſidem, non autem apud Defenſorem civitatis examinaretur, ſolus actor totius litis damno ſubjiciatur.

CAPUT V.

AD hæc appellationes à Defenſoribus ad ipſos Præſides deferantur: Si vero cohortales Defenſoribus aliquam injuriam inferant, tunc Provinciarum Præſides auxilio ſint & cohortales caſtigent. Poteſtatem enim concedimus Defenſoribus, ſi Præſides provinciarum id neglexerint, ſedi tuæ Eminentiæ hoc denunciandi, ut auxilium & vindicta conveniens illis inde præſtetur & contra delinquentes veri ſint Defenſores, atque Magiſtratuum gravitatem imitentur.

§. 1. Et ſi Defenſorem civitatis deficere contigerit, ſtatim calculus feratur ad alium, qui ordine cum juramento ante dicto vocatur, & ſtatim quidem munus (36) ſuſcipiat, decretum vero indicetur & à tua Eminentia confirmetur, & nequaquam Defenſoribus (37) vicarius, ſicuti anteà diximus, detur, ne rurſus priori confuſioni (38) juſtam occaſionem demus.

(34) *propterea*) δι' αὐτὸ τοῦτο. Hal. ἐπ' αὐτῷ τούτῳ.

(35) *& non*) καὶ μὴ &c. προσαγάγοιεν. Recte. *Hal.* μὴ μέντοι προσαγαγόντες.

(36) *ſuſcipiat*] ἐχέτω τῆς φροντίδος. Recte, Hal. ἐχέτω.

[37] *Vicarius*] τοποτηρητὴς. Hal. τοποτηρητάς. Et *Vetus, defenſores.*

[38] *juſtam*] εὔλογον. Vet. *rationabile.* Hal. ἄλλογον (ἄλογον) *irrationabilem.* Scrimgeri lectionem magis probandam eſſe puto: ut vertamus: *ne rurſus anſam & eam ratione fulcitam &*

§. 2. (39) Præcipiat vero Eminentia tua in qualibet provincia, ut in civitatibus ædificium aliquod publicum definiatur, in quo conveniat Defenſores acta reponere: & deſignetur aliquis ex provincia, qui ea cuſtodiat, ut incorrupta maneant, celeriterque ab iis inveniantur, qui ea deſiderant, & ut apud eos aliquod (40) Archivum ſit, ac id in quo hactenus in civitatibus peccatum eſt, emendetur.

CAPUT VI.

Quod vero Defenſores civitatum omnino gratis creandi, & ſi urbes majores ſint, quatuor ſolum aurei, ſin autem minores, (41) tres aurei, pro juſſionibus eorum dicaſterio Tuæ Eminentiæ dandi ſint, legibus noſtris conſtitutum eſt. Si vero quaſdam annonas publicas habeant, etiam illas ſecundum conſuetudinem accipient.

§. 1. Cognoſcent quoque de levioribus criminibus, & ut convenit ea punient: ob majora vero crimina captos cuſtodient, & ad Præſidem Provinciæ remittent. Ita enim quælibet urbs cura Magiſtratus fruetur & omnis gens ſub majori Magiſtratu conſtituta majorem experietur providentiam (42) civitatumque Defenſores multas Magiſtratibus curas præcident eas (43) in ſe transferentes, & Magiſtratibus eas, quas pro (44) univerſis gerunt, leviores reddent, ſi finem ſingularibus negotiis imponent,

ſubnixam priori perturbationi præbeamus. AGYLÆUS. Ἔυλογον legitur quoque in Cod. Vaticano.

[39] *præcipiat*] προςτάξεις ποιησάσθω. Hal. ποιησάτω. Sic & MS. Βασιλ.

[40] *Archivum*] ἀρχεῖον. Jul. *Scrinium* de quo vid. *Gloſſ. Julian.*

[41] *tres aurei &c.*] Τρεῖς ἤδη τοῖς ἡμετέροις διατέτακται νόμοις. Lege ex Hal. Τρεῖς, καθάπερ ἤδη &c. Et ſic quoque *Vetus Int.*

(42) *civitatumque*] καὶ ὑποτεμοῦνται πολλὰ τῶν ἀρχικῶν φροντίδων, οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι εἰς αὐτοὺς ταῦτα μετατιθέντες. Hal. καὶ ὑπερτιμοῦνται πολλὰ τῶν ἀρχικῶν φροντίδων, ἐπειδὰν οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι εἰς ἑαυτοὺς πάντας μετατιθέντες &c. male legit ὑπερτιμοῦνται. Cætera etſi diverſa ſenſum non mutt.

(43 *in ſe*) εἰς αὐτούς. MS. Βασιλ. εἰς ἑαυτούς: quod & nos legendum putabamus. Etſi vulgatæ quoque lectionis ratio quædam reddi poſſit.

(44) *univerſis*) ὑπὲρ τῶν ὅλων. Hal. ὑπὲρ λαῶν, *pro populis.* Variatio in circuitu (i. e. periodo, *cognoſcent* (qui eſt

nent, ac eorum, qui injuriam paſſi ſunt, aut inter ſe diſceptant, cauſas decidant, & graves eſſe eos qui in Magiſtratibus ſunt, ſicuti ſæpius diximus, demonſtrent. (45) Si vero ab aliquibus publici reditus, ſegnius inferantur, provinciarum, Præſides Defenſoribus civitatum exactiones contra indevotos illos injungant (46) ut hac in re ipſis auxilio ſint. Si vero adverſus hæc Defenſor quidam eligatur aut quis Defenſoris munus ad ſe delatum ſive dignitatis, ſive militiæ, ſive privilegii, ſive alterius cujusdam rei prætextu repudiet, ſciat, quod pœnæ quinque librarum auri (47) ſubjiciendus, & ea ſoluta ac in opera civitatis impendenda, cogendus ſit Defenſoris munere fungi (48) Convenit enim ut unusquisque honeſtiora munera obeat in civitatibus, quas inhabitat & pro inhabitatione hanc ipſis gratiam rependat.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Eminentia tua in provinciis, (49) quibus præeſt, per programmata ſua nota facere ſtudeat, ut omnes intelligant, quod & maxima & mediocria & minima nobis curæ ſint, quodque nihil ſit, quod à cura noſtra alienum putemus. Partem quoque præceptorum ſuorum Eminentia tua collocet in eo, ut provinciarum Præſides operam dent, quo in unaquaque civitate illi, qui in bona ſunt exiſtimatione Defenſores, per circulum, uti dictum eſt, nominentur, (50) & præſtito juramento communia de iis fiant decreta, & ut circulus ille, quem diximus, deſcribatur atque ita quolibet biennio illi

 qui

§. 1. h. Cap. 6.) nullius momenti eſt, niſi ſi *pro populis* poni *pro univerſa republica* convenire magis videatur. *AGTL.*

(45) *ſi vero*) εἰ δὲ καὶ ἀγνωμονοῖντο. MS. Βαπλ. εἰ δὲ καταγνωμονοῖντο & mox οἱ τῶν πόλεων δημόσιοι φόροι.

(46) *ut hac*) Hal. ἵνα καὶ κατὰ τοῦτο, *ut in hoc etiam.*

(47) *ſubjiciendus*) ὑποκείμενος. Hal. male ἐπικείμενος.

(48) *convenit*) προσήκει γὰρ ἑκάστῳ &c. melius ἕκαστον legitur in MS. Βαπλ.

(49) *quibus*) ὧν ἄρχει. Hal. αἷς. Cap. præced. erat, αἷς ἐκεῖ pro ἃς.

(50) *& decreta*) καὶ ψήφους γίνεσθαι κοινὰς μεθ' ὅρκων ἐπ' αὐτοῖς. Hal. μεθ' ὅρκου ἐπ' αὐτοῖς διδομένου. Recte. Vet. *cum juramento in eo habito.* Vel legendum potius γινομένου, pro διδομένου ut ſemper fere & paulo poſt legitur.

qui ſequuntur, munus ſubeant. Si quoque aliquis ex illis excidat, alius in ejus locum ſubſtituatur & decretum ſemper præſtito juramento fiat, ipſe vero, quando munus ſuſcipit, definitum juramentum praſtet, & deſignatio illius fiat tum à Dei amantiſſimo Epiſcopo, & venerabili Clero, reliquisque qui in civitate in exiſtimatione ſunt: quod & nunc ſtatim fieri convenit, omniaque ut dictum eſt, ſecundum hanc generalem noſtram legem procedant. Qui vero nunc ſunt Defenſores, ſiquidem (51) optimi videantur, etiam illi circulo nunc inſcribantur, & per biennium munus obeant, & ſi per biennium munere illo functi fuerint, à Defenſoris munere liberentur, niſi communi decreto eum altero quoque biennio in eodem officio retinere velint. Sin vero biennium nondum impleverint, digni vero videantur, qui in circulo partem habeant, impleant tempus quod reliquum eſt, nemo vero ultra id urbes defendat, ſed ad hoc ſolum tempus maneat niſi, tota civitas nemine contradicente eum elegerit: & ſi hoc fiat, per aliud biennium munus ſuſcipiat (52) & omnino illud deponat; & tum rurſus fiat, quando circulus eum iterum ad ordinem illum deducit, (53) ne continuatione & perpetuitate hujus muneris, & eo quod arte quadam illud in ſingulis renovetur, dicta adminiſtratio in quibusdam fiat perpetua. Hæc omnia valeant in omne tempus, quoniam cum omni diligentia, vigiliis, & (54) erga Deum affectu ea (55) invenimus & ſubditis noſtris largiti ſumus. Dat. XVI. Kalend. Aug. Conſtantinop. Biliſ. V.C Conſ.

TIT.

(51) *optimi*) ἄριστοι. Recte. Hal. ἀρεστοί, *ſi placeant*. Sic & Vetus: *ſiquidem placiti videantur* ut in *præf. Nov. 8.*

(52) *& omnia*) καὶ πάντως αὐτὸ καταπέπαυσθαι. Vet. *deponere*. Hal. καὶ πάντως αὐτὸν ἀφίστασθαι, *omnino ea deſiſtat*. ſenſu eodem.

(53) *ne continuatione*) ὥστε μὴ τῇ συνεχείᾳ καὶ τῷ διηνεκεῖ τῷ φροντίσματος. Hal. συνεχείᾳ τῇ διηνεκεῖ, *continuatione perpetua*. Vet. *ne frequentia & continuatione*. Illud ſine dubio ſcripſit Imperator. Sequitur, αὐτὸ καθ' ἕκαστον pro quo Hal. αὐτὸν καθ' ἕκαστον.

(54) *erga Deum affectu*) ἴσως πρὸς τὸν Θεὸν συντονίας. Hal. καὶ τῇ ἀγαθῇ Θεοῦ εὐνοίας. Ab hujusmodi annotandis fere ſuperſedemus, ut quæ jus nec mutent nec illuſtrent. *AGYLÆUS*. Συντονία eſt *contentio, ſolicitudo*. Nov. 80. Cap. 3 Heſych. σύντονον, σφοδρὸν, ἰσχυρὸν, συνεχές. Noſtra lectio aptior eſt.

Digitized by Google

Tit. III.

Ut Clerici ex una Eccleſia in aliam transferantur ad ſupplendum ſtatutum deficientium numerum.

NOVELLA CONSTIT. XVI.

Idem Imperator Anthemio Sanctiſſimo & beatiſſimo (*1*) *Archiepiſcopo, & Patriarcha univerſali.*

Legem nuper de modo creationum ſcripſimus, & quod eas, neque in Sanctiſſima magna Eccleſia felicis hujus urbis, neque in reliquis effuſas eſſe deceat, illamque omnem vim ſuam obtinere volumus. Quoniam vero ſcopus noſter eſt, ut creationes contrahamus, (2) atque ita Sanctiſſimæ Majori Eccleſiæ immenſos illos ſumtus ad moderatam & tolerabilem redigamus quantitatem, ut multitudo impenſarum minuatur: propterea omnem pererrantes viam ad hanc legem pervenimus (3) non diverſam à priori ſed ex eadem voluntate ortam, quæque etiam magis adhuc Sanctiſſimæ Eccleſiæ prodeſſe poſſit.

CAPUT I.

Sancimus igitur, ſi in Sanctiſſimis Eccleſiis, quarum adminiſtrationem & impenſas hæc Sanctiſſima magna Eccleſia ſuſcepit, Presbyterum, vel Diaconum, vel Lectorem, vel Cantorem mori contingat, ne ſtatim alius extrinſecus inducatur, ſed prius ſpectetur, quantus ibi ſit numerus religioſorum Clericorum ibidem miniſterium obeuntium: Et ſi Clericorum numerus nondum ſit diminutus, ſed, ſi ſpectetur id quod à majoribus

Vet. *Domini Dei intuitu*, qui & *συντονίας* videtur legiſſe.

(55) *invenimus*) ἐξέυρομεν, καὶ κεχαρίσμεθα. Hal. ἐξευρήκαμεν καὶ ἐχαρισάμεθα.

[1] *Archiep.*) Hal. Ἐπισκόπῳ. Hic à Trapezunte translatus fuit in ſedem Conſtantinop. Niceph. l. 17. c. 7.

[2] *ſicque*] ἐντεῦθεν τε. Legendum forte ἐντεῦθεν δὲ, præcedit enim μὲν. Et ſic quoque *Vetus* Int. legit.

[3] *non diverſam*] οὐδὲν μεν. Hal. οὐδὲ μὲν.

ribus eſt definitum & *Statutum* vocatur, adhuc redundet, nemo in ejus locum nonniſi reſtituto numero eligatur. Si vero multitudo ita diminuta ſit, ut alium Clericum, ne Statuum illud deficiat, in locum ejus qui mortuus eſt, introduci neceſſe ſit, videat Beatitudo Tua an quis Clericus in reliquis Eccleſiis circa Sanctiſſimam majorem Eccleſiam in eodem ordine ſuperfluus ſit, & exinde in ejus locum alius conſtituatur, non autem nova fiat electio. Ita enim, ſi ex ſuperfluo id quod deficit, ſuppleatur, pulchra & Deo grata negotio dabitur ſymmetria, & Sanctiſſima magna Eccleſia paulatim à debitis liberabitur: alioquin, ſi id quod deeſt ſuppleatur extraneis introductis, ſuperfluum vero non minuatur, longum & infinitum tempus ante præteribit, quam omne, quod redundat, imminuetur.

EPILOGUS.

TUa igitur Beatitudo quæ propter Sanctiſſimarum Eccleſiarum utilitatem merito nobis placuerunt effectui dare ſtudeat. (4) Nam ſi adverſus hæc quid fiat, eum, qui contra hanc noſtram legem creationem ſuſcipere auſus fuerit, ſcire oportet, quod nihil utilitatis inde ſit habiturus quodque impenſæ hac in parte factæ à religioſiſſimis Oeconomis Sanctiſſimæ Eccleſiæ non imputandæ, ſed damnum inde emergens ipſis ſit ferendum, hunc ſuæ negligentiæ fructum à ſemet ipſis accipientibus. (5) Dat. XVII. Kalend. Aug. Conſtantinop. D. N. Biliſ. V.C. Conſ.

TIT. IV.

(1) De Mandatis Principum.

NOVELLA CONSTIT. XVII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Triboniano Quæſtori ſacri noſtri Palatii & Exconſuli.

PRÆ-

[4] *nam* καὶ γὰρ. Apud Hal. deeſt τὸ γάρ.

[5] *Dat.*) *Vet.* dat. Id. Aug. Conſtantinop. poſt Conſulatum Beliſarii V. C. *Julian.* dat. XIII. Kalend. Aug. P. C. Biliſarii.

[1] *De Mandatis*] Inſcriptio hujus Novellæ latina eſt. *Julianus* ait: hæc

PRÆFATIO LATINA.

Deeſt in Græcis.

EX libris antiquis, qui jura Romani nominis continebant, non ignorat tua ſublimitas, quanta de mandatis Principum legumlatores in ſuo quisque volumine conſcripſerunt. Quia igitur nobis reparantibus omnem vetuſtatem jam deperditam ac diminutam, placuit etiam omnibus judicibus noſtris, qui minores vel medias adminiſtrationes gerunt ſive inter Correctores ſive inter Conſulares, ſive inter ſpectabiles ordinentur, non ſolum codicillos præſtare, ſed etiam mandata dare, quibus inſpectis omnia gubernare laudabiliter posſint: ideo librum mandatorum compoſuimus, qui ſubter per utramque linguam annexus eſt, ut detur adminiſtratoribus noſtris ſecundum locorum qualitatem, in quibus Romana vel Græca lingua frequentatur, ſcire eorum ſanctionem: ut nihil ex his audeant præterire, ſed ſaluberrimas diſpoſitiones noſtras obſervantes, in perpetuum noſtras provincias, noſtroque imperio ſubjectos gubernare feſtinent. Illuſtris igitur auctoritas tua, ad quam quæſtoria pertinet cenſura, eadem mandata & in libris legum tranſcribi, & in ſacro laterculo deponi præcipiat: quatenus ex his una cum codicillis ſuſcipiendis, adminiſtratores, quemadmodum posſint reipublicæ ſubvenire non ignorent. Dat. XVI. Kal. Maji poſt conſulatum Beliſ. V. C. Conſ.

De Mandatis Principis.

IN nomine Domini Jeſu Chriſti Dei noſtri, Imperator Cæſar Flavius Juſtinianus, Alamannicus, Goticus, Francicus Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, Triumphator, ſemper honorandus, Auguſtus.

Generali quidem pietatis noſtræ lege omnia jam ſancita ſunt, ſecun-

conſtitutio habet inſcriptionem, *Mandata Principis.* Diſponit autem, quales oportet eſſe Provinciarum Præſides &c. Hal. παραγγέλματα τῶν ἀρχόντων. *Præcepta Præſidum.* Vid. *præf. h.* Add. *Gloſſ. Jul.* voc. *mandat. Principis.* Horum mandatorum mentio fit in *l. 35. d. pæn. l. 6. §. 3. d. off. Proc. l. 25. ff. d. fid. inſtrum.*

cundum quæ eos, qui Magiſtratum ſuſcipiunt, (2) juramentorum, quæ illius nomine præſtant, memores, illum gerere convenit. Neceſſarium tamen putavimus etiam tibi Magiſtratum ſuſcipienti id (3) quod decet præcipere, cum à majoribus Reipublicæ noſtræ inventum ſit, ut iis, qui ad Magiſtratum gerendum mittebantur, certa darentur præcepta, (quæ mandata Principis vocantur) ſecundum quæ eos Magiſtratum gerere oportebat.

CAPUT I.

Ut gratis electi Magiſtratus, puras Deo, Imperatori & Legi manus ſervent.

Oportet igitur te Magiſtratum pure & ſine ullo ſuffragio ſuſcipientem ante omnia & Deo & nobis & Legi puras ſervare manus, nec ullum lucrum ſive magnum ſive parvum capere, nec doloſe excogitatam negotiationem cum ſubditis exercere, ſed illis ſolum contentum eſſe, quæ ex fiſco tibi præbentur, & tam per te ipſum, quam per eos, qui circa te ſunt, omnino puram illis ſervare juſtitiam (4) Ac primo quidem operam des, ut tributa publica vigilanter exigas, nihilque in gerenda fiſci cura prætermittas, (5) inquiras etiam an fiſcus detrimentum paſſus ſit, illique ſua ab omni parte conſerves. Sicut enim privatis injuriam paſſis opem ferimus, ita etiam volumus ut fiſcus illæſus maneat. Nam ſi ſubditi ab omni injuria liberi ſerventur, facile & prompte tributa ſolvent; (6) & cum antea illa in furta expendentes tributorum debitores manerent, ea ſi nunc fiſco ſolvant, facile à debitis tributorum liberabuntur.

CAP.

(2) *juramentorum*) τῶν ὅρκων. Hal. τὸν ὅρκον.

(3) *quod decet*) τὰ πρέποντα. Heſych. πρέπον, ὅμοιον, μέτειον, συμφέρον, ὡραῖον, ἄειστον.

(4) *ac primo*) καὶ πρῶτον μὲν. Hal. εἶμα καὶ πρῶτον. *Simul &c.*

(5) *inquiras etiam*) ἀναζητεῖν τι &c. Vetus non commode hoc verbum præcedentibus nectit ſic: *nihil diminuens circa publicam curam requirere, ne forte &c.*

(6) *& cum*) Vetus verba Græci textus ſecutus hac ita vertit; *& qui* (quæ ἅπερ) *in furta prius dantes, manebant debentes adhuc fiſcalia, ea nunc ipſis fi-*

CAPUT II.

Quomodo Magiſtratus providere debeant, ne ſeditiones excitentur, ſed omnium populi ordinum tranquillitas cuſtodiatur.

DEinde curam te gerere oportet, ne populus in civitatibus ſeditiones inter ſe agitet, ſed ut pax ſit in civitatibus, eo ipſo quo æqualitatem etiam ibi inter ſubditos ſervas, nec ob lucrum aut aliquem affectum in partem aliquam (7) inclinas.

CAPUT III.

Breviores lites ſine ſcriptis decidendas, & ſportularum modum ſervandum eſſe.

TErtio quoque tibi curæ ſit, ut de litibus cum omni æquitate cognoſcas, ac breviores quidem & præſertim quæ ex levioribus ſunt, ſine ſcripto decidas, & judices, homineſque à mutuis contentionibus liberes, nec permittas ut ultra ea, quæ ſacra noſtra conſtitutione continentur, judicialium expenſarum nomine damno aliquo afficiantur, (8) ſi modo omnino ad quid dandum idonei ſunt: alioqui gratis etiam cauſas cognoſcas, nec negligenter permittas, ut homines provinciæ tuæ cui præes, ad felicem hanc urbem accurrant & nobis moleſti ſint. (9) Scias enim, quod ſi quis veniat, & nos adeat, ac à nobis interrogatus an te prius convenerit, dicat, ſe adiiſſe te, & juſtitiam non impetraſſe, idque verum eſſe nos reperiamus, in te indignationem ſimus converſuri. (10) Si tamen te non convento, ad regiam hanc urbem quis venire auſus fuerit, eum vehementer increpatum remittemus, & reſponſum non dabimus.

 CAP.

ſcalibus exſolventes, liberabunt, facile ſe tributis, (tributorum debitis) Hal. *& ſi ea, quibus antea per furta ablatis, tributorum inſuper debitores manebant in tributarias rationes conferant, facile tributorum nomine debitis liberabuntur.*

(7) *inclines*) ἀποκλίνειν. Recte. Hal. ὑποκαταβαίνειν, *deſcendant.* Vet. *declinatur.*

(8) *ſi modo*) Sic Hal. *Vetus: ſi modo ſufficientes in datione conſiſtant.*

(9) *ſcias enim*) Hæc deſiderantur in editione Haloandri uſque ad verbum *converſuri.*

(10) *ſi tamen*) εἰ μήπω μὴ προσελθὼν σοὶ. Hal. melius: Εἰ δὲ τις μὴ προσελθὼν, &c.

Digitized by Google

CAPUT IV.

Ne Præſides permittant Executores vel Magiſtrianos portuum & reliquorum nomine quicquam exigere.

DEinde convenit quoque te non permittere, ut illi qui hinc commeant, ſive Magiſtriani, ſive ex quocunque judicio, ſubditos injuria afficiant, aut (11) ſuperexigant; ſed ſi quis veniat, & de eo conqueratur, illud perſequi, & indemnes eos ſervare, nec permittere cuiquam mandata cujuscunque judicii prætexenti (ea ſcilicet, (12) quæ ex conſuetudine mittuntur, (13) aquæ ductuum, vel portuum, vel viarum ſternendarum, vel pontium vel imaginum vel murorum, vel ædificiorum deſtruendorum, tanquam in publico ſtructorum, vel ſimilium cauſa) ut damno ſubditos noſtros afficiat. Volumus enim neque hoc prætextu ullum damnum illis inferri. Ipſe vero omnium horum curam geres, (14) ita ut ſine damno omnia facias. Si vero aliquis cum ejusmodi mandato veniat, nullo modo eum audias, niſi ſacram noſtram pragmaticam ſanctionem de his ſcriptam oſtendat: & tunc quidem ſuſcipias eam

(11) *ſuperexigant*) ὑπερπράττειν. Vet. Interpr. Hal. & Agyl. *Superexigere.* Vid. *Tit. Cod. de ſuperexactionibus* ibique *Cujac.*

[12] *quæ ex conſuet.*) ἐξ ἔθους φοιτῶσι. Jul. *conſuetudinarias juſſiones*, i. e. conſuetas. *Ant. Aug.*

[13] *aquæ ductuum*] ὀλκῶν τε ὕδατος ἕνεκεν. Vet. *formarum etiam aquæ cauſa.* Ubi *Cont.* & *Cujac. VIII O. 40.* notant ὀλκῶν recte & docte dici. Gloſſ. Cyrilli ὀλκὸς *aquæ ductus.*

[14] *ita ut*] ζημίας ἅπαντα πράττειν χωρίς. Hal. non male πράττων *faciens.* Quod præferendum. Vet. *Sine omni damno geſtum.* Menagius *amoen.* c. 39. docet *damnum* pro *ſumtu* poſitum apud Juvenalem:

Nulla viri cura interea, nec mentio
fiet damnorum.

Adde *Tribonianum* in *Inſtit.* Juſtinian. Tit. *quibus alienare liceat, ſine omni damno.* Quod Theophilus vertit δίχα πάσης ζημίας. Addit & *Capitolinum in Pio: Vinio olei & tritici penuriam per ærarii ſui damna emendo, & gratis populo dando, ſedavit.* Addit & veterem Horatii interpretem ad hæc *ex Epiſtola 14. lib. 2.*

Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci.

Immunem: ſine damno, ſine donis, ſine

Digitized by Google

eam ſanctionem, non autem quid (15) ex illa agas, antequam re nobis indicata ſecundum mandatum noſtrum accipias.

§. 1. Sed & abundantiæ neceſſarium rerum, & operum civitatum curam geras, atque procures (16) ut ipſi tanquam patres opera maxime neceſſaria ex civilibus pecuniis exſtruant, & pontium ſimul & viarum atque portuum (17) (in quibuscunque etiam locis tuæ provinciæ, cui præes, portus ſint) & murorum curam gerant, & quicquid publico vel civitatibus utile eſt, de eo deliberes, idque facias & indices.

§. 2. (18) Milites quoque, qui in provincia ſunt, in omnibus obedientes habebis in quibus illis ad juſtum miniſterium indigebis, quos ubi delinquere videris, eos, ut decet, caſtigabis, inſuper quoque ex annonis illorum læſis ut ſatisfiat, curabis.

CAPUT V.

De criminibus.

NOn permittes quoque (19) ut delinquentes privilegiis fruantur, ſed illud ſolum ipſis auxilium ſervabis, ut ab omni parte puros ab iis quæ intentantur & innocentes ſe probent. Cædes vero & adulteria, & virginum raptus, & invaſiones & injurias, cum ſeveritate (20) repri-

munere. Inde & *damnoſus* pro *ſumtuoſo* apud *Plautum* in *Pſeudolo l. 5.* Hinc & *damnoſe* pro *ſumtuoſe* apud *Horat. Serm. 2. 5.*

(15) *ex illa*) ἐξ αὐτῆς, deeſt in edit. Hal. Sed in Vetere verſione extat.

(16) *ut ipſis*) αὐτοὺς ἅτε πατέρες. Hal. τοὺς πατέρας Julian. *Nam & patres civitatum ædificationes publicas cogere debet conſtituere.* Agylæus Haloandri lectionem præfert, cum αὐτοὺς ἅτε ſenſum obſcurare & ſuperflua eſſe judicet. *Patres* civitatum intelligit Imperator, *de quibus l. 3. C. d. his, qui ſp. mun. ſuſp.* CUJAC. *h.* Senatores intelligit decuriones &c. ante *partes* peſſime. CONT. (Adde *Gloſſ. Jul.* voce *Pater Civitatis*) Non eſt, cur lectionem Haloandri præferamus. Supra enim *Nov. 12. Cap. 4.* ſimili phraſi utitur Imperator inquiens ἡμεῖς, ὅια τοῦ νόμου πατέρες &c.

(17) *in quibus etiam locis*) ἐν οἷς δήποτε &c. apud *Hal.* hæc deſunt usque ad verbum *gerant.*

(18) *milites*) Totus hic paragraphus in verſione Haloandri omiſſus. In editione ejus Græca extat.

(19) *ut privilegiis*) Jul. *privilegio dignitatis vel militiæ.*

(20) *reprimes*) μετελεύσῃ. Βασιλ. πελευτήσῃ.

Digitized by Google

reprimes, & delinquentes ſecundum noſtras leges punies, ut (21) paucorum ſupplicio reliquos omnes ſerves.

§. 1. Maxime vero (22) Cohortales tuos in officio continebis, nec illis permittes, ut ſubditos noſtros deprædentur, neque ut à te quidem regi videantur, revera tamen tuæ voluntati imperent.

§. 2. Operam quoque des ut (23) Aſſeſſorem vel quisquis ſit qui circa te fuerit, accipias virum bonum ſceleriſque omnino purum, & contentum iis, quæ à fiſco dantur. Et ſi quis præter ſpem fuerit, quem ſidem tibi ſancte non ſervare reperias, eum expellas & alio aſſeſſore utaris, qui legem & juſtitiam puris manibus cuſtodiat.

§. 3. Talem vero publice & privatim omnibus te præbebis, ut delinquentibus & erga fiſcum indevotis maximo quidem terrori ſis, manſuetiſſimus vero & mitis erga probos & gratos, & tanquam pater illorum curam geras.

CAPUT VI.

Ne publica fides & ſecuritas facile detur.

SEd nec feſtinare te oportet, ut (24) λόγυς illos, uti vocantur, (25)

(21) *paucorum*) τῇ κατ᾽ ὀλίγον τιμωρίᾳ. Sic & Hal. Vetus *ut paulatim ſupplicium alios omnes faciat ſalvos.* Baſil. τῇ κατ᾽ ὀλίγων τιμωρίᾳ &c. *ut paucorum animadverſione cæteris omnibus ſecuritatem parias.* Legendum κατ᾽ ὀλίγων, vel potius τῇ τῶν ὀλίγων. Sic enim Nov. 30. Cap. 12. ὡς ὀλίγων ἀνθρώπων τιμωρία τὸ λοιπὸν ἅπαν δημοτικῶς σωφρονίσαι. Et mox: τῇ τῶν ὀλίγων ἐπιτιμήσει πολὺ τὸ σωζόμενον εἶναι.

(22) *cohortales*) Julian. *Apparitores*, ταξεώτων.

(23) *aſſeſſorem*) πάρεδρον. Julian. & Vet. *Conſiliarium*. Recte, de quo ſupra.

(24) λόγυς) τούτους τὰς καλυμένους λόγυς. Jul. *fidem publicam*. Vet. *verba, i. e. jusjurandum*. Hal. *fidem publicam ſive ſecuritatis promiſſiones.* Cujacius ait intelligi λόγυς ἀσυλίας καὶ συγχωρήσεως, ut *Nov. 128. & Edicto 2. & 13.* qui conſenſu Epiſcopi dantur iis, qui ad Eccleſiam confugiunt metus cauſa, dum ſcilicet vim, injuriam, ſævitiam potentiorum vel dominorum vel patronorum pertimeſcunt, ut hæc Novella aperte demonſtrat, & *l. 4. & ult. C. Theod. d. his qui ad Eccl. confug.* Vide *cap. ſeq.* ubi λόγοι explicatur per ὅρων ἀσφάλειαν, *loci ſecuritatem.* (Add. *Gloſſ. Julian.* voc. *fides publica*) Cujacius veterem verſionem laudat *VIII. Obſ. 40.* dabatur enim, inquit, λόγος in-

(25) in longiora tempora facile concedas, ſed prævio examine & tempore mediocri, quod terminum triginta dierum non excedat, ne hominum inter ſe contentiones infinitæ ſint (26) Si vero aliquem λόγῳ ita dicto ſubjeceris, & deinde quis eum conveniat, in jus quidem eum duces, ſervans datam illi fidem, examinabis vero negotium ab omni parte ſervata fide, & ſi quoque ſententia contra eum opus ſit, condemnabis eum, & duorum electionem illi propones, an ſcilicet velit datæ fidei pure renunciare & judicata facere, vel ſi id nolit, eum ſacris finibus reſtitues, ibique (27) executionem facies moderate, & cum debita (28) ſacris locis reverentia.

CAPUT VII.

Ne fines locorum ſacrorum homicidis proſint.

NEque vero homicidis, neque adulteris, neque Virginum raptoribus delinquentibus (29) locorum ſerves ſecuritatem, ſed inde etiam eos extrahas, pœnamque illis imponas: non enim talia delinquentibus

terpoſito jurejurando. Juliani interpres probat & *l. ult. §. ult. C. d. iis, qui ad Eccleſ. confug.* Vide & inſcriptionem & fin. hujus capitis. Τὺς καλυμένυς λόγυς Alciatus interpretatur *ſalvum conductum.* 5. Parerg. 6 & 8. Parerg. 2. *fidem publicam* ſeu *ſecuritatis promiſſionem.* Ubi addit: velle interpretes ex *h. l.* probare verba in juramento neceſſaria eſſe. Sed corruptos circumferri vulgatos codices, nec enim ullam mentionem Jusjurandi in autographo eſſe.

(25) *in longiora*) ἐπὶ πλείονα χρόνον. Hal. legit ἢ ἐπὶ πλείονα χρ. non male. Duo enim ſunt quæ in ſeqq. præcipit, ut nempe ὁ λόγος concedatur, cum examine, non προχείρως: deinde ad mediocre tempus, non ἐπὶ πλείονα χρόνον.

[26] *ſi vero*] εἰ δὲ καί τινα ὑπὸ τὸν καλύμενον λόγον ποιήσαιο. Vet. *Si vero etiam aliquem ſub nuncupato verbo feceris*, quod probat *Cujac. VIII. Obſ 30.* ut *in poſſeſſionem factus l. fideicommiſſorum §. 1. ff. ut in poſſ. legat.* Adde *l. 12. §. 2. d. cuſtod. reor.*

[27] *executionem*] ἐκβιβασμόν. Julian. *exigere eos debet Præſes.* Vet. *executionem.* Ἐκβιβαστὴς, *executor.* Vid. *Cap. 7. §. 1. in fin.*

[28] *ſacris*] ἐναγέσιν ὅροις. Julian. *Sanctorum terminis.*

[29] *locorum*] τὴν ἐκ τῶν ὅρων ἀσφάλειαν. Fabrot. *Terminorum.* Mox dicitur τῶν ἱερῶν ἀσφάλεια.

tibus parcere convenit, ſed iis qui (30) ſuperſtites ſunt ne ab audacibus talia patiantur, præſertim cum (31) ſecuritas in ſacris locis non lædentibus, ſed læſis à lege detur. Nec fieri poteſt, ut uterque tum qui injuriam intulit, tum qui eam paſſus eſt, aſylorum ſecuritate gaudeat.

§. 1. Ut vero Exactiones tributorum publicorum in locis ſacris decenter fiant curabis: quoniam (32) tributorum ratio & militibus & privatis & ipſis ſacris etiam atque toti reipublicæ utilis & maxime neceſſaria eſt. Ad hoc autem auxilio tibi erunt Piiſſimi Eccleſiarum Defenſores & Oeconomi, neminem eorum, à quibus tributa publica in provincia exiguntur, exactioni ſubtrahentes, nec permittentes ut quid violenti aut ſeditioſi (33) patiantur qui executionem faciunt, ſcientes, quod ſi tale quid fecerint, fiſco ex bonis ſuis ſatisfacere cogendi ſint.

CAPUT VIII.

Ut exactores tributorum cogant in apochis ſuis exprimere quantitatem Zygocephalorum.

COmpelles vero publicos Exactores ut in apochis ſuis omnia, pro quibus eas tradunt, exprimant, quantitatem ſcilicet (34) Zygocephalorum.

[30] *ſuperſtites*] περιόντων. Hal. δεδιότων, *qui metuunt.* Agylæus docet, τὸ περιόντων commodiſſime hic verti *ceteris hominibus*, utrumque autem ſuſtineri & defendi poſſe. Βασιλ. περιόντων. Fabrottus tamen vertit *timentibus*. Lege igitur cum Haloandro δεδιότων & ex textu rationem pete. Vet. *hoc patientibus*, quaſi eſſet πασχόντων.

[31] *ſecuritas*] ἐκ τῶν ἱερῶν ἀσφάλεια. Vet. *templorum cautela.*

[32] *tributorum*] ὁ τῶν δημοσίων λόγος. Hal. ὁ δημόσιος λόγος, *rationes publicæ*, λόγοι παρακαταθήκης *in l. 26. ff. depoſ.*

[33] *patiantur*] στασιῶδές τι παθεῖν: Sic & Hal. *Vet. ſeditioſum aliquid pati.* Neſcio an legendum ſit πράττειν potius quam παθεῖν. Niſi id velis ſenſu generali pro *affectum eſſe* poſitum, ut *ſupr. Nov. 2. Cap. 3. in med.*

[34] *Zygocephalorum*] Quid illa ſint, explicat *Contius* ad Vet. verſionem. Inquiens: ſignificant Zygocephala jumentorum capita jugo illigata. Hic autem ponuntur pro eo, quod juncti boves uno die exarare poſſunt, ut jugerum appellatio apud Varronem & alios. Sic ille. Vid. late *Gothofr. ad l. 2. C. Th. d. cenſu. Cujac. ad. l. 2. C. Juſt. ut ne-*

Digitized by Google

cephalorum, aut jugorum, aut jugalium, vel quo alio nomine ea in provincia appellant, & pro quibus ac qualibus prædiis ea exigant, & quantitatem eorum, quæ ſive in ſpeciebus, ſive in auro dantur: magnam mulctam iis minitans, & (35) manus amputationem, (36) ſi id quod ſemper quidem præceptum, hactenus vero nondum obſervatum fuit, in poſterum non omnibus modis obſervent. Quod ſi vero, ut ſolet, (37) effugium aliquod inveniant, dicentes ſe quantitatem jugorum (38) exponere non poſſe nos eos vel maxime dolo agere putamus, ſed exinde nec fiſcus omnino quidem lædatur, nec ſubditi. Nam fiſcus (39) ſine præjudicio omnia quæ illius ſunt accipiat, & qui illa ſolvunt (40) apochas more ſolito accipiant, nec ulterius quid ab iis

exiga-

min. lic. in coempt. Ubi dicit: ſunt qui jugationem tantum præſtant. Sunt qui ζυγοκέφαλα, id eſt jugationem & capitationem. Sic ille. Variis autem nominibus modi poſſeſſionum, quibus collatio imminebat, nuncupabantur. Sic enim *Tit. 6. C. Th. de Collat. donatar. Eorum jugerum ſive capitum ſive quo alio nomine nuncupantur* &c. Quibus adde *h. l. & Nov. 128.* Eſt & *Arura in l. ult. C. Th. d. patrocin. vicorum*, ad quam vid. *Gothofr.* Ἰυγάλια *jugalia* tributa eſſe, quæ pro agri jugeris ſolvebant, docet *Meurſ. Gloſſ.* verb. ἰυγάλια.

[35] *manus amputationem*] qua parte quis peccarat, multari ſolebat, ut fugitivi. *l. 3. C. d. ſerv. fugitiv.* Manus amputatio ſcriptori librorum hæreticorum, ut hic Exactori. Plura vide apud *CUJAC. VII. Obſ. 13.*

[36] *ſi id*] In edit. Cont. & Amſt. legitur εἰς τὸ παρηγγελμένον. Legendum vero εἰ &c.

(37) *effugium*) ὑποφυγὴν. Hal. ἀφορμὴν, *excuſationem.* Ut ille vertit. Vet. *declinationem.*

(38) *exponere*) ἐνπθέναι lege ἐκπθέναι. Jubentur enim hic ἔκθεσιν δοῦναι, ut in ſeqq. legitur. Vet. *poni.*

(39) *ſine præjudicio*) ἀπροκρίτως. Hal. ἀπεγκρίτως, *ſine præjudicio.* Sic *Contius* edidit & *Vetus* legit, quæ lectio amplectenda. Pro hoc mox legitur ἀμέμπτως eodem ſenſu. H. Πρόκριμα eſt præjudicium, hoc eſt res, quæ cum ſtatuta fuerit, adfert judicaturis exemplum, quod ſequantur. Vid. & *l. fund. d. Except. rei jud. ALCIAT. 8. Parerg. 24.*

(40) *apochas*) ἀποδείξεις. Hal. *ſolitas de recepto confeſſiones.* Vet. *de ſuſceptis, ſuſcepta, de ſuſcepta.* Eſt autem ἀπόδειξις hic idem, quod ἀποχα cautio de accepta pecunia, ἀμεριμνία dicitur & *ſecuritas* in *l. 3. 4. C. d. Apoch. publ.* Item *Recauta* in *Nov.* paſſim. Vid. & *Cujac. ad l. 1. C. d. Apoch. & Tr. 9. ad Afric.*

exigatur. (41) Res ipſa vero plane non læd atur, & tributa quidem pro more ſolvantur, ac fiſco inferantur, (42) nuncientur vero hæc glorioſiſſimis Præfectis & prius cogantur (33) Cenſitores eas, quas vocant, (44) expoſitiones accuratas dare, ut exinde res dijudicetur. Ita tributis, quæ juxta conſuetudinem dantur interim recte illatis, quodcunque (45) de re controverſa Glorioſiſſimi noſtri Præfecti inter diſſidentes judicaverint, id obtineat, & executoribus neceſſe ſit, cum veritatem in his quæſtionibus cognoverint, etiam in iis impoſterum quantitatem Zygocephalorum & reliquorum omnium, ut à nobis jam conſtitutum eſt, apochis inſerere.

§. 1. Non permittes vero Curialibus aut Cenſualibus, cum venditiones prædiorum, aut aliæ diviſiones fiunt, aut poſſeſſiones in alias perſonas

(41) *Res ipſa*) τὸ πρᾶγμα δὲ μηδὲ ὅπως καταβλαπτέσθω &c. Hal. ita hæc vertit: *Atque ut amplius aliquid conentur exigere, non tamen ea res impedimento erit, quo minus contributio ſolito ab iis more ſolvatur.*

(42) *nuncientur*) μηνυέσθω δὲ εἰς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἡμῶν Ἐπάρχους τὰ περὶ τούτων, πρότερον ἀναγκαζομένων καὶ &c Hal. τὰ περὶ τῶν πρότερον ἀναγκαζομένων καὶ &c. vertens: *de prioribus certe functionibus certiores reddant glor. noſtros* Præfectos, *ipſis etiam cenſualibus vetera* &c. Vet. *de iſtis primitus cogendis* cum Haloandro. Noſtra lectio defendenda videtur: Senſus enim hujus loci eſt: Si illi expoſitionem nolint dare, indicandum id eſſe Præfecto, ut eos cogat &c.

(43) *cenſitores*) κηνσιτόρων. Hal. καὶ τῶν κηνσυαλίων, *cenſualium.* Vel ut in Pariſ. edit. legitur, κατὰ τῶν κηνσυαλίων (Vid. Ant. Aug. voc. *cenſualis*) Heſych. κηνσίτωρ, ὁ τὴν γῆν μετρῶν. *Iſidorus Gloſſ.* Cenſitores agri menſores. Vid. *Meurſ. Gloſſ* ea voce.

(44) *expoſitiones*) ἐκθέσεις, ἀκριβεῖς διδόναι. Hal. ἀκριβῶς δid. Julian. *expoſitionem faciant cum omni ſubtilitate.* Vet. *expoſitiones ſubtiliter dare* Hal. *regeſta.* Male, ut judicat *Contius in not. ad Vet. verſ.* Gloſſ. Cyrilli ἔκθεσις, *expoſitio.* Heſych. ἔκθεσις ὁμιλῆς παλαιὰ νομοθεσία, πρόσταξις, δόγμα. *Gothofr. ad l. 1. C. Th. d. prox. Comit.* Diſpoſitiones Imperatoris extra legum Sanctiones ita vocat. *Budæus Comm.* ἔκθεσις *editio alicujus dogmatis.* Hoc loco ἐκθέσεις ſunt editio vel expoſitio jugorum & quantitatis eorum à Cenſualibus facienda, quam apochis exactores inſerere jubet Imperator. Conf. *l. 1. C. Th. de Privil. dom. Aug.* Vid. & *Gloſſ. Jul.* ἔκθεσιν διδόναι & ἐνθεῖναι τῶν ἰυγῶν ποσότητα idem eſt. Vide ſupra h. Nov.

(45) *de re controverſa*) ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις. Hal. τὸ ἐπὶ τοῖς &c. *quantum ad.*

Digitized by Google

ſonas transferuntur, ut (46) iniquitate aliqua utantur, & prædia à venditoribus ad emtores non transferantur, ſed eos omni modo ſine detrimento ea transferre coges. Si vero emtores eſſe inopes, & propterea ſe non (47) transferre dixerint, id ipſum ſine ullo damno examinabis; & ſi quidem divites ſint emtores, coges eos, qui fiſco præſunt, omnino & ſine ullo damno transferre. Sin autem revera eos non admodum divites inveneris, venditores hoc ipſum apud acta confiteri coges, quod periculo ſuo tributa publica in emtores ſuos transferantur, (quod etiam in Oriente à multis gentibus factum eſſe ſcimus,) ſic enim nec fiſcus lædetur, & tributa publica à poſſeſſoribus inferentur, ne alii poſſideant, alii vero tributa ſolvant: Maxime enim convenit, ut tributa poſſeſſores, non autem eos, qui terras non detinent, nec poſſident, ſequantur.

CAPUT IX.

De profectionibus Præſidum, ne provinciales angariis vexent.

Illud tamen te ſcire volumus, ſi forte in alias provincias te proficiſci jubeamus, quod iis quæ à fiſco præbentur te contentum eſſe, non vero gratuito victu uti, neque ſubditos noſtros atterere, ſed ex iis, ex quibus (48) cum in provincia eſſes, ſumtus faciebas, etiam cum in alia provincia fueris, expenſas facere te oporteat. Neque angariis ſubditos noſtros atteras, nec tu nec cohors quæ tibi ſubeſt, ſed propriis jumentis propriiſque impenſis iter facias; hoc ipſum quoque obſerves, etſi terminos provinciæ non egrediaris, ſed ipſius provinciæ urbes ex neceſſaria quadam cauſa peragres.

CAPUT X.

Ne enim Præſides in urbibus provinciæ cui præſunt, vicarios, uti

(46) *iniquitate*) διαστροφαῖς, *perverſitate*, διαστροφὴ eſt *omne id, quod non ordine fit.* Vet. *tergiverſationibus*. Gloſſ. Cyr. διαστροφὴ, *divortium*, *diſtortus*, *perverſio*. Occurret idem *N. 136. Cap. 3.*

(47) *transferre*) ποιεῖν τὴν μετάθεσιν, αὐτὸ τοῦτο ἐξετάσεις. Hal. ποιεῖν τὴν μετάθεσιν αὐτοὺς τοῦτο ἐξετάσουσι. Vetus noſtram lectionem ſequitur. Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* voce *Translatio*.

(48) *cum eſſes*) ὢν deeſt apud *Hal.* Sed *Vetus* habet *conſiſtens*. Poteſt autem abeſſe.

Digitized by Google

eos vocant, conſtituant (etſi ſpectabiles aut Clariſſimi aut Præſides ſint) omnibus modis prohibemus. Sed neque ſi milites quidam te ſequantur, illis permittas ut gratuito victu utantur, ſed de propriis annonis vivant. Si vero id non fecerint, (49) ſed ſubditorum ſumtu vixerint, & (50) angarias acceperint, omne (51) damnum quod ſubditi patientur, ex annona ipſorum exiges, tuoque periculo ſervabis iis, qui læſi ſunt.

CAPUT XI.

Quomodo Præſidem oblatas ſibi conſtitutiones de religione aſpicere oporteat.

NEque etiam prætextu religionis & quæſtionis de hæreſibus cuiquam provinciam deprædari, vel aliam quandam juſſionem in provincia cui præes (52) tradi, permittas. Ipſe vero curam geres, ut ſicut decet, & publico utile eſt, etiam in hujusmodi res inquiras, nec contra noſtras juſſiones prætextu religionis quid committi patiaris. (53) Si vero (54) Canonicum ſit id de quo quæritur, una cum provinciæ Metropolitano id dijudicetur, (ſive Epiſcopi, (55) ſive alii dubitent,) & cauſa pie ac decenter decidatur, qui & honorem ut decet Orthodoxæ ſervabit fidei, & ut fiſcus indemnis ſit, curabit, ſubditosque noſtros ſervabit illæſos.

CAP.

(49) *ſed ſubditorum*) ἀλλ' ἐκ τῶν συντελεστῶν δαπανήσωσιν. Vet. *Sed ex tributis expenderint,* qui videtur συντελειῶν legiſſe. Hal. *ex collatorum ſportulis ſumtus fecerint.*

(50) *angarias*) Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* voce *Angaria. Cujac. ad Tit. Cod. d. curſu publ.* Alciat. *in l. hac noſtra d. præpoſ. ſacr. cubic. Panciroll. ad Not. Imp. Orient. Cap. 6.* Suidas Ἄγγαρος, ἐργάτης, ὑπηρέτης, ἀχθοφόρος, ὅθεν ἀγγαρείαν ἀνάγκην ἀκούσιον λέγομεν, καὶ ἐκ βίας γινομένην ὑπηρεσίαν.

(51) *damnum pat.*) ζημιοῖτο τὸ ὑπήκοον. Hal. ζημιοῖεν.

[52] *tradi*] ἐγχειρισθῆναι. Vet. *injungi.* Hal. *tractari.* Julian. *juſſionem portaverit.*

[53] *ſi vero*] Hæc ad finem usque capitis deſiderantur in editione Haloand.

[54] *Canonicum*] Κανονικόν. Agyl. *quod canones & fidei capita attingat.* Julian. *Si quid canonicum occiderit.* Vid. *Gloſſ. Jul.* verbo *Canonicum*, & *Ant. Aug.*

[55] *ſive alii*] Hoc tempore Ju-

CAPUT XII.

Ne bona eorum, qui ad mortem damnati ſunt, publicentur, ſed propinquis relinquantur.

Hujus autem rei curam te gerere inprimis oportet, ut ſi quis pœna dignus videatur, illum quidem punias, bona autem ejus non attingas, ſed ut hæc ad familiam, ſecundum legem & ordinem ejus deferantur, permittas: non enim res peccarunt, ſed qui res poſſident: Qui vero ordinem invertunt, illi pœna quidem dignos dimittunt, bona vero eorum auferunt, alios eorum loco punientes, quos lex forte ad eorum ſucceſſionem vocavit.

CAPUT XIII.

De injuſtis patrociniis prohibendis.

INjuſta quoque patrocinia, quæ in noſtris provinciis præſtari cognovimus, omnibus modis (55) punies, nemini permittens, (56) ut aliorum bona patrocinio ſuo defendenda redimat, vel prædia nullo jure ad ſe pertinentia ſibi vindicet, vel patrocinium in aliorum damnum promittat, vel quo fiſcum defraudent, (57) potentiam ſuam opponant.

 Ne-

ſtinianus favebat Authemio Eutychianiſtæ, pro cujus hæreſeos inquiſitione frequentes legatos mittebat Pontifex Romanus. *Niceph. l. Eccleſ. Hiſtor.*

(55) *punies*) μετελεύσῃ. Hal. μετελεύσεις, non male.

(56) *ut aliorum*) τὰς ἑτέρων βίας ἐνεργολαβεῖν, quod eſt, *aliorum bona patrocinio ſuo defendenda ſuſcipere. Cujac. VIII Obſ. 31.* quem vide. Gloſſ. Jur. Ἐργόλαβός ἐστιν ὁ χρήματα διδωκὼς ἐπὶ τῷ ἐκχωρηθῆναι ἀγωγήν. Vet. *aliorum vitas in ſe ſuſcipere.* Hal. τῶν ἑτέρων βίας ἐργολαβεῖν (& vertit) *ut aliorum vitas pacta mercede ſubvertat.* Vid. *l. 1. & 2. C. ut nemo ad ſuum patrocin. ſuſcip.* & *Nov. Tiberii d. divinibus domibus.* γεωργὸς ἀλλοτρίους ἐνεργολαβεῖν καὶ προστασίαν αὐτοῖς ὑπισχνεῖν. Suidas. Ἐργολαβεῖν κατά τινος. *Moliri quid contra aliquem.* Procop. Hiſt. Arc. p. 88. τὴν κατηκόων σωτηρίαν ἀπεμπολήσας τοῖς τὸ ἄγος τοῦτο ἐνεργολαβεῖν ἀξιοῦσιν, divendita ſubjectorum libertate, qui impium hoc negotium inirent. Item μόνος δὲ ὁ τῶν θησαυρῶν ἄρχων ἐνεργολαβῶν τὸ ἐμπόλημα.

(57) *potentiam ſuam*) τὴν ἐπ' αὐτὸ ἰσχὺν ἀντιτάττειν. Vet. *Virtutem ſuam*

Neque cures ſub cujus (58) dominio ſint, qui hæc agunt. Sufficiet enim tibi per omnia ad ſummam potentiam tum lex, tum Imperatoris benevolentia.

CAPUT XIV.

Ne quis alienos agricolas capitis damnatos ſuſcipiat.

SEd & eos qui alienos (59) agricolas ſuſcipiunt, ita odio habebis, ita coges eos qui injuſte ſuſcipiunt celeriter reddere, ut ſi diu ſint contumaces, omne quod (60) ſolvendo non eſt, in provincia illud poſſeſſionibus eorum imponas. Quodſi agricolæ in aliis provinciis eſſe dicantur publicis literis ad Præſides provinciarum illarum utere ut illi agricolas, qui eo confugerunt, confitentes aut convictos dominis tradant, & in provinciam cui præes reducant, ac in contumaces adjectione ſterilium graviter animadvertas. Convenit enim, ut qui ejusmodi rebus operam dat, abſurditatem quæ inde ſequitur & rerum diminutionem in ſua ſubſtantia ſentiat, (61) quo damno affectus intelligat, quanti ſit injuſtum eſſe & in alios peccare. Hoc vero facies, ſive illi qui prædia poſſi-

objicere. Vide ſequentia, ex quibus patebit, ſenſum potentiæ huic verbo non male convenire. Hal. *vires.* Vetus in ſeq. *fortitudinem* vertit. Videndum tamen an non pro ἐπ' αὐτὸ legendum ſit ἐπ' αὐτοῖς. Vel cum Hal. τὴν ἑαυτῶν ἰσχὺν.

(58) *dominio*) δεσποτείας, Hal. *cujus freti dominio hæc perpetrent.*

(59) *agricolas*) Jul. *colonos ſive capite cenſitos, vel adſcriptitios.* Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* voc. *colonus* & *capite cenſitus.*

(60) *ſolvendo*) ὅσον ἄπορον τῆς ἐπαρχίας ἐστι. Vet. *quicquid in onus provinciæ eſt.* Ubi *Cont.* recte quantum ad ſententiam, & *Cujac. VIII. Obſ. 40.* eleganter ita vertiſſe Veterem ac effectum potius rei quam ſignificationem verbi ſpectaſſe, ut Nov. περὶ ἐπιβολῶν legitur ſæpe τὸ ἄπορον τῆς ἐπαρχίας rectius ſane quam Haloander depauperationem. Sic *Cujac.* Hal. *omnem depauperationem, quæ exinde in provincia exiſtit.* Ἄπορον eſt, *quod reditum non præbet*, cui opponitur εὔπορον & hoc loco eſt, id quod propter agricolarum abſentiam & culturæ defectum utilitatem non præbet, quod ſuſceptoribus colonorum imponi vult Imperator. Julian. *terram deſertam propter colonorum vel adſcriptitiorum abſentiam ſuſceptoribus eorum irrogari.* Adde *Ant. Aug.* voce *Adſcriptitius.*

(61) *quo damno affectus*) ἐλαττούμενος &c. *Vet. minoratus* &c. Hal. *quo magis inferiore fortuna factus intelligat, quanti conſtet* &c.

poſſident, in provincia ſint, ſive rerum ad alios pertinentium curam gerant. Nam & poſſeſſores ea ſolum habere, quæ ipſis lex tribuit, & eos qui alienas curant, illis ſolum præeſſe, quæ per locationem, vel alio quodam legitimo modo illis tradita ſunt, ab alienis vero abſtinere, nec aliorum quidem curam gerere, alios vero injuria afficere, & impium exinde lucrum ſibi comparare oportet.

CAPUT XV.

De Titulis alienis prædiis affixis.

(62) TAbulas vero imponere prædiis alienis, vel (63) ergaſteriis in civitatibus conſtitutis ſuaque nomina illis inſcribere, adeo periculoſum efficies illis, qui id audebunt, ut ſciant, quod ipſi, qui talia perpetrabunt, bona ſua fiſco ſint addicturi. Si quis enim rem ſoli Imperio & fiſco datam rapere audeat, is in ſuis rebus id experiatur, titulisque publicis rebus ſuis impoſitis, aliis fiat exemplum continentiæ, qui ſi iisdem malis implicentur, ſimilibus pœnis ſubjacebunt. Hæc igitur omnia obſervabis ſciens noſtram erga te voluntatem & ſententiam, qualis ea ſit futura, ſi delinquas, qualis item ſi probus ſis, & præcepta noſtra atque leges ſequaris.

CAPUT XVI.

Quid à Præſidibus provincias ingredientibus primum fieri debeat.

SImulac vero provinciam ingreſſus fueris, convocatis omnibus, qui in provincia ſunt; (Piiſſimo nempe Epiſcopo, venerabili Clero, & (64) nobilibus civitatis) ſacra hæc noſtra præcepta apud acta manifeſta fa-

[62] *tabulas*] σανίδας. Vet. *titulos.* Sic & Julianus. Imperator etiam in ſeqq. τίτλοις ἐπιτεθειμένων, *titulis impoſitis*, i. e. *nomine tabulæ affixæ inſcripto* [Vid. *Gloſſ. Jul.* vocib. *Titulus imponere* &c.) Vid. & *Cujac. ad. Cod.* Item *Cod. Theod. Lib. 2. p. 157. Lib. IX. pag. 339. & 425.*

[63] *ergaſteriis*] Vide *Ant. Aug.*

[64] *nobilibus*] τοὺς ἐν τέλει τῆς πόλεως. Julian. *Primates civitatis*. Vid. hanc vocem in *Gloſſ. Julian.* Hal. τοὺς ἐν πόλεις.

ter reliqua, nemini qui miles non eſt, arma geſtare permittas. Hæc te Deo & legibus & nobis charum reddent. Illius etiam rei curam geres, ut, ſi quis ex iis qui tumultus publicos (70) excitant, ex magna hac urbe vel ſolus vel cum aliis aufugere conetur, & in provinciam cui præes venerit, in eum inquiras, & omni diligentia eum examines, ac cuſtodias, nobisque denuncies, an ſit ex iis perſonis, quæ ſæpe quæſitæ fuerunt, (71) ut ad hanc felicem urbem ducatur, & pœnas ſuſtineat, quas lex in tales conſtituit. (72) Dat. XVI. Kal. Maji Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

TIT. V.

(1) Ut legitima portio liberorum, ſi quatuor ſunt liberi, quatuor unciæ, ſi vero plures quam quatuor ſunt liberi, ſex unciæ ſint: & ut liberi naturales ſobole legitima non exiſtente, ab inteſtato duas uncias cum matre accipiant. Et ut tam ex teſtamento, quam ab inteſtato collatio competat, niſi teſtator eam expreſſe prohibeat, & de diviſione à parentibus inter liberos facta: & de eo qui ſyngrapham propriam inficiatur, & de aliis capitibus.

(69) *ſi quoque præter*) εἴγε, πρὸς τοῖς ἄλλοις. Vet. *Siquidem* &c. Hal. Οὐμὲν, πρόσγε τοῖς ἄλλοις οὐδὲ τοῖς ὅπλοις χρήσασθαι, &c. *non quidem* &c. Noſtra lectio aptior videtur, altera tamen ſenſu non deſtituitur.

(70) *excitant*) ἀνιστᾶσιν &c. Hal. ὥστε εἴ τις τῶν τοὺς δημοσίους θορύβους παρακινούντων, ποτὲ κατὰ τὴν δὲ μεγάλην τὴν πόλιν φεύγειν ἐπιχειρίσῃ &c. *Sed & ſi quis eorum, qui aliquando in ampla hac urbe tumultus concitarunt, vel ſolus vel cum aliis fugere* &c. Noſtra lectio melior eſt.

(71) *ut ad hanc*) ὥστε καὶ ἀχθῇ. Apud Hal. & Vet. Interpr. deeſt, ὥστε, quod ut adſit, neceſſe non eſt.

(72) *Dat. XVI.*) Sic & Julian. & Vetus.

(1) *Ut legit.*] Vet. *de triente & ſemiſſe & ſucceſſionibus filiorum & nepotum naturalium: & collationibus vel diſtributionibus, nec non & literarum aut numerationum atque rerum, ex quibus detinent inficiationibus.*

NOVELLA CONSTIT. XVIII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Johanni Glorioſiſſimo per Orientem Sacro Prætorio iterum Præfecto, exconſuli & Patricio.

PRAEFATIO.

MUlta quidem à magna hac, &, ut rectè quis dixerit, à Deo conſtituta Republica Romanorum de teſtamentis jam diſpoſita ſunt, iisque rebus pleni ſunt legum libri. Neque antiqui ſolum ſapientes & pii potenteſque Monarchæ hæc (2) ſcripſerunt, ſed etiam non minus à nobis quam Imperatoribus qui nos anteceſſerunt, de ea re latæ ſunt leges. Cum vero Deum ſemper præ oculis habeamus, & quomodo illi (3) optimi videamur, & aliquid agamus quod beneficiis in nos collatis dignum ſit, ſemper quid invenire annitimur, quod & naturæ conveniat & priora corrigat. Ac ſæpe alias mirati ſumus, cur legitimis & gratis liberis, quibus gratias referunt parentes, definiverint ut id quod relinquendum eſt, (quod etiam debitum vocant,) (4) ſolus triens ſit qui neceſſario relinquatur, reliquum vero à voluntate parentum pendeat: ac cognati quidem & extranei & ſervi cum libertate omnia accipiant, liberi vero, & ſi multi ſint, licet etiam parentes non offenderint, pudore ſuffuſi, quadrantem ſolum dividant, & ſi decem vel forte plures ſint, ſicque liberi patris, dum viveret, divitis, pauperes ſint.

CAPUT I.

Ut portio legitima liberorum, (5) ſi non plures quam quatuor ſint liberi, triens, ſin vero plures quam quatuor, ſemis ſit.

HÆc nos (5) moverunt, ut legem corrigeremus, nec in perpetuum eam

(2) *ſcripſerunt*) γεγραφήκασιν. Hal. γεγράφασιν.

(3 *optimi*) ἄριστοι, Hal. ἀρεστοί. Sic & Vet. *quatenus ei placiti videamur.* Ut Nov. 15. ſupra. Epil.

(4) *ſolus triens*) Niceph. lib 3. Eccleſ. Hiſt. c. 5. ait hunc quadrantum à d. Marco fuiſſe definitum, ſed id exiſtimo potius tralatitie conſtitutum quam nove. *CONT.*

(5) *ſi non plures*) εἰ πλείους μὲν τεσσάρων εἶναι οἱ παῖδες, εἰ τεταγμένοι, δὲ ὑπὲρ τέσσαρές εἰσιν ἡμίσεως. Sic legitur in edit. *Amſtelod.* Lege vero: εἰ μὴ

eam ſineremus (6) erubeſcere, ſed tali modo rem determinaremus, (7) ut ſi quis unius vel duorum aut trium vel quatuor liberorum patera ut mater ſit, non quadrantem ſolum ipſis relinquat, ſed tertiam bonorum partem, hoc eſt quatuor uncias, idque menſura ſit dicto illi numero definita: Sin vero plures quam quatuor habuerit liberos, dimidiam partem totius ſubſtantiæ ſuæ illis relinquat, (8) ut ſex unciæ ſint omnino quod debetur & inter ſingulos triens forte vel ſemis æqualiter dividatur: idque non injuſta rerum circumſtantia (forte enim hic injuria quibuſdam fieri poſſet, ſi hi quidem meliora, illi vero deteriora acciperent) ſed quod cuique competit, per omnia in quantitate & qualitate æquale ſit, ſive quis illud per modum inſtitutionis ſive legati,

 (9)

πλείους μὲν τεσσάρων εἶεν οἱ παῖδες, τετρυγκιον, εἰ δὲ ὑπὲρ τέσσαρας εἰσιν, ἡμίσειαν, & quod in fine inſcriptionis hujus extat ϛ'. dele.

(5) *moverunt*) ἐκίνησαν. Hal. ἐκίνησεν. Sed Imp. ſæpius pluralem neutro jungit.

(6) *erubeſcere*) ἐρυθριῶντα. Hal. ἐρυθριῶντας, *ne ſemper eam cum pudore intueremur.*

Verbum illud ἐρυθριᾶν, non ſatis hoc loco intellectum. Corrigit Juſtianus Jus antiquum, quo liberorum portio legitima coarctabatur ad quartam partem ejus portionis, qua quis ab inteſtato accepiſſet; quod iniquum eſſe ajebat, neque jus pati poſſe, ut quadrans tantum hæreditatis liberis relinqueretur à parentibus, extraneis autem dodrans, atque ita liberis obſequentibus, nec male meritis pudor ſuffunderetur, quod ſignificabat his verbis οἱ παῖδες &c. Jus igitur illud corrigit ea Novella Juſtin. liberorumque partem legitimam auget, ut tandem legis antiquæ ceſſaret iniquitas, nec amplius erubeſceret. Ταῦτα ἡμᾶς ἐκίνησεν &c. ἐρυθριῶντα, quod peſſime acceperunt, atque ἐρυθριῶντας legerunt, pro ἐρυθριῶντα, ut de ſuo ipſius pudore loquatur Juſtinianus, non de legis rubore, quæ neſcit erubeſcere. Atqui de lege ipſa ita locutus eſt alibi. Nam & αἰσχύνεσθαι νόμον dicit Nov. 22. & *legem erubeſcere. l. 34. §. 1. C. d. in off. teſtam.* Sic ab eo dicitur lex de quadrante &c. ἐρυθριᾷ, quod iniqua eſſet. *HERALD. Obſ. & emend. Cap. 31.*

(7) *ut ſi quis*) Nota: auctam etiam eſſe à Juſtiniano portionem debitam ex L. Falcidia inſtitutis liberis vel parentibus & oneratis præſtatione legatorum & fideicom. &c. Vid. *CUJAC. h. & Cont. ad Nov. 92.* quam confer. *Contius* quoque Trebellianicam filiorum auctam eſſe contendit. *lib. 1. ſubſec. 3. in fin.*

(8) *ut ſex unciæ*) ὥστε ἑξαόγκιον εἶναι πάντως τὸ ὀφειλόμενον ἑκάστῳ, κατ' ἴσον δὲ τὸ τετράγκιον τυχὸν ἢ τὸ ἑξαόγκιον διαιρούμενον.

(9) ſeu quod idem eſt fideicommiſſi nomine relinquat: licet enim ei id quod reliquum eſt, beſſem ſcilicet vel ſemiſſem habere, & prout voluerit ſive liberis (10) ipſis ſive extraneis largiri, & cum naturæ prius quæ debet, præſtiterit, deinde erga extraneos liberalem eſſe: atque hoc in omnibus perſonis, quibus ab initio antiqua quarta querelæ (11) de inofficioſo conſtituta eſt, obtineat.

CAPUT II.

Ut legitima portio liberorum naturalium ſit dodrans.

EXcepta vero ſit lex de curialibus nuper lata, quæ filiis curialium, vel filiabus quæ curialibus nupſerunt, dodrantem omnino dari, & de reliquis tribus unciis à parentibus pro lubitu eorum vult diſponi. Omnibus aliis legibus quæ de querela inofficioſi latæ ſunt, & maxime noſtris, in ſuo robore conſervandis, tam liberos ingratos quod attinet, quam eos qui tales non ſunt: excepta ſola quantitate quam impræſentiarum ſecundum ea, quæ ante definita ſunt, auximus.

CAPUT III.

Si pater liberis ſuis nudum dominium, uxori vero omnem uſufructum reliquerit.

PRohibemus vero etiam illud, quod & grave eſt, & legitimam quidem cauſam habet, in magnam tamen crudelitatem & acerbitatem incidit. Scimus enim teſtamenta quædam facta, in quibus defuncti non pater-

Poſt ἑκάστῳ comma eſt in edit. *Plantin. Contii* & *Amſtelod.* quod poſt ὀφειλόμενον ponendum, ne ſenſus turbetur, quem Vetus interpres ſervavit, vertens: *ſingulis ex æquo* &c. Haloander legit, ὥστε ἐστὶ τὸ ἐξαίρετον πάντως, τουτέστι, τὸ ὀφειλόμενον ἑκάστῳ καὶ ἴσον πτρ. &c. *hoc eſt ſemiſſem, ut omnino quod debetur, ſive triens forte ſive ſemis ſit, ex æquo dividatur in ſingulos,* &c. Illud τουτέστιν otioſum eſt & ſenſum turbat.

(9) *ſeu quod idem eſt fideicommiſſi)* deſunt hæc in Βασιλ.

(10) *ipſis)* αὐτοῖς. Hal. αὐτοῦ.

[11] *de inofficioſo*] Ita in Græco textu legitur. Hal. & Βασιλ. τῆς μέμψεως.

paterne, nec ut viros decuit, ſed admodum molliter & (12) demiſſe hæredes inſtituerunt. Uxoribus enim ſuis omnem reliquerunt rerum ſuarum uſufructum, liberis vero nudum dominium, adeo (13) ut putem ejusmodi teſtamenti eam eſſe intentionem, ut etiam dominium mulier (14) accipiat, liberis forte fame perimendis. Unde enim medio tempore ſe ſuſtentarent, & victum quotidianum haberent, (15) ſi nihil illis relinquatur, accedente forte muliebri & irrationali ira, quæ ipſis quotidianum etiam victum eripiat. Nullo igitur modo ulli impoſterum qui liberos habet, tale quid facere licebit, ſed omnino legitimæ illius partis, quam nunc definivimus, uſumfructum una cum proprietate relinquat, ſi liberorum qui non ſtatim fame pereant, ſed habeant unde vivere poſſint, pater dici velit. Atque hæc omnia dicimus, non tantum de patre ſolo ſed & matre, avo proavo & unoquoque fœminis, aviæ ſcilicet & proaviæ tam paternæ quam maternæ conjuncto.

CAPUT IV.

Quomodo liberi ex fœminino ſexu deſcendentes ab inteſtato ſuccedant.

NEque id impoſterum in nepotibus & pronepotibus qui non (16) ſui & in poteſtate ſunt, obſervetur, ut (17) minus habeant ter-

[12] *demiſſe*) ὑποκεκλιμένως, quaſi *ad uxorem nimium inclinans.* Hal. ὑποκεκλιμένως, *diſſolute.* Vet. *remiſſe*, quod Haloandri lectioni convenit. Fabrott. *effœminate.*

[13] *ut putem*] ὥστε οἶμαι. Illud οἶμαι deeſt in Βασιλ. Vetus *arbitror.*

(14) *accipiat*) προλαβεῖν. Βασιλ. προσλαβεῖν. Hal. προλαβεῖν. Τὸ προσλαβεῖν rectum eſt. Vet. *acquirere.* Mens eſt: teſtamenta illa velle, ut mulier præter uſumfructum etiam proprietatem acquirat.

(15) *ſi nihil illis*) οὐδὲν αὐτοῖς καταλελειμμένου, γυναικείας ὀργῆς &c. Hæc & ſeqq. ita legit Hal. οὐδὲν αὐτοῖς ἐκ τοῦ καταλελειμμένου τῇ γυναικὶ δικαίου (τυχὸν καὶ ἀλόγως) προσγινομένου ἢ τὶς αὐτῶν καὶ τὴν καθ' ἡμέραν ἀφαιρεῖται διοίκησιν, *ſi ex jure quod uxori (forte etiam absque ratione) relictum eſt, nihil illis accedat: aut quis eorum exhibitionum in ſingulos usque dies ſuſcipiat?* Vetus noſtram ſequitur lectionem, quæ ſine dubio melior eſt.

(16) *ſui*) Gr. ſuois. Hal. & Βασιλ. γνησίοις, *legitimis.*

(17) *minus*) ὅτι παρὰ τὸ τρίτον ἔχειν αὐτοὺς τῆς μοίρας &c. Vet. *minus ter-*

tia parte, illius portionis quam teſtatores parentibus illorum ſuperſtitibus relinquere debebant. Non enim amplius excipimus nepotes qui ex filio avi paterni (18) nati ſunt, ut illi quidem integram illam (19) partem accipiant, quam pater ipſorum ſi viveret accepturus eſſet: nepotes autem avi ex filia nati, vel nepotes aviæ, paternæ aut maternæ minus triente accipiant; ſed unum ordinem in omnibus nepotibus & pronepotibus conſtituimus, (20) non ferentes ut fœminæ hoc in caſu deterioris ſunt conditionis quam maſculi. Neque enim maſculus ſolus neque fœmina ſola ad (21) liberorum procreationem ſufficit: ſed ſicut Deus utrumque conjunxit ad generationis opus, ita & nos eandem utrique æqualitatem ſervamus.

§. 1. Sed nec his finibus legem concludemus: eadem enim de illis quoque liberis dicimus, qui ex legitimis procreati ſunt nuptiis, licet nuptias nullæ dotes ſecutæ ſint, ſed indubitata & manifeſta inter conjuges affectio liberis (22) præſtet ut legitimi ſint. (23) Nuptiæ enim dotis quidem cauſa ſunt, dos vero nuptias non conſtituit, ſed conjugum (24) mutuus affectus. Idem obtineat quoque in iis, qui ex poſteriore affectu confectis dotalibus inſtrumentis ſecundum noſtras conſtitutiones legitimi fiunt. Et hæc quidem lex legitimæ (25) ſoboli lata ſit.

CAP.

tia parte eos habere. Hal. *ut minus habeant triente, quem* &c. Βασιλ. pro τῆς μοίρας τὴν μοῖραν. Sic παρὰ τοσοῦτον, *tanto minus. Nov. 97. Cap. 6.*

(*18*) *nati ſunt*) τῷ πρὸς πατρὸς πάππῳ γινομένους. Vet. *paternis avis accreſcunt.* Hal. *per patrem avo adnaſcuntur.* Βασιλ. τοῖς πρὸς πατρὸς παππῴοις γινομένους.

(*19*) *partem*) τὸ μέρος. Deeſt in Βασιλ.

(*20*) *non ferentes*) οὐκ ἀνεχόμενοι τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος ἐν τοῖς τοιούτοις ἐλαττοῦν. Hal. οὐκ ἂν ἐχόμενος τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος ἐν τοῖς τοιούτοις ἔλαττον, *non reputantes in hoc caſu fœminam maſculo deteriorem.* Vet. *non ferentes fœminam à maſculo in talibus minui.* Qui noſtram ſequitur lectionem, quæ non eſt repudianda.

(*21*) *liberorum*) τεκνογονίαν. Vet. *nativitatis propagationem.*

(*22*) *præſtet*) διδοίη τὸ γνήσιον. Hal. διδοίκεια. Βασιλ. δοίη.

(*23*) *nuptiæ*) Hal. *nam* (pro quo legitur in Plantin. edit. *non*) *dotem quidem ad effectum perducunt nuptiæ.*

[*24*] *mutuus*) ἀμοιβαία διάθεσις. Βασιλ. ἀμοιβαδόν.

[*25*] *ſoboli*) γοναῖς. Βασιλ. γενεαῖς. Illud recte.

CAPUT V.

Quomodo concubina (26) *& illegitimi liberi ab inteſtato ſuccedant.*

(27) CONſideremus autem id quoque quod circa ſolos liberos naturales humanum fit. Multi enim perpetuo nobis moleſti, preceſque crebræ & lachrymantes liberi exiſtunt. Ac ſemper quidem aliquid humani definire ſolemus, ſed quia per legem id non facimus, erubeſcimus: quare ſi huic rei legem etiam demus, (28) moleſtiam removebimus, & ut omnes ex lege auxilium habeant, efficiemus. Parentibus enim liberorum naturalium in eorum etiam favorem teſtari permiſimus, legitima quidem ſobole exiſtente, de una ſolum uncia, quam illi cum matre habeant, quod etiam antea obtinebat; legitimis vero liberis non exiſtentibus, etiam de dimidia totius ſubſtantiæ parte; quod leges à nobis latæ dicunt, patribus non ſolum in teſtamento, ſed etiam reliquis donationibus, quas inter vivos faciunt, id agere permittentes: hæc autem conſtitutio de ſucceſſione ab inteſtato loquetur, & (29) novi quid exponet. Si enim quis moriatur non relicta legitima ſobole liberis ſcilicet aut nepotibus aut ſequentibus ſucceſſoribus aut legitima conjuge, & de ſubſtantia ſua nihil diſponens moriatur, ac forte cognati vel manumiſſor veniat, & bonorum poſſeſſionem moveat atque intendat, vel etiam noſtrum ærarium (non enim illi quantum ad hanc rem parcimus) ille

[26] *& legitimi*] καὶ γνήσιοι παῖδες. Legendum φυσικοί. Nam de horum ſucceſſione agitur h. Cap. ut verba ejus initialia & totus contextus declarat. *Vet. Int.* etiam habet *naturales.*

[27] *conſideremus*] Totum hoc caput deſideratur in editione Haloandri. τὸ φύσει h. l. opponitur *legitimæ ſoboli* in Cap. præced. & *liberos naturales* indicat, de quibus hoc Cap. diſponitur, φύσει etiam *ſexum* denotat aliquoties in *Novellis*, ut *Natura maſculorum* pro ſexu maſculino *Cod. Theod. Lib. VI. pag. 54.*

[28] *& moleſtiam*] ὄχλους ἀποσεισόμεθα. Vet. *populos removebimus.* Significat autem & *moleſtiam*, *turbam*, indeque ἐνοχλεῖν, *moleſtum eſſe.* Agyl. *interpellantium turbas excutiemus.*

[29] *novi quid*] ἐκ καινῆς. Vet. *novi aliquid.* An vero potius *de novo* vel *iterum* vertendum ſit, oppoſite ſcil. ad priores leges, quarum mentio fit, tu videas.

ille vero domi mulierem dum viveret, ut concubinam, & liberos ex ea habuerit, (illis enim ſolis hæc ſancimus, quando & concubinæ, quæ in domo fuit, affectio & naturalium ex ea liberorum generatio & educatio plane indubitata eſt,) concedimus iis, ut, parentibus ab inteſtato morientibus, duas uncias paternæ ſubſtantiæ, quotcunque etiam fuerint liberi, cum matre dividendas habeant, adeo etiam ut mater pro rata unius filii accipiat. Atque hæc dicimus, ſi unam concubinam habuerit, ex eaque liberos ſuſceperit, aut ſi præmortua vel ſeparata concubina liberos domi habeat, tunc enim damus illis, ut ab inteſtato in duas uncias vocentur. Sin vero effuſa fuerit ejus concupiſcentia, & priori alias ſuper alias adſciverit concubinas, & multitudinem habeat mulierum fornicantium (ita enim melius dicimus) liberisque ex illis procreatis mortuus fuerit, multas ſimul relinquens concubinas, odio illum habemus, & omnino ab hac lege arcemus. Sicuti enim is qui legitimam habet uxorem alias conſtante matrimonio inſuper ducere, & ex illis legitime liberos procreare nequit, ita nec poſt (30) concubinam lege probatam quemadmodum diximus, liberosque ex illa ſuſceptos permittemus, (31) ſi alios per libidinem inſuper procreaverit, ut illi ad ſucceſſionem ejus admittantur, ſi inteſtatus fuerit mortuus. Niſi enim hoc conſtituamus, dubium erit, quam ex mulieribus magis aut minus amaverit, nec diſtincta quoque erunt, ea quæ ad liberos pertinent. Et nos non luxurioſe ſed caſte viventibus legem damus. Non autem diſtinguimus in liberis, an maſculi ſint, an fœminæ. Quemadmodum enim natura nihil circa illa diſtinguit, ita nec nos hac in re aliam maſculis aliam fœminis legem ferimus. Obtinebit itaque hæc lex in futurum, &

[30] *concubinam*] Vid. *Ant. Aug.* hac voce & voce *Concubitor.*

[31] *ſi alios*] εἰ καί τι πάρεργον ἡδονῆς ἄλλο ποιήσαιτο, *ſi & alind parergon. libidinis effecerit.* Vet. *Si alind opus libidinis egerit.* Πάρεργον eſt *opus, quod præter propoſitum & obiter fit.* Liberi ex concubinis ſuſcepti hic πάρεργον ἡδονῆς vocantur. Haloander (in *Novell. 89.* ubi hujus capitis pars repetitur] *Si quid alind extraordinaria preterea libidine ſuſtulerit.* Procop. ἀνεκδ. ἀλλὰ σχεδὸν τ' ἄκρῳ δακτύλῳ ἀπογευσάμενος ἀπηλλάσσετο, ὥσπερ γάρ τι αὐτῷ πάρεργον τῆς φύσεως ἀγγαρευομένης τὰ τοιαῦτα ἐφαίνετο. *Sed pene extremis digitis delibatis*] *ferculis*

Digitized by Google

& omnium maxime hæc lex. (32) Quoniam enim præter id quod olim non recte obtinuit, multa emendavit & introduxit, & id quod præteriit, regulæ, quæ nondum exiſtit, ſubjici nequit, hæc à nobis de dictis ſucceſſionibus ſancita ſint.

CAPUT VI.

(33) *De collatione dotis aut donationis propter nuptias.*

Illud quoque hac lege complecti pulchrum duximus: cum enim prioribus legibus conſtitutum eſſet, ut ſi parentes inteſtati moriantur, collationes vi illarum fierent, ſin vero teſtamento facto nihil de illis dixerint, collationibus locus non ſit, ſed res dotis vel alio nomine datæ retineantur, & relicta vindicentur, nos ſancimus, ne talis (34) præſumtio ullo modo locum habeat: Sed ſive quis decedat inteſtatus, ſive teſtatus, (quoniam incertum eſt, oblitusne eorum, quæ data ſunt, (35) an perturbatione mortis preſſus mentionem illius rei non fecerit) omnino collatio æquatiter fiat, uti jam conſtitutum eſt: niſi ille expreſſe diſpoſuerit, ſe collationem fieri nolle, ſed eum, qui à lege conferre cogitur, habere & id quod datum eſt, & juribus teſtamento delatis frui: omnibus

Ff his,

menſam tolli juſſit; præter operam vero eſſe ratus & ex violento naturæ imperio. Plura loco vid. ſupra ad *Nov. 8. præf.*

(32) *quoniam enim*) ἐπειδὴ γὰρ &c. Ratio redditur, cur hæc lex debeat *in futuris* ut Vet. Interpres habet, ἐπὶ τοῖς ἑξῆς, *vel in futurum* obtinere. Iſtud igitur γὰρ poteſt ſuperfluum judicari: nam nec *Vet. Interpres* id habet; & in ſeqq. diſtinctio major poſt κανονιζοιτο rectius ponetur, quemadmodum illa & in *Vet. verſione* eo loco reperitur. Quæ enim ſequuntur, *hæc nobis de dictis* &c. præcedentibus vix poſſunt jungi, contra conſuetudinem Imperatoris. Vid. *Cap. 4. 7. 9. huj. Nov. in fin.*

(33) *de collatione*) περὶ τῶν τῆς προικὸς ἤτοι συνεισφορῶν. Iſtud ἤτοι inutile eſt, & proinde delendum.

(34) *præſumtio*) πρόληψιν, quod eſt *opinio anticipata, præſumtio.* Hinc Vet. *opinionem* vertit. Hal. recte *præſumtionem*, illam ſcil. qua is qui teſtamento de conferendis rebus nil dixit, creditur voluiſſe, ne fiat collatio Gloſſ. Cyr. πρόληψις, *Anticipatio, occupacio, præſumcio, prædicacio.*

(35) *an perturbatione*) ἢ ὑπὸ τῆς ἐν τῷ θανάτῳ ταραχῆς συνεχόμενος οὐκ ἐμνήσθη τούτου. Vet. *aut præ tumultu mortis anguſtiatus, hujus non eſt memoratus.*

Digitized by Google

his, quæ antea à nobis de collationibus ſancita ſunt, in ſuo robore manentibus.

CAPUT VII.

Si Pater bona ſua inter liberos dividere voluerit.

ET quod ſæpe nobis judicantibus placuit, id ut pars fieret præſentis legis neceſſarium (36) credidimus. Sæpe enim quidam cum plurium liberorum parentes ſint, ſeque bona dividere putent, ut fraterna eos diſcordia liberent, in majores & difficiliores contentiones eos conjiciunt. Cum enim, ſi id velint, expreſſe omnia in teſtamentis ſuis dividere, vel ſi id nolint, partes facere, (37) iisque ſubſcribere oporteret, & ſic liberis non controverſam dare diviſionem: illi id non faciunt, ſed partem quidem ipſi ſcribunt, eamque non continuam, ſed forte alterius cujusdam manu (38) interſcriptam, & in (39) ſchedulam rejectitiam & nulla cuſtodia dignam conjectam; reliqua vero pars manus illorum non eſt, ſed ſcribæ forte cujusdam corrupti, vel etiam cujuscunque: indeque illis litium cauſæ (40) innumeræ, utrum ſcil. hæc voluntate patris facta ſint, (41) an cujusdam, qui litem & contentionem doloſe movere voluerit, & in favorem unius partis ſcripſerit: Nos, cum hæc inpoſterum ſubditis noſtris moleſtiam afferre nolimus, ſancimus, ut ſi quis velit bona ſua inter liberos dividere, vel omnia vel etiam præcipua

(36) *credidimus*) ἐνομίσθη. Hal. νενόμισται.

(37) *iisque*) καὶ ὑποσημήνασθαι ταύτας, recte. *Hal.* ὑπομνηστικὰ, qui vertit: *portiones codicillis facere iisque ſubſcribere.* De codicillis in Græco textu nil legitur.

(38) *interſcriptam*) παρεγγεγραμμένον, *falſo inſcriptam*, *interſertam.* Hal. παρεγγεγραμμένον, (quod idem eſt) *interſcriptam.* Heſych. παρέγγραπτος, νόθος, παρεγγεγραμμένος, παρεγγραφέντα, ῥαδιουργηθέντα.

(39) *ſchedulam*) καὶ ἐν ἀπογραφῇ τινι παρερριμμένην. Vet. Græca exprimit: *in deſcriptione abjecta.* Hal. *ſchedula rejectitia*, apud quem deeſt lo καὶ.

(40) *innumeræ*) μυρία. Vet. *decies millies.* Hal. *plus mille.*

(41) *an cujusdam*. Vetus interpr. hic verba Græci textus κατὰ πόδα ſequitur, *an alicujus artificis operarii certa-*

cipua quædam relinquere, illa maxime, (42) ſi fieri poteſt, in teſtamento exprimat, ſicque liberis non controverſam eorum præbeat utilitatem: Sin vero propter quaſdam neceſſitates (quarum multæ (43) homines circumdant) id non faciat, ei tamen diviſiones rerum earum, quas dividi voluerit, facere, & omnibus vel ipſe ſubſcribere, vel ut omnes liberi, inter quos res dividit, ſubſcribant (44) efficere, atque ita negotio illi indubitatam fidem conciliare licebit. Et quod ſecundum hanc formam fit, ratum ſit atque firmum nec alia cautione egeat. Quod ſi vero quis id non faciat, ſed ita diſperſam & maximam partem teſtibus carentem ſubſcriptionem fecerit, ſciat ſe nihil utilitatis inde liberis præbiturum, ſed perinde ac ſi nihil actum eſſet, liberi ſubſtantiam divident, incertas & ut plurimum ſine teſtibus factas ſcripturas non ſequentes, neque ii qui de cauſa judicant (quos judices familiæ herciſcundæ teges vocant) ut illas ſequantur, eos cogent. Accurate enim proſpiciendum eſt ſecuritati liberorum, nec hoc quidem muniendum, illud vero in errore relinquendum; quod adhuc difficilioribus & inexplicabilibus, ſæpe etiam in accuſationes deſinentibus cauſis anſam præbet. De ſucceſſionibus igitur & collationibus & reliquis de quibus dictum eſt, huc usque ſancitum eſto.

CAPUT VIII.

Si quis manum ſuam prolatam neget.

STudium vero, quo aliqui ad (45) inficiationem feruntur, neceſſitatem nobis impoſuit denuo (46) comprobandi veterem plebis legem

(47)

minis & contentionis. Nos Haloandrum ſecuti ſumus.

(42) *ſi fieri*) εἰ δυνατὸν. Hal. καὶ δυνατὸν.

(43) *homines*) ἀνθρώπους. Hal. ἀνθρώποις.

[44] *efficere*) παρασκευάσας lege παρασκευάσαι cum Hal. & Vet.

[45] *inficiationem*] ἀγνωμοσύνη. Hic eſt *inficiatio*, *tergiverſatio*. Quod ea quæ in textu ſequuntur firmant. Gloſſ. Cyr. ἀγνωμοσύνη, *perfidia, fraus, fraudacio*, ἀγνώμων, *perfidus, inficiator.*

[46] *comprobandi*] ἀποδέξασθαι. Gloſſ. Cyrill. ἀποδέχομαι, *probo, acceptum habeo, comprobo.* Vet. *approbare.*

Digitized by Google

(47) à quodam tribuno ejus ſcriptam, quæ Aquiliæ nomen ab illo accepit, (48) & ob inficiationem pœnæ dupli eos ſubjecit qui (49) tergiverſari, & inficiari quid conabantur, (50) cum etiam aliæ quædam actiones (51) ad eundem locum tenderent: ſed paulatim (52) clementiæ opinio imprudens malorum contumaciam aluit. Quapropter & nobis neceſſarium viſum eſt, indecentes & turpes illas inficiationes dicta pœna mulctare. Si quis enim ſyngrapham alicujus proferat, hic vero eam neget, etſi manum ejus præ ſe ferat, ita ut actor in ea probanda moleſtiam ſubire cogatur: aut manum quidem agnoſcat, neget vero debitum ſibi ſolutum eſſe, actorque legitimo modo id probet, ſancimus, ut (53) utroque caſu in duplum condemnetur: non quod duris legibus delectemur, ſed ut lites ſic minuamus, quo metu pœnæ citius illi dicant, quæ confiteri oportet. In his igitur condemnationes hoc modo fieri volumus. Et ſi judex adverſus hæc quid fecerit, ſciat, quod ſi legem transgrediatur, iiſdem pœnis (54) ſit afficiendus. Hæc vero dicimus, niſi actor probationibus renuncians juramento rei inficiationem hactenus factam ſolvi velit. Si enim tale quid fecerit, ſiquidem ſtatim ab initio poſt inficiationem juramentum deferat, & ille ſtatim id quod prius inficiatus erat, confiteatur, quantum ad duplum (55) extra periculum erit.

[47] *à quodam*] δημάρχων τὴν τοῦ Ἀκυΐλιου προσηγορίαν &c. Hal. δημάρχων τοῦ Ἀκυΐλιου προσηγορίαν, *Tribunorum ab Aquilio, à quo nomen* &c. Vet. nobiſcum: *& quæ Aquiliæ nuncupationem ab illo ſuſcepit.* Recte.

[48] *& ob*] καθ' ἣν ἐξ ἀρνήσεως. Recte. Hal. καθ' ἣν ἀρνήσεως.

[49] *tergiverſari*] ἀγνωμονεῖν Gloſſ. Cyrilli ἀγνωμονῶ, *tergiverſor, fidem ſolvo, fidem rumpo.*

[50] *cum etiam aliæ*] ὅπουγε δὴ καὶ ἄλλαι τινὲς ἀγωγαὶ &c. Sic & *Nov. 22. Cap. 16.* ὅπουγε καὶ τῷ μὴ κεκρατηκότι γαμεῖν ἔξεστι.

[51] *ad eundem*] πρὸς τὴν αὐτὴν ὥρμοσαν τάξιν. Vet. *ad eundem cooptatæ ſunt ordinem.* Hal. *ad eundem aptatæ ſunt ordinem.*

(52) *clementiæ*) ἡ δοκοῦσα φιλανθρωπία. Vet. *ſed paulatim mutata clementia ablata eſt, qua conſuevit* &c. Hal. *nihilominus vel paulum ſeſe oſtentans humanitas clam malorum.* &c.

(53) *utroque*) ἐφ' ἑκατέρου θέματος. Βασιλ. μέρους. Vet. *utroque caſu.*

(54) *ſit afficiendus*) ὡς ἐνέξεται. Βασιλ. ἐντεύξεται. Vet. *tenebitur.* Recte. Sic mox τὸ ἐνεχθῆν.

(55) *extra periculum*) ἀκινδύνως. Βασιλ. ἀκίνδυνον. Non male.

Digitized by Google

erit. Si vero longius protracta lite tum demum actor juramentum deferat, hic vero etiam ſi confiteatur, id quod defertur, pœna quidem dupli eum eximimus, (56) actori vero omnes impenſas propter probationem (57) hucusque factas juramento illius definiendas, eum qui initio quidem inficiatus, deinde vero confeſſus eſt, ſolvere jubemus. At ſi quis numerationem pecuniæ factam eſſe negaverit, deinde vero (58) ſolutiones à ſe factas alleget, ne illi ea quæ revera ſoluta ſunt, proſint, ſed ut totum debitum ab ipſo exigatur, hancque ſolam ſuſtineat inficiationis pœnam, jubemus: id quod etiam unus ex Imperatoribus, qui ante nos fuerunt, (59) conſtituit, nec ullus judex neque hac in re flectatur, ſed legem exacte ſervet. Si vero reus quoque actoris manum (60) proferat, & hic eam inficietur, ille vero eam probet, non id ſolum quod negatum fuit computetur, ſed & alterum tantum (61) adjiciatur: hoc autem in caſu juramenti præſtandi ratio ſimiliter in actore quoque habeatur.

CAPUT IX.

De Tutore vel Curatore (62) inficiante.

Quod ſi lis per curatores agatur [nimirum cum illa ad perſonas quæ curatores habent, pertinet] ejusmodi inficiationum pœnæ quando contra curatorum propriam manum fiunt, non iis qui in cura ſunt, ſed qui turpiter & indecenter inficiati ſunt, irrogentur. Si vero aliud quoddam (63) mulctæ augmentum, ad duplum, triplum vel (64) quadru-

(56) *actori*) τῷ ἐνάγοντι. Sic & *Vet.* Hal. male, ἐν τῷ ἀγῶνι, *in litem.*

(57) *hucusque*) μέχρι τότε. Hal. μέχρι νῦν.

(58) *ſolutiones*) Julian. *ſe particulares ſolutiones feciſſe.*

(59) *conſtituit*) ἔτυχε διαπραξάμενος. Baſil. διαπραξάμενος. Male.

(60) *proferat*) προκομίσει. Hal. προκομίσειε.

(61) *adjiciatur*) προσκαταβληθήσεται. Baſil. προσκαταβληθήτω, *præſtare cogatur.*

(62) *inficiante*) τὴν ποιησαμένην ἄρνησιν. Lege ποιησάμενον τὴν ἄρνησιν, vel τοῦ ποιησαμένου τὴν ἄρνησιν.

(63) *multa*) καταδίκης. Gloſſ. Cyrilli καταδίκη, *multa, condemnacio, damnacio.* Vet. *condemnatio.*

(64) *quadruplum*) τετραπλάσιον. Baſil. τετραπλοῦν.

druplum, à veteribus legibus vel Principum conſtitutionibus introductum eſt, illud quidem in ſtatu ſuo maneat, quemadmodum (65) id Inſtitutionibus & Pandectis noſtris, & conſtitutionum Codice ſancivimus, quod vero in præſentiarum conſtituimus, additamentum ſit priorum.

CAPUT X.

De improbata poſſeſſorum exceptione.

Illud quoque, de quo ſæpe in judiciis diſſenſiones fuerunt, melius quam ab omnibus majoribus noſtris factum eſt, formandum & ordinandum eſſe putamus. Si quis enim ut rerum alienarum poſſeſſor conveniatur, neget vero res, de quibus actor loquitur, illius eſſe, & is qui actionem intendit, vel inſtrumentis vel teſtibus vel alio labore probare cogatur, eas res ad ſe pertinere, & deinde is, qui res illius eſſe conſtanter negaverat, (66) uti voluerit juribus alterius, & (67) dicat propter hypothecam vel alias cauſas ad illam perſonam referendas ſe potiorem eſſe eo qui litem movet; aliæ quidem omnes ſententiæ ceſſent quæ majoribus noſtris placuerunt, modica vero quædam & humana (68) ipſique rei conveniens pœna negantibus imponatur. Pro inficiatione enim earum rerum & actoris laboribus, etiam durante adhuc lite in actorem poſſeſſio rerum, de quibus quæſtio eſt, (99) transferatur, & liceat illi qui eam reddit, ſi quædam jura habet à perſona illa circa quam inficiationem antea fecerat, ſibi debita, ea proponere & jus ſuum obtinere, pœna in ſola translatione poſſeſſionis conſiſtente. Hæc nobis de ſucceſſionibus & collationibus & diviſionibus & litigantium cautione, & ut litium multitudo minuatur, inventa ſunt atque ſancita, ac tempore futuro obtineant: quo & ſucceſſiones ſciant & collationes non ignorent, & circa diviſiones non diffideant, nec illi, qui improbe agere volunt, temere ad ſcripturæ propriæ

(65) *id*) αὐτὴν. Hal. αὐτό.

(66) *uti voluerit*) χρῆσθαι βουληθείη τοῖς ἐξ ἐκείνου δικαίοις. Recte. Sic & Vetus, Hal. τοῖς δικαίοις ἐξ ἐκείνου δίκαις, vertens: *uti velit aliquo exinde jure.*

(67) *dicat*) φάσκοι. Βασιλ. φάσκειν. Malc.

(68) *ipſique rei*] καὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος. Βασιλ. καὶ αὐτῆς τοῦ πράγματος.

[69] *transferatur.*] μετατιθέσθω ἡ

priæ inficiationem deveniant, nec numeratam eſſe pecuniam negent, neque poſtea forte ſolutionem allegent, neque, res ad eas perſonas pertinere, negent, à quibus eas tenent, ſed juſti, æqui & (70) veraces appareant, ac juſto fruantur judicio.

CAPUT XI.

Quomodo concubinæ in ſervitute conſtitutæ legitimæ uxores fiant.

QUod vero improbe à quibusdam circa aliquas conſtitutiones noſtras in dubium vocatum, & in multis quidem cauſis motum fuit (71) cum juſtum ſit, ut de eo amplius non quæratur, huic legi annectimus. Cum enim conſtituiſſemus, ut ſiquis mulierem (72) amaverit, eamque ſine dotalibus inſtrumentis duxerit, liberos etiam ex ea ſuſceperit, deinde vero Conjugali erga eam affectu (73) ductus, talia inſtrumenta confecerit, liberosque procreaverit, non ſolum liberi poſtea nati, ſed & ante nati ſint legitimi: cum etiam propter cavillantium & maligne interpretantium (74) iniquitatem aliam quoque conſtitutionem ſcripſiſſemus qua hæc valere volumus, etſi (75) deinde liberi poſt dotalia inſtrumenta non fuerint nati, aut cum nati eſſent mortui ſint, (76) quidam

τομὴν. Hal. μετατίθησι τὴν τομήν. Eodem ſenſu.

[70] *veraces*] ἀληθεῖς. Gloſſ. Cyrilli ἀληθὴς, *verſus*, *verax*

[71] *cum juſtum*] δίκαιον δὲ ὄν. Hal. δίκαιον δὲ ὄν. Illud recte.

[62] *amaverit*] βλέψειν πρὸς γυναῖκα φιλανθρώπως. βλέπειν πρός τι eſt *affectare*, *cupere* apud *Lucian. Dialog. Crat.& Diog.* & *in reliquis dial.* ſæpiſſime. Mox Imperator id explicabit: *bona voluntate ferri in aliquam.* Vet. *reſpexerit aliquam mulierem clemens.*

[63] *ductus*] ἀναλάβοι. Hal. προσαναλάβοι. Vetus *receperit.* Neutrum male.

(74) *iniquitatem*] δεινότητα. Gloſſ. Cyrill. δεινότης, *malicia*, *iniquitas*, *ſævicia.*

(75) *deinde*] δεύτερον. Hal. non male legit δεύτεροι, ſc. παῖδες. *Vetus* etiam habet *ſecundo.*

(76) *quidam aliud*) ἐξεῦρόν τινες καὶ ἑτέραν ἀμφισβήτησιν, μὴ δεχόμενοι ταῦτα κρατεῖν καὶ ἐπὶ &c. Hal. ἐξεῦρόν τινες καὶ ἕτερα ἀμφισβήτησιν μὴ δεχόμενα ταῦτα &c. *quidam etiam alia nullam recipientia controverſiam invenerunt, nempe eadem hæc obtinere* &c. Senſu fere contrario. Noſtra lectione uſus eſt Vetus Interpr. *non recipientes hæc tenere* &c. In qua nil mutandum.

dam aliud ad huc dubium invenerunt, non admittentes ut hæc in iis etiam obtineant qui libertas ſibi jungunt, quanquam ſi ſcopum noſtrum, recte aſſecuti eſſent, (77) etiam hoc legibus jam ſancitum eſſe videre potuiſſent. Si enim nuptiæ cum libertabus non (78) ſunt omnino prohibitæ, evidens erat, nos, ut in illis eadem obtinerent, voluiſſe. Verum cum ea de re omnino dubitatum fuerit, ſancimus, ut ſi quis uxorem legitimam (79) vel liberos legitimos non habens (80) in ancillam ſuam voluntate feratur bona, ex eaque in ſervitute conſtituta liberos ſuſceperit, deinde vero & ancillam & liberos libertate donaverit, ac (81) jus annulorum aureorum [82] & inſuper ut natalibus reſtituantur petierit, easque hoc modo inter ingenuos retulerit ac [83] nuptiis contractis dotalia deinde inſtrumenta confecerit, [84] ſive liberi poſtea naſcantur, ſive non naſcantur, [ut utriusque noſtræ conſtitutionis caſum comprehendamus] & uxor legitima & liberi in poteſtate, [85] & ſui & patri ſuo hæredes ab inteſtato ſint, [de iis autem loquimur, qui ante dotalia inſtrumenta nati ſunt] illis viis per quas ad ingenuitatem modo prædicto pervenerunt, & confectione dotalium inſtrumentorum ſecuta, jus legitimorum illis [86] præbentibus.

EPI-

(77) *etiam hoc*) καὶ τοῦτο ἂν εἶχεν ἤδη νενομοθετημένον. In *Hal.* edit. & Vet. Jul. non male deeſt τὸ εἶχεν.

(78) *ſunt prohibitæ*) ἐκεκώλυτο. Hal. ἐκεκεκώλυτο.

(79) *vel liberos legitimos*] Hæc verba deſiderantur in Cod. *Hal.* & Βασιλ.

(80) *in ancillam*) πρὸς θεράπαιναν οἰκείαν σχοίη κατά τινα βελτίονα γνώμην. Vet. *ad ancillam propriam habuerit quandam meliorem ſententiam.* Illud κατὰ otioſum eſt, & expungendum.

(81) *jus annulorum*) χρυσῶν δακτυλίων. Hal. χρυσίων. Χρυσῶν infra Nov. 78. paſſim legitur & hoc etiam Cap. Vid. *Ant. Aug.* voc. *Aureorum annulorum jus.*

(82) *& inſuper*) δακτυλίων καὶ πρόσγε καὶ παλιγγενεσίας. Hal. δακτυλίων τε καὶ παλιγγενεσίας. Adde Ant. Aug. voc. *natalibus reſtituere.*

(83) *nuptiis*) τὸν γάμον βεβαιώσειεν. Hal. συμβεβαιώσειεν.

(84) *ſive*) καὶ εἰ γένοιντο. Hal. omittit τὸ εἰ.

(85) *& ſui*) καὶ ſuoi. Βασιλ. καὶ γνήσιοι.

(86) *præbentibus*) τῶν ὁδῶν &c. καὶ τῆς ποιήσεως χαριζομένων. Hal. τῶν ὁδῶν &c. καὶ τῆς ποιήσεως χαριζομένης, *confectione inſtrumentorum præbente.* *Vetus præbentibus.* Nec male.

EPILOGUS.

TUa igitur Excellentia ea quæ nobis recta & ſancta viſa, & ad ſubditorum noſtrorum (87) tranquillitatem inventa ſunt, omnibus gentibus quas regit, edictis ſuis manifeſta faciat, ut illæ cognoſcant, ne maximam quidem curam ex illis, per quas Deus ſemper aliquid regno noſtro adjicit, à cura & providentia pro illis gerenda nos avocare (88) Dat. Kal. Mart. Conſtantinop., Biliſ. V. C. Conſ.

TIT. VI.

De liberis ante dotalia inſtrumenta natis.

NOVELLA CONSTIT. XIX.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo per Orientem Sacro Prætorio iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio.

PRAEFATIO.

PErvenit ad nos inane quibusdam dubium obortum eſſe, an ea, quæ à nobis de liberis ante confectionem dotalium inſtrumentorum natis dotalibus tamen inſtrumentis poſtea confectis ſancita ſunt, etiam retro ad eas quoque quæſtiones pertineant, quæ ſententia aut transactione non (1) deciſæ ſunt: cum tamen nos, cum ſpeciales leges ferremus, expreſſe in prima conſtitutione, quæ de his lata eſt, mentionem fecerimus, quod ſive parentes ſuperſtites ſive mortui fuerint, quæſtiones vero illæ aut ſententia aut transactione finem nondum acceperint, omnino ita debeant dijudicari, ſicuti noſtra lex dicit: quam ſupplentes ſecundam etiam tulimus legem, ſancientes, ut eadem obtinerent, & ſi poſt dotalia

Gg inſtru-

(87) *tranquillitatem*] ἀπραγμοσύνη. Gloſſ. Cyrilli, ἀπραγμοσύνη *otium, incurioſitas, incuria.*

(88) *Dat.*) Julian. *Dat. Kal. Mart. poſt Conſul. Beliſarii.* Vet. *Dat. Kal. Maji Conſtantinop. poſt Conſulatum Beliſarii. V. C. Conſ.* Hæc & item Græca ſubſcriptio veræ ſunt, licet diverſæ, ut patet ex *Nov. 66.* infr. *CONT.*

(1) *deciſæ*) τετμημένων, ſed τετμημένων legendum ex *Hal.*

inſtrumenta liberi non naſcantur, vel nati moriantur, nihilominus etiam illi, qui ante dotalia inſtrumenta nati fuerint, legitimi ſint; Similiter quoque ſecundæ huic noſtræ conſtirutioni addidimus, eam legem ad præterita tempora referendam eſſe, exceptis illis caſibus, qui judicis ſententia vel transactione definiti ſunt. Verum quoniam aliqui poſt manifeſtas haſce noſtras leges, audacter (2) legem noſtram perperam interpretari voluerunt, tertiam quoque coacti ſumus conſtitutionem facere, qua juſſimus, etſi quis legirimam uxorem ex eaque legitimos liberos habuerit, deinde ea moriente, vel matrimonio (3) per repudium ſoluto, liberos ex aliqua, cum qua nuptiæ non ſunt interdictæ, ſuſceperit, poſt hos vero natos dotalia inſtrumenta confecerit, ut liberi etiam ſic ei nati legitimi ſint. Huic vero conſtitutioni noſtræ non expreſſe inſeruimus, ut illa lex etiam in illis valeret, quorum patres adhuc ſuperſtites ſunt, vel mortui quidem ſunt, litem tamen nec judicis ſententia, nec amica (4) conventio compoſuit. Hinc quidam ſuſpicati ſunt, nos (5) aut nullo modo velle ut quæ dictis legibus de liberis ante confectionem dotalium inſtrumentorum natis continentur, etiam in iis valeant, qui jam ante eas leges nati ſunt, (6) præſertim cum quantum ad hanc rem, id quod in prima & ſecunda conſtitutione poſitum erat, à nobis in compoſitione Codicis ſublatum ſit: quod abſurde ſuſpicati ſunt. Id enim merito primæ & ſecundæ conſtitutioni detraximus, & tertiæ non addidimus. Nam in particularibus legibus latis forte neceſſe erat, ut lex in præteritum referretur, ab univerſa vero illa coacervatione legum in Codicem, qui à nobis nomen traxit, merito hæc reſecari juſſimus, ne ſuper-

(2) *legem*) νομοθεσίαν, *legiſlationem.* Hic & alibi pro lege accipitur. Vid. *Nov. 2. Cap. 5. in fin. Nov. 7. præfat.* ubi νομοθεσία & νόμος promiſcue ponuntur. *Nov. 17. præf. Nov. 18. præf. & Cap. 8. Nov. 22. Cap. 47. §. 1. ſupra Cap. 8. legiſlatio plebis* i. e. plebiſcitum.

(3) *per repudium*) In Gr. eſt *repudio.* Hal. διαζυγίῳ.

[4] *conventio*] σύμβασις. Hal. συμβίβασις, *amicorum interventu.* Vet. *amicabile interventione.*

(5) *aut*) ἢ μηδαμῶς &c. Iſtud ἢ non agnoſcit Haloander; & redundat certe.

(6) *præſertim*) καὶ μάλιστα ἐκ τοῦ τὸ περὶ &c. Hal. καὶ μάλιστα γε ὅτι τὸ περὶ. &c. ἀφῃρέθη.

perflua illa multitudo in libris illis ſcriberetur. Tertiæ vero conſtitutioni tempus non addidimus, cum omnibus notiſſimum ſit, ea quæ per interpretationem adjiciuntur, in illis obtinere debere, in quibus etiam legibus interpretatis locus eſt.

CAPUT I.

Ut ultimum duodecimæ conſtitutionis caput ad præterita nondum deciſa vel transactione compoſita extendatur.

QUoniam vero extiterunt omnino quidam, qui de rebus adeo manifeſtis dubitare vel errare conati ſunt, etiam hanc legem adjicimus ſancientes, ut, quæ in tribus illis dictis conſtitutionibus à nobis lata eſt lex, in iis etiam valeat, quæ priori à nobis latæ legi diſerte adſcripſimus: hoc eſt, ut ſive patres liberorum illorum ſuperſtites eſſe, ſive mortem obiiſſe contingat, idque negotium aut ſententia aut transactione non deciſum ſit, hoc modo tales caſus legibus à nobis latis ſubjiciantur, exceptis illis cauſis, quæ, antequam hæ leges à nobis latæ eſſent, vel ſententia judicis, vel transactione deciſæ ſunt.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & per ſacram hanc noſtram legem declarata ſunt, Tua Excellentia omnibus nota facere ſtudeat. Dat. XVI. Kal. April. Conſtantinop. poſt. Biliſ. V.C. Conſ.

TIT. VII.

De Officiis adminiſtrantibus (1) in ſummis appellationibus.

NOVELLA CONSTIT. XX.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo Sacro Prætorio iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio.

Gg 2 Sa-

(1) *In ſummis*) ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἐκκλήτων. Non male, Gloſſ. Cyrilli ἄκρον, *apex, ſummum, cacumen* &c. Hal. σάκρις. Ut & Vet. *in ſacris appellatio-*

Digitized by Google

SAcram quidem (2) de appellationibus jam tulimus legem, conſtituentem quem in illis modum obſervari, & unde, (3) & ad quos appellationes deferri oporteat; quam etiam ad tuam Excellentiam, & ad Glorioſiſſimum noſtrum quæſtorem miſimus: magna tamen deinde de officiis illis miniſtrantibus exorta eſt dubitatio, cum illi quidem qui de ſacro ſcrinio epiſtolarum ſunt, miniſteria (4) ſpectabilium judicum in appellationibus ſibi vindicarent, illi vero qui de ſede ſunt tuæ celſitudinis, maxime ſe lædi dicerent, ſi mutata forma non amplius ſoli appellationibus illis, quæ à clariſſimis provinciarum Præſidibus ad ſolum tuum judicium deferuntur, inſervirent, ſicuti antea moris erat, cum ipſe in ſacro judicio cauſas cognoſceres, & cohors tua miniſterium obiret. Sed cum propter Spectabilium ſchema in ordine ſacri auditorii cauſa agitata eſſet, tua etiam Celſitudine cum Glorioſiſſimo noſtro Quæſtore cognoſcente, & unaquæque pars omnia ſibi vindicaret, ac tum apud Tuam Celſitudinem, tum etiam apud Glorioſiſſimum noſtrum Quæſtorem, tam qui ex ſacris ſcriniis appellationibus miniſtrant, quam ex cohorte ſedis tuæ ſunt, ſæpe congregati eſſent, tandem in quandam formam res redacta eſt, quam ſine ſcripto ad nos detuliſtis. Res vero nobis etiam non incongrua viſa eſt; & quoniam interim Paphlagonia & (5) Honoria antea in duos Magiſtratus diviſæ, in unum, qui Prætoris nomen accepit, reda-

bus, quod mavult *Cujac. in expoſ. h. Nov.* ut intelligatur in ſacris judiciis appellationum, quæ in Conſiſtorio ab ipſo Principe per conſultationem diſceptabantur, adhibitis proceribus palatii & Senatoribus. *CUJAC.* Sic in N. 126. præf. *σχῆμα τῶν σάκρων forma ſacrarum conſultationum.*

(2) *de appellationibus*) περὶ τῶν ἐφέσεων. Hal. ἐκκλήτων. Heſych. ἔφεσις, ἔκκλησις ἐπιθυμία, ὄρεξις, ἡ ἐκ δικαστηρίου εἰς ἕτερον δικαστήριον μεταγωγή. Gloſſ. Jur. ἔφεσις λέγεται ἡ ἔγκλητος.

(3) *&*) Iſtud *&*, quod nec in *Gr.* textu, nec apud Veterem Interpr. legitur, Haloandri textus habet, & adeſſe debet.

(4) *ſpectabilium*) τὰς τῶν ſpectabilίων δικαστῶν οἰκειουμένων ἐν ταῖς ἐκκλήτοις ὑπηρεσίαις. Hal. male, τὰς τῶν περιβλέπτων βικαρίων δίκας οἰκειουμένων ἐν ταῖς τῶν ἐκκλητῶν ὑπηρεσίαις. *In ſpectabilium vicariorum cauſis miniſterium ſibi vindicantibus*, ut ille vertit. Cum proprie ſit: *vicariorum cauſas in appellationum miniſterio vindicantibus.*

(5) *Honoria*) Ονορία. Hal. Ονωριάς.

redactæ ſunt, hoc ſchema ſine dubio ad tuum Magiſtratum pertinere viſum eſt. Idem quoque & in duobus quondam Pontis, hoc eſt Hellenosponto & Ponto Polemoniaco. Nam & ibi cum antea duo Judices eſſent, nunc vero unus moderator ſit factus, qui & ipſe Spectabilium dignitate ornatus eſt, idem rurſus evenit, & ad ſolum modo tuum judicium cauſas appellationum, ſecundum terminos tamen conſtitutionis de appellationibus latæ deferri oportuit.

CAPUT I.

Ut ſola PP. cohors in appellationibus ejus miniſtret.

PLacuit igitur tam his, qui utrique Magiſtratui inſerviunt, quam utrique veſtrum, præterea quoque nobis (6) recte ſe habere viſum eſt quod nobis placuit, ut ſola cohors tuæ Excellentiæ talibus appellationibus miniſtret, quemadmodum & antea moris erat, etſi in forma ſacri auditorii agantur, & glorioſiſſimus noſter Quæſtor adſit, & particeps ſit eorum quæ geruntur.

CAPUT II.

SEd quoniam primæ Cappadociæ Præſes antea ad ſolum tuum (7) Magiſtratum ſpectavit, & illuc appellationes delatæ fuerunt, nunc vero in Spectabilis Proconſulis figuram mutatus eſt, nihilominus convenit, ut, etiam illo Magiſtratu appellationem ſuſcipiente, & lite huc miſſa, ſecundum ſacram noſtram conſtitutionem, illa in ordine ſacri auditorii (8) diſceptetur, præſente quoque glorioſiſſimo noſtro Quæſtore, & una cauſas audiente, ſola vero tua cohorte miniſtrante,

(6) *recte*) ὀρθῶς ἔδοξεν ἔχειν τὸ παρεστὰν ἡμῖν, *viſum eſt recte ſe habere, quod placuit nobis.* Hal. τὸ παρεστῶν ὑμῖν, qui vertit (*viſa eſt inſuper & nobis praclare res inter vos compoſita*) Vet. *nobis recte ſe habere viſum eſt*, qui non legit τὸ παρεστὰν ἡμῖν.

(7) *Magiſtratum*) ἀρχήν. Hal. *juriſdictionem.* Vet. *cingulum.*

(8) *diſceptetur*) αὐτὴν ἀγωνίζεσθαι ſcil. δίκην. Hal. male: αὐτοῖς ἀγωνίζεσθαι, qui hanc locum interpretatur: *ut in habitu ſacri auditorii à perſequentibus appellationem decertetur.*

(9) quoniam antea etiam hoc moris fuit. Quanquam enim Spectabilis (10) Comes rerum privatarum Magiſtratui nunc admixtus ſit, (11) antea tamen nec multæ lites (12) apud eum motæ ſunt, & vix à judicio ejus ulla appellatio huc delata fuit. Nunc vero ærarii adminiſtrationes aliis etiam conceſſimus, nec propterea tua ſedes imminui debet, ſed ſimiliter ſola cohors tua in cauſis huc delatis miniſtret.

CAPUT III.

Illud vero ipſum quoque in Armeniæ Proconſule: quia cum antea eam adminiſtrationem (13) ordinariam dignitatem fecerimus (14) nunc nihil ei addentes in Proconſulis formam mutavimus. Nam litibus etiam quæ ibi ſunt, tuæ Eminentiæ cohors miniſtrabit, lite in ordine ſacri auditorii, ut dictum, movenda, ſed apud utramque veſtrum examinanda: nihilominus autem cohors tua cauſæ miniſtret ſicut antea, cum adminiſtrationis ſolum ordinariæ, ut vocatur, formam haberet, majore ordine non ſuſcepto.

CAPUT IV.

Quoniam vero Lycaoniam, Piſidiam & Iſauriam Præſidibus antea ſubditas, & appellationes ad ſedem tuam mittentes, nunc Prætorum

(9) *quoniam*) ἐπειδὴ καὶ πρότερον. Hal. ἐπειδὴ καὶ ὁ πρότερον. Malc. Vet. *quoniam & prius hoc ſolitum erat.*

(10) *comes rerum*) κόμης τῶν οἰκείων. Vet. *domnum.* Βασιλ. habet οἴκων, *domuum*, ut Vetus verſio. Τῶν οἴκων legendum eſſe tradit *Cujac. 8. Obſ 40.* Confer. eundem ad *Tit. Cod. de præpoſ. ſacr. cub.*

(11) *antea*] ἀλλὰ οὖν οὐδὲ πρότερον. Hal. ἀλλά τοι.

(12) *apud eum*) παρ' αὐτῷ. Hal. Παρ' αὐτόν.

(13) *ordinariam*) ὀρδιναρίαν ἔμβαθμον. Τὸ ἔμβαθμον nec apud Haloandr. nec in Βασιλ. legitur. Agylæus id Græcorum cauſa adjectum eſſe arbitratur, ut interpretationis vicem obtineat. *Cujacius ad l. 4. C. d. annonis* ait: Præſides ſunt clariſſimi &c & proprie ii ſunt, qui ordinarii & ἔμβαθμοι dicuntur. *Nov. 20. 31. 103. 112.* quaſi infimi ordinis, ut ordinarii milites, hoc eſt gregales & manipulares. Et minimam dignitatem hic ſignificari Clariſſimatum nempe tradit in *Expoſ. h. Nov.*

(14) *nunc nihil*) νῦν οὐδὲν αὐτῇ &c. Hal. male, νῦν αὐτὴν οὐδὲν αὐτῇ &c.

Digitized by Google

rum Imperio decorari contigit, (licet quodammodo militare quoddam officium illi admixtum eſſe videatur, quoniam antea etiam in utraque provincia Dux erat) neceſſarium nobis propter hanc innovationem viſum eſt, ſoli ſedi tuæ & Glorioſiſſimo Quæſtori examen appellationum, concedere, & cohorti tuæ, ut (15) negotio etiam huic miniſtret, humaniter largiri. Quare ſi antea tale quid factum eſt, aut etiam poſtea fiet, (16) ut in illa re idem ordo ſit, ſancimus.

CAPUT V.

QUoniam vero duo prorſus Magiſtratus erant, Comes ſcilicet Orientis, & Præſes primæ Syriæ, ac appellationes quidem à Civili hoc Magiſtratu ad tuam ſedem ſolo miniſtrante tuo officio deferebantur: Comitis vero Orientis tanquam Spectabilis, juxta ſacrorum auditoriorum formam, & ad tuam ſedem & ad Glorioſiſſimum Quæſtorem, ſolis illis qui in ſacris ſcriniis militant, miniſtrantibus.

CAPUT VI.

HAc tamen in parte nobis placuit, commune in hac adminiſtratione miniſterium dare, tam illis qui ex (17) ſacrarum epiſtolarum ſcrinio ſunt, quam qui ex cohorte ſunt tuæ Eminentiæ. Quod enim antea duorum Vicariorum Ponticæ & Aſianæ fuit, illud omnino innovatum & in Magiſtratum unius provinciæ, Galatiæ ſcil. & Phrygiæ Pacatianæ, tranſlatum veniat quidem ad Celſitudinem tuam & ad Glorioſiſſimum quæſtorem, (18) ſolum vero miniſterium ſedis tuæ ſuſcipiat.

CAP.

(15) *negotio*) καὶ τοῖς ἐπὶ τούτῳ πραττομένοις ὑπηρετεῖσθαι. Puto hæc verba idem velle quod τῇ δίκῃ vel πράγματι ὑπηρετεῖσθαι in caſu præced. Vet. *Ut iis quæ ſuper hoc aguntur, miniſtrent.* Qui non videtur part. καὶ legiſſe.

(16) *ut illi)* τὴν αὐτὴν τῷ πράγματι τάξιν ὑπεῖναι. Hal. *ut eadem cohors appareat.* Vet. *eundem ordinem cauſæ imponi.*

(17) *ſacrarum epiſtol.*] [Vid. Gloſſ. Jul. voc. *ſcriptum epiſtolarum*] &, *qui in divinis ſcriniis militant*, & Ant. Aug. voc. *Libellenſes*.

(18) *ſolum*) Vet. *Solum autem modo miniſterium ſuſcipiat officium ſedis tuæ*, quaſi legerit, ἡ τάξις τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ. Sic autem legendum omnino, ut ſenſus aliquis adſit. Vide Cap. 7. 8. 9. Hal. legit τῆς τάξεως τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ.

Digitized by Google

CAPUT VII.

Illud tamen ſancimus, ut (19) ex his Magiſtratibus, qui nunc à nobis inventi ſunt, veteremque formam mutarunt (ſive per ſe ſecundum naturam ſui Magiſtratus, ſive etiam ex delegatione noſtra judicent,) eadem ſervetur forma, (20) ibique ut ſola Celſitudinis tuæ cohors miniſtret (21) ſancivimus.

CAPUT VIII.

Similiter ſive ex delegatione ſive ex judicii natura appellatio veniat, ſancimus ut Celſitudinis tuæ officium appellationibus miniſtret: ſive ex delegatione noſtra, ſimiliter id cohortis tuæ erit.

CAPUT IX.

In quibus autem & (22) officiorum & ſacri ſcrinii miniſterium commune eſſe diximus, ſimiliter communionem ſervamus, ſive ex delegatione, ſive more ſolito in judicio fiat examinatio. In illis tamen litibus, quas non Spectabiles judices, ſed Advocati ſolum dijudicant, in quibus cauſæ tam ad ſedem tuam, quam ad Glorioſiſſimum Quæſtorem noſtrum deferebantur, devotiſſimis libellenſibus miniſterium ipſis præbentibus, quia nihil prorſus in illis innovatum eſt, antiquam formam ſervamus: Quemadmodum & in reliquis omnibus, quæ innovata non ſunt, ut vetera miniſteria maneant, nec quid novi inducatur conſtituimus. Superveniens enim innovatio (23) aliam etiam miniſtrantium formam oſtendit.

EPI-

(19) *ex his*) ἐκ τύτυ. Hal. ἐκ τύτων. Sed legendum omnino ἐπὶ τύτων. Sequitur enim ταυτὸ φυλάττεσθαι σχῆμα. Ut Cap. ſeq. ubi eadem eſt phraſis & Nov. 22. Cap. 27.

(20) *ibique*) ἔνθα. Hal. ἐνταῦθα.

(21) *ſancivimus*) ἐθεσπίσαμεν. Hal. ἐθεσπίζομεν. Lege θεσπίζομεν Sic & initio h. Cap. loquitur Imperator.

(22) *officiorum*] ἴδιον τι τῶν τάξεων. Hal. τὴν δὲ σῶν τάξεων, *tuorum officiorum.* Lege τὴν δὲ ἴδιον τάξεων τῶν σῶν, ut ſupra paſſim, τὴν τάξιν τὴν σὴν, τὸν θρόνον, τὸ δικαστήριον τὸ σόν. Vet. *tuorum.*

[23] *aliam*] ἄλλως πῶς χρῆναι γενέσθαι. &c. ὑπέδειξε. Recte Hal. ἄλλως πως χρὴ γενέσθαι &c. ἀποδείξει *utcunque aliter faciendum erit.*

Digitized by Google

EPILOCUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & per ſacram hanc legem declarata ſunt, ut in effectum deducantur, (24) Celsitudo Tua operam det. Dat. XV. Kal. April. Conſtantinop. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

TIT. VIII.

De Armeniis, ut & illi per omnia Romanorum leges ſequantur.

NOVELLA CONSTIT. XXI.

Idem Imperator Acacio Magnificentiſſimo Proconſuli Armeniæ.

PRÆFATIO.

CUm Armeniorum regionem optimis legibus uti, nec à reliqua noſtra Republica ullo modo differre velimus, Romanis eam Magiſtratibus ornavimus, prioribus nominibus ex ea ſublatis, & ut Romanorum ſchemate uteretur aſſuefecimus, neve alias quam Romanas leges habeat conſtituimus. Expreſſa quoque lege illud etiam, in quo male ab iis peccatur, corrigendum eſſe putavimus, ne ſcilicet barbarorum more viri quidem parentibus, fratribus, reliquisque cognatis ſuccedant, fœminæ vero non item; neve illæ ſine dote nubant, nec à maritis futuris emantur: id quod barbariùs adhuc in hunc usque diem apud ipſos obtinuit, non ipſis ſolum ferino more ita ſentientibus, ſed & aliis gentibus naturam ſic contemnentibus ac genus fœmininum ignominia afficientibus, quaſi à Deo conditum non ſit, nec ad generationem quicquam conferat, ſed tanquam vile & contemtum, in nullo honore haberi debeat.

CAPUT I.

SAncimus igitur hac ſacra lege, ut, quantum ad ſucceſſionem fœminarum, eadem apud Armenios obtineant, quæ apud nos, nec ulla ſit differen-

(24) *Celſitudo*) Vet. *Tua Celſitudo omnibus faciat manifeſta edictis deſtinatis à te, ut omnes cognoſcant, quæ nobis ſunt placita.* Hal. nobiſcum legit.

Digitized by Google

ferentia inter maſculum & fœminam: ſed ſicut in noſtris legibus conſtitutum eſt, quomodo parentes ſuccedant, pater ſcilicet & mater, avus & avia, ac remotiores, vel etiam qui eos ſequuntur, filius ſcilicet & filia, & quomodo ipſis ſuccedatur, ita & apud Armenios ſit, & leges Armeniæ à Romanis nihil differant. Si enim ad noſtram Rempublicam pertinent, & cum reliquis gentibus nobis ſerviunt, omnibusque, quæ noſtra ſunt, fruuntur, ſolæ illorum fœminæ ab æqualitate quæ apud nos eſt, non excludentur: ſed leges noſtræ ad omnes æqualiter pertinebunt, tum illæ quas ex veteribus collegimus, & in noſtris Inſtitutionibus & digeſtis poſuimus, tum & quæ ex Imperialibus legibus, tam Imperatorum, qui ante nos fuerunt, quam noſtris (1) deſcriptæ ſunt.

CAPUT II.

Sancimus igitur, ut hæc omnia in omne tempus valeant, ac ab initiis hujus decimæ quartæ indictionis, qua hanc legem ſcribimus, incipiant: Antiqua enim curioſe ſcrutari & ad ſuperiora tempora aſcendere confuſionis magis eſt quam legiſlationis. Sed (uti diximus) à tempore decimæ quartæ illius indictionis ac in omne futurum tempus ſucceſſiones (2) maneant ſimiles, & quæ quacunque de cauſa ad ſucceſſiones pertinent, æqualiter tam in fœminis quam in maſculis inpoſterum obſerventur. Quod vero ante factum eſt id omne in priori ſtatu manere permittimus ſive in (3) genearchicis ſive aliis: & fœmininæ perſonæ nihil plane commune habent (4) cum geneſiarchicis prædiis jam diviſis,

(1) *deſcriptæ ſunt*) ἐπιγέγραπται. Hal. ὑπογέγραπται, *ſubſcriptæ ſunt.*

(2) *maneant*) μενέτωσαν. Hal. μὲν ἔςωσαν.

(3) *genearchicis*) γενεαρχικοῖς. Vet. *progenitorialibus.* Hal. *prædiis, quæ Princeps olim generis familiæ ſuæ adſcripſit.* Cujacius ſuum cujusque patrimonium Genearchicum hic vocari dicit: prædia ſcil. optimo jure & optima conditione, quæ nec fidem, nec dominuum nec inveſtituram &c. penſitant, & *Alodia* vulgo appellantur, quæ pariter lege Anglorum & Francorum non transibant à lancea ad fuſum. *VIII. Obſ. 14.*

(4) *cum geneſiarchicis*) ἐπὶ τοῖς ἤδη διανεμηθεῖσι γενεσιαρχικοῖς χωρίοις. Hal. ἐπὶ τοῖς ἤδη δὲ ἀναισθήτως γενεαρχικοῖς χωρίοις, *in his prædiis, quæ inſulſe genearchica, hoc eſt à principe olim generis familiæ ſuæ adſcripta laudant.* Vet. *ſuper jam diviſis.* Male illud διανεμηθεῖσι in δὲ ἀναισθήτως mutatum.

Digitized by Google

ſis, vel ſucceſſionibus quæ usque ad decimam tertiam illam indictionem fuerunt, ſed ex dicto tempore, hoc eſt à decima quarta indictione ut valeant, quæ à nobis conſtituta ſunt, ſancimus.

EPILOGUS.

QUæ igitur placuerunt nobis & ſacra hac lege declarata ſunt, Magnificentia Tua, & qui poſt eam Magiſtratum ſuſcepturi ſunt, in perpetuum obſervare ſtudeant. Dat. XV. Kal. April. Conſtantinop. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

COLLATIO QUARTA.

TIT. I.

(1) De his, qui ſecundas nuptias contrahunt.

NOVELLA CONSTIT. XXII.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo per Orientem ſacro Prætorio iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio.

PRAEFATIO.

MUltæ quidem & variæ jam à nobis latæ ſunt leges, quæ ſingulatim ea quæ antea à nobis ſancita ſunt aut conſtituta, non autem recte ſe habere nobis videbantur, emendant, & ſubditis, quo modo illis vivendum ſit, exponunt: quod vero nunc à nobis fit, (2) communis quædam lex eſt, quæ rei omnium (3) præſtantiſſimæ convenientem mo-

(1) *de his*) Vet. *de nupt.* Hal. de his, qui *nuptias iterant.* περὶ δευτέρως γαμούντων.

(2) *communis*) κοινὸς. Hal. καινὸς, *nova.* Quod & ad oram MSCti Vaticani ſcriptum, cum in textu ſit κοινὸς. Ex Scrimgero legendum *lex communis*, quod probabilius eſt, *quam lex nova*, ut legenti facile colligere eſt. *AGYL.* Videtur ideo probabilius illud *communis*, quia Imperator hanc legem opponit illis, quibus antea dixit *per partes* vetera jura ſe correxiſſe & quia in ſeqq. ait matrimonium [de quo hæc lex agit] totius humani generis eſſe. Eſt igitur lex generalis & communis de negotio ad omnes ſpectante.

(3) *præſtantiſſimæ*) κυριωτάτῳ. Sic & Cod. Vaticanus. Sed MS. Flor. κοιριωτάτῳ. Hal. κυριωτάτῳ, *præſtantiſſimæ.* In *Nov. 90. Cap. 3.* pro κυριώτερα ſimiliter Hal. & Βασιλ. quoque legunt κυριώτατα. Vet. *rebus competentem or-*

modum tribuit. Nam ſi matrimonium res eſt, adeo veneranda, ut humano generi (4) artificialem immortalitatem conferre videatur, & ſi per liberorum procreationem renovata genera perpetuo manent, Dei (5) clementia immortalitatem naturæ noſtræ, quoad ejus fieri poteſt, largiente, merito nobis magnæ curæ ſunt nuptiæ. Reliqua enim, quæ ſancita ſunt, nec omnibus hominibus, neque rebus, neque temporibus conveniunt, ſtudium vero quod nuptiis impenditur, totius eſt, ut ita dicamus, humani (6) generis, per quod etiam ſolum renovatur, & majore, quam reliqua, cura dignum eſt. Antiquitas igitur de primis aut ſecundis nuptiis non admodum curioſe egit, ſed patribus & matribus ad plures etiam nuptias venire licebat, nulloque lucro privari, (7) & res in ſimplicitate confuſa erat. A temporibus autem Theodoſii majoris major fuit

dinem imponens. Καίριος eſt *tempeſtivus, præcipuus, principalis.* Κύριος vero *ratus, ſancitus, præcipuus*, unde κύριος νόμος, κυρίαι δόξαι &c. κύριος ἡμέρα, *dies fatalis* paſſim *Nov. 91. Cap. 1.* κυριώτερον εἶναι τὸν πρότερον, *priorem potiorem eſſe.* Item τὸ πρεσβύτερον κυριώτερον, *antiquius, potentius poſteriori*, N. 41. Cap. 3. κυριώτερον ἔτι, N. 136. Cap. 3. κυριώτερα δίκαια. &c. Imperator mox in *ſeq. h.* idem matrimonium dicit σεμνὸν, *honeſtum, grave, venerandum.* Hal. lectio forte præferenda eſt, licet altera non ſit abſurda. Nam Suidas, καιριώτατα, ἐγκαιρότατα. Apud *Procopium Hiſt. arcana* legis p. 9. τῆς πολιτείας τὰ καιριώτατα. *Summa reipubl.* negotia. N. 146. c. 3. καὶ περὶ αὐτὸ τὸ πάντων καιριώτατον ἁμαρτάνοντας τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα φαμὲν. Ubi retinuit in verſione τὸ καιριώτατον Contius, & in margine interpretatur, *opportuniſſimum, præſtantiſſimum.*

(4) *artificialem*) ἐπιτεχνητὴν, *artificialem.* Hal. *arte conquiſitam.* Vet. *artificioſe.*

(5) *clementia*) φιλανθρωπίας. Thom. Mag. φιλανθρωπία, ἡ ἀπὸ τῶν ὑπερεχόντων εἰς τοὺς ἐλάττους εὐμένεια, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία πρὸς ἡμᾶς καὶ τοῦ βασιλέως περὶ τὸ ὑπήκοον &c.

(6) *generis*) γονῆς. Vet. *Sobolis.* Hal. *genus*, Heſych. γονὴν, γένεσιν, μητέρα καὶ τὸ σπέρμα. Gloſſ. Cyr. γονὴ *fetus, genies, proles, ſuboles.*

(7) *& res*) καὶ τὸ πρᾶγμα ἦν ἐν ἀπλότητι συγκεχυμένον. Sic & Cod. Vaticanus. Hal. ἐν ἁπλότητι συγκείμενον, *& negotium erat in ſimplicitate poſitum.* Senſus lectionis noſtræ eſſe poteſt, quod cum Veteres de primis & ſecundis nuptiis non admodum fuerint ſolliciti, illæ quaſi in ſimplicitate naturæ relictæ, eo ipſo tamen confuſæ fuerint, quia à legibus certum modum & formam non acceperint. Haloandri ſenſus videtur planior. Vetus nobiscum: *& cauſa*

Digitized by Google

fuit hanc rem artificioſe tractandi cura, donec illa per ſequentes Imperatores ad Leonem piæ memoriæ pervenit, virum, qui egregie, & ut virum decet, de his etiam magna ex parte leges tulit; nos quoque in conſtitutionum compoſitione multa quidem alia de his definivimus: at tamen cum conſiliis perfectioribus rem conſideraremus, quædam non ſolum in iis, quæ ab aliis, (8) ſed & quæ à nobis ipſis jam ſancita fuerunt, nunc corrigenda eſſe putavimus. Non enim nos pudet, ſi quid pulchrius illis, quæ ipſi antea diximus, inveniamus, id lege ſancire, & priorem ut decet, emendare, non autem, donec lex ab aliis emendetur, exſpectare.

CAPUT I.

Ut hæc conſtitutio in futurum valeat, non in præteritum.

HÆc igitur duo huic legi præfanda ſunt: & illud primum, ut omnia quidem quæ antea ſive à nobis (9) ſive à majoribus ſancita ſunt ſecundum tempora ſua obtineant, nec ullatenus per hanc legem innoventur, ſed in ſuis caſibus valeant atque obſerventur, & deciſionem ex latis jam legibus exſpectent, nec cum hac lege quid commune habeant. Hæc vero lex ab hoc tempore in omnibus futuris caſibus omnibusque nuptiis, quæ poſthæc futuræ ſunt, ſive prioribus ſive ſecundis valeat, & tam in lucris nuptialibus, quam ſucceſſionibus liberorum deinceps futuris. Omne enim quod præteriit legibus jam ſcriptis relinquimus, futurum autem hac lege munimus. Quare ſive primæ ſive ſecundæ nuptiæ contractæ ſint, ſive parentibus ſucceſſio liberorum matrimonii prioris, ſive lucra ex dotibus aut donationibus antenuptialibus, vel ex alia cauſa delata ſint, ſive ex ſecundis nuptiis exiſtant liberi, ſive non, in præcedentibus temporibus hæc ſingula ſecundum ſua tempora ſerventur, & tam viri quam fœminæ prioribus legibus fruantur, ſive ad ſecundas venerint

erat in ſimplicitate confuſa. Sicque Imperatorem ſcripſiſſe credimus. Frequentius quippe occurret τὸ συγκεχυμένον. Infr. cap. 2. ſ. 1. dicit νομοθεσίαν συγχεθεῖσαν ἐν πλείστοις &c.

[8] *ſed &*] ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν &c. Hal. ἀλλὰ δὴ.

[9] *ſive à*) εἴτε τῶν πρὸ ἡμῶν. Hal. εἴτε παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν. Vet. *Sive à prioribus noſtris.*

nerint nuptias, ſive non, ſive liberis ſucceſſerint, ſive quid aliud priores leges (10) ſecuti, egerint. Qui enim illis crediderunt atque ita contraxerunt, eos nemo culpabit, quod & futurum neſciverint, & quod apparebat atque uſu obtinebat omnino (11) crediderint, quod vero nondum factum erat, (12) formidaverint. Futurum vero tempus in caſibus poſthæc futuris omnia in hac una lege poſita & collecta intueatur, quæ in futuris, ut dictum eſt nuptiis obtinere debent. (13) Primum igitur illud huic legi præmiſſum ſit.

CAPUT II.

Conjuges pœnam hac lege conſtitutam teſtamento ſibi remittere poſſe.

Alterum vero illud, ut omnia quæ ab hac die teſtator, ſive vir (14) ſit ſive fœmina, de his diſpoſuerit, firma ſint. Statuat enim quilibet de rebus ſuis, ut decet, & voluntas illius lex ſit, ſicut etiam noſtrarum legum antiquiſſima, quæque prima fere Rempublicam Romanis conſtituit, (Lex ſcilicet XII. tabularum) juxta patriam antiquam linguam inquit, ita dicens, *uti legaſſit quisque de rebus ſuis ita jus eſto:* nemoque jus habeat contra illius voluntatem, (15) nec ſi ſacrum reſcriptum aut quidvis aliud impetret, aliter de rebus alienis diſponendi.

§. I.

(10) *ſecuti*) ἀκολουθέντων. Lege ἀκολουθῆσαντες. Vet. *ſequentes.*

(11) *crediderunt*) ἠπίστουν, ab ἀπιστέω, quod eſt *non credo, diffido.* Vet. *crediderunt*, quod ſenſus poſtulat. Hal. *omnibus modis diffidentes ei, quod extabat* &c. Si μὴ ex præcedentibus mente repetatur, vel negativam addas, illud ἠπίστουν recte ſe habet. Lego tamen ἐπίστευον.

(12) *formidaverint*) ἐδεδίεσαν, lege οὐκ ἐδεδίεσαν. Ita enim legi debet. Vet. *non formidaverunt.* Ubi tamen addit: *unde illa quidem omnia maneant ſuum ſervantia ordinem*, quæ & Hal. & MS. Florent. agnoſcit his verbis: ὥστε ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα μενέτω τὴν ἑαυτῶν φυλάττοντα τάξιν, & ad ſenſum requiri videntur, quod *Agylaus* quoque putavit.

(13) *primum*) Hal. hæc ſequenti verſui jungit, qui initium capitis ſequentis conſtituit.

(14) *ſit*) καθεστήκοι. Hal. κατατεθήκοι.

(15) *nec ſi ſacrum*) οὐδ' ἂν εἰ θεῖον πράττοι τύπον. Τύπος hic eſt *lex, reſcriptum Imperatoris*, uti ſupra paſſim. Adde & inſcriptionem *Novellæ 160. 162. 165.*

Digitized by Google

§. 1. Si vero teſtator nil dixerit aut diſpoſuerit, quod legibus jam latis & uſu obtinentibus non comprehenſum, nec quid contra leges in univerſum præceperit, tunc hæc noſtra lex locum habeat, quæ omnia quantum homini poſſible eſt comprehendit & (16) breviter percurrit, ac tum quæ ad priores, tum quæ ad ſecundas nuptias, nec non quæ ad ſucceſſiones & diſſolutiones matrimonii ſive morte, ſive divortio pertinent, & quæ ante (17) tempus luctus & poſt illud ſunt, corrigit: quæque facit, ut una quædam connexio ſit totius hujus ſcripti, (18) & legem olim quidem inchoatam per (19) centum vero & quinquaginta quinque maxime annos frequenter agitatam & per partes collectam, & (19) quod parum ſibi ipſi connexa eſſet, & conglutinata, in plurimis confuſam & ſemper correctione quadam indigentem, puram ſibique ipſi plane conſonam oſtendit.

CAPUT III.

Quæ ſit cauſa nuptiarum, & quid nuptias conſtituat, quidve diſſolvat.

NUptias igitur mutuus facit affectus, dotalium inſtrumentorum acceſſione

& *167.* Vet. *Sacram formam*, quod retinuimus paſſim, eſt enim idem quod *lex*, *l. 31. ff. d. admin. Tut. l. 10. ff. d. pact.* ubi *reſcriptum* & *forma* promiſcue ponitur. *l. 14. ff. d. alim. & cib. leg. l. 1. C. d. jur. dom. l. 23. C. d Excuſ. Tut.* Forma oraculi noſtri ſeu definitio noſtri Numinis. *l. 1. C. Th. d. Rei vindic.* Forma i. e. condemnatio *l. 11. C. Th. d. bon. proſcriptorum.* Quantitas in *l. 29. C. Th. d. Judæis Cœlic.* Vid. & *l. 20. C. d. SS. Eccleſ.* Πράττειν eſt *exigere, impetrare.*

(*16*) *breviter*) διαβαίνων ἐν βραχεῖ. Vet. *tranſiens in brevi.* Hal. βραχύ. Poſt hæc verba autem deſunt in Haloandrino Codice ſequentia: Καὶ ἐπὶ τοῖς πρώτοις ἐπανορθούμενος γάμοις, *& corrigit ea, quæ ad priores nuptias.*

(*17*) *tempus luctus*) πενθίμου χρόνου. Vet. *tempus luctuoſum.*

(*18*) *& legem*) Vet. hæc jungit præcedentibus, *conſcriptionis atque legiſlationis*, ac ſi legeretur νομοθεσίας, unde ſenſus apud eum obſcurus. Pertinet autem manifeſte ſatis ad ſequentia.

(*19*) *centum*) Intelligit tempus quod interceſſit inter l. fœminæ C. d. ſec. Nupt. datam Syagrio & Eucherio Coſſ. anno Chriſti 381. & hanc legem datam poſt conſulatum Biliſarii anno Chriſti 536. quod quidem tempus exacte eſt annorum 155. *CONT.*

(*19*) *quod*) Τῷ κατὰ μικρὸν συνδεῖσθαί τε πρὸς ἑαυτὸν &c. Hal. non legit illud τῷ à quo ſenſus hujus commatis pendet. Vertit autem: *neque non ut paulatim ſibi*

ceſſione (20) non indigens. Cum enim ſemel contractæ fuerint, ſive nudo conjugali affectu, ſive dote & donatione propter nuptias data, ſolutio quoque vel ſine pœna, vel cum pœna omnino rem ſequi debet; quoniam in iis, quæ ab hominibus fiunt, quod ligatum eſt, etiam diſſolvi poteſt; Ut autem indotatorum quoque matrimoniorum ſolutionem pœna ſequatur, nos primi invenimus.

CAPUT IV.

De his, quæ nuptiis contraria ſunt, & de divortiis bona gratia vel aliter factis.

Diſſolvuntur vero matrimonia viventibus contrahentibus, (21) vel conſentiente utraque parte (de quibus hic nihil dicendum) pactis hanc rem, ſicut utrique placuerit, definientibus; vel ex occaſione juſta quæ (22) *bona gratia* vocantur, vel ſine ulla cauſa, vel etiam ex cauſa juſta.

CAPUT V.

De Monachiſmo.

Occaſione igitur inculpata ſolvuntur, quando (23) vitam ſolitariam alterutra pars amplectitur, viæ meliori ſe committens, (24) & vitam caſtam eligens: tunc enim & alia quædam lex noſtra dicit, licere

ipſi colligaretur &c. Vet. *& paulatim colligatam ad ſemet ipſam & cohærentem.* κατὰ μικρὸν *parum* vertimus, ſenſus enim id requirit, & Gloſſ. Cyr. κατὰ μικρὸν, *paulatim*, *pauliſper*, *minutatim*. Eandem phraſin vid. infra *Nov. 43.*

(20) *non indigens*) Hal. addit ἀεὶ, *non ſemper indigens.*

(21) *Vel conſentiente*) quæ ſequuntur ad verbum usque *moderantibus*, non leguntur apud *Haloandrum*. Habet autem ea *Vetus Interpres*.

(22) *bona gratia*) Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Ang.* verb. *bona gratia divortium.*

(23) *vitam ſolitariam*) ἄσκησιν: Vet. *converſationem*. Hal. *Sanctimonialem converſationem.* Julian. *vitam ſolitariam.* Eſt autem ἄσκησις *exercitatio in rebus divinis*, *vita monachalis*, unde Monachi *Aſcetæ* dicti. *Converſatio Sanctimonialis* dicitur *in l. 55. pr. & §. 2. C. d. Epiſc. & Cleric.*

(24) *& vitam caſtam*] τὸν ἐν ἁ-

cere & viro & mulieri ad meliora (25) contendentibus ſolvere matrimonium, & (26) ſecedere, (27) exiguo aliquo ſolatio relicto ei, qui relinquitur: quodcunque enim lucrum contrahentes in caſum mortis pacti fuerint, hoc eum, qui ab altero relinquitur, ſive vir, ſive mulier ſit, habere oportet, quoniam hic quantum ad conjugem mori videtur, dum aliud vitæ iter pro altero eligit.

CAPUT VI.

De Impotentibus.

EX cauſa quoque neceſſaria, nec ratione carente matrimonium ſolvitur, ſi quis cum muliere coire, & quæ viris à natura data ſunt, facere non poſſit, ſed biennium, juxta legem olim à nobis ſcriptam, à tempore nuptiarum præterierit, ille verò quod (28) revera vir ſit, non oſtendat. Licet enim mulieri vel ejus parentibus, marito etiam invito, ſolvere matrimonium, & repudium mittere. Atque tum dos quidem (ſi modo quædam data eſt) ſequetur mulierem, & maritus eam reddet, (29) ſi accepit: donatio verò propter nuptias, aut ante nuptias

γνείᾳ βίον αἱρούμενον. βίος ἐν ἁγνείᾳ dicitur ut *Coloſſ. 4. v. 5. 6.* λόγος ἐν χάριτι, *ſermo gratioſus*; & ſupra *Nov. 5. præf.* βίος ἐν ἀσκήσει. *Nov. 13. cap. 3.* ψῆφος ἐν γράμμασι. Vet. *ſub caſtitate converſationem concupiſcens.* Βασιλ. ἐν ἀγνείᾳ βίον, vitio fortè Typogr.

(25) *Contendentibus)* μεθισαμένοις. Hal. μεθισαμένῳ. Ut & Vet. qui vertit, *migranti.*

(26) *Secedere)* ἀναχωρεῖν. Referendum hoc ad vitam monaſticam, inde enim Anachoretæ, quorum ſupra ſæpius mentio facta.

(27) *Exiguo)* μετά τινος βραχείας &c. παραμυθίας. Vet. *quodam brevi dimiſſo ei, qui relinquitur ſolatio.* Ubi Gothofredus in notis ad verb. *brevi* addit *libello*, quaſi libellus divortii ſit mittendus ei qui relinquitur. Senſus autem eſt; *de bonis quia relinquendum eſſe alteri, quæ deſeritur, parti*, ut ex ſeqq. patet. *Vid. cap. ſeq. 6.* βραχείᾳ τινὶ προσθήκῃ, exigua adjectione. Breve aliâs eſt *libellus brevis.* Vid. *Cujac. ad l. 5. C. d. Conv. fiſc. debit.* Item index ſeu Titulus πιτλάχιον. Vid. *l. 7. C. Th. d. Palat. S. L. Gothofr. ad l. 11. C. Th. d. erog. milit. Ann. l. 24. ibid.* Infra *cap. 27. h. Nov. noviſſima voluntate dimiſſum.*

(28) *Revera)* ταῖς ἀληθείαις. Vet. *quia pro veritate eſt vir.*

(29) *ſi accepit)* Vet. *ſi contigit eam accipi.*

Digitized by Google

apud virum manebit, nullumque ille (30) in bonis ſuis damnum patietur. Hanc ergo legem exigua quadam adjectione corrigimus: non enim biennium ſolum ab illo tempore, quo juncti ſunt, ſed triennium numerari volumus. Didicimus enim ex iis, quæ interim contigerunt, quosdam cum longiore tempore quàm biennio impotentes fuiſſent, poſtea ad liberorum procreationem idoneos viſos eſſe.

CAPUT VII.

De Captivitate.

SEd & captivitas talis eſt, (31) qua bona gratia diſſolvitur matrimonium. Sive enim marito hoc infortunium accidat, uxore in republica manente, ſive vice verſa uxor in captivitatem ducatur, marito in republica manente, ſtricta quidem & ſubtilis ratio ſolvit matrimonium (cùm enim alterutri ſervitus ſemel ſupervenerit, conditionis inæqualitas matrimonii æqualitatem manere non ſinit) ſed benignius ea conſiderantes, quamdiu certum eſt aut maritum aut uxorem eſſe ſuperſtitem, permittimus, ut non ſoluta maneant matrimonia, nec ad ſecundas nuptias veniant aut viri aut mulieres, niſi perperam id feciſſe videri, & in pœnas incidere velint; ille quidem ut donationem propter nuptias, hæc verò ut dotem ſolvat. Quod ſi incertum eſt, an perſona, quæ in hoſtium poteſtatem pervenit, (32) ſuperſit, nec ne, tunc & viro & mulieri (33) quinquennium exſpectandum eſt: quo præterito, ſive mors ejus probetur, ſive incerta maneat, ſine periculo matrimonium inire licebit. Nam & hoc inter diſſolutiones à majoribus noſtris numeratum eſt, & nos quoque in id conſentimus: (33) ita ut nec divortio hic locus ſit, perſonis

(30) *in bonis*) μηδὲν οἴκοθεν ζημιουμένῳ. Vet. *nihil de ſuo damnificandum.*

(31) *qua bona*) ὅπερ bona gratia διαλύει τὸν γάμον. Hal. ὅπερ διαλύει τὸν γάμον, *ut quodammodo matrimonium diſſolvat.*

(32) *ſuperſit*) περίεσιν. Hal. περίεστιν, *ſuperſit.*

(33) *quinquen.*) Jure Can. expectatur, donec fuerit certificatum de morte ut N. d. *Spoſ. & matrim. c. in præſentia.* CONT.

(33) *ita ut*) ὥστε &c. γίνεσθαι κωλυόν. Præſtat ſcribere cum Hal. γίνεσθαι κωλύει.

perſonis à ſe invicem disjunctis: neque hinc quisquam, ſive vir ſit, dotem, ſive mulier, donationem propter nuptias lucrabitur, ſed unusquisque ſua retinebit.

CAPUT IIX.

De ſervitute pœnæ.

QUod autem ſeveritate legum prius introductum fuit, nos benigna indulgentia abrogamus. Si enim ſententia judicis vir aut fœmina quædam ad metallum damnata ſit, (quale nunc eſt in (34) Proconneſo, & ut vocatur, Gypſo) ſervitus quidem juxta veterum leges pœnæ loco infligebatur, & matrimonium ſolvebatur, cum pœna condemnatum haberet ſervientem: nos verò hæc remittimus, neque eum, qui ab initio ingenuus fuit, ſervum pœnæ fieri permittimus. Non enim liberam conditionem in ſervilem ſtatum mutamus, qui ut eorum, qui antea ſervi fuerunt, manumiſſores eſſemus, operam dedimus. Maneat igitur illo caſu matrimonium, eique ſententia ejusmodi non noceat, tanquam inter perſonas liberas (35) conſiſtens.

CAPUT IX.

De ſervili conditione detecta.

SI verò ſententiâ judicis libertus aut liberta aut liberi eorum in ſervitutem redacti fuerint, matrimonium quidem ab initio conſtitit, ſervitus autem poſtea emergens illos veluti morte ſecuta ſeparat. Quoniam majores noſtri dicunt, ſervitutem ſupervenientem (36) non multum à morte differre: Quare quilibet, quod ſuum eſt, hic accipiat, pactum verò in caſum mortis liberis ſolum acquiratur, reliquo ad eum (37) qui in ſervitutem redegit, veniente.

 CAP. X.

(34) *Proconneſo*) προικοννήσῳ. Hal. προκοννήσῳ. Inſula Propontidus ante cyzicum, quæ & Elaphonneſus dicebatur. Plin. l. 5. c. ult. *CONT.*

(35) *conſiſtens*) συνεςῶς. Hal. ἰσῶς.

(36) *non multum*) ὐ μικρῷ. Legendum ὐ μακρῷ quod & vult Agyl. & legitur in Βασιλ. Hal. ὐ μικρὸν.

(37) *qui in ſervit.*) πρὸς τὸν κατα δυλώσαντα. Hal. πρὸς τὸν καταδυλωθέντα.

CAPUT X.

De illis, qui ancillam duxerunt, quam liberam eſſe putârunt.

SI verò ſtatim ab initio quis putaverit, ſe liberæ perſonæ jungi, deinde verò illa ſervilis conditionis eſſe appareat, matrimonium ſolvi non dicimus, ſed ab initio plane nullum fuiſſe, propter eam rationem quam ante diximus, conditionis nimirum inæqualitatem: unde nec lucrum ex matrimonio, nec tale quid ſpectandum eſſe, ſed nudam eorum, quæ debentur, per competentes actiones reſtitutionem. Hæc autem decernimus, nec id matrimonium eſſe dicimus, (38) ſi ſola fortunæ incertitudo rem regat, (39) nec conſenſus domini, nec dolus ejus aliquis, neque negligentia probetur.

CAPUT XI.

SI enim dominus ancillam ſuam, tanquam liberam, nuptui collocârit, ille verò cum liber eſſet, & collocanti crederet, eam duxerit, forte dotalibus etiam inſtrumentis confectis, vel non confectis quidem, voluntate verò ejus rem dirigente, juſtum non eſſet, ſi tale matrimonium non conſiſteret, tacita verò libertas ſive virum ſive mulierem ſequatur. Et ſi quid tale à domino factum fuerit, ſancimus, ut is eave ingenua fiat, & res (40) tanquam inter liberos & ingenuos dijudicetur. Si verò ipſe quidem alterutrius perſonæ nuptias non conciliaverit, id verò quod factum eſt, ſciverit & ſtudio occultaverit, ut deinde alterutri conjugum negotium faceſſeret, ejuſmodi dolum, ſi manifeſtè probetur, punimus, (41) cos-

qui ſervus pœnæ factus eſt. Et ſic etiam Vetus Interpr. *qui redigitur in ſervitutem.* Hoc verò menti Imperatoris contrariatur.

(38) *ſi ſola*) τύχης ἀδηλία διοικητείη μόνη. Hal. ψυχῆς ἀδηλία συνδιοικοίη μόνη, *ſi ſolus animi error ipſum factum tueatur.* Et ſic Vet. *ſi cauſam animus incertus diſponat ſolum.* Baſil. ψυχῆς δειλία, *animi incertitudo.* Fabrot. Scrimgeri tamen lectio judicio etiam Agylæi præferenda.

(39) *nec conſenſus*) μηδὲ συναινέσεως τοῦ δεσπότου &c Hal. μηδὲ συνέσεως, *neque ſcientia domini.*

(40) *tanquam*) ὡς ἐπ' ἐλευθέροις &c. Hal. malè, ὡς ἀπελευθέροις, *ac ſi inter libertinos & ingenuos eſſet.*

Digitized by Google

(41) eosque, qui tam prava conſilia agitârunt, dominio privamus: & rurſus hoc etiam matrimonium conſiſtat, perinde ac ſi ab initio dominus conſenſiſſet: atque hic quidem dominio excidat, ſervilis autem perſona rurſus ingenua fiat, ac eundem effectum habeat, ſive conſenſerit dominus ſive dolo egerit: cùm manifeſtum ſit, quod (42) liberi etiam ex ejusmodi matrimonio procreati, liberi & ingenui ſecundum hanc noſtram legem ſint futuri.

CAPUT XII.

De ſervo & ancilla ægrotante.

AC multò magis hæc obtineant, ſi contingat ut ſervum vel ancillam ægrotantes dimiſerit, vel eos neglexerit & pro derelicto habuerit. Illi enim utpote jam liberi, & quaſi ex titulo (43) pro derelicto ſui, non vero (44) alieni exiſtentes, nulla deinceps moleſtia (45) ab iis afficiantur, qui dudum eos poſſidere noluerunt.

CAPUT XIII.

DEportatio tamen, (46) quæ veteri aquæ & ignis prohibitioni ſucceſſit (quam aquæ & igni interdictionem vocant noſtræ leges) non ſolvit matrimonia. Hoc enim jam antea ſacratiſſimo Conſtantino (47) humanum viſum, & à nobis quoque probatum, huic verò legi non annexum eſt: adeo ut nec de effectibus ejus dicendum ſit, cum res in ſuo ſtatu maneat.

Ii 3 CAP. XIV.

(41) *eosque*) Vet. *& privamus dominum tam maligne cogitantem.*

(42) *liberi*) οἱ παῖδες οἱ ἐκ τῶν &c. Baſil. οἱ τεχθέντες ἐκ τῶν.

(43) *pro derelicto*) ſic in *Gr.* Baſil. ἀπεγνωσμένων τίτλον.

(44) *alieni*) οὐκ ἑτέρου. Hal. ἑτέρων. Vet. *aliorum.*

(45) *ab iis*) Παρὰ τῶν τὸ κεκτῆσθαι τούτους πάλαι μισησάντων. Vet. *qui poſſidere eos olim odio habuerint.* Hal. male, παρὰ τῶν ἀποκεκλεῖσθαι τούτους πάλαι μιμησάντων, *qui à ſuo ſe illos domino removiſſe olim ſimularunt.*

(46) *quæ &c. ſucceſſit*) εἰς τὴν μετεχώρησε &c. Hal. ἢ εἰς ἣν &c. male.

(47) *humanum*) φιλάνθρωπον. Hal. φιλανθρώπινον.

CAPUT XIV.

Quintus modus bonâ gratiâ ſolvendi matrimonia, & de deſertione.

(48) SCimus autem felicis noſtræ urbis conditorem (Conſtantinum piæ memoriæ dicimus,) legem quoque tuliſſe, quâ, ſi quis in caſtris fuerit, & per quadriennium nullas ad uxorem litteras dederit, illaque nullum planè ab eo habeat amoris erga ſe ſignum, mulieri ad ſecundas nuptias tranſire licet, ſi prius eum, qui imperium militare habet, certiorem reddiderit, atque id ipſum fuerit teſtificata. Et ſi aliquid tale fiat, mulier impune ad ſecundum virum tranſibit, nec dote mulctabitur, donarionem verò propter nuptias non lucrabitur. Hæc quidem Sacratiſſimus Conſtantinus. Sed admodum intempeſtiva hæc conſtitutio nobis videtur: nam bellicis actibus occupatum maritum uxore privare, non minor eſt pœna quam ab hoſtibus capi. Quare non prius ad ſecundas nuptias ejusmodi mulier veniat, de qua Legislator hic loquitur, antequam decennium prætererit, & ipſa miſſis litteris virum ſolicitaverit, vel per alios eum interpellaverit, hic verò vel diſertè renunciet matrimonio, vel planè ſileat: tum de eâ re vel Glorioſiſſimum Magiſtrum militum, vel ſpectabilem Ducem, vel clariſſimum Tribunum, ſub quorum imperio miles ille eſt, certiorem reddat: tunc enim facultatem illi concedimus, & libellum ſupplicem Imperatori porrigendi, & hoc impetrandi. Quod ſi autem adverſus hæc quid fecerit, ſciat quod tanquam temerariè nubens legum pœnis ſubjicienda ſit.

§. 1. Tales itaque ſunt mitiores nuptiarum diſſolutiones (49) quæ generali

(48) *ſcimus*) Hoc caput, ut & cap. 15. & 16. non ſunt in edit. Haloandri.

(49) *quæ gener.*) ὡς γενικῷ τινι λόγῳ &c. Vetus, *tanquam generali quadam ratione, ſub bona gratia factis disjunctionibus ſciendum eſt, tales eſſe quodammodo.* Ant. Auguſtinus ad Modeſtinum, errorem eſſe ait, quod Vetus Interpr. τὸ λόγῳ *rationem* potius interpretatus fuerit, quàm *ſermonem*, cum & inepte Modeſtini interpres *rationem* pro *ſermone* poſuerit in *l. ſi dicas d. Excuſ.* Nos credidimus non incommodè iſtud λόγῳ verti *ratione*. Nam pauca ſunt loca, ubi *ſermonem* denotat, innumera, quibus pro *ratione* ponitur. Ut hac *Nov. cap. 18. 23. 27. 34. 46. §. 2. Nov. 7. præf. cap. 4. Nov. 18. cap. 1. cap. 8. Nov. 82. cap. 5.*

Digitized by Google

generali quadam ratione ad ſeparationem, quæ bona gratia ſit, referendæ ſunt.

CAPUT XV.

De cauſis repudiorum.

CÆteræ verò (50) cauſam requirunt vel in viro vel in muliere, ut temerarium mulctent eorum quæ ab eo data ſunt, dotis ſcilicet vel donationis propter nuptias amiſſione. Ac veteres quidem harum cauſarum multos & diverſos fecerunt catalogos: Theodoſius vero junior aliquas inde ſumens, alias verò ipſe inveniens, conſtitutionem de repudiis ſcripſit: à nobis autem & aliæ inventæ ſunt cauſæ, (51) quas ad culpam illius, qui in eas incidit, referendas eſſe perſpeximus.

§. 1. Si igitur ſecundùm Theodoſii piæ memoriæ conſtitutionem mulier oſtendere poſſit, maritum vel adulterium commiſiſſe, vel homicidii reum fuiſſe, vel veneficiis atque præſtigiis operam dediſſe, vel delicti omnium delictorum graviſſimi reum, in ipſum nempe imperium quid machinatum, vel falſi damnatum eſſe, vel ſepulchra violaſſe, vel ſacras ædes expilâſſe, vel latrocinia agere, vel latrones ſuſcipere aut eorum aliquem, qui abigei vocantur, & alienis jumentis aut pecoribus inſidiari eaque abigere ſtudent, aut ſi plagiarium eſſe, vel ita diſſolutè eum vivere probetur, ut vidente uxore alias vitiaverit (quod mulieres præſertim caſtas, utpote quoad thorum injuriam paſſas, quam maximè exaſperat,) aut vitæ ſuæ inſidias vel venenis, vel gladio, vel alio quodam modo (multæ enim hominibus ad malitiam viæ ſunt) à virò ſtructas eſſe, aut flagellis ſe ab eo cæſam oſtenderit; quod ſi igitur mulier

cap. 10. &c. ubi eſt λόγος δεσποτείας, χρέους, ἀχαριστίας, caſtrenſium, ἰδίων expenſarum &c. quibus in locis etiam negligi poteſt, ut & hoc loco. Nam γενικῷ λόγῳ idem eſt, quod *generaliter*. Vid. *Nov.* 1. *cap.* 1. *§.* 1. διὰ τὸν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον λόγον. Ubi Vet. *propter dictam jam dudum rationem.*

(50) *cauſam*] αἰτίαν ζητοῦσιν ἰδεῖν. Vet. *cauſam quærunt inſpicere.* Agyl. *crimen omnino aliquod requirunt.*

(51) *quas ad*] ἃς ὀρθῶς ἔχειν συνείδομεν εἰς αἰτίαν ἀνενεγκεῖν τοῦ ταύταις ὑποπεσόντος; *quas recte habere perſpeximus ad culpam referri ejus, qui ſuccubuerit.* Agyl. *quas idoneas eſſe judicavimus, ob quas repudium ferat, qui in eas peccet.*

mulier tale quid probare poſſit, lex illi jus dat repudio utendi, & à nuptiis abſtinendi, dotem ac totam donationem ante nuptias accipiendi, non ſolum ſi omnes has cauſas ſimul probet, ſed etiam ſi unam ſolam.

§. 2. Et viciſſim viro mulierem dimittendi poteſtatem concedit, ſi eam adulteram eſſe reperiat, vel veneficam, vel homicidii, aut plagii, aut ſepulchri violati ream: vel ſi ſacrilega ſit, vel latronibus faveat, vel cum iis latrocinetur, vel viro neſciente aut etiam prohibente conviviis aliorum, (52) ipſam planè non attingentium, gaudeat, vel ſi viro invito ſine juſta cauſa ſecubet, vel ſine illius voluntate circenſibus ludis delectetur, iiſque interſit, vel ad theatra eat, (illa nimirum, ubi ſcenæ & ſimilia præbentur, aut ubi beſtiæ cum hominibus pugnant,) vel inſidias illi pharmacis ſtruat vel gladio vel alio modo, unde vitæ periculum immineat, vel conſcia ſit iis qui tyrannidem meditantur, vel falſi rea, vel violentas manus illi inferat. Nam ſi tale aliquid fiat, lex illa viro concedit, ut uxorem dimittat, etſi unam ſolum ex illis cauſis probaverit, & ut dotem lucretur, ac donationem propter nuptias habeat.

§. 3. Si verò alterutra harum perſonarum ſine cauſa repudium miſerit, (53) eo ipſo quod matrimonium ſine cauſa ſolvit, pœnis ante à nobis dictis obnoxia ſit. Præterea quoque uxor dictarum cauſarum aut injuſtæ dimiſſionis rea, quinquennio toto ad ſecundum matrimonium venire prohibeatur, & nuptiæ ante quinquennium non ſint ſine pœna; (54) nec nuptiæ: ſed omnis, ut dicunt, qui vult veniat, & nuptias tanquam contra legem contractas accuſet.

CAPUT XVI.

SIn verò mulier juſta de cauſa repudium miſerit, & vincat, vel vir ſine cauſa eam dimittens in pœnas illas inciderit, ea quidem lucretur quæ ante dicta ſunt, intra annum verò ſecundas nuptias contrahere erubeſcat.

(52) *ipſam plane)* οὐδὲν αὐτῇ προσηκόντων. Vet. *nihil ſibi competentium.*

(53) *eo ipſo)* Vet. *& hoc ipſum ſolvendis matrimonium ſine ratione.*

(54) *nec nuptiæ)* μὴ γάμον. Βασιλ. οὐδὲ νόμιμος γάμος κληθήσεται. Sic & Vet. *neque legitimas vocari.* Hal. μὴ γάμος.

erubeſcat. Quod in viro nobis obſervandum non eſt, eo (55) qui jure lucra illa obtinuit, (56) cum & ei, qui non obtinuit, ſtatim etiam uxorem ducere liceat, quia nulla confuſionis ſanguinis juſta eſt ſuſpicio, (57) quæ in fœminis conjunctionem ante annum jure prohibet: & prohibitio hæc tanta eſt, ut etſi bona gratia matrimonium diſſolvi contingat, tamen ſic quoque (58) ex conſtitutione Anaſtaſii piæ memoriæ mulieribus intra annum ſecundis nuptiis interdictum ſit.

§. 1. Has itaque cauſas Theodoſius nobis expoſuit, nos verò tres alias adhuc à veteribus acceptas addidimus. Si enim mulier tantæ ſit malitiæ, ut data opera abortum faciat, & virum triſtitia afficiat, illique ſpem liberorum auferat; tantæ quoque ſit libidinis, ut etiam una cum viris voluptatis cauſa ſe lavet: vel etiam conſtante adhuc matrimonio cum aliis de nuptiis ſecum ineundis loquatur, facultatem viris concedimus, repudia illis mittendi, dotes lucrandi, atque donationes propter nuptias retinendi, ita ut & hæ cauſæ nuptias jure diſſolvere poſſint, & ad eundem ordinem, ſecundum quem conſtitutio Theodoſii piæ memoriæ pœnas definivit, referendæ ſint.

CAPUT XVII.

De adſcriptitio, qui liberam uxorem habere (59) nequit.

ADſcriptitio verò alieno liberam ducere non licet, nec ignorante, nec ſciente, nec conſentiente domino. Quin etſi tale quid ab

adſcri-

(55) *qui jure*) τῷ γὰρ εὐλόγως κεκερ-τηκότι τῶν τοιούτων. Illud γὰρ locum hic nequit habere, quia totum comma ad τὸ ἀνδρὸς, quod præcedit, pertinet. Legendum igitur τῷ εὐλόγως κεκερδηκότι &c. Et ſic quoque Vetus Interpres: *in viro irrationabiliter* [lege *rationabiliter*] *obtinente talia lucra.* Agylæus ita vertit: *non qui juſtis rationibus talia lucra obtinet, interdum etiam qui non obtinet, confeſtim illi aliam ducere licet.*

(56) *cum & ei*) ὅπου γε καὶ τῷ μὴ κεκερ-τηκότι. Hæc deſunt in Βασιλ.

(57) *quæ in*) ὅπερ ἐπὶ τῶν γυναικῶν τὴν πρὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ συνάφειαν εἰκότως ἀπείργει. Vet. *quod in mulieribus ante anni completionem rectè prohibetur.* Agyl. *quæ ſane res in mulieribus jure optimo in annum coitionem ſuſtinet.*

(58) *ex conſtitutione*) ἐκ τῆς Ἀναςαςίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διατάξεως. Deſunt hæc in Βασιλ.

(59) *nequit*) μὴ δυναμένου; Lege δυναμένη.

adſcriptitio factum ſit, licet (60) ipſi etiam domino vel per ſe, vel per provinciæ judicem modicis plagis adſcriptitium hæc facientem caſtigare, illumque ab ea, quæ perperam illi conjuncta eſt, abſtrahere: adeo ut nec nuptiæ ſint, quod geſtum eſt, nec dos, nec donatio propter nuptias, ſed nuda illius, quod perperam commiſſum eſt, correctio.

§. 1. (61) Sic itaque matrimonia viventibus adhuc iis qui ea contraxerunt, diſſolvuntur, & pecuniariæ pœnæ in dote & donatione ante nuptias ita ferè ſe habent.

CAPUT XIIX.

(62) *De nuptiis ſine donatione nuptiali contractis.*

SEd & aliud quid à nobis inventum eſt, ut nempe indotata etiam matrimonia, ſeparationibus (63) injuſtis factis convenienter puniantur. Si enim quis ducat uxorem, vel mulier viro nubat, conjugali quidem voluntate & animo, dote autem vel donatione propter nuptias non ſecuta, (quo caſu etiam temerariè ſolutiones fieri ſolebant, cum nullum periculum illius, qui temere diverterat, ſubeſſet,) conſtitutionem ſcripſimus, quæ ſtatuit, ut ſi quis mulierem in poteſtate conſtitutam voluntate parentum, vel eam, quæ ſui juris eſt, neque dote data, neque inſtrumentis dotalibus confectis uxorem forte ducat, nuptiæ quidem ſint nuptiæ, etſi dotalia inſtrumenta non ſint confecta, non verò propterea uxorem, quod à multis factum ſcimus, ſine ulla juſta cauſa ex iis, quas ante diximus, & quas vel Theodoſius vel nos enumeravimus, domo vir expellat. Si verò tale aliquid fiat, & vel ſine cauſa eam domo exuat, vel ipſe juſtam cauſam præbeat, ob quam mulier divertat, quartam ſubſtantiæ ſuæ partem illi ſolvere cogatur. Sed qui quadringentas auri libras in bonis habet, centum libris multetur, hoc eſt

(60) *ipſi etiam*) καὶ αὐτῷ καθ' αὐτῦ. Βασιλ. δι ἑαυτῦ.

(61) *Sic itaque*) Deſiderantur hæc in Hal. editione uſque ad cap. 19.

(62) *de nuptiis*) περὶ τῦ γάμυ τῦς. Lege τῦ.

(63) *injuſtis*) ἀλόγων. Hal. ἀλόγων γινομένων τῶν αἱρέσεων. Vet. *irrationabiliter* &c.

eſt quartâ ſubſtantiæ parte: (64) qui verò hoc minus habet, tantum quantum quantitas quartæ efficit. Quod ſi etiam ultra quadringentas auri libras in bonis habeat, non niſi centum auri libris mulctetur. Nam ad maximam plerumque dotem reſpicientes hanc legem tulimus, ea demum bona ſecundum leges noſtras meritò exiſtimantes, quæ ære alieno vacua ſunt; (65) Hæc quoque ratio ex iiſdem cauſis è contrario procedat, & ſi mulier dote carens, ob propriam culpam à viro divertat, vel etiam ſine juſta aliqua cauſa repudium illi mittat, iiſdem pœnis per omnia ſubjaceat: ac ſiquidem culpa illius matrimonium ſolvatur, quinquennium mulieri exſpectandum eſt, antequam ad ſecundas veniat nuptias: Sin verò culpa mariti vel (66) forte etiam bona gratia ſolvatur, annum ad ſeminis confuſionem vitandam obſervet, ut per omnia lex perfecta ſit.

CAPUT XIX.

De repudiis (67) à filiis familias miſſis.

EST autem & aliud quiddam pium non minus quam pulchrum à nobis inventum, ubi miſſis quoque repudiis matrimonium nihilominus manet. Nam ut eorum qui ſub poteſtate ſunt improbitatem adverſus patres prohiberemus, quoniam invenimus, quoſdam data opera repudia ſcribere, & uxoribus ſuis mittere, vel etiam è contrario (68) abſque juſta aliqua cauſa matrimonium ſolvere, ut parentes illorum ſolutioni dotis vel donationis propter nuptias, quaſi diſſoluto matrimonio

(64) *qui verò)* καὶ ἐλάττονα δὲ ταύτης. Hal. Τὸ καὶ omittit.

(65) *hæc quoque)* καὶ ὅγε λόγος ἐκ τῶν αὐτῶν αἰτιῶν &c. In Vet. verſione in noſtris legitur: *Ratio quoque ex ipſis cauſis è contrario procedat.* Ant. Auguſtinus legit, *ratio quoque ex ipſis cauſis pro cautione procedat*, inquiens, mirandum non eſſe Accurſianos verba illa non intelligere; ſeparanda enim aliter eſſe, quàm ab iis factum ſit, & poſt verbum *videatur* ſcribendum; *quæ de his cauſis dicta ſunt, è contrario quoque procedant.* Sic ille ad *Modeſtinum.*

(66) *forte)* ἴσως γὰρ καὶ τοῦτο. Agyl. *quæ duo hic æqualia ponimus.* Vet. *merito & hic.*

(67) *à filiis famil.)* τῶν ὑπὸ παίδων οἰκείας. Lege οἰκείων; οἰκεῖος enim eſt *domeſticus:* Vel οἰκίας.

(68) *abſque)* μηδεμίας εὐλόγου &c. Hal. καὶ μηδεμίας. Vet. *& nulla* &c.

ſubjacerent (& ipſi quidem forte clam (69) cohabitant, parentes verò (70) damno affecti hanc benignitatis ſuæ erga liberos remunerationem reportant) (71) legem tulimus, quæ vult, ut neque liberi in poteſtate conſtituti, neque emancipati, neque maſculi neque fœminæ, nuptias in fraudem patrum ſuorum aut matrum, qui dotes aut donationes propter nuptias dederunt, vel ſoli aut cum liberis eas (72) ſuſceperunt, poſſint diſſolvere. Sed quemadmodum in nuptiis conſtituendis parentum conſenſum exſpectamus, ita nec matrimonium in detrimentum parentum absque illorum voluntate ſolvi permittimus. Sed & ſi mittatur repudium, non permittimus, ut pœnæ ab ipſis exigantur, ſive ipſi illa dederint, aut ſuſceperint, (73) ſive cum aliis etiam ſuſceperint. Nullam enim rationem haberet, ut pater quidem ſine voluntate filii matrimonium diſſolvere non poſſit, liberis verò forte etiam ætate minoribus, & quid ipſis utile ſit ignorantibus, præter voluntatem parentum matrimonium ſolvere, ſicque parentes injuriâ afficere permittatur. Hoc quidem benè inchoavit & ſancivit Marcus Philoſophus ſummus, quem Diocle-

(69) *cohabitant*) συνῴκουν. Hal. συναμίγνυνται ἀλλήλοις, *inter ſe rem habent.* Vet. *miſcentur.*

(70) *damno*) ἀπήεσαν δὲ οἱ γονεῖς ἐζημιωμένοι. Vet. *diſcedunt autem parentes damnificati.* Non neceſſarium videbatur τὸ ἀπήεσαν exprimere. Hal. ἀπίεσαν.

(71) *legem*) Hal. καὶ νόμον &c. *& legem.* Vet. *ideoque legim.*

(72) *ſuſceperunt* ἐπεδέξαντο, Hal. & MS. Florent. ὑπεδέξαντο. Operum forte oſcitantia ἐπεδέξαντο legitur pro ὑπεδέξαντο, quod Haloander *ſuſceperunt* vertit, pro quo ego malim *receperunt:* cum *recipere* pro *promittere* quod hic ſignificetur: ſuſcipere item pro eo [quod equidem ſciam] non inveniatur: quod ſane & ad mox ſequentia pertinet, ubi cum Scrimgerus συνυπεδέξαντο ſolum ponit, Haloander μετὰ τῶν παίδων ὑπεδέξαντο repetitum habet. *AGYLÆUS.* Ὑποδέχομαι *ſuſcipio pollicendi* quoque ſignificationem habet apud Homerum & alios; interim tamen τὸ ἐπεδέξαντο non repudiandum cenſemus. Videtur enim ſenſus *accipiendi* huic loco melius convenire, quàm *promittendi:* agitur enim de commodo parentum ab utraque parte, tum eorum, qui dotem vel donationem dant, tum & eorum, qui eam ſuſcipiunt. Eum ſenſum agnoſcit quoque *Cujac. in Expoſ.* & *Julianus*, ut videtur.

(73) *ſive cum aliis* ἢ καὶ συνυπεδέξαντο. Hal. εἴτε καὶ μετὰ τῶν παίδων ὑπεδέξαντο. Vet. *ſive cum aliis ſuſceperunt.* Leg. fortè *ſive cum filiis* &c. Sic enim paulò ante Imperator.

Diocletianus deinde ſecutus eſt, nos autem ſimiliter approbavimus. (74) Atque hic finis ſit ſolutionum, quæ ſuperſtitibus contrahentibus fiunt.

CAPUT XX.

SEquitur porro matrimonii finis, mors, quæ omnia pariter diſſolvit. Quare ſive morte viri ſive obitu mulieris matrimonium ſolvatur, dos quidem ſecundum pactum quod nuptialibus inſtrumentis continetur, lucro viri, donatio verò propter nuptias mulieri cedat, prout etiam hic ab initio contrahentibus, viſum fuerit. (75) Nec prohibitæ quidem ſint dationes quantitate inæquales, prohibita verò ſint inæqualia pacta, quod fortiſſimus quidem Leo in legibus ſuis rectè ſcripſit, nos verò id ab eo accipientes clarius adhuc conſtituimus: Si enim alter quidem plus alter verò minus de lucro paciſcatur, incertum eſt, quid obtinere oporteat, utrum id quod plus, an quod minus eſt, re ab utraque parte æque dubia. Quare nobis (76) omne id quod modum excedit, averſantibus, viſum fuit, quod in pacto plus eſt ad minus redigere, ne huic quidem tertiam, illi verò quartam forte lucri partem paciſci liceat, ſed ſi quid tale fiat, (77) in utroque accipiatur & deinde ſimiliter in partibus, (78) non tamen in conventa utrinque quantitate.

(74) *Atque hic*) deeſt hoc comma in editione Hal.

(75) *Nec prohibita*) οὐ κωλυομένων. Hal. malè legit κωλυομένων μὲν καὶ ἀνίσων κατὰ τὸ πλεῖον ἐπιδόσεων, οὐ κωλυομένων δὲ καὶ ἀνίσων συμφώνων, quibus verbis ſenſus ineſt noſtro contrarius, *prohibendis quidem & inequalibus dotibus, non prohibendis verò inequalibus pactis.* Vet. nobiſcum legit.

(76) *omne*) τὰς ἀμετρίας ἀποστρεφομένοις. Hal. τῆς ἀμετρίας ἀποστρεφομένης, *reprobato eo, quod modum excederet.* Vet. *immoderationes averſantibus.* Sic enim ſcripſit Imperator.

(77) *in utroque*) ἐφ᾽ ἑκατέρῳ περιλαμβάνεσθαι. Hal. ἀφ᾽ ἑκατέρου. Senſus eſſe poteſt: *diminutionem in utraque contrahentium perſona vel portione locum habere.* Sic enim & Julian. *Exæquari enim pactiones ab utraque perſona decet. Ideoque ſuperfluum unius portionis tollimus, ut etiam in perſona mariti tertia pars dotis expectetur: exæquationem enim partium ita fieri conſtitutio jubet, ut major pars diminuto ſuperfluo ad minoris partis quantitatem concurrat.* Senſus lectionis Haloandri forte eſt: *de utroque diminuendum vel detrahendum eſſe.*

(78) *non tamen*) deeſt hoc comma in Hal. editione.

§. 1. (79) Matrimonio igitur omnibus ſolutionibus præcedentibus diſſoluto, felix quidem & beatus uterque contrahentium eſt, ſi in priori matrimonio maneat, nec ſobolem ſuam, ſequentibus forte matrimoniis triſtitia afficiat. Et ſi hoc faciant, ac in priori matrimonio permaneant, ſua habebunt, hoc eſt mulier dotem, & vir donationem propter nuptias [nobis non curiosè inquirentibus in ea, quæ ad ſecundas nuptias pertinent] lucra quoque accipiant, vir quidem ex dote, mulier verò ex donatione propter nuptias: (80) illaque erunt eis propria, nec in ullo ferè, à reliquis eorum bonis differant. Unde quoad vivent plenam ea alienandi facultatem habebunt, ſicut in aliis, quæ ab initio propria habuerunt. Si verò moriantur, licet ipſis per legata & fideicommiſſa res illas ad alios transferre. Ejusmodi enim alienationes ſcripta de iis conſtitutione permiſimus.

§. 2. Si verò liberos ex aliqua parte hæredes ſcripſerint, extraneos verò ex alia, maneant autem ejusmodi res, vel quædam ex illis non alienatæ, non ideo hæ alienatæ videbuntur, quia & alius hæres eſt ſcriptus, ſed & hæ liberis manebunt: Neque enim ſi omnes liberos ſuos, ex inæqualibus tamen partibus, hæredes ſcripſerint, eas pro hæreditariis portionibus accipient, ſed æqualiter pro virili divident: quemadmodum

(79) *Matrimonio igitur*) λυθέντος τοῦ γάμου κατὰ τὰς ἔμπροσθεν ἁπάσας διαζεύξεις. Hal. *ſoluto ergo per quaſcunque ſupradictas divortiorum ſpecies matrimonio.* Malè; Haloander ſic vertit: cum hæc tantum dicantur de lucris obvenientibus morte vel quaſi morte, puta ſervitute aut monachiſmo ſoluto matrimonio, ut Accurſius & Theodorus interpretantur, non divortio. *l. Conſenſu §. ſi verò filio C. d. repud.* & διαζεύξεις recte Vetus Interpres *disjunctiones* ſive *diſcidia*, ſcilicet ἀπὸ τελευτῆς, ut ait infr. *§.* ἐπειδὴ δὲ τὰ κέρδη. Ad hæc ſubjicit &c. vid. *CUJAC. Expoſ. h. N.* Rectè monet διάζευξιν minus accurate verti *divortium*, eſt enim illud vocabulum generale, & idem quod διάλυσις, quamvis *ſolutionem* ſignificans, etiam eam, quæ morte fit, ut in *d. §.* ἐπειδὴ ſeu *cap. 30.* Nec ſolum de ſolutionibus per mortem, ſed & diſertè de iis, quæ inter vivos & ſuperſtitibus conjugibus contingunt, uſurpatur, *cap. 19. in fin.* & *cap. 14. in fin.* ſupra. Item verbis noſtri textus allegatis κατὰ τὰς ἔμπροσθεν ἁπάσας διαζεύξεις, *ſecundùm prædictas omnes ſolutiones.*

(80) *illaque*) Inſeruntur quædam in editione Haloandri ante hæc verba ex *Nov. 127.* quæ nec in Scrimgeri editione, nec apud *Vet. Interpretem* leguntur.

Digitized by Google

dum etiam ſi nullum ex his hæredem ſcripſerint, ſed omnes extraneos, ſi ipſis alio modo ſatisfactum ſit, capient eas, & ſi parentis hæredes non ſint. Per præſumtionem enim nobis videtur, patrem, dum vivus non alienavit, vel etiam expreſsè ex his quid pignori obligavit, vel moriens diſertè in alium non tranſtulit, eas potius liberis ſervare velle, tanquam ipſorum cauſa ſibi acquiſitas, quam in extraneos transferre. Atque hæc filiis tanquam præcipuum aliquod præmium ex noſtra lege dabuntur, etſi patri aut matri, aut utrique hæredes non ſint, vel quidam ex illis hæreditatem adeant, quidam verò recuſent: hoc enim rectius quam priora ſe habere nobis viſum eſt: Quare ſi ipſis præmium lege delatum eſt, nullo additamento confundatur, neque minuatur, niſi ipſi liberi ſuæ diminutionis cauſam præbeant.

CAPUT XXI.

De ingratis liberis.

SI quis enim ex illis ingratus videatur, hoc præmium cæteris damus, qui nihil tale commiſerunt: ut alios etiam doceamus parentes honorare, & fratrum exemplum intueri. Quare ſi tantum ſit infortunium, ut omnes liberi ſint ingrati, ad hæredes defuncti ea veniant, quaſi ad bona ejus pertineant, & liberi à parente, quem injuriâ affecerunt, præmium habere non poſſint: quod nos eis hac de cauſa non damus.

§. 1. Si verò ex liberis alii quidem ſuperſtites, alii verò mortui ſint, liberos autem reliquerint, portionem defuncti liberis illis damus, ſi patri hæredes ſint, alioquin fratribus eam deferimus. (81) Hanc itaque legem noſtram perficientes, id valere volumus non ſolum in dote & donatione propter nuptias, ſed etiam lucris, quæ in matrimoniis indotatis per noſtram conſtitutionem introducta ſunt. Nam & illa, ſi patres ad ſecundas nuptias non veniant, (82) ſed cœlibes maneant, ad liberos pertine-

(81) *Hanc itaque*) Hæc periodus usque ad verba, *quo diximus modo*, non legitur in Haloandri editione.

(82) *ſed cælibus*) ἀλλὰ φυλάξειεν. Vet. *ſed ſervent.* Quæ verba Gothofr. in notis explicat: id eſt *non alienent.* Magis tamen videtur ſub intelligendum eſſe τὸν πρότερον ἑαυτῶν, *prius matrimonium ſervent*, vel ut *cap. 20. §. 1.* loquitur Imper. ἐπὶ προτέρων εἶναι γάμων. Sic enim

pertinebunt, ſecundum eum quem ante diximus modum. Primæ igitur nuptiæ, & lucra inde venientia, & quæ in iis obſervanda ſunt, hactenus diſpoſita ſint.

CAPUT XXII.

De ſecundis nuptiis.

QUod ſi verò quidam prioribus nuptiis non contenti ad ſecundas tranſeant, illi à lege conſiderari debent vel ut tales qui ex prioribus nuptiis liberos non habent, (83) habent verò ex ſecundis, vel contrà qui ex ſecundis quidem nullos ſuſceperunt liberos, ſuſceperunt verò ex primis, vel ex utriſque liberos non habent, vel ex utriſque habent. Si igitur ex primo, vel etiam utroque matrimonio liberos non habeant, non eſt ut de ſecundis nuptiis laboremus. Sed viri quidem ab omni obſervatione planè liberi erunt, mulieres verò ſolum intra anni ſpatium ad ſecundum venire matrimonium metuent: aut ſciant, quod ſi tale quid fecerint, & immaturas nuptias contraxerint, pœnas ſuſtinebunt, alias quidem ſi ex priori matrimonio nullos habeant liberos, majores verò ſi liberos habeant. Nulla enim exiſtente prole infamia ſtatim ſequetur, & mulier ob feſtinatas nuptias omninò infamis erit, neque quicquam eorum accipiet, quæ à priore conjuge illi relicta ſunt, neque donatione propter nuptias fruetur, neque ſecundo marito ultra tertiam ſubſtantiæ ſuæ partem dabit. Sed nec liberalitatem ab extraneo percipiet, nec ab ullo extraneo aut hæreditatem, aut fideicommiſſum, aut legatum, aut mortis cauſa donationem omnino accipiet: Sed illa (84) venient, aut manebunt apud hæredes defuncti, vel etiam cohæredes ejus, ſi modo planè hæres eſſe potuit, ipſâ nullam exinde utilitatem habente.

cap. 18. dicitur φυλάττειν ἐνιαυτὸν, πενθεῖν. Vel ſubintelligendum, τοιοῦτό τι πράττειν, ut *Nov. 3. cap. 2. §. 1.* ἡμεῖς αὐτοὶ φυλαξόμεθα τοιοῦτό τι πράττειν, *nos ipſi cavebimus tale quid facere. Nov. 28. cap. 5. §. 1.* Τὸ δὲ μάλιστα ἐπὶ τοῦ Πόντου πλημμελημένον φυλάξει. *Cavebit, ne &c.*

(83) *habent*) παιδοποιουμένους. Hal. παῖδας ἔχοντας. Et ſic Vetus Int. quoque *filios habentes.*

(84) *Venient*) ἐλεύσεται, ἢ μενεῖ. Rectè. Hal. ἐλεύσεσιν, ἢ μένουσι. Βασιλ. ἢ μένουσι. Fabrot. *aut remanebunt.*

habente. Sed ſi alii hæredes ſcripti adſint, vel etiam ab inteſtato vocentur, ad eos pervenient, quæ mulieri illi relicta ſunt. Non enim fiſcus ea vindicabit [ne forte videamur hæc corrigentes commodis fiſci providere] ſed illa quidem, quæ ab extraneis illi relicta ſunt, ad alios venient: quæ verò à priore marito, hæc illi ablata pervenient ad decem perſonas marito, qui ea reliquit, cognatione junctas, & (85) edicto comprehenſas: hoc eſt aſcendentes, & deſcendentes, & collaterales uſque ad ſecundum gradum, gradibus in ſuo ordine ſervandis: quibus non exiſtentibus, ad ærarium devolventur.

§. 1. Quin neque ab inteſtato (86) hæreditatem cognatorum ſuorum remotiorum adibit, ſed uſque ad tertium ſolum gradum ubique inſpiciendum ſucceſſio ejus ſiſtetur: remotiores autem, alios habebunt hæredes. Et quæ (87) præter alias pœnas illi infertur, (88) infamia ſcilicet, ſiquidem nullos ex priore matrimonio habeat liberos, (89) remittitur, Imperatore per litteras id jubente: ſi vero liberi cujuſcunque ſexus adſint, licebit quidem illi (90) infamiæ cauſa Imperatori ſupplicare, nullam verò ex reſcripto capiet utilitatem, (91) niſi aliquam ex Imperatore utilitatem percipere, & à reliquis pœnis liberari velit, ac liberis prioris matrimonii dimidiam ſubſtantiæ ſuæ partem, purè & ſine ulla exceptione, ne uſufructu quidem retento, donare, ſed totius ſubſtantiæ

 ſuæ

(85) *edicto compreh.*) τὰ ἐδίκτῳ περιεχόμενα. Βασιλ. τὰ τῷ νόμῳ περιεχόμενα.

(86) *hæreditatem*) κληρονομίαν ὑπεισελεύσεται. Recte. Hal. κληρονομία ἀπελεύσεται, *hæreditas perveniet.*

(87) *præter alias*) περὶ τῶν ἄλλων. Hal. πρὸς τῶν ἄλλων, *inter cæteros.* Vet. *præ aliis.*

(88) *infamia*) φαμὲν δὴ τὴν ἀτιμίαν. Βασιλ. malè, φαμὸν διὰ τὴν ἀτιμίαν.

(89) *remittitur*) λέλυται, *ſoluta eſt.* Hal. λελύσεται, *ſolvi remittique poterit.* Βασιλ. λύεται.

(90) *infamia*) ὑπὲρ τῆς ἀτιμίας. Hal. *pro abroganda infamia.*

(91) *niſi aliquam*) πλὴν εἰμὴ βούλεται τὴν ἐκ τῆς βασιλείας ἔχειν ὠφέλειαν. Hal. ὅμως εἰ βουληθείη ἐκ διατάξεώς τινα ἔχειν ὠφέλειαν. *Si tamen aliquam ex conſtitutione utilitatem ſentire.* Βασιλ. ἐκ βασιλέως, *ab Imperatore.* Vetus: *ſi tamen voluerit.* &c. Noſtram ſcripturam probandam ducimus. Nam quæ ſequuntur δωρουμένη & ἐξισαμένη non reſpondent τῷ ὅμως.

ſuæ, (92) quam habebat cùm ad ſecundum veniret matrimonium, dimidiam, ſicut diximus, partem liberis ante natis cedere. Atque hanc liberi ex æquo divident, & ſi liberos habent, ad liberos ſuos transmittent. Oportet enim & veteribus legibus quædam addere ſi verò non habeant, defuncti vel defunctorum partes omnes eorum fratres (93) pro rata portione capient. Si verò omnes mortui ſint, habeat mater (94) hoc infelicitatis ſuæ ſolatium, quod iſta recipiet. Atque hæc dicimus, ſi liberi inteſtatò mortui ſunt. (95) Non enim prohibemus, quò minus teſtamenta faciant de iis, quæ ſemel ipſorum facta ſunt, vel inter vivos, quo velint modo, diſponant. Hæ igitur pœnæ illis, quæ intra tempus luctus nupſerunt, immineant: & tres de his antea ſcriptas conſtitutiones hæc noſtra lex hac una acceſſione, ut decet, aucta protulit.

CAPUT XXIII.

De muliere poſt annum luctus ſecundo nubente, & de lucro dotis & donationis propter nuptias.

SI verò tempus quidem exſpectet mulier, atque ita prædictas pœnas effugiat, ad ſecundum verò matrimonium, priores nuptias inſuper habens, veniat, ſiquidem liberos non habeat, [rurſus enim id dicendum eſt] ſine periculo tota res futura eſt. Si verò proles exiſtat, & lex videat liberos exinde injuria affectos, tum omni liberalitate, à marito in eam profecta, quoad proprietatem privetur, ſolo uſufructu illi relicto. Et hæc ſancita quoque ſint, tam de donatione propter nuptias, quam de omni alia liberalitate (96) ſive inter vivos, ſive teſtamento, ſive mortis cauſa

(92) *quam habebat)* τῆς παρούσης. Deeſt in Βασιλ.

(93) *pro rata)* ἀναλόγως. Hal. minus rectè, ἀνάλογον, *pro portione*. Κατ' ἀναλογίαν & ἀναλόγως eſt *aqualiter* hâc *Nov. cap. 25. cap. 47. §. 2. Nov. 38. cap. 2. §. 1. Pro rata*, Vet. ut *in l. 8. ff. d. Solut. pro portione.*

(94) *hoc infelicitatis)* δυσκληρίας. Βασιλ. δυστυχίας, eodem ſenſu. Ubi & duobus locis inſerta quædam leguntur, quæ non ſunt in noſtro textu.

(95) *Non enim)* οὐδὲ γὰρ δήπου τοῖς ἅπαξ γενομένοις αὐτῶν. Vet. *non enim in iis, quæ ſemel facta ſunt &c. aut ſuperſtites quo, volunt hoc modo diſponere.*

(96) *ſive inter)* εἴτε ἐν ζωῇ [illegible] τοῦ ἀνδρὸς εἰς αὐτὴν γενομένας. Hal. εἴτε ζών-

cauſa donatione à viro in eam collata: ſive pars ſit inſtitutionis, ſive legatum, (97) ſive fideicommiſſum. Et ut generaliter dicamus, omnis proprietas ab ea recedet earum rerum, quæ à priori viro ad eam pervenerunt, & liberi eas capient, ac ſtatim ab eo tempore, quo mater alii viro juncta eſt, proprietatis erunt domini. Atque hæc (98) communis tam mulieri quam viro impoſita ſit pœna. Nam ſi ille quoque liberos habens ſecundam iis ſuperduxerit uxorem, lucris dotis quoad proprietatem non fruetur, nec aliam liberalitatem, quam à muliere accepit, firmam habebit, præterquam quod uti & frui ſolum poſſit, quoad vixerit. Nam hic quoque liberi, etſi ſub poteſtate conſtituti, domini tamen illorum quoad proprietatem erunt, eaque ſtatim, matrimonio cum ſecunda conjuge contracto, ad eos venient. Neque diſtinguimus in dote vel donatione propter nuptias, utrum ipſi conjuges eam dederint, an verò alii, ſive cognati, ſive extranei pro ipſis id fecerint: (99) quanquam & donatio propter nuptias quodammodo in dote comprehendi videatur.

CAPUT XXIV.

Quod autem de lucris exinde ad conjuges venientes ſancitum eſt, etiam ſic ratum ſit, & lex adeo fidus (100) iis erit cuſtos, ut has res neque alienare, neque pignori dare parentibus permittat. Sed & ſi parentes quid fecerint, ſtatim eorum ſubſtantiam illis obligat: non quod patentes in iis (101) quod volunt agere, prohibeat [pudet enim legem parentibus liberos præficere magiſtros,] ſed illos quidem pudore ſuffundit,

τῷ ἔτι παρὰ τοῦ πατρὸς πρὸς αὐτὴν ἐλθούσης. Vet. *ſive cum viveret à viro ad eam veniente*. qui Hal. videtur ſecutus. Sed noſtra ſatis proba ſunt.

(97) *ſive fideicom.*) ἔιτε φιδεικόμμισσον. Deeſt in Βασιλ.

(98) *communis*) κοινὰ, quod Hal. non legit.

(99) *quanquam*) Hoc comma ex *l. 5. pr. C. d. Sec. Nupt.* deſumtum, & ab Accurſio malè explicatum eſſe docet *Cujac. V. obſerv. 4.* Verba legis 5. *pr.* hæc ſunt: *Hoc obſervare præcipimus, licet res ante nuptias donata, [ut aſſolet fieri] in dotem à muliere redigantur.*

(100) *iis erit*) αὐτοῖς γινόσηται φύλαξ, ὅπως. Verba hæc deſunt in Hal. editione.

(101) *quod volunt*) ὧν βούλονται. Hal. ὡς βούλονται.

dit, minatur verò accipientibus, quod nihil ipſis profuturum ſit id, quod acceperunt. Ac ſciant ex hac noſtra lege, quod, etſi ab ejuſmodi parentibus quid emerint, vel donum acceperint, vel quicquam aliud egerint, id quod geſtum eſt perinde habendum ſit, ac ſi nihil neque factum, neque ſcriptum eſſet. Liberi enim eorumque hæredes & ſucceſſores illa ab hæredibus illorum & ſucceſſoribus omnino vindicabunt, nec aliter excludentur, quam ſi triginta annorum tempus præterierit: & poſſeſſio eos, qui acceperunt, dominos effecerit, tempore inde liberis currere incipiente, quo ſuæ poteſtatis eſſe, aut facti appareant: niſi forte pupillaris ætas illis adhuc adjumento ſit.

CAPUT XXV.

(102) VEnient verò lucra hæc ad omnes liberos, qui ex prioribus nuptiis ſuſcepti ſunt. Non enim permittimus parentibus, ut non recte introducta electione adverſus eos utantur, & alii quidem ex liberis quid dent, alium verò injuria afficiant. Omnes enim ſecundis nuptiis pari contumelia affecti ſunt. (103) Nam ſi parentes omnibus liberis ſuis æqualiter hæredes ſunt, nec huic quidem ſuccedunt, illi vero non item, cur non & ipſi eodem modo erga omnes, quantum ad hanc rem, affecti ſunt, ſed hos eligunt, illos verò contemnunt? Ideoque quilibet (104) horum pro portione lucretur: idque, ſi liberos habet, ad eos transmittat. Hi verò (105) pro numero perſonarum, quotquot ſint, id inter ſe dividant, patris tamen portionem non excedant.

CAPUT XXVI.

De lucro dotis & donationis propter nuptias ex pacto (106) non exiſtentium liberorum.

QUoniam verò harum rerum alienationes à parentibus factas irritas declara-

(102) *Venient*) ἐλεύσεται. Hal. ἐπελεύσεται.

(103) *Nam ſi*) ἄλλως εἴπερ ἁπάντων. Hal. ἀλλ' ὥσπερ. Noſtra melior eſt.

(104) *horum*) τῶν τοιούτων. Hal. τὸ τοιοῦτο: Vet. *hoc lucretur.* Malè, Senſus eſt quemlibet liberorum lucrari.

(105) *pro numero*) κατὰ τὸ μέτρον ὁπόσοι καθεστᾶσιν. Vet. *ſecundum menſuram quanti conſiſtant.*

(106) *non exiſtentium*) τῶν ὑπόντων παίδων. Lege τῶν μὴ ὑπόντων &c.

declaravimus, convenit ut accuratius hanc rem definiamus. Nam ſi omnes ſuperſint liberi ex primis nuptiis procreati, & parens præmortuus ſit, irrita omnino erit (107) alienatio, ſecundum ea, quæ ante à nobis dicta ſunt. Si verò omnes deceſſerint, & res ad orbitatem redigatur, tum ex eventu valebit id quod alienatum eſt. Quis enim id infirmabit, liberis, quibus ſolis hoc ſervavimus, non exiſtentibus? Sed hic nuper in accuratam quandam & ſolicitam venimus cogitationem; quæque medium utrorumque caſuum curioſè examinat. Nam cum omnibus quidem liberis ſuperſtitibus, & parente mortuo nulla pars lucrorum (108) ipſis relinqueretur, omnibus verò mortuis (109) totum ad eos rediret, mediam quandam viam in ea re invenire voluimus, ut, ſi pluribus exiſtentibus liberis, unus moriatur, ſiquidem liberos habeat, ad eos hæreditas illa deferatur, uti ſæpius diximus: ſi verò liberos non habeat, ad fratres totum utique non perveniat, ſed quantum (110) ex pacto in caſum non exiſtentium liberorum parenti acquiſitum eſt, tantum ipſe lucretur, reliquum verò ad filii ſucceſſores, ſive fratres, ſive forte extranei ſint (111) venire permittatur: id quod maximè in matre contingit, (112) ſive de bonis ſuis diſponant, ſive inteſtati moriantur. Atque hoc in lege noſtra conſtituimus, primi (113) illud excogitantes (114) & invenientes, clementerque ſancientes. (115) Quare hoc quoque caſu ſi alienaverit parens, antequam ad ſecundas nuptias veniat, deinde unus ex liberis mortuus fuerit, eatenus ſolum valeant ea, quæ

 alienata

(107) *alienatio*) τὰ τῆς ἐκποιήσεως. Hal. *obligatio*.

(108) *ipſis*) αὐτοῖς. Hal. αὐτῷ.

(109) *totum ad eas*) ὅλον εἰς αὐτὸς Baſil. εἰς ἑαυτὸς.

(110) *ex pacto*) ἐκ τοῦ συμφώνου τοῦ ἐκ ἀπαιδίας. Vet. *pacto non exiſtentium liberorum*. Vide *Gloſſ. Jul.* voce *Caſus*, & *Ant. Aug.*

(111) *Venire*) συγχωρεῖν ἔρχεσθαι. Recte. Baſil. συγχωρεῖται ἔρχεσθαι.

(112) *ſive de*) εἴτε διαθοῖντο εἰς τὰς αὐτῶν περιουσίας. Hal. τὸ εἰς omittit, quod & rarius eſt. Vet. *ſive diſponant ſuas ſubſtantias*.

(113) *illud excogit.*) μεμιμνήσαντες αὐτό. Βασιλ. αὐτοί. Vet. *cogitantes illud*: αὐτοὶ malè legitur.

(114) *& invenientes*) τὸ αὐτὸ καὶ ἐξευρόντες πρῶτοι καὶ φιλανθρώπως νομοθετήσαντες, apud Haloandr. non leguntur.

(115) *quare hoc*) ὥστε κἀνταῦθα. Βασιλ. ὥσπερ. Male.

alienata ſunt, quatenus ad eum qui alienavit ex pacto in caſum non exiſtentium liberorum (116) pervenit. Nam quoad eas partes, quæ ad hæredes filii veniunt, omnino irritum erit. Quare facta alienatione res in ſuſpenſo manebit, unà cum ſequentibus caſibus mutanda, & vel plane ab initio infirmetur alienatio, vel in totum valeat, vel pro parte quidem infirmetur, pro parte verò ſubſiſtat.

§. I. In ea quoque lucra, quæ liberi capiunt, parentibus ſecundas nuptias contrahentibus, non curioſè inquirimus, utrum hæredes ſint parentis ante vel poſtea mortui, vel an quidam hæredes ſint, quidam vero non. Sed quemadmodum antea diximus, præmium (117) ipſis datum, æqualiter illi quidem, qui ſuperſtites ſunt, accipient, cum ipſis verò etiam liberi illius, qui mortuus eſt, parentis ſui partem capient: ubique tamen ingratitudo, ſicut antea quoque diximus, filio impedimentum, quantum ad lucrum illud, afferat. Leges autem in ingratos latas non transgredimur, cum ea re & parentes honoremus & liberos ad pietatem deducamus. Quemadmodum enim electionem prohibuimus, & omnibus ex æquo præmia illa dedimus, ita quæ ad ingratitudinem pertinent, non tollimus. Manifeſtum autem eſt, quod is debeat ingratus intelligi, qui vel in utrumque parentem, vel omninò in eum qui poſterior mortuus eſt, talis fuiſſe apertè demonſtretur.

CAPUT XXVII.

De unius ſolum portione alienanda.

Optimè verò divæ memoriæ Leo, quæ ad donationes pertinent, quas in ſecundas nuptias conferunt, qui eas contrahunt, nobis conſideràſſe videtur. Dicit enim, ſi ex priore matrimonio parentes habeant liberos, deinde ſecundum vel ſequens matrimonium ineant, quod neque patres in novercam, nec matres in vitricum quamcunque liberalitatem

(116) *pervenit*) ἀπέρχεται. Βασιλ. περιέχεται. Male.

(117) *ipſis datum*) αὐτοῖς διδόμενον τοῦτο. Hal. αὐτοῖς δίδομεν. τοῦτο, *ipſis damus. Illud.* Βασιλ. γέρας αὐτοῖς δίδομεν τοῦτο, εἴτε κληρονομοῖεν, εἴτε καὶ μή. Καὶ τοῦτο ἐξ ἴσου &c. Cum Βασιλ. facit *Vetus verſio*, quæ retinenda & verba quæ deſunt ex iiſdem ſupplenda.

Digitized by Google

tatem inter vivos conferre, vel mortis cauſa quid relinquere poſſint, niſi tantum, quantum unus filius aut filia, ſi ſolus ſit, à parente habet. Si verò plures ſint liberi, & ſinguli æqualem habeant partem, vitricus vel noverca non plus accipiant, quam (118) ad ſingulos pervenit. Sin autem inæqualia ſint ea, quæ relicta ſunt, neceſſe ſit, ut ad novercam vel vitricum ex quacunque liberalitate parentis tantum veniat, quantum filius qui (119) minimum habet, ex bonis illius vel ultima voluntate relictum, vel etiam inter vivos datum capit; ſcilicet veteri illa quarta, nunc verò tertia, vel dimidia parte, ſecundum legem noſtram liberis omnino relinquenda (120) aut danda, niſi rurſus ingratitudinis ratio (121) obſtet: eodemque obſervando in avo & avia, proavo & proavia atque nepotibus maſculis & fœminis, itemque pronepotibus, ſive forte ſub poteſtate, ſive (122) emancipati ſint, & ex paterna vel materna linea deſcendant. Cumque hoc definiiſſet rectè intulit (123) ut id, quod ultra illum modum, vel novercæ, vel vitrico relictum aut datum eſt, quaſi neque ſcriptum, neque relictum, neque datum aut donatum ſit, liberis competat, atque inter hos ſolos ex æquo dividatur. Nam quod liberi etiam ex ſecundo matrimonio ſuſcepti, partem ex his capere debeant, id quidem in conſtitutione quadam ſcriptum eſt, nobis tamen jam non placet: ſed liberis ex priori matrimonio natis, propter quos etiam id obſervabatur, ſolis detur, nullaque machinatio, neque per ſuppoſitas perſonas, neque ex alia cauſa (124) adhibeatur. Id verò quod redundat, liberi qui erga parentes ſe gratos præbuerunt, inter ſe divident: non qui erga eos ingrati probantur, & ejuſmodi ingratitudinis rei ſunt, quam leges requirunt. Tales enim etiam lucro illo privamus, ne forte ſpe adquirendæ poſ-

(118) *ad ſingulos*) Julian. *vitricus* vel *noverca unius liberi habeant portionem.* Vid. *Ant. Aug.* voc. *liberi unius portio.*

(119) *minimum*) τὸ ἔλαττον. Βασιλ. Rectius τὸ ἐλάχιστον. Vet. *qui minus habet filiis.*

(120) *aut danda*) ἢ διδομένη deeſt in Βασιλ.

(121) *obſtet*) ἐναντιοῦτο. Βασιλ. ἐναντιώσει.

(122) *emancipati*) ἐμαγκιπάτοι. Βασιλ. αὐτεξούσιοι.

(123) *ut id quod*) ὅτι τὸ πλεῖον τοῦ. Βασιλ. ὅτι τοῦτο πλέον. Male.

(124) *adhibeatur*) παραλαμβάνεσθαι δυναμένης. Βασιλ. δυνάμεως. Malè.

Digitized by Google

dæ poſſeſſionis illius affulgente, contra parentes veniant, & animo efferantur, atque naturæ leges violent. Manifeſtum verò eſt hoc quoque caſu, ſi quis eorum, ad quos id quod redundat deferebatur, liberis exiſtentibus moriatur, quòd liberi defuncti, pro numero quidem illorum, attamen pro defuncti portione id capient.

CAPUT XXIIX.

QUoniam verò legibus hactenus latis definitum non eſt, (125) quando id quod excedit ſpectari debeat, an tempore donationis, an verò ſoluti matrimonii, optimum nobis viſum eſt, ut tempus mortis parentis, qui ſecundas nuptias contraxit, ſpectetur. Scribunt enim homines plura quam habent, ſcribunt verò & pauciora: incidentes autem caſus contrarios ut plurimum (126) eventus producunt. Quare ne in iis erremus, illud tempus ſpectandum eſt, quo is, qui ſecundas nuptias contraxit, moritur, indeque proportio ſumenda & ſecundum ea quod excedit judicandum detrahendum liberiſque tribuendum eſt. Atque in iis omnibus non datio aut ſcriptura ab initio facta conſideretur, ſed (127) eventus, uti vocatur, inſpiciatur.

CAPUT XXIX.

Ut primi matrimonii liberi cum reliquis lucra capiant.

SEd neque illud prætermittendum eſt, quod Theodoſius (128) Junior piæ memoriæ rectè conſtituit, inquiens: ſi mulier ſuſceptis liberis ſecundas nuptias contrahat, eique alii exinde naſcantur liberi, deinde

(125) *quando*) πότε προσήκει θεωρεῖν τὸ πλεῖον. Hal. πότερον. Vet. *quando*. Si πότερον legas, poteſt τὸ ἄρα quod ſequitur, abeſſe.

(126) *eventus*) ἐκβάσεις. Βασιλ. τύχας.

(127) *eventus*) ita in Gr. legitur. Hal. & Βασιλ. ἀποτελέσματος, quod idem eſt.

(128) *junior conſtituit*) ὁ νέος διετάξατο. Βασιλ. ὃν διετάξατο. Malè.

Digitized by Google

deinde ſecundus etiam maritus moriatur, (129) propria quidem illius bona, liberi qui ex utroque matrimonio ſuſcepti ſunt, accipient, & (130) ex æquo, (131) ſi mater inteſtata deceſſerit, divident, utraque verò prole donationem ante nuptias proprii ſui parentis (132) capiet. Et liberi prioris matrimonii donationem illius in ſolidum lucrabuntur, ex ſecundis quoque nuptiis nati in ſolidum liberalitate ab illo profecta fruentur, etſi ad tertium matrimonium (133) non venerit. Quid enim hoc prioribus proſit? aut cur priores liberi ſecundis invideant, quod & illi tertiis nuptiis læſi non ſint? Et in ſumma quælibet proles patris ſui donationem propter nuptias accipiat, & cùm priores liberi (134) propter ſecundas nuptias illam accipiant, (135) ſecundi etiam omnimodo eam habeant, etſi quæ ſecundo nupſit, ad tertias nuptias non venerit, (136) ne videantur quoad hoc fratribus inferiores eſſe. Ex hac verò rerum conſequentia idem quoque in patribus ſecundas nuptias ineuntibus obtineat, & dos lucrata liberis quidem prioris matrimonii propter ſecundas nuptias, ſecundis verò liberis ex ſecundis nuptiis ſervetur, (137) etſi pater tertium matrimonium non contraxerit.

§. 1. Reliqua verò, quæ pater vel mater ex ſecundis nuptiis vel per legatum, vel fideicommiſſum lucrati ſunt, nec tamen tertias contraxerunt nuptias, hæc ſubſtantiæ eorum (138) commixta, & à tertio matri-

Mm monio

(129) *propria*) τὰ μὲν αὐλῆς οἰκεῖα πράγματα. Βασιλ. Πράγματα οἰκεῖα ὄντα.

(130) *ex æquo*) ἐξ ἴσης καὶ ὁμοιοτάτως διανεμόντων ἴσαι. Baſil. ὁμοιοτέρως. Minus rectè. Illud ἴσαι ut & præcedens δὲ *Vetus verſio* non legit, quod etiam ut legamus neceſſe non eſt.

(131) *ſi mater*) ἀδιαθέτου δὲ τῆς μητρὸς. Illud δὲ in editione Hal. deeſt.

(132) *capiet*) λήψεται. Βασιλ. λείψεται. Male.

(133) *non venerit*) Hal. addit ἐκείνη, *illa non venerit*. Vetus quoque *illa mulier* quod admitti poteſt.

(134) *propter*) διὰ τὴν δευτερογαμίαν. Hal. δι' αὐτήν.

(135) *ſecundi etiam*) οἱ δεύτεροι. Scribendum ex *Hal.* & *Vet.* verſione καὶ οἱ δεύτεροι.

(136) *ne videantur*) Hoc comma deeſt in Veteri verſione.

(137) *etſi tertium*) κἂν εἰ μὴ πρὸς τρίτους. Iſtud εἰ μὴ deeſt in Βασιλ. Fabrot. tamen habet, *tametſi pater*.

(138) *commixta*) συνανακραθέντα. Hal. συγκραθέντα.

Digitized by Google

monio (139) non concuſſa, apud ipſos immota maneant, (140) & tanquam propria ad ſucceſſores eorum perveniant, atque à ſuperſtitibus, (141) eo quo voluerint modo, adminiſtrentur.

CAPUT XXX.

Ut matrimonio quocunque modo per repudium ſoluto omnia lucra primi matrimonii liberis ſerventur.

QUoniam verò continua oratione ubivis de lucris in ſolutionibus,quæ per mortem fiunt, ſancivimus, breviter & hoc addimus, ut quæcunque parentes matrimonio per repudium ſoluto, ſive bona gratia miſſo, ſive aliter, aut dotis aut donationis propter nuptias titulo lucrati fuerint, hæc omnia ad imitationem lucrorum, quæ morte obveniunt, liberis ſerventur. Idque ipſum etiam ſervetur in uxoribus indotatis, ubi earum (142) temeritatem lata à nobis conſtitutio punivit. Nec diſtinguimus, cujus culpa matrimonium repudio (143) ſolutum ſit. Quocunque enim modo ſe res habeat, in illis quoque id quod lucratum eſt, (144) liberis illius matrimonii, ex quo liberi illi nati ſunt, (145) ſervetur, ſive prius matrimonium repudio ſolutum ſit, ſive etiam ſecundum, etſi tertiæ nuptiæ ſecutæ non ſint.

CAPUT

(139) *non concuſſa*) ὑ σαλευθέντα. Τὸ ὑ, *non*, deeſt in Βασιλ. in verſione verò extat.

(140) *& tanquam propria*) καὶ εἰς τὰς αὐτῶν, ὡς οἰκεῖα διαδοχὰς ἀφικνεῖσθαι. Hal. malè, καὶ ἐς τὰ αὐτῶν ὡς οἰκείας διαδοχὰς ἀφικνεῖσθαι, *& ad eorum res tanquam proprias ſucceſſiones transferuntur.*

(141) *eo quo voluerint*) ὃν βούλοιντο διοικεῖσθαι. Hal. ὃν πρᾶν διοικεῖσθαι.

(142) *temeritatem*) προπέτειαν. Hal. ἀσέλγειαν κολάζεται *laſciviam* &c. Vet. *procacitatem.* Gloſſ. Cyr. προπέτεια, *protervia, procacitas, petulantia, temeritas.*

(143) *ſolutum*) ῥεπουδίῳ διαλέλυται. Βασιλ. διαζυγίῳ λύεται.

(144) *liberis illius matrim.*) τοῖς ἐκ τῶν γάμων ἐκείνων &c. Βασιλ. τοῖς ἑκατέρων. Male.

(145) *ſervetur*) φυλάττεται. Hal. non malè φυλαττέσθω, *ſervetur* Vet. *ſervatur.*

CAPUT XXXI.

De augmento & diminutione dotis & donationis propter nuptias, matrimonii primi; ſecundi verò, ſi ex priori liberi non ſuperſint.

DE augmentis verò & diminutionibus dotium aut (146) donationum propter nuptias dictum quidem eſt in quibusdam legibus antea latis, à nobis verò perfectius elaboratum eſt, qui, conſtante etiam matrimonio ut donationes propter nuptias non ſolum augeantur, ſed etiam ut ab initio fiant, præcepimus: & ſicuti eas augeri permiſimus, ita etiam minui, ſi contrahentes voluerint, conceſſimus. Sed hoc [de diminutione loquimur,] non permittemus ſi ſecundæ nuptiæ contrahantur [ne in Leonis piæ memoriæ conſtitutionem (147) offendamus] cum liberi ex priori matrimonio ſuſcepti ſunt. Nam ſi parens immoderatam dotem vel donationem propter nuptias dederit, vel aliud quid largitus ſit, deinde animadvertens quo lex tendat, id quod geſtum eſt ad minorem ſummam redigat, & dotem vel donationem propter nuptias minuat, id quod datum eſt, liberorum lucro non cedet, ſed vel vitrico vel novercæ lucrari licebit, liberis hac in parte (148) lædendis.

CAPUT XXXII.

De uſufructu uxori à marito relicto, & de donatione propter nuptias.

(149) SI verò aut vir uxori aut uxor viro ſolum bonorum uſumfructum teſtamento dederit, vetus quidem lex dicebat, ſi pater vel mater ad ſecundas nuptias venerint, eos ſtatim relictum uſufructum amittere, quemadmodum antea etiam proprietatem amittebant, illum-

Mm 2 que

(146) *donationum*) προγαμιαίων δωρεῶν. Baſil. ἀντιπρογαμιαίων.

(147) *offendamus*) προσκρούσωμεν. Baſιλ. προσκρούσωμεν, Male.

(148) *lædendis*) ἀδικουμένων. Hal. ἀδικηθέντων. Eodem ſenſu.

(149) *ſi verò*) εἰ δὲ μόνον ὑσούφρουκτον πραγμάτων, ἢ ὁ ἀνὴρ &c. Hal. εἰ δὲ μόνον χρῆσιν καρπῶν ἢ πραγμάτων, ἢ ὁ ἀνὴρ &c. *Si ſolum uſumfructuum aut rerum, vel vir* &c. Julian. *ſi quis in ſuis elogiis uſumfructum* &c. Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* voce *Elogium.*

Digitized by Google

que ſtatim liberis reſtituere: ſi verò impuberes fortè liberi eſſent, etiam cum fructibus medii temporis. Ita enim legi viſum eſt. Nobis vero hoc non admodum placuit, ſed volumus, ſi uſusfructus, vel ex liberalitate vel mortis cauſa donatione datus, vel etiam (150) inter vivos, (151) illis caſibus, quibus donare licet, (152) relictus fuerit, & qui eum accepit ad ſecundas nuptias venerit, ut etiam ſic uſusfructus maneat, donec ſuperſtes fuerit is, (153) qui uſumfructum habet, niſi is, qui donationem, uti dictum eſt, (154) fecit, vel eam reliquit, ſive mas ſit, ſive fœmina, expreſsè dixerit, ſe velle, ut ſi is, qui uſumfructum accepit, ad ſecundas nuptias tranſierit, ille amittatur & ad proprietatem ſuam revertatur. Sed hæc de iis dicimus, quæ ex liberalitate data ſunt.

CAPUT XXXIII.

De uſufructu in dotem vel donationem propter nuptias dato.

SI tamen in dotem vel donationem propter nuptias (155) rerum uſusfructus datus ſit, (156) nihil plane innovamus, ſed quæ jam ſancita ſunt obtineant, & (157) quoad vivent, apud eos qui eum acceperunt, maneat, etſi vel millies defuncti contrarium velint. Lucrum enim à lege datum privatus nulla ratione auferre poteſt.

CAPUT XXXIV.

QUoniam verò mentionem legum, quæ de uſufructu agunt, fecimus, id quoque quod anterioribus (158) quibusdam conſtitutionibus

(150) *inter vivos*) Ita in Gr. Hal. ἐν ζωῇ.

(151) *illis caſibus*) ἐν οἷς ἔξεστι καὶ δωρεῖσθαι. Hal. *quatenus tamen donare licet.*

(152) *relictus*) καταλειφθεῖν. Hal. εἰ καταλειφθεῖν, *ſive relinquatur.* Malè.

(153) *qui uſumfructum*) ὁ τοῦτον ἔχων τὸν ὑσέφρυκτον. Hal. ὁ τοῦτων ἔχων τὴν χρῆσιν. eodem ſenſu.

(154) *fecit*) ὁ πεποιημένος. Baſil. ὁ πεποιηκώς.

(155) *rerum uſufr.*) πραγμάτων ὑσύφρυκτος. Hal. πραγμάτων χρῆσις ἢ καρπῶν. Malè.

(156) *nihil planè*) οὐδὲν παντελῶς. Baſil. οὐδενὶ παντελῶς.

(157) *quoad vivunt*) ἄχεις οὗ περιῶσιν. Baſil. περίεισι.

(158) *quibusdam*) τινῶν. Hal. τεινῶν,

nibus dictum eſt, legi addere convenit, quod pater omnium rerum, quæ ad liberos, ſive ex materna linea, ſive ex nuptiis liberorum, ſive aliunde pervenerunt, uſumfructum habeat, licet ad ſecundas nuptias venerit. Uſumfructum enim tam in maternis quam in aliis omnibus (159) eum, quamdiu vivit, non amittere omnes ante nos latæ leges volunt, & nos quoque volumus. (160) Caſtrenſium verò & quaſi caſtrenſium peculiorum ratio excipiatur.

CAPUT XXXV.

An mater ea quæ liberis donavit, poſt ſecundas nuptias ab illis, ut ingratis revocare poſſit.

MAter tamen, quæ filio ex bonis ſuis quid donavit, ſi ad ſecundas nuptias venerit, prætextu ingratitudinis datum revocare nequeat. Non enim ſincero judicio ingratitudinem objicere videtur, ſed ad ſecundas nuptias reſpiciens in eam cogitationem veniſſe præſumitur: niſi manifeſto probetur, filium vel matris vitæ inſidias ſtruxiſſe, vel impias manus intuliſſe, vel ut totam ſubſtantiam illi auferret, aliquid contra ipſam molitum eſſe.

CAPUT XXXVI.

Ne mulier iterum nubens prioris mariti dignitatibus & privilegiis fruatur.

NOn autem permittimus mulieribus, quæ ad ſecundas nuptias veniunt, ut (161) priorum maritorum dignitatibus aut privilegiis utantur, ſed cuicunque poſt prius matrimonium junctæ fuerint, illius

Mm 3 fortu-

tribus; quod & *Vet. Interpres* habet. Baſil. ποιν, quod retinendum videtur.

(159) *eum quamdiu*) αὐτῷ ἄχρις οὗ περιῇ μένειν ἀδιάπτωτον. Hal. τὴν χρῆσιν αὐτῶν &c. Vet. *Uſumfructum eorum.* Noſtra lectio verior: de patre enim ſermo eſt.

(160) *Caſtrenſium &c.*) Latina hæc Græco textui, inſerta leguntur. Hal. ὁ δὲ τῶν ἰδιοκτήτων καὶ κυάσι καστρενσίων πεκουλίων ἐξαιρεῖσθαι λόγος, additô καὶ ἑτέρων τινῶν, quæ & extant in *Baſil.* non verò in noſtris, nec *Vet. Interpr.*

(161) *priorum*) τῶν προτέρων συνοικεσίων, Hal. τῶν προτέρων.

Digitized by Google

fortunam amplectantur. Quæ enim priorum oblita eſt, illa quoque à prioribus non juvabitur.

CAPUT XXXVII.

De libertinis mulieribus, quæ patronis ſuis nupſerunt.

(162) ILlud quoque eleganter, nec ſine pietate à divæ memoriæ Alexandro præ multis aliis ex veteribus Legiſlatoribus definitum eſt: ut ſi quis ancillam manumiſerit, eamque poſtea uxorem duxerit, hæc verò, ut fit, (163) per laſciviam & luxuriam cum manumiſſore matrimonium ſolverit, lex illi ad ſecundum venire matrimonium invito priore marito non permittit, ſed ſequentes nuptias adulterium & ſtuprum, non verò matrimonium aut conjunctionem exiſtimat, per quam indigna contumelia manumiſſori infertur.

CAPUT XXXIIX.

(164) ILlud quoque ab eodem Imperatore conſtitutum invenimus, & dignum exiſtimavimus ut pars legis noſtræ fieret, quoniam mater ad liberorum (165) educationem magis idonea videtur, lex ei quoque hoc tribuit, niſi ad ſecundas venerit nuptias.

CAPUT

(*162*) *Illud*) Integrum hoc caput non extat in Hal. editione.

(*163*) *per laſciviam*) ὑπερμαζῶσί τε καὶ τρυφῶσι. Vet. *elata* & *epulata*. Ant. Aug. *lib. 4. Emend.* ait: ridiculus Novellarum Conſtitutionum Vetus Interpres, qui 22. Conſt. *elata* & *epulata* vertit. Totus autem ille locus barbare verſus eſt in Norico quopiam libro, quoniam Haloander exemplari Græco eſt deſtitutus. Baſilienſis tamen editio, quæ Græce deerant, ſupplevit, interpretatione omiſſa. Eam nos hic facere non inutile putamus. Græca verba hæc ſunt: χάειν δὲ κἀκεῖνο &c. *Eleganter autem neque ſine pietate* &c. Vertit autem ille *per delicias* & *laſciviam*, & *laſciviam* Theophilum τρυφὴν interpretari ait: *ſ. interdum d. obl. ex delict. ANT. AUG.* d. l.

(*164*) *Illud quoque*) Ταῦτ δὲ δὴ βασιλέως κἀκεῖνο &c. *Hal.* malè: πρὸς δὲ δὲ βασιλέως &c. Sic & Βασιλ.

(*165*) *educationem*) ἀναγωγὴν. Hal. non rectè ἀνάγκην, *neceſſitatem*, ut ille vertit, *ad ſublevandam filiorum neceſſitatem & educationem.* Vet. *educationem.*

CAPUT XXXIX.

Si conſtante matrimonio maritus uxori ſuæ dotem reddiderit.

Dotes verò quas mariti acceperunt, non facilè mulieribus conſtante adhuc matrimonio reddent, niſi ex cauſis quas lex enumeravit. Alioquin ſi tale quid fecerint, id quod geſtum eſt, inſtar donationis eô ipſo eſſe videbitur. Et ſi mulier moriatur, mariti, qui dotes intempeſtivè uxoribus reſtituerunt, ab uxorum hæredibus tum ipſi tum hæredes eorum cum fructibus medii temporis eas recipient, & ſecundum pacta lucrabuntur. Et ſi viri ad ſecundas veniant nuptias, illa liberis non alienata ſervabunt: (166) id quod generaliter conſtitutum eſt. Si verò contigerit, ut conſtante adhuc matrimonio mariti non acceperint dotes, eas poſt mortem etiam conjugum, ſecundum legem ab hæredibus illatum juxta tenorem dotalis inſtrumenti accipient.

CAPUT XL.

Si mulier liberorum tutelam gerat, & ſecundum matrimonium contrahat.

Sin autem mater liberorum, impuberum ſcilicet, tutelam gerat, ſeque ſecundas nuptias non inituram (167) juret, deinde priori conjugio & juramento contemto ſecundas nuptias neque tutore prius petito, neque redditis rationibus, neque eo, quod exinde debet, ſoluto, contrahat, lex non ſolum bona ejus hypothecæ jure liberis tenere permittit, verum etiam in mariti ſubſtantia (168) hypothecam conſtituit, ipſam quoque à ſucceſſione filii, ſi impubes moriatur, excludit, licet pater ex ſubſtitutione

(166) *id quod*) τῦτο δὲ τὸ καθ' ὅλυ διαπεπηγμένον. Hal. τῦτο δὲ καθ' ὅλον &c.

(167) *juret*) διομοσαμένη. Sic & Βασιλ. Hal. διεπαγγειλαμένη; qui hoc comma ita vertit: *dubium non eſt, quin intra pubertatem conſtitutis filiis, denunciatione facta, non ſe ad ſecundas perventurum nuptias* &c. Ubi τὸ ἐπαγγειλαμένη *promiſſione* potius quàm *denunciatione* vertendum videtur. Quemadmodum & paulo poſt, ubi pro ὅρκων Hal. habet ἐπαγγελιῶν, quod ille vertit *fidem datam.* Vet. *jurans, jusjurandum.*

(168) *hypothecam*) ὑπάγει ταῖς ὑποθήκαις. Hal. συναπάγει ταῖς ὑποθήκαις, *unà in hypothecarum nexum abripit.*

Digitized by Google

tione eam filio ſuccedere voluerit. Atque hæc quidem (169) majores noſtri. Nos verò miramur, quod mulieri adeo impiæ, ut etiam (169) jusjurandum ultrò negligat, ſicque intempeſtivas nuptias contrahat, tribus maximis neglectis (170) Deo, memoria defuncti & amore erga liberos, adeo leves pœnas irrogârint: ac illam quidem quæ ante tempus luctus nupſit, nec liberos habuit, ſeverè puniant, imo etſi liberos non habeat, propter ſolam honeſtatem hoc agant; mulieri verò in libidinem prolapſæ non eaſdem impoſuerint pœnas, quas illæ ſuſtinent, quæ intra tempus luctus ſecundum matrimonium contraxerunt. Quare ſancimus, ut mulieres, quæ impoſterum ſic (171) pejerare auſæ fuerint, præter pœnas jam conſtitutas (172) eas quoque omnes ſuſtineant, quas ante de mulieribus (173) nubentibus intra tempus luctus diximus, infamiam, reliquaque omnia illis irrogantes, & eandem liberationem à pœnis concedentes, quam illis conceſſimus, ſcilicet (174) ut ſupplicent Imperatori, atque liberis ſuis dent dimidiam bonorum partem, ne uſufructu quidem apud eos manente. Et in genere propter immaturitatem nuptiarum, illam æqualem facimus ei, quæ intra tempus luctus nupſit. Si verò naturalium quoque liberorum tutelam gerat [nam & hoc ei conceſſimus] ad ſecundas tamen veniat nuptias, neque ea quæ ante dicta ſunt faciat, iisdem pœnis ſubjaceat. Curam verò in provinciis Præſides provinciarum habeant, hic verò Glorioſiſſimus Præfectus felicis hujus urbis una cum Prætore, cui hoc curæ eſt, ut ſi mulier, quæ tutelam gerit, ad ſecundas nuptias venire velit, pupillis tutor conſtituatur, & ra-

(169) *majores*) Theod. & Valent. in vel omnem ad Tertull. quæ lex ſumta eſt ex Novell. Theodoſii quæ extat integra. Inde ſumta l. matres C. quando mul. tut. off. CONT.

(169) *jusjurandum*) ὅρκων. Hal. & Baſil. ἐπαγγελιῶν. Vet. *jusjurandum.*

(170) *Deo*) θεῶν. Sic *Vet. Interpr. Hal.* verò & *Baſilic.* ἀληθείας, *veritate.*

(171) *pejerare*) ἐπιορκεῖν. Hal. διαψεύδεσθαι, *mentiri.* Βασιλ. τὰς οὕτω τοῦ λοιποῦ διαψεύδεσθαι τολμώσας.

(172) *eas quoque*) καὶ ταύτας ὑφίστασθαι πάσας ἅς. Hal. ταύταις πάσαις ὥς. *Nov.60. cap.1.* δήμευσιν τῆς οὐσίας ὑφιστάσθω.

(173) *nubentibus*) γαμουμένων. Βασιλ. γεγαμημένων. Fabrot. *ad ſecundas nuptias properarunt.*

(174) *ut ſupplicent*) τὸ δεῖσθαι βασιλέως Hal. βασιλεῖ. Supr. *cap. 22. §. 1.* δεῖσθαι βασιλέως.

Digitized by Google

& rationes reddantur, & quod mater adminiſtrationis nomine debet, id reſtituat.

CAPUT XLI.

Si pater vel mater ſub conditione liberis ſuis legatum reliquerit; confirmat (175) conſtitutionem Zenonis.

PLacet verò nobis Zenonis piæ memoriæ conſtitutio, quæ vult ut à patre ſi filiò ſuo legatum ſub conditione aut die præſtare jubeatur, non aliter cautio de præſtandis legatis exigatur [(176) hæc ſcilicet quæ legatorum ſervandorum cauſa vocatur] quàm ſi pater ſecundas nuptias contraxerit. Sit enim & hæc pœna ſecundas nuptias contrahentium.

CAPUT XLII.

De Clericis qui nuptias contrahere non poſſunt.

SEd etſi quis ex reverendiſſimis Clericis [illis ſcilicet qui ſupra Lectorem & Cantorem ſunt] nuptias contraxerit, hic ut ſecundum noſtram conſtitutionem ſacerdotio cadat, conſtituimus & volumus. Si tamen lector ſit & uxorem habeat, deinde propter inevitabilem quandam neceſſitatem ſecundas nuptias contrahat, ad majora ſacerdotii munera non perveniet, ſed ibi apud uxorem manebit, utpote qui affectionem ergà illam, progreſſui ad majora prætulerit. Si vero Laicus quis ad ordinationem Subdiaconi, vel Diaconi vel Presbyteri venire velit, & deinde uxorem eum habere appareat, quam non virginem duxerit, ſed quæ vel ſeparata à viro, (177) vel aliàs ab initio ſtatim non legitimè illi juncta fuerit, vel & ipſe ſecundas nuptias inierit, ſacerdotium non conſequetur; imo ſi clam ad id pervenerit, omnino eô excidet.

Nn CAPUT

(175) *Conſtitut.*) τὴν τοῦ Ζήνωνος διάταξιν καινς. Iſtud καινς delendum eſſe apparet. Puto aliquem ſcripſiſſe, διάταξιν *conſtitutionem* & ex eo vocabulo Syllabam iſtam ſupereſſe. Vetus quoque Interpres habet, *legem Zenonianam Conſt.* pro *Zenovianam conſtitutionem.*

(176) *hæc ſcilicet*) ταύτην δὲ τὴν legatorum ſervandorum cauſa καλουμένην. Hal. ταύτην τὴν καλουμένην

(177) *vel alias* ἢ ἄλλως οὐκ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς αὐτῷ νομίμως συνελθοῦσαν. Hal, male: ἢ ἄλλως ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς αὐτῷ νομίμως παρελθοῦσαν. *Vel aliter à viro ſeparatam ſtatim initio legitime cum ipſo in jus*

CAPUT XLIII.

Si maritus ita uxori quid reliquerit, ſi ſecundum matrimonium non inierit: & ad legem Juliam Miſcellam.

QUod verò nunc ſequitur, vetus quidem eſt, & ſæpe non ſolum ab aliis, ſed & à nobis emendatum fuit, neque tamen ad ſummam rectitudinem (178) pervenit: quam nunc ſectantes præſentia ſancimus. Vetus enim & antiqua lex quæ Julia Miſcella vocatur, ſtudium procreandorum liberorum præ ſe ferens, mulieribus permiſit, marito licet prohibente, ac ea conditione, ne ſecundum matrimonium ineat, quid relinquente, nihilominus & nubere & jurare, [quaſi liberorum gratia hoc faciat,] & quod relictum eſt, capere. (179) Atque hanc poteſtatem mulieribus dedit intra annum: eô verò elapſo, ſi quod relictum eſt vellet capere, non aliter mulieribus hoc capere licebat, quam præſtita cautione, ſe ſecundum matrimonium non inituras eſſe. Verum hanc adjectionem ipſa (180) lex Julia Miſcella non invenit. Sed (181) Quintus Mutius Scævola hoc (182) ante ſanciverat, qui in omnibus, quæ facta prohibitione pendent, ejuſmodi cautiones excogitaverat. Quare cum multas certè mulieres cupiditate nuptiarum, non liberorum procreandorum cauſa, ſed naturæ neceſſitate, & jurare & nubere, & defunctorum voluntates

matrimonii tranſeuntem. Τὸ ἐνδὺς deeſt in Baſil.

(178) *pervenit*) προαγινόμενον. Hal. αὐτῆ προαγινόμεθα, *pervenimus.* Vet. *ad ſummam ſui veniens rectitudinem.* Quod probamus.

(179) *atque hanc*) καὶ ταύτην μὲν. Baſil. ταῦτα &c.

(180) *lex Julia*) αὐτὸς ὁ Ἰούλιος Miſcéllas. Intelligendum putamus ὁ νόμος, ut paulo ante, quod & ad marg. *Hal. verſionis* notatur. Hal. *non ipſe Julius Miſcella.* Vet. *Ipſe Julius Miſcellus.* Robertus *in Animadv.* hanc legem à Julio Miſcella dictam eſſe hinc putavit. Quem refutat *Cujac.* in notis ad *Robert. animadv.* docens *miſcellam* dici eam legem à re potuis quàm latore, à varietate ſcil. plurium rerum ac perſonarum utriuſque ſexus, velut lex ſatura, dicimus æs miſcellum, miſcellos ludos. Quam ſententiam probavit deinde & ANT. AUG. *d. LL. & Sct.* Nulla fuit familia Miſcella inter Romanos. Vide *Menag. amœn. cap. 39.*

(181) *Quintus*) Hal. κόϊντος Μούκιος Σκαιβόλας.

(182) *ante ſancivit*) προνομοθετήσας. Βασιλ. πρὶν νομοθετήσας. Male.

tates transgredi videremus, (183) primùm ſanctiorem partem omnino ſanandam, & perjuria cohibenda eſſe exiſtimavimus, (184) neque permittendum, ut talia juramenta ſuſcipiant, in quibus facillimè pejeratur. Nam nec hoc legi adjectum erat, ut mulieres, quæ liberos non haberent, hoc jusjurandum præſtarent, ſed & illis, quæ liberos habebant, jusjurandum deferebatur, quod Deum ſimul & defuncti animam contriſtabat; cum perjurium in promtu, liberorum autem procreatio fortunæ munus eſſet. Quoniam igitur lege noſtra id ſancientes, juramentum illis ademimus, & ut quid caperent permiſimus, cogitavimus alterum à nobis prætermiſſum eſſe, quod ſcilicet animæ etiam defuncti cura gerenda ſit. Hac igitur de cauſâ præſentem legem fecimus. Nolumus enim defunctorum voluntates nihil abſurdi continentes intercidere. (185) Nam ſiquidem diceremus oportere mulierem, viro ne nubat præcipiente, id omnino obſervare, hæc forte lex nonnihil acerbitatis habuiſſet. Jam verò cùm alterum in promtu ſit, ut ſi nubere velit, non capiat quod relictum eſt, ſummæ abſurditatis eſſet, voluntatem defuncti ita periclitantem contemnere, ut ei & nubendi & quod relictum eſt accipiendi, & in omnibus priorem maritum contriſtandi poteſtas concedatur.

CAPUT XLIV.

SAncimus igitur, ſi quis uxorem, vel etiam uxor maritum [idem enim eſt] ſecundum matrimonium contrahere prohibuerit, eoque nomine quid reliquerit, ut alter conjugum ex duobus electionem habeat, utrum matrimonium contrahere, & accipiendis renunciare, aut ſi hoc nolit, ſed defunctum honoret, omnino à ſecundis nuptiis abſtinere velit. Sed ne res in ſuſpenſo ſit, & poſt longum forte tempus, denuo exactio

Nn 2 fiat,

(183) *primùm)* ᾠήθημεν τὴν ἀρχὴν τῶν τὸ θειότερον θεραπεῦσαι μέρος. Hal. ᾠήθημεν τὴν ἀρχὴν τι ὡς τὸ &c. *principio tanquam ſacratiori parti medendum eſſe arbitrati ſumus.* Per partem ſanctiorem vel diviniorem intelligitur ea, qua juramenta & perjuria fiunt; ipſo mox id indicante Imperatore.

(184) *neque permit.)* καὶ μὴ ὃ συγχωρῆσαι. Hal. καὶ μὴ συγχ. duplici negatione ſæpe utitur Imp.

(185) *ſi enim)* Vetus Interpres hic obſcurior eſt. Verba autem prolixiora ſunt, quàm ut deſcribi debeant,

fiat, propterea pulchrum nobis viſum eſt rem ſic definire, ut intra annum quidem nullo modo relictum exigi poſſit [niſi (186) Sacerdotium alteri perſonæ obveniens capiendi jus præſtet, quaſi nulla ſpes nuptiarum reliqua ſit.] Si verò annale tempus prætererit, concedimus quidem illi perſonæ ut relictum accipiat, non tamen ſimpliciter: ſed ſiquidem res immobilis ſit, non aliter eam capiat, quàm præſtito juramento, & rebus ſuis pignori obligatis [id quod etiam tacitè hac lege concedimus] ſe rem, quæ data eſt, talem qualem accepit, ſi ſecundas nuptias contraxerit, reddituram, reſtitutis quoque fructibus, quos medio tempore percepit: Sin verò res mobilis ſit, & perſona, quæ vult capere, idoneas facultates habeat, quod relictum eſt, ſub eadem cautione & iiſdem hypothecis detur. Verùm ſi quidem alia res mobilis ſit, eam, prout accepit, reſtituat, (187) vel ſi deterior ſit facta, damnum reſarciat. Sin autem pecunia fuerit, reſtituat eam cum uſuris, quas inde percipere potuit, quod juramento reſtituentis dijudicetur. Si verò fœnori non dederit, ſed ea uſus ſit, trientes det uſuras. Sin autem non admodum locuples fuerit, (188) inſuper & fidejuſſor hoc nomine petatur. At ſi nec fidejuſſorem dare poſſit, tunc ſub (189) juramento & hypotheca rerum ſuarum, uti dictum eſt, capiat quidem quod relictum eſt, (190) ſtatim verò atque ſecundas nuptias inierit, ab eo, qui dedit, id vindicetur, (191) apud quamcunque perſonam extiterit, quaſi ab initio ne quidem datum eſſe videatur. Atque ut hoc in omni reſtitutionis caſu, ſive res mobilis, ſive immobilis reſtituenda ſit, obtineat, ſancimus. Sed ſi pecunia ſit relicta, fidejuſſorem autem non habeat, nec is idoneus ſit, cujus fidei

(186) *Sacerdotium*) τρόπῳ ἱερωσύνης ἐπιγινομένης. Βασιλ. τρόπῳ. Haloand. τρόπῳ ἱερωσύνης ἐπιγινομένης. Vet. noſtra ſequitur.

(187) *vel ſi*) ἢ τὸ τῆς ἐλαττώσεως διαφέρον μέσον. Hal. & Βασιλ. μέρος *partem* pro μέσον *medium*. Rectè legunt ut cap. præced. τὸ διάφορον διαφθαρέντος μέρος.

(188) *inſuper exig.*) προσαπαιτεῖσθαι. Βασιλ. προσαπαιτεῖσθαι.

(189) *juramento*) διωμοσίᾳ. Hal. ἐξωμοσίᾳ.

(190) *ſtatim*) ἅμα τῷ πρὸς δευτέρους γάμους ἐλθεῖν. Illud τῷ deeſt in Βασιλ.

(191) *apud quamcunque*, παρ' οἱονδήποτε. Βασιλ. καθ' οἱονδήποτε τρόπον φανείη προσώπῳ. Male.

Digitized by Google

fidei illa committatur, manebit illa quidem (192) apud eum, à quo relicta eſt, (193) ſed uſuras trientes ei præſtabit: quas tamdiu ſolvet, donec ille aut ſecundum matrimonium contrahat, (194) [ubi & reſtitutio ſolutarum uſurarum locum habebit] aut manifeſtum fiat, eum non amplius poſſe matrimonium vel propter ſacerdotium [tunc enim illi dabit, quod relictum eſt] vel etiam mortem contrahere. Capient enim. (195) hoc omnino hæredes ejus, nihil planè de datis uſuris reſtituentes. Eandem verò obſervationem, eandemque rationem introducimus, (196) etiamſi conjuges ſibi invicem ſub tali conditione non reliquerint, (197) ſed extraneus quis aut marito, aut uxori ſub tali conditione quid dari voluerit; (198) caſibus ſcilicet fortuitis ſecundum naturam ſuam, & leges de his latas in dationibus & reſtitutionibus ſpectandis. Hæc igitur in iis conſtitutionibus, quæ occaſione Legis Juliæ Miſcellæ latæ ſunt, mutamus: reliqua verò rata ſint, ſecundum terminos & caſus, quibus ea (199) expoſuimus. (200) Dictæ verò à nobis cautiones, ſi particularis ſit inſtitutio, vel legatum, hæredibus, vel ſubſtitutis, vel illis à

 quibus

(192) *apud eum*) παρ' ἐκείνῳ τὸ ἐξ οὗ καταλέλειπται. Hal. melius, παρ' ἐκείνῳ τῷ ἐξ &c. Βασιλ. παρ' ἐκείνῳ ἐγγύην τὸ ἐξ οὗ &c.

(193) *ſed uſuras*) τὸν δὲ ἐκ τρίτης ἑκατοστῆς αὐτῷ τόκον τελέσει. Hal. τὸν δὲ ἐκ τρίτου ἑκατοστῆς αὐτῷ τόκον τελέσειν. Vet. *tertiam centeſimæ ejus uſuram præſtari.* Βασιλ. pro τελέσει habet πλέον. Lege ἐκ [vel ἀπὸ] τρίτου ἑκατοστῆς αὐτῷ &c. ut paulò ante & *N. 2. c. 4.*

(194) *ubi &*) ὅτι καί. Hal. ὅτε καί, *quo tempore etiam*, quod rectius. Vet. *quando &.*

(195) *hoc*) αὐτῷ. Hal. αὐτό. Recte.

(196) *etiamſi*) καὶ εἰ μή. Hal. καὶ ἂν μή.

(197) *ſed extran.*) ἀλλ' ἕτερός τις ἔξωθεν ἢ ἀνδρὶ ἢ &c. Hal. ἀλλὰ καὶ ἄλλος τῶν ἔξω εἴτε ἀνδρὶ &c. eodem ſenſu.

(198) *caſibus ſcilicet*) δηλαδὴ τῶν &c. Vetus Interpres: *ſcilicet fortuitorum caſuum: ſecundum ſuam naturam lege ſuper his tam in præſtandis quàm in reſtituendis conſervata.* Male, ut apparet ex ipſo textu.

(199) *expoſuimus*) ὑφηγησάμεθα. Hal. ἀφηγησάμεθα. Minus recte.

(200) *Dicta*) αἱ δὲ εἰρημέναι παρ' ἡμῶν ἀσφάλειαι διδόσθωσαν, εἰ μὲν ἐνστάσεως εἴη μέρος, ἢ πρεσβεῖον, τοῖς κληρονόμοις, ἢ ὑποκαταστάτοις, ἢ ἐκείνοις ἀφ' ὧν ταῦτα καταλέλειπται. Hal. προειρημέναι δὲ παρ' ἡμῶν ἀσφάλειαι διατηρήσεις διδόσθωσαν, εἴτε ἐνστάσεως εἴη μέρος, εἴτε φιδεικόμμισσον ἢ λήγατον, τοῖς κληρονόμοις, ἢ τοῖς ὑποκαταστάτοις, ἢ ἐξ ὧν ταῦτα καταλέλειπται. *Ac prædicta*

quibus hæc relicta ſunt præſtentur: quod ſi ſit mortis cauſa donatio, omnino hæredibus: Si verò ſub tali conditione quis hæres ſcribatur, eas cautiones ſubſtitutis, ſi adſint, vel certe illis, qui ab inteſtato ad hæreditatem vocantur, præſtet, ut lex ab omni parte ſuam habeat perfectionem. Niſi teſtator ſæpius hoc quoque permiſerit, inquiens poteſtatem habere eum, quem vel ex parte, vel ex aſſe inſtituit, aut cui legatum (201) vel fideicommiſſum, aut mortis cauſa donationem reliquit, ut relictum accipiat, nec ullam cautionem præſtet. Tunc enim ſequenda eſt defuncti voluntas. Magnæ quippe curæ nobis eſt (202) legitimas defunctorum voluntates conſervare.

CAPUT XLV.

De adminiſtratione donationis propter nuptias.

Quoniam verò paulò ante (203) de cuſtodia rerum diximus, & Leonis piæ memoriæ conſtitutionem de ſecundis nuptiis ſcimus, quâ mulier eas contrahens, ſi cautionem fidejuſſoriam, (204) ſe ſcil. liberis res reſtituturam, præſtare nequit, trientes uſuras accipit, (205) nos hanc rem pulchrius adhuc definivimus, in iis quæ ab illis hac in re conſtituta ſunt convenientem ſubdiviſionem facientes. Et ſancimus [id quod antea

à nobis cautiones [ſive inſtitutionis pars ſit, ſive fideicommiſſum, ſive legatum] dentur vel hæredibus, vel ſubſtitutis, vel his à quibus hæc relicta ſunt. Vet. pro *cautiones* habet *obſervationes*. τὸ φιδεικόμμισσον inſerendum eſt textui, extat enim in ſeqq.

(201) *vel fideicom.*) ἢ τὸ φιδεικόμμισσον. Deeſt in Βασιλ.

(202) *legitimas*) μελὰ τῶ νόμων. Hal. malè μελὰ τὸν νόμον, vertens *ſecundum legem*.

(203) *de cuſtodia*) περὶ τῆς φυλακῆς. Vet. *Et quia parum antea de cautela rerum ediximus.* De *cautione* egit Imperator cap. præcedenti, ut Vetus verſio poſſit ſenſum habere. Φυλακὴ verò quod in noſtro textu & apud Hal. eſt, pro *cautione* ſine dubio accipiendum eſt. Hal. *de rerum conſervatione.*

(204) *ſe liberis*) τὴν, ὅπ τοῖς παισὶν ἀποκαθίσησι τὰ πράγματα, τὸ τρίτον μέρος τῆς ἑκατοςῆς λαμβάνειν. Vet. *quia filiis reſtituat res, tertiam partem centeſimæ accipere.* Hal. *res ſcilicet ſe liberis reſtituturam, ut trientes uſuras percipiat.*

(205) *nos hanc*) Vet. *Nos cauſam adhuc melius ab ea conſtituimus illius ſuper hoc ſtatutis competentem adjicientes ſubdiviſionem.* Videtur autem cum *Hal.* legiſſe, παρ' ἐκείνης pro παρ' ἐκείνοις.

antea à nobis in quadam conſtitutione dictum eſt] ut ſi quis res in donationem propter nuptias det, ſiquidem omnes immobiles ſint, harum rerum uſusfructus apud matrem ſecundas contrahentem nuptias maneat, (206) & ipſa eas acceptet, nec recuſet, nec à liberis pro earum æſtimatione uſuras exigat, ſed curam earum habeat, (207) quatenus lex uſufructuariis permittit, easque ſecundum leges liberis ſuperſtitibus ſervet: vel ſi omnes mortui fuerint, ſecundum legem noſtram in caſu non exiſtentium liberorum matri, reliquum verò liberorum hæredibus conſervetur. Si verò tota donatio propter nuptias forte in pecunia, vel aliis rebus mobilibus conſiſtat, mater acceptis (208) uſuris trientibus ſub cautione jam ſtatuta pecuniam à liberis non exigat, niſi copioſa ſit mariti ſubſtantia, atque aurum, argentum, veſtem, & ſi quid matri datum erat, habeat: tunc enim electionem matri dabimus, (209) utrum res accipere & cautionem (210) fidejuſſoriam dare, an verò dictam uſuram, tertiam ſcilicet centeſimæ, tam ſecundum priores, quam noſtram legem accipere velit. Verùm ſi permixtæ ſint res, & donatio tam in pecunia, quam immobilibus rebus conſiſtat, immobilia quidem omninò apud matrem maneant, ut exinde alimenta habeat: in mobilibus verò ea, quæ ante ſancivimus, obtineant, ſi in mobilibus tota donatio propter nuptias (211) conſiſtat, muliere curam gerente, ne res immobiles (212) negligat, nec deteriores reddat, ſed prout accepit, reſtituat.

CAPUT

(206) *& ipſa*) καὶ αὐτὴ ταῦτα ἐκλέγοι. Sic & ſupra *Nov. 2. c. 4.* Hal. ταύτην ſc. χρῆσιν Vet. *hac eligat.*

(207) *quatenus*) καθ' ὅσον ὁ νόμος δίδωσι &c. Baſil. καθ' ὅσον ὀμνυόμενος, corruptè.

(208) *uſuris trient.*) τὸ τρίτον τοῦ τόκου μέρος &c. Hal. τὸ ἀπὸ τρίτου τῶν τόκων μέρος. Et mox pro ἀπὸ τρίτου φαμὲν ἑκατοστῆς, Hal. legit ἀπὸ τρίτου &c.

(209) *utrum res*) τὰ πράγματα λαβεῖν. Baſil. τὰ πράγματα διατιμημένα λαβεῖν.

(210) *fidejuſſoriam*) Hic inſerta quædam ſunt in Baſil.

(211) *conſiſtat*) καθεστῶτα. Baſil. καθεστῶτος, ut & ſupra *h. c. init.* ἅπαντος pro ἅπαντα.

(212) *negligat*) ῥαθυμῆσαι, ἢ ἀμελῆσαι, Hal. & Baſil. καταῤῥαθυμῆσαι, *ne quid per negligentiam admittat.*

CAPUT XLVI.

Quomodo, & pro qua parte matres ſuccedant in bonis liberorum.

AD aliam hinc vocamur tractationem, de liberorum ſcilicet ſucceſſione, quam habent, quæ ſecundas nuptias contracturæ ſunt. Ac de his quidem à nobis jam lata eſt lex, & ad Hermogenem glorioſæ memoriæ ſacrorum noſtrorum officiorum (213) Magiſtrum ſcripta, quæ ſub conſulatu Beliſarii Glorioſiſſimi (213) decimo ſeptimo Kal. April. edita eſt: qua ſancivimus, ut matres ad hæreditatem filii, qui liberos non reliquit, cum ipſius defuncti fratribus (214) ſine controverſia vocentur, ac una cum uſufructu etiam proprietatem illius firmiter habeant, ſive ante, ſive poſt delatam hæreditatem ſecundas inverint nuptias, abrogatis per illam legibus, quæ de his contrarium ſtatuebant. Atque hæc noſtra lex, ut etiam nunc in iis ſolùm rata maneat ſancimus, quæ jam ſecundum matrimonium contraxerunt, (215) & quibusdam ex liberis ſuis ſucceſſerunt, ac ut firma ipſis etiam (216) futuro tempore ſervetur, ſive ante, ſive poſt nuptias hæreditatem prolis (217) ad eas deferri contigerit. De his verò, quæ impoſterum (218) ſecundas nuptias contrahunt,

(213) *Magiſtrum*) μάγιστρον γενάμενον. Vet. *Magiſtrum factum* &c. Id eſt, *qui fuit*, nunc autem eſt Baſilides ut ex fine hujus l. intelligetur. CONT.

(213) *decimo ſept.*) τὴν πρὸ δεκαεπτὰ καλανδῶν ἀπριλλίων. Hal. τὴν πρώτην ὀκ καλάνδων ἀπριλλίων [*Primo Kal. April.* qui tamen vertit, *edita XVII. Kal. April.* Vet. *XVII. Kal. April.* Ex hoc loco Contius ſupra reſtituit diem & Conſulem *Nov. 2.*

(214) *ſine controverſia*) ἀπραγμόνως. Vet. *ſine cauſatione*, pro quo Contius ſubſtituit *cautione*. Cur autem id fieri debeat non videmus. Occurrit idem vocabulum eodem ſenſu *Nov. 2.* ni fallimur, & *Nov. 64. cap. 2. pr.*

(215) *& quibusdam*) τινὰς τῶν οἰκείων διαδεξαμέναις παίδων. Vet. *& quasdam propriorum accipientes filiorum.* Male.

(216) *futuro*) κατὰ τὸν ἑξῆς χρόνον. Vet. *ſecundum deinceps tempus.* Hal. & Βασιλ. καὶ κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς χρόνον, *per omne jam inde ab initio emenſum tempus* Quæ lectio probari non poteſt, cum fratris ſororisque filii parentum ſuorum fratribus aut ſororibus cum patruis, avunculis, amitis aut materteris ab inteſtato non in capita ſed in ſtirpes ſuccedant. AGYLÆUS.

(217) *ad eas*) εἰς αὐτὰς. Βασιλ. εἰς αὐτὺς. Mala.

(218 *ſecundas*) εἰς δεύτερον ἄνδρα. Βασιλ. εἰς δεύτερον ἄνδρα.

trahunt, hæc lex noſtra diſponat & ſanciat. (219) Neceſſe itaque eſt, ut proles ſive maſcula ſive fœmina moriens, vel teſtata, vel inteſtata decedat. Cùm igitur de teſtamentis dixerimus, ad ordinem ab inteſtato nunc (220) perveniemus.

§. 1. Si igitur filius legitime teſtatus matri ſubſtantiam, vel etiam aliquam illius partem reliquerit, hanc ipſa propter ſcripturam capiat, (quoniam ubivis voluntates defunctorum ſervari volumus) & in eo quod relictum, vel datum eſt, tam dominium, quam uſumfructum habeat. Quemadmodum enim extraneo alicui quid relinquere licebat, nec hæredi illius ſecundæ nuptiæ quicquam nocebant; ita etiam is, cave, quæ matri hæreditatem aut legatum relinquit, rectè quoad proprietatem & uſumfructum relinquet, ſive ſit ex iis rebus, quæ extrinſecus illi obvenerunt, ſive etiam ex bonis paternis: nec fratres huic rei contradicere poſſint.

§. 2. Sin verò filius inteſtatus moriatur, & mater ſecundas nuptias jam contraxerit, aut poſtea contrahat, ipſa quidem cum filii, vel filiæ fratribus (221) in capita (ſcilicet ſecundum conſtitutionem noſtram) ab inteſtato ad illius ſucceſſionem vocetur. Quæcunque autem ex paterna ſubſtantia ad filium pervenerunt, eorum ſolum uſumfructum habeat, ſive ante, ſive poſtea ſecundas nuptias contraxerit. Ad reliqua verò omnia bona, quæ filius (222) præter paternam ſucceſſionem (223) extrinſecus habebat, veniat ſecundum conſtitutionem noſtram, quam ipſam quoque correctione aliqua indigere ſtatim dicemus. Atque hæc (224) de iis rebus dicimus, quæ ſunt extra donationem ante nuptias.

 Nam

(219) *Neceſſe*) Vet. *Ergo neceſſe eſt filio moriente ſive maſculo ſive fœmina, ſive teſtatus moriatur, ſive etiam ſine hoc.* Sine ſenſu.

(220) *perveniemus*) ἀφιξόμεθα. Baſil. ἐλευσόμεθα.

(221) *in capita*) Hoc verbum non legit Hal. ſed ejus loco addit cum Baſil. & Mſc. Florent. ἢ καὶ ἀδελφιδῶν πρεσωπικῶς, *vel fratrum filiis pro virili*, ut ille vertit.

(222) *præter*) περὶ τὴν τοῦ πατρὸς διαδοχήν. Hal. & Baſil. παρὰ, *præter*, Rectè. Nullus enim aliâs eſt ſenſus.

(223) *extrinſecus*) ἔξωθεν. Hal. ἄνωθεν, *jam inde ab initio.* Vet. *aliunde*, quod rectius legi dicit *Agylæus*.

(224) *de iis*) ἐπὶ τοῖς πράγμασι τοῖς

Digitized by Google

Nam quæ à nobis & inſuper Leonis piæ memoriæ conſtitutione de illis ſancita ſunt, in quibus ſola mater uſumfructum habet, illibata ſervamus. Hæc autem in reliquis bonis ſancimus (225) & futuro tempori tradimus, quæ poſt donationem propter nuptias à patre ad filium, vel ex aliis cauſis, & tam ex teſtamento, quam ſucceſſionibus ab inteſtato pervenerunt: ingratitudinis ratione ubivis in liberis etiam in his bonis habenda, (226) quando veræ cauſæ ingratitudinis probantur: reliquiſque omnibus, quæ de ſucceſſione parentum, quando liberis, aut liberorum, quando parentibus ſuccedunt, dicta ſunt, illibatis ſervandis.

§. 3. Ingratitudinem verò hoc loco non ſolum erga matrem, uti ante à nobis dictum eſt, ſed etiam erga ipſum fratrem defunctum conſideramus.

CAPUT XLVII.

Quoniam autem fratribus multas invicem contentiones eſſe (227) ſcimus, cum (228) ſolum ut ingratum erga fratrem in partem hujus lucri venire non permittimus, qui vel vitæ fratris (229) inſidiatus eſt, vel criminis (230) reum poſtulavit, vel ut bonis eum privaret, operam dedit. Illius enim pars ad reliquos fratres (231) & matrem perveniat. Atque hæc lex de liberorum ſucceſſionibus, quando matres ſuccedunt liberis, lata ſit, factam à nobis ſubdiviſionem in illis, quæ futuro tempore ſecundas nuptias contracturæ ſunt, introducens. Illis

ἔξω τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς. Hal. ἐπὶ τοῖς χρήμασι τοῖς ἔξω τοῖς πράγμασι δωρεᾶς. Vertit tamen: *de rebus, quæ extra donationem ante nuptias ſunt poſita.* Hoc vitium *Agylæus* operarum incuriæ imputat, cum latina apud eum conſtent. In edit. Hal. Pariſienſi verò emendatum eſt.

(225) *& futuro*) τῷ ἑξῆς χρόνῳ. Hal. τῷ ἑξῆς μεταδίδομεν, *& ſequenti legi*, ut ille vertit.

(226) *quando*) ὅταν ἀληθεῖς αἰτίαι &c. Hal. ἀληθὲς αἰτία. Vet. *manifeſtæ cauſa.*

(227) *ſcimus*) ἴσμεν. Hal. οἴδομεν. Βασιλ. εἰς μὲν.

(228) *ſolum*) μόνον. Βασιλ. μὲν.

(229) *inſidiatus*) ἐπιβουλεύσειε. Hal. ἐπιβουλεύσει.

(230) *reum poſtul.*) χαφὴν ἐπενέγκοιτο. Βασιλ. ἀπενέγκοιτο.

Illis enim, quæ ſecundum matrimonium (232) jam inierunt, & beneficio dictæ noſtræ legis potitæ ſunt, ea quæ ex liberorum ſucceſſione, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato ad illas venerunt, tuto & quoad proprietatem & uſumfructum habere, alienare, diſponere, & quo velint modo tranſmittere liceat, nec præſens hæc lex ullum (233) impedimentum ullo tempore illis inferat.

§. 1. Illud quoque, quod in dicta lege conſtitutum eſt, liberis prioris matrimonii firmum maneat: ut ſi donationem ante nuptias, quam mater morte mariti ſui lucrata eſt, ad filium defunctum pervenire contigerit, & propterea pars hæreditatis ejus facta ſit, mater neque pro ea parte, qua filio hæres eſt, dominio rerum donationis ante nuptias fruatur, ſed illarum ſolum uſumfructum, quoad vivit, habeat. Servetur igitur & hoc gratis liberis prioris matrimonii: niſi forte ante dictam legem judicialis quædam ſententia, vel tranſactio inter partes de his quid definiverit.

§. 2. Quoniam verò mater à filio quidem excludebatur, (quod SCto uti vocatur Tertulliano factum eſt) cum filiabus verò (234) admittebatur, nos in filiorum jus non inquirentes, ſed hoc ipſo (235) legitima illi jura dantes, eam quoque cum fratribus defuncti pro numero liberorum (236) vocavimus, ut & ipſa eam partem habeat, quam quilibet fratrum. (237) Si verò maſculi fœminis mixti fuerint, idem conſtituimus. Si tamen mater & filiæ ſolæ ſint, (238) ibi SCtum dimidiam quidem partem matri, alteram verò dimidiam ſororibus, quotcun-

(231) *& matrem*) ante hæc verba inſerit Haloander καὶ ἀδελφόπαιδας, *fratrumque filios*, quod Vet. Interpres non habet, & Agylæus vult expungi.

(232) *jam*) δὴ. Hal. ἤδη. *jam*.

(233) *impedimentum*) ἐμποδὼν. Baſil. ἐμπόδιον. Hal ἐμποδὼν.

(234) *admittebatur*) συνανεκλήθη. Hal. *admittebatur cum filiabus*.

(235) *legitima*) ita in Gr. Hal. νόμιμα.

(236) *vocavimus*) ἐκαλέσαμεν. Hal. ἐκκαλέσαμεν.

(237) *ſi vero*) εἰδὲ καὶ. Hal. καὶ εἰ.

(238) *ibi SCtum*) Hæc quæ ſequuntur uſque ad verb. *quod quoniam*, deſiderantur in Cod. Hal. *Vetus* verò illa habet.

Digitized by Google

que eſſent, dabat. Quod quoniam ante non correximus, nunc emendamus, vocantes eam hoc quoque caſu cum filiabus æqualiter, ut quantum quæque filiarum habet, tantum & ipſa ſolùm capiat. Et in omni caſu huc faciente (239) in virilem portionem, (verba legis ſunt) etiam mater veniat, ſive ſoli ſint maſculi, ſive ſolæ fœminæ, ſive uterque ſexus ſit mixtus.

CAPUT XLVIII.

Quomodo parentes æqualitatem inter prioris matrimonii liberos ſervare debeant.

ILlud adhuc legi (240) adjiciendum putavimus. Si enim vir aut fœmina liberos ex primis aut ſecundis nuptiis, poſt hanc noſtram legem contractis (de his enim præſentia diſponimus) habentes moriantur, ea quidem quæ in lucris nuptialibus obſervanda ſunt, ſancivimus, & inſuper partes, quas parentes legitimis nec ingratis liberis relinquere oportet, determinavimus: non tamen juſtum eſſet, ut parentes ad ſecundam prolem plane inclinent, & prioribus legitima ſolum parte relicta, reliqua omnia ad ſecundos transferant, ſed prioribus etiam aliquid adjiciant. Nam ſi quem ex ſecundis, vel etiam prioribus fortè nuptiis habeant (241) tanta benevolentia dignum & ita dilectum, ut in bonis (242) eum reliquis anteferre velint, poteſtatem id faciendi damus: (243) non tamen ut priorum liberorum conditionem deteriorem prorſus efficiant,

(239) *in virilem port.)* Ita legitur in textu Gr. & veteri verſione. Hal. & Baſil. *ἐν τῇ τοῦ ἀνδρὸς μοίρᾳ. in virilem portionem.*

(240) *adjiciendum)* προσθεῖναι. Hal. προσθῆναι, ut & paulo poſt, verb. *prioribus aliquid adjicere.*

(241) *tanta benevol.)* περισπούδαστον Vet. *feſtivum.* Hal. *ita ſeriis gravibusque ſtudiis deditum*, quod non videtur huic loco convenire.

(242) *anteferre)* ὑπερφέρειν αὐτῶν. Lege cum Hal. αὐτὸν. Vet *preponere eum.*

(243) *non tamen,* μὴ μὴν καθάπαξ τοὺς μὲν προτέρους παῖδας ἐκπτωχεύειν &c. Hal. *at non ut funditus priores filios depauperet, ſecundos opibus auctos reddat.*

Digitized by Google

efficiant, poſteriores verò divitiis augeant. (244) Sed neque augmentum faciant in re admodum magna, neque plane priorum nuptiarum obliviſcantur, (245) neque confirment, quæ à majoribus noſtris de illis dicta ſunt, ſed proſpiciant quidem ſecundis, priorum verò etiam curam gerant, cogitantes, quod utrique liberi ſint, atque ita bona ſua in teſtamentis dividant. Nam ſi illis inteſtato mortuis lex omnes ex æquo vocat, decet eos (246) legem imitari, eamque revereri & non ita magnis imminutionibus illos in anguſtum redigere. Sic enim boni patres erunt, & noſtra lege digni: & juſti quidem erunt ſi ſolam legem obſervent, ſin verò & ſupra legem quid relinquant, erunt juſti ſimul & humani patres. Atque hæc dicimus non de ingratis & (247) gratis liberis (de ingratis enim jam ſæpius dictum eſt) ſed de iis, qui magis aut minus diliguntur, (248) cum magna ſit differentia inter ingratitudinem (249) & gratitudinem, & non æqualem honorem. Hoc autem quod ad æqualitatem liberorum primi & ſecundi matrimonii attinet, magis ut conſilium dantes, quam legem ferentes dicimus. Nam cum ſemel (250) portionem ab inteſtato, quæ omnino liberis relinquenda

(244) *Sed neque*) ἀλλὰ μηδὲ ἐν σφόδρα μεγάλῳ ποιεῖσθαι τὴν παραύξησιν. Hal. ἀλλὰ μὴ σφόδρα μεγαλοποιεῖσθαι τὴν &c. *Sed nenimis augmentum amplificet.* Βασιλ. σφοδρότερον μεγαλοποιεῖσθαι. Cum quibus facit Vet. *Sed neque vehementer magnificare.* Idem utrobique ſenſus quidem eſſe poteſt; lectionem tamen *Hal.* & Βασιλ. præferendam putamus. Nam ἐν μεγάλῳ ποιεῖν, magis videtur reddendum *magnifacere.*

(245) *neque confirment*) μηδὲ βεβαιοῦν τὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν περὶ τούτων εἰρημένα &c. Vet. *neque infirmare ea, quæ à præcedentibus dicta ſunt* &c. Βασιλ. pro εἰρημένα habet ὡρισμένα.

(246) *legem*) νόμον. Βασιλ. νόμων.

(247) *gratis*) εὐχαριστουμένων. Hal. ἐν κεχαρισμένων, *eos, qui undique ſe gratos perhibuerant*, & mox, pro ἀλλὰ περὶ τῶν μᾶλλον ἢ &c. Hal. ἀλλὰ περὶ τῶν ἄλλων, τῶν μᾶλλον ἢ &c. Vet. *ſed de iis qui magis* &c.

(248) *cum magna*) ὡς πολὺ τὸ διάφορόν ἐστιν. Βασιλ. οἷς πολὺ &c.

(249) *& gratitud.*) καὶ εὐχαριστίας, deeſt in Βασιλ.

(250) *portionem ab*) ἅπαξ αὐξήσαντες τὴν ἐξ ἀδιαθέτου μοῖραν. Hal. τὴν ἐκ διαθήκης μοῖραν, *teſtamentaria parte.* Vet. *ab inteſtato partem.* Βασιλ. pro ἅπαξ habent ἅπασαν. Neutrum quidem male dicitur: Illud tamen quod & *Vet.* & Βασιλ. agnoſcunt, retinendum.

Digitized by Google

quenda eſt, auxerimus, & quidem ſi quatuor liberi ſint, trientem, ſi verò plures quam quatuor, ſemiſſem totius ſubſtantiæ omninò definiverimus, ſatis ſolatii liberis jam dedimus, (251) non modica acceſſione antiquam eorum anguſtiam tollentes.

§. 1. Hæc itaque lex in futurum ſanciat, quemadmodum ſæpius jam diximus, nec quicquam ex prioribus attingat: ſed in unam continuitatem undique collecta & (252) compoſita omnia pene de ſecundis nuptiis præcipiat, ac priora quidem prioribus in ſuo robore conſervet, quæ verò in ea diſpoſita ſunt, in futuris ſecundis nuptiis introducat, & novam undique atque (253) exquiſitam quandam quærentibus utilitatem afferat, omnibus conſtitutionibus, quæ de his rebus lata ſunt, & illis caſibus, qui ex his evenient in nuptiis poſt hanc legem futuris ceſſantibus: hac verò una conſtitutione futuro tempori, prout à nobis conſtitutum eſt, in caſibus illa comprehenſis, loco omnium ſufficiente.

EPILOGUS.

HÆc igitur celſitudo tua omnibus gentibus, quæ ſub imperio tuo ſunt, uſitato more manifeſta fieri præcipiat. Ut omnes ſciant, quod licet majorem laborem ſuſtineamus, quam cum ferre oportet ad quem imperiales curæ confluunt, nihil tamen prius illorum ſalute duxerimus, ne multis in locis jus emendicent, ſed cum de his rebus (254) omnes legum partes videant in unum collectas, intelligant, (255) quod & priores

(251) *non modica*) οὐκ ὀλίγῳ μέτρῳ. Baſil. οὐκ ὀλίγα τῷ μέτρῳ.

(252) *compoſita*) συστειράμενος à συστειρᾶν, *inſpiram contrahere, conglomerare.*

(253) *exquiſitam*) ἀπηκριβωμένην, quod eſt *elaboratam, exactè compoſitam*. Hal. ἀπηκριβωμένον.

(254) *omnes*) ἅπαν μέρος. Recte. Hal. ἅπαντας ὁρῶντας, *omnes videntes*. Et ſic quoque Vetus Int.

(255) *quod & priorem*) ὡς καὶ τὸ πρότερον τοῖς ἤδη τεθεῖσιν ἐφυλάξαμεν νόμιμον. Hal. ὡς καὶ τὸ πρότερον τοῖς ἤδη τεθεῖσιν ἐφυλάξαμεν νόμοις. *quod & præteritum latis jam legibus reſervavimus.* Vetus Int. videtur legiſſe τὸν νόμον pro τὸ νόμιμον, *quia & priorem iis, quæ jam poſita ſunt ſervavimus legem.* Senſus eſt: ſe latis antea legib; vim ſuam quoad tempus præteritum reliquiſſe. Lectionem enim

& prio res leges jam latas ſervaverimus & futuro tempori aptam dederimus convenientiam. (256) Scriptum eſt exemplar Patricio Glorioſiſſimo Præfecto felicis hujus urbis. (257) Scriptum eſt exemplum Baſilidæ glorioſiſſimo Magiſtro ſacrorum officiorum. (258) Expræfecto, Conſuli & Patricio. Scriptum eſt exemplum Strategio Glorioſiſſimo Comiti Sacrarum largitionum Exconſuli & Patricio. (259) Scriptum eſt exemplum Triboniano iterum Quæſtori Glorioſiſſimo & (260) Exconſuli. *Legi.* Scriptum eſt exemplum Germano Glorioſiſſimo Duci (261) Sacri Præſentis,

Haloandri meliorem judicamus. Nam τὸ πρέπον ὄνομα minus apte dicitur.

(256) *Scriptum*) Vet. Interpres hic inſerit Dat. XV. Kal. Aug. Conſtant. poſt Bilis. V. C. Conſ.

(257) *Scriptum*) ἐγράφη τὸ ἰσότυπον. Hal. ἐγράφη τῷ ἰσοτύπῳ & ſic in ſeqq.

(258) *Expræfecto*) ἀπὸ ἐπάρχων, ὑπάτῳ &c. Hal. ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ὑπάτων, *ex-præfecto & exconſule.* Et ſic quoque Vetus.

(259) *Scriptum*) Deeſt hoc comma in Vet. verſione & Hal.

(260) *exconſuli*) Additum poſt hoc verbum in textu Græco *legi*, quod & in ſeqq. repetitur. Id ex more ſeculi ſubſcriptum arbitror. In quo fortaſſe id fuit, ut qui Magiſtratus miſſa ad ſe Principis placita legiſſet, id ſubſcripta hac voce teſtificaretur. AGYLÆUS. Subſcriptio eſt quæſtoris, *quæſtor legi*, ut *Nov.* 105. *CUJAC. h.*

(261) *Sacri Præſentis*) τοῦ θείου πραισέντου. Cohortes aliquot hoc nomine. Erant autem Equites pariter & pedites, diſpoſitique per Orientem & Occidentem, ut diſcimus ex Notitia Imperii. Hinc πραισεντάλιοι milites, qui ἐν τῷ πραισέντῳ merebant. MEURS. *Gloſſ.* verb. πραισέντοι. Exemplo duorum PP. initio duo Magiſtri militum in præſenti creati ſunt, ut ſi unus nova moliretur, alter obſtaret. Hi non ſimul, ſed diviſis inter ſe copiis, militibus imperabant. *l. nemo C. d. re milit.* Hanc utramque militiam in præſenti Leo vocat. *l. ult. C. d. diverſ. off.* (*lib.* 12.) quia in Comitatu principis degebant. Sic Magiſtratus, qui ſunt in urbe, Arcadius JCtus in præſenti eſſe dixit. *l. ob Carmen deteſt.* Vocabantur & *præſentes d. l. nemo C. d. re milit.* De his intelligi Tacitus poteſt, cum ait *lib.* 2. Lupercus legionarios è præſentibus Ubios è proximis Trevirorum Equites haud longe agentes raptim tranſmiſit. Aliquando *præſentes numeri* nuncupantur. *l. ult. C. eod. Tit. l.* 4. *G. d. Appar. May. mil.* Hinc Prætorium, in quo hi Magiſtri militum controverſias aut delicta cognoſcebant, *Præſentum* Juſtinianus vocat. *Nov.* 22. *in fin.* Ex his domeſtici, qui ſemper principem comitabantur, quandoque præſentales nominabantur, *l. reſtituendæ C. d. adv. div. jud. l. ult. C. d. dom. & protect.* PANCIROLL. *in notit. Imper. cap.* 31.

Digitized by Google

Præſentis, Exconſuli & Patricio. *Legi.* Scriptum eſt exemplum (262) Tzittæ, Glorioſiſſimo Duci Sacri Præſentis. (263) *Legi.* Scriptum exemplum Floro Glorioſiſſimo Comiti rerum Sacrum-privatarum, & Exconſuli. *Legi.* Tua igitur Excellentia, quæ nobis placuerunt cognoſcens, in Dicaſterio tuo advocatis, aliisque, quibus (264) præeſt, hæc nota faciat, ut ſecundum (265) ea cauſæ decidantur. Non quidem publicè propones ſacram hanc noſtram conſtitutionem, cum ſufficiant quæ hac de re (266) ad Glorioſiſſimos Præfectos Sacro Prætorio à nobis ſcripta ſunt. Scripta lex eſt Johanni Glorioſiſſimo Sacro per Orientem Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio, Dat. XV. Kal. April. Conſtantinop. poſt Bilis. V. C. Conſ.

TIT. II.

De appellationibus, & intra quæ tempora debeat appellari.

Hanc legem non habent Scrimgeriana & Haloandrina editiones, ſed ejus tantum argumentum & ſummam: quod argumento eſt hanc vulgarem translationem ex meliore & integriore archetypo deſumptam, quam ullam aliam editionem, ſed & omnes Novellæ Latinæ deſunt in illis novis editionibus. CONT.

NOVELLA CONSTIT. XXIII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Triboniano Glorioſiſſimo Quæſtori iterum & Exconſuli.

PRÆFATIO.

(262) *Tzitta*) Vet. *Tzigæ.* ut & Hal. Τζίγα.

(263) *legi*) deeſt ap. Hal. ut & ſequens Μαξωλιανῷ.

(264) *præeſt*) ἄρχει. Hal. ἄρχειν, *praee.* Ita & *Vet.*

(265) *ea cauſa*) Deſiderantur hæc in *Vet.* verſione & *Hal.* uſque ad verb. *hanc noſtram.*

(266) *ad glorioſiſſ.*) Vet. *ad Johannem glorioſiſſimum* &c. Hal. πρὸς Ἰωάννην τὸν ἐνδοξότατον &c. verba itaque media τοὺς ἐνδοξοτάτους ὑπάρχους τῶν ἱερῶν πραιτωρίων. Νόμος γραφείς. apud utrumque deſunt.

PRAEFATIO.

ANteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hæc circa appellationes facientes, in præſenti ad hujusmodi beneficium pervenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitati etenim cautum erat, *ut ſi quis per ſe litem exercuerit, & fuerit condemnatus: intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet; ſi autem per procuratorem cauſa ventilata ſit, & in triduum proximum eam extendi.* Ex rerum autem experientia invenimus hoc ſatis eſſe damnoſum: plures enim homines ignaros legum ſubtilitatis, & putantes in triduum eſſe provocationes porrigendas, in promptum periculum incidiſſe, & biduo transacto cauſas perdidiſſe. Unde neceſſarium duximus, hujusmodi rei competenter mederi.

CAPUT I.

ET ſancimus omnes appellationes, ſive per ſe, ſive per procuratores, ſeu per defenſores, vel curatores, vel tutores ventilentur, poſſe intra decem dierum ſpatium à recitatione ſententiæ numerandum, judicibus ab iis quorum intereſt, offerri: ſive magni, ſive minores ſint, (excepta videlicet ſublimiſſima prætoriana præfectura) ut liceat homini intra id ſpatium pleniſſime deliberare, ſive appellandum ei ſit, ſive quieſcendum: ne timore inſtante opus appellatorium frequentetur, ſed ſit omnibus inſpectionis copia, quæ indiſcuſſos hominum calores poteſt refrenare.

CAPUT II.

De conſultationibus.

AD hæc ſancimus, ſi quando lis ſperatur in noſtrum conferri (1) conſiſtorium: ſi forte contigerit Imperatoriam majeſtatem occupatam

Pp

(1) *Conſiſtorium)* Vid. Gloſſ. & A. A. eo verbo. Conſiſtorium autem eſt locus, in quo Princeps conſultat & judicat *θεῖον συνέδριον*. Conſiſtoriani erant ferè Præfectus Præt. Præſens, Quæſtor Palatii Magiſter officione, cum Comitibus & Tribunis ſacri Conſiſtorii: Acta in Conſiſtorio ita concipiebantur. Acta habita apud Imp. N. Auguſtum N. N. Conſulibus X. Kal. April. Conſtant. in Conſiſtorio VALES. ad A. Marcell. lib. 15. c. 5.

Digitized by Google

patam publicis cauſis ex mundanis proviſionibus, non poſſe convocare patres, quatenus cauſa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium eſt litigantium, ſi culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ eſt auctoritatis, ut nolentem Principem poſſit ad convocandos patres cæteroſque proceres coarctare? Sed ſi quid tale evenerit, cauſa intacta permaneat, donec Imperator ſua ſponte motus, & convocari (2) proceres juſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morem procedere.

CAPUT III.

De appellationibus in Ægypto, Aſia, Ponto &c.

ILlud etiam in tertio capitulo diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, novitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetuſtatis auctoritas ita Magiſtratus digeſſerit, ut alii majores, alii medii, alii minores ſint, & appellationes a majoribus judicibus non ſolum ad maximos judices remitterentur, ſed ad ſpectabilium judicum tribunal, quatenus & ipſi ſacro auditorio adhibito litem exercerent: novitas autem hoc deliquerit: evenit, ut ſuper minimis cauſis maximi noſtri judices inquietentur: & homines propter minimas cauſas magnis fatigentur diſpendiis, ut forſitan totius litis æſtimatio ad ſumtus judiciales non ſufficeret. Ideoque ſancimus, ſi quando ex Ægyptiaco tractu, vel adjuncta ei utraque Lybia provocatio ſpetatur uſque ad decem librarum auri quantitatem: non in hanc regiam urbem eam venire, ſed ad Præfectum Auguſtalem, qui audiat & cauſam dirimat, vice ſacri cognitoris nulla ei (penitus) poſt definitivam ſententiam appellatione porrigenda.

§. 1. Similique modo quoties in Aſiana diœceſi vel Pontica tale aliquid emerſerit: uſque ad prædictam quantitatem decem librarum auri appellationes ad viros ſpectabiles comites forte, vel proconſules, vel prætores, vel moderatores, quibus ſpecialiter eaſdem lites peragendas deputavimus, remittantur: quatenus & hi ad ſimilitudinem præfecti Auguſtalis vice ſacri cognitoris intercedant, & cauſas ſine ſpe quidem appellationis, Dei tamen & legum timore proferant decidendas. Orientalem

(2) *Proceres*) Vide Ant. Aug.

Digitized by Google

talem autem tractum cauſas appellatione ſuſpenſas, & uſque ad decem librarum auri quantitatem imitatas ad virum ſpectabilem comitem orientis mittere ſimili modo audientiam & finem ejus impoſiturum.

CAPUT IV.

Ut à ſpectabilibus ad illuſtres appellatur.

ILlo videlicet obſervando, ut viri ſpectabiles duces vel alii ſpectabiles(3) judices, non ad alios eadem ſpectabilitate decoratos judices ſuas transmittant appellationes, in litibus quantæcunque ſint quantitatis, (cum non oporteat ad compares judices appellationes referri. ſed à minore judicio in majus tribunal aſcendere) ſed ad illuſtriſſimam præfecturam, illorum appellationes, cujuſcunque ſint quantitatis, (ut dictum eſt) dirigantur, qui una cum viro excelſo pro tempore quæſtore eas dirimat: utroque officio ſubminiſtrante, id eſt, tam ex ſacris ſcriniis more ſolito, quam præfecto prætorio. Ita tamen hæc ſancimus, ut nec à Ducibus vel aliis ſpectabilibus judicibus, quibus forte, etſi privati ſint, imperialis majeſtatis cauſas injunxerit, appellatio ad memoratos ſpectabiles judices currat: nec cauſa non gradatim procedere, ſed perperam videatur. Sed à Præſidibus quidem provinciarum, & judicibus à nobis datis, ſi non ſint ſpectabiles judices intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel illuſtres ſint dati à nobis judices, quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt, vel duces, qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati: vel ii qui à principe delegati ſunt, ſpectabilem habeant dignitatem: eorum appellationes ſub quacunque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more judices referantur. Omnibus aliis, quæ de appellationibus ſtatuta ſunt vel ab antiqua (4) proſapia, vel ab auctoritate anteriorum conſtitutionum, vel a noſtra humanitate, intactis illibatiſque cuſtodiendis. Dat. Kal. Jul. Conſtantinop. poſt Bilis. V.C.Cons:

(3) *Judices*) Vide Ant. Aug. verbo *Judex*. | (4) *Proſapia*] Vide Ant. Aug. ibidem.

Digitized by Google

Epitome ſuperioris Conſtitutionis.

(1) De appellationibus, ad quem remittantur, ſic auſa, in qua appellatur, decem auri libras non excedat.

(2) Idem Imperator Triboniano iterum Quæſtori, glorioſiſſimo & Exconſuli.

(3) NOn ſolum litis dominus, ſed etiam (4) procurator, (5) & defenſor (6) ejus, & curator & (7) tutor intra decem dies à lata ſententia appellare poteſt. A Præfectis Prætorio nemo appellat.

CAPUT I.

DEcurſus temporis nullum præjudicium liti adfert, (8) ſi Imperatori eam audire non vacet. Quando ad eum & ſenatum cauſa defertur, (9) & cauſa in qua appellatur, decem auri libras non excedit, in Ægyptiaca quidem diœceſi & juncta illi utraque Lybia, Præfectus (10) Auguſtalis eam cognoſcet, (11) in diœceſi verò Orientali, Comes Orienta-

(1) *De appellat.*) Hal. περὶ ἐκκλήτων.

(2) *Idem*) Inſcriptionem hanc ex Haloandro addendum putavimus.

(3) *Non ſolum*) οὐ μόνον &c. Extat hæc Epitome totidem verbis in Βασιλικῶν libris. Apud Haloandr. illius initium tale extat: *Anteriorum legum* &c. Λέγει δὲ καθόλου, ὡς οὐ μόνον &c. *Dicit verò breviter, quod non ſolum* &c.

(4) *procurator*) ὁ ἐντολεὺς Hal. ὁ προκουράτωρ.

(5) *& defenſor*) ὁ ἐκδικητὴς Hal. δεφένσωρ.

(6) *Ejus*) αὐτοῦ, deeſt in Βασιλ.

(7) *tutor*) πάτρων. Sic & Βασιλ. πάτρων eſt *Patronus* apud Theoph. *lib.* 1. *Inſtit.* Novella latina, ut & Julianus, *tutoris* mentionem faciunt. Hal. πάτρωνος.

(8) *Si Imperatori*) Julian. *Si conſultatio ſperetur, & Princeps occupatus non poſſit ſenatum ad hoc colligere.* Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* voce *Conſultatio.*

(9) *& lis*) καὶ ἐκκλητευθεῖσα δίκη &c. Hal. & Βασιλ. ἡ ἐκκλητευθεῖσα &c. quod recipiendum.

(10) *Auguſtalis*) Vid *Gloſſ. Jul.*

(11) *In diœceſi*) ἐπὶ δὲ τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως. In *Latina* legitur *in Orientali tractu* & paulo ante *Ægyptiaco tractu.* Julian. *regione.* Vid. A. A. voce *Tractus.* τὸ διοικήσεως deeſt ap. Hal.

Digitized by Google

Orientalis: in Pontica autem & Aſiana ſpectabiles Comites, (12) Proconſules & Curatores, nec non & (13) Moderatores, (14) ſi quidem ſpecialiter hoc ipſis injunctum fuit, Qui omnes, quos diximus, (15) ſacrum habeant auditorium, neque quiſquam ſententias poſt cognitam appellationis cauſam ab ipſis latas (16) repudiare poſſit.

CAPUT II.

APpellationes, quæ fiunt (17) à ſententiis ſpectabilium judicum, ſive quantitatem decem librarum auri excedant, (18) ſive infra eam ſint; (19) Præfectus Prætorio una cum Quæſtore, utraque cohorte ipſis miniſterium præſtante, cognoſcat. (20)

(12) *Proconſules*) καὶ ἀνθυπάτων καὶ κουράτωρων. Hal. ἀνθυπάτους καὶ πραίτωρας. *Proconſules* & *Prætores*. Βασιλ. ἀνθυπάτους καὶ κουράτωρας. Recte.

(13) *moderatores*) μοδεράτωρες. Lege μοδεράτωρας, quod habet Haloander & Βασιλ.

(14) *ſiquidem*) εἴπερ ἰδικῶς. Hal. εἰ περὶ δίκης. *Si circa litem* Vet. *ſi ſpecialiter*.

(15) *ſacrum*) θεῖον; *divinum*. Hal. ἱερὸν, *ſacrum*. Vid. Gloſſ. *Jul.* voc. *Auditorium ſacrum*.

(16) *repudiare*) παραιτεῖσθαι. Gloſſ. Cyrilli παραιτοῦμαι. *Excuſo, recuſo, evito*.

(17) *à ſententiis*) τὰς ἐκ τῶν περιφάνων τῶν περιβλέπτων. Hal. τὰς ἐκ τῶν περιφάσεων τῶν περιβλέπτων &c. Βασιλ. ἀποφάσεων. Recte. Gloſſ. ἀπόφασις, *ſententia, pronunciatio* &c.

(18) *ſive infra*) εἴτε καὶ ἐλαττῶνται περὶ τούτου. Hal. παρὰ τοῦτο.

(19) *Præfectus*) καὶ ὁ ἔπαρχος. Τὸ καὶ deeſt in Βασιλ. & apud Hal. ubi legitur ὁ ὕπαρχος; delendum autem.

(20) Additum in Hal. Cod. ἐγράφη τρισὶ νόνναις Ἰανουαρίαις μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου. Cum quo convenit fere Julianus, qui habet: Dat. III. Nonas Jan. *Conſ. Biliſarii*. Latina vero, *Dat. Kalend. Julii Conſtantinop. poſt. Biliſ. V. C. Conſ.*

Tit. III.

(1) De Præſide ſeu Prætore Piſidiæ.

CONSTIT. XXIV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Johanni Glorioſiſſimo per Orientem iterum Sacro Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

VEteres Romanos tantam Rempublicam ex parvis & minimis initiis nunquam conſtituere, & totum terrarum orbem, ut ita dicamus, occupare (2) & ordinare (3) potuiſſe credidimus, niſi majoribus Magiſtratibus in provincias miſſis auguſtiores ea re apparuiſſent, poteſtatemque armorum & legum ipſis conceſſiſſent, atque illos ad utrumque aptos & idoneos habuiſſent. Hos quidem Prætores vocarunt, appellatione iis ex eo indita, quod reliquis omnibus præeant & præponantur: permittentes illis, ut & (4) publica negotia adminiſtrarent, & leges ferrent. Unde etiam (5) judiciariæ domus ut prætoria vocentur, conſtituerunt, (6) & multæ leges à Prætoribus promulgatæ ſunt. Multi quoque

(1) *De Præſide*) Hal. περὶ τοῦ ἄρχοντος Πισιδίας. Βασιλ MSS. περὶ τοῦ πραίτωρος Πισιδίας. *De Præſide Piſidiæ.* Julian. *De officio Prætoris Juſtiniani Piſidiæ.*

(2) *& ordinare*) κατασκευάσασθαι. Gloſſ. Cyr. καθίστημι, *diſpono, ordino, conſtituo.*

(3) *potuiſſe*) δυνηθῆναι. Hal. δυναθῆναι.

(4) *publica*) πολιτικά. Hal. πολέμικα, *rem bellicam.*

(5) *judiciariæ domus*) τὰ δικαστικὰ καταγώγια. Sic in *l. 8. C. Th. d. oper publ. Prætoria judicum & domus judiciariæ* pro iisdem ponuntur. Eaque & alibi *judicum manſiones*; *l. 1. d. dom. ad priv. C. Th.* Eodemque ſenſu δικαστικὰ καταγώγια hic dici notat *Gothofred.* ad *d. l. 3.* Hal. minus bene τὰ δικαστικὰ καὶ καταγώγια legit, *ea loca, in quibus publice Magiſtratus vel jus reddere vel habitare ſolebant.* καταγώγια τῶν στρατηγῶν apud *Evagr. Hiſt. Eccleſ. Lib. I. cap. 18. domus Magiſtrorum militum*; vel Prætoria eorum. τὸ τῶν τοιούτων καταγώγιον. *Ibid. lib. 4. cap. 35.*

(6) *& multæ*) καὶ πολὺς νόμος ἐκ τῆς τῶν πραιτώρων ἐξεχύθη φωνῆς. Ad ſenſum quidem nihil hic deſiderandum. Magis tamen placent fere ea, quæ ap. Hal. leguntur. καὶ πολλοὺς νόμους ἐκ τῆς τῶν πραιτώρων ἐνεχθῆναι φωνῆς. *& ut pleraque in rempublicam leges ex viva Prætorum voce inferrentur.*

quoque Prætores, alii Siciliam, alii Sardiniam inſulam, alii Hiſpaniam, (7) alii aliud mare terramve acquiſiverunt & rexerunt.

CAPUT I.

HÆc nos conſiderantes, & antiqua rurſus majore cum honore in Rempublicam reducentes, ac Romanorum nomen ornantes, videntes etiam in aſperiores provincias duplicem quidem Magiſtratū hactenus miſſum, neutrum tamen ad plenum ſua ſorte contentū eſſe, & propterea in quibuſdam provinciis noſtris, (8) in quibus & civilis & militaris Magiſtratus erat, illos ſemper inter ſe contendere (9) ſemperque pugnare non ut (10) in ſubditos aliquid boni conferant, ſed ut magis eos atterant; utrique (11) Piſidiæ Magiſtratui tam civili, quam militari unam formam dandam, & illi, qui eam poteſtatem habet, Prætoris appellationem rurſus imponendam eſſe exiſtimavimus: ut is & exercitibus, qui in provincia ſunt, ſecundum nomen à majoribus (12) illi impoſitum præficiatur, (13) & legibus præſit, (nam & hoc initio Prætorum proprium fuit) & utriuſque quidem Magiſtratus annonas habeat, cohorte verò ſolum centum cohortalium utatur: tot enim (14) ſufficient, quibus cohortis Prætorianæ nomen detur, (15) & ex probatoriis commode hinc euntibus

(7) *alii aliud*) οἱ δὲ ἄλλην κατεκτήσαντο. vid. cap. 3. h. Hal. οἱ δὲ ἄλλοι κελαννήσαντο minus commode.

(8) *in quibus*) ἐν αἷς ἀρχοντικὸς πολιτικὸς ἦν καὶ στρατιωτικὸς ἄλλος. MSS. Βασιλ. ἄρχων τε καὶ πολιτικός. noſtra retinenda.

(9) *ſemperque*) ἀεὶ δὲ μαχόμενοι. Hal. ἀεὶ δὲ καὶ μαχόμενοι.

(10) *in ſubditos*) περιβάλωσι τοῖς ὑπηκόοις MSS. Βασιλ. ἐπευεργετῶσι. utrumque dicitur.

(11) *Piſidiæ*) Hoc verbum non recte inſertum dicit Agylæus, nec Haloander id agnoſcit. Cur autem adeſſe non debeat, non videmus.

(12) *illi*) αὐτῷ λαχθεῖσαν Hal. αὐτοῖς. Illud recte.

(13) *& præſit.*) καὶ προβεβλῆσθαι deeſt in MSS. Βασιλ.

(14) *ſufficient*) ἀρκέσουσι γὰρ αὐτοὶ τοσοῦτοι. Hal. αὐτῷ τοσοῦτοι. Illud αὐτοὶ reſpicit ad ταξεωτῶν. Poteſt vero & legi αὐτῷ ſcil. πραίτωρι MSS. Βασιλ. αὐτῷ ut Hal.

(15) *& ex probatoriis*) καὶ ἐκ προβατορίων. Addit Imperator (τουτέστιν ἐκ δοκιμασιῶν) quibus verbis caret Hal. editio. MS. Βασιλ. καὶ ἐκ δοκιμασιῶν ἐνθένδε προσπεφοιτηκότας &c. Nos ea omiſimus in verſione, quia τὸ *probatoriis*, quod eſt in textu

tibus conſtituatur. Sic enim venerabilis, ſic latronibus terribilis, ſic delinquentibus inexorabilis erit, ſi majore cum poteſtate (16) omnia agat. Et cum lex nuper à nobis lata, omnibus Magiſtratibus præcipiat, ut puris utantur manibus, (17) ipſe quoque illi obtemperet & jusjurandum præſtet, ac res (18) ſecundum id adminiſtret; armis etiam utatur, & civilia ſecundum leges noſtras ordinet. Quare ſi quis ex Glorioſiſſimis Conſularibus, ad hunc Magiſtratum perveniat, etiam hoc ad imitationem antiquorum fiat, (19) quando Conſules non multo inferiores provincias ſortiti ſunt: atque ita paulatim Romanorum nomen amplificarunt, & tam magnum effecerunt, quale nulli plane alii reipublicæ Deus dedit. Atque hoc (20) in Piſidarum regione primum incipere volumus, quoniam a veteribus etiam Chronologis dictum invenimus, Piſidarum gentem illi terræ olim imperaſſe: & nunc provinciam illam majore etiam & (21) ſeveriore Magiſtratu egere credimus, quia maximi in ea pagi ſunt, & (22) populoſi, quique ſæpius ob publica tributa ſeditionem movent, & prædatoriis illis atque homicidarum regionibus,

exprimit illud δοκιμασιῶν. Vid. *Gloſſ. Jul.* voc. *probatoria. Probatio* id eſt electio & promotio officialium non à Præfecto Prætorio aut judicibus, ſed à ſolo Principe fieri debebat per probatorias ex Principis ſcriniis miſſas. *Vid. Tit. C. Th. d. diverſ. off* & l. 7, ibique *Gothofr*. Gloſſ. Jur. πρoβατόριαι συστάσεις καὶ ἀποδείξεις.

(16) *omnia*) ἅπαντα πράττοι. Τὸ μὲν καθαραῖς χρῆσθαι &c. Hal. ἅπαντα πράττοιτο καὶ καθαραῖς μὲν χρῆσθαι &c. Noſtra lectio retinenda eſt. Sed paulo poſt ſcribendum videtur. ἁπάσας τὰς ἀρχας, pro ἁπάσαις ταῖς ἀρχαῖς.

(17) *ipſe*) αὐτῷ δὲ πειθομένῳ τῷ ἐκείνῳ καὶ τὸν. MSS. Βασιλ. αὐτοῦ δὲ πειθομένου τε καὶ ἐκείνῳ τὸν &c. Male.

(18) *ſecundum*) κατ' αὐτὸν. MSS. Βασιλ. κατ' αὐτόν. Αὐτὸν ad juramentum ὅρκον, referendum eſt.

(19) *quando*) καθὰ διεκληρῶντο. Hal. καθὰ δὴ ἐκληρῶντο. Nov. 26. cap. 2. eſt, διακληρούμενοι τὰς ἀρχάς. & hoc cap poſt pauca; καθὰ διεκληροῦντο τὰς ἐπαρχίας.

(20) *in Piſidarum*) Hoc comma uſque ad verb. *& à Veteribus*, abeſt à Codice Haloandri, qui legit, ὅπερ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν χρονογράφοις εἰρημένον. Εὑρήκαμεν τὸ &c. *quod veteres etiam annalium ſcriptores prodiderunt; invenimus & olim* &c.

(21) *Severiore*) σφοδροτέρας, Gloſſ. Cyr. σφοδρὸς, *acer, vehemens, retorrens, acerbus, alacris.* Vid. *Nov. 25. cap. 1.* ubi ſæpius occurrit.

(22) *populoſi*) πολυάνθρωποι, Recte. Hal. καὶ πολλοὶ ἄνθρωποι,

nibus, (23) quæ in vertice aliquo montis, qui lupi caput, & (24) Lycocranias habitaculum appellatur, ſitæ ſunt, hunc Magiſtratum præficiendum, & nunc quidem (25) non ordine quodam legitimo (26) ſed quadam incurſionis ſpecie ad eum veniendum eſſe. Si verò Magiſtratus miſceatur, & tam militaria quam Magiſtratus inſignia conjungantur, omnes militares quoque copiæ, quæ in provincia ſunt, ac inſuper tota civilis cohors, (cui auguſta appellatio jam data, quæque Prætoris

(23) *quæ in vertice*) ὅπερ ἐπὶ τινὸς ἀκρωρείας λύκου κεφαλῆς καλουμένης ἵδρυται. Hal. ὅπερ ἐπὶ τινὸς ἀνορίας λύκου κεφαλῆς ἵδρυται. Vertens: *quæ ſupra voracitatem & quandam inſatietatem lupini capitis collocata ſunt.* Ad quæ verba notatum legimus in edit. *Plantin.* Ex quo apparet, quantum feſellerit interpretem mendoſa lectio ac præſertim in dictione ἀκρωρείας, quæ montem vel montis crepidinem ſignificat, pro qua legit ἀνορίας. Sic ibi notatum. Apparet quoque exinde, quod addere liceat, quid de opinione Gothofredi ſentiendum ſit, quam in notis ad *h. l.* exponit, inquiens; intelligit, ut opinor, Lyci fluminis capita, cujus fit mentio apud Solinum: agitur enim hic de Piſidia; conſtabit id etiam magis collatione Ptolomæi. Turpiter itaque Vetus Interpres (*Verſio eſt Haloandri, non veteris,*) hallucinatus eſt, qui pro Lyci fluminis capite lupinum caput tranſtulit, & ex Lyco fluvio lupinum quoddam confecit. Sic ille. Sed *Procopius de rebus Goth. lib. 3.* Ἀλλὰ καὶ Λυκοκρανίτας καλοῦσι τῶν Πισιδῶν τινάς, οὐχ ὅτι λύκων κεφαλὰς ἔχουσιν, ἀλλ' ὅτι λύκου κράνα τὸ ὄρος ἐκλήθη, ὃ ταύτῃ ἀνέχει. Suidas ἀκρώρεια, ἐξοχὴ, κορυφὴ, εἰς τρία γὰρ διαιρεῖται τὸ ὄρος, εἰς ἀκρώρειαν, εἰς ὑπώρειαν, εἰς τέρμα. Ἀκρώρεια *ſumma montis pars, vertex. In tres enim partes mons dividitur, in montis verticem, latera montis, & partes extremas, & quaſi pedes* MS. Baſil. pro ἵδρυται, ἵδρυνται.

(24) *Lycocranias*) Λυκοκρανίας τε οἰκητήριον. Hal. & MS. Baſil. Λυκοκρανιτῶν τε. *Lycocranitarum.* Lycocranitarum mentionem facit *Johannes Malala Chronogr. in Juſtin. pag. 179* eoſque Phrygibus accenſet, ſecus ac Imper. hic & Procop. *libr. 3. d. reb. Goth.* qui ad Piſidarum gentem. Haloandri ſcripturam præferendam cenſerem noſtræ.

(25) *non ordine*) οὐ κατὰ τάξιν νόμιμον. Hal. non rectè: κατὰ τάξιν νόμιμον, *qui jam ordine legitimo in eum progrediatur.*

(26) *Sed quadam*) ἀλλὰ κατά τινος ἐπιδρομῆς σχῆμα. Hal. editio hæc ſequentibus jungit hoc modo: *At ſi hic Magiſtratus ſub ſpecie quadam incurſionis miſceatur, componantur etiam in unum* &c. quam verſionem merito improbat *Agylæus.* Gloſſ. Cyrilli ἐπιδρομὴ incurſio.

toris cognomine honorata eſt) (27) eum ſequantur, quis eum non (28) timeat, quis eum non revereatur, cum tam leges, quam arma in unum coire videt, electio quoque eô ipſo propoſita ſit, utrum legibus obtemperare, & ſecutus eſſe, atque ſervari, (29) an obliquo ſolum vultu intueri, & ſtatim perire velit, armis è propinquo legibus (30) auxilium ferentibus?

CAPUT II.

QUare qui hunc Magiſtratum ſuſcipit (ſemper autem eum gratis, & nullo planè dato pretio illi (31) damus, ut incorruptus maneat, & iis ſolum, quæ à fiſco dantur contentus ſit; quod etiam prior noſtra lex dicit) ita ſe erga ſubditos gerere debet, quemadmodum in priori lege conſtituimus, juſte ſcilicet & ſanćte, & humaniter cum ſeveritate: homicidia, adulteria, virginum raptus omnemque injuſtitiam è provincia expellat: qui ea committunt ſecundum leges noſtras puniat, neminemque ex delinquentibus, licet ex majoribus ſit, revereatur, neque iis ſe ſubmittat, (32) qui plane nihil prodeſſe, occaſionem vero injuſtitiæ præbere poſſunt? Sed ubique juſtitiam ſervet, atque ad leges noſtras reſpiciat, ſecundum eas judicet, & ut ſubditi noſtri ſecundum eas vivant & regantur, efficiat, (33) Deum ante oculos habeat & timorem noſtrum, neque præterea aliud quicquam plane cogitet. Quamobrem neque

(27) *eum ſequantur*) ἑπομένων τε αὐτῷ. Hal. αὐτοῖς.

(28) *timeat*) φρίξειεν: Hal. *abhorreat*.

(29) *an adverſis*) ἢ μόνον ἀντιβλέψαντας, εὐθὺς ἀπολωλέναι. Hal. ἀντιβλέψοντας, *aut ut vel primo ſtatim intuitu pereat*. Gloſſ. Cyrilli ἀντιβλέπω, *reſpicio*.

(30) *auxilium*) ἐπικουρούντων. Hal. ἐπικουρούντων.

(31) *damus*) δίδομεν. MS. Baſil. διδόαμεν.

(32) *qui plane*) τοῖς ὠφελεῖν μὲν οὐδ' ὁτιοῦν, πρόφασιν δὲ ἀσεβείας παρέχεσθαι δυναμένοις. Hal. ſenſu non diverſo: τοῖς ὄφελος μὲν οὐδ' ὁτιοῦν, προφάσεις δὲ ἀσεβείας παρέχεσθαι δυναμένοις, *qui nullam de ſe utilitatem, at bene nefariis de ſe occaſiones præbere poſſunt*.

(33) *Deum ante*) καὶ πρὸς θεὸν Hal. καὶ πρός γε πρὸς Θεὸν, *inſuper ad Deum quoque*.

neque ex provincia huc (34) frequenter veniat, (35) neque exiguis rebus moleſtiam nobis afferat, ſed ipſe prius omnia cognoſcat & dijudicet, ac (36) memor dignitatis, quam illi dedimus, ita hac in re verſetur, (37) ut Magiſtratus ejus inculpatus ſit, ſciens, quod ſi quis ipſum adeat, & jus ſuum non conſequatur, eaque ad nos referre cogatur, (38) ipſi res nobiſcum futura ſit. Nam ſicuti Magiſtratu ampliore eum honoravimus, ita ſi illum iis, quæ ipſi dedimus, non ſecundum ſcopum noſtrum utentem deprehenderimus, nos Deo ſervientes, legibusque ſubvenientes eum, ut decet, puniemus, ſive ipſum dona accipere, vel gratia, aut odio vinci, (39) vel leges noſtras transgredi inveniamus. Cum enim ſubditos erigere, & malis, quæ hactenus invaluerunt, mederi velimus, magnas opes deſpeximus, atque ad hanc conſtitutionem animum adjicere voluimus.

CAPUT III.

NEque vero eorum ſolum, quæ ante à nobis dicta ſunt, curam gerere, ſed etiam ut in urbibus omnium rerum ſit abundantia, nec civibus quid deſit, eum providere oportet. Inſpiciat quoque opera civitatis, nec hac in parte (40) eas deteriores fieri permittat; ſed ut aquæ ductus, pontes, muri, & viæ reficiantur, operam det; nec patiatur, ut exactores, qui illuc veniunt, ſubditis noſtris aliqua in re graves ſint:

 neque

(34) *frequenter*) φοιτᾷν ἐνταῦθα συχνῶς, Hal. ἐνταῦθεν συχνὸν, quod convenit verbis initialibus *h. cap.* τὸν παρ. ἀμβάνοντα. Contius quoque edidit συχνόν. Sed Amſtel. & Plantin. συχνῶς. MS. Βασιλ. συχνῶς.

(35) *neque exiguis*) καὶ ἐπὶ πράγμασι μετρίοις ἡμᾶς ἐνοχλεῖν. Hal. & MS. Βασιλ. χρήμασι μετρίοις &c. *neque literis immodicis nos interpelles.* Illud recte.

(36) *memor*) μεμνημένον τῆς σεμνότητος. MS. Βασιλ. μεμνημένος τῆς σεμνότητος.

(37) *ut Magiſtratus*) ὡς ἀνυπεύθυνον ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι. γινώσκοντα ὡς &c. MS. Βασιλ. ὡς ἂν ὑπεύθυνον αὐτῷ καὶ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι γινώσκοντι. Noſtra lectio probanda eſt. Vid. *Nov. ſeq. cap.* 3.

(38) *ipſi*) ὁ ἀγὼν αὐτῷ τὸ λοιπὸν &c. Hal. & MS. Βασιλ. αὐτῷ ἐστι.

(39) *vel leges*) ἢ τοὺς ἡμετέρους παραβαίνοντα νόμους. MS. Βασιλ. ἢ τοῖς ἡμετέροις παραβαίνοντα νόμοις.

(40) *eas*) αὐτάς. Hal. αὐτούς.

Digitized by Google

neque leges illas (41) mala conſuetudine introductas, quæ de muris exſtruendis, viis ſternendis, & infinitis aliis cauſis, a ſede Excellentiæ tuæ proficiſcuntur, ſuſcipiat Horum enim omnium cauſa, & ſi quæ ſunt ejusdem generis alia, nemini ſubditos noſtros injuria afficere permittat, (42) neque ſententia a ſede tua feratur, quæ tale quid dicit (nam hoc jam prohibuimus,) ſed ipſe omnium curam gerat. (43) Si vero ſecundum pragmaticam noſtram ſanctionem, quam forte ad tuam præfecturam mittemus, aliquem allegemus, ille prius examinet quæ nobis probantur. Nemini autem deprædari ſubditos plane liceat, ut provincias rurſus frequentatas rurſusque civibus florentes, nec multitudinem hominum huc confluentem videamus, qui propter Magiſtratuum malitiam in patriam ſuam redire (44) non audeant. Sancimus itaque, ut Excellentia tua Magiſtratum gentis Piſidarum non amplius diviſum habeat, ſed unum ſit ſpectabilis Prætoris in eam imperium, quod idem militare & civile ſit, (45) atque tam publicarum & civilium rerum curam gerat, quam militibus præſit, (46) ut mutuo auxilio imperium armis firmetur, & armata cohors lege decoretur. Non enim ſeditio amplius erit in urbibus, ſi talis vir impoſterum præſit, qui utroque imperio noſtro dignus exiſtimatur.

CAP.

(41) *mala*) ἐξ ἔθνε πονηρῦ γινομένας. MS. Βασιλ. ἐξ ἔθνς πονηρὰς γινομένας. Noſtra melior eſt.

(42) *neque*) οὐδὲ προσελεύσεται ψῆφος τῶν θρόνων τῶν σῶν. Legendum ex MS. Βασιλ. προσελεύσεται ἐκ τῶν &c. Sic paulo ante προϊοῦσιν ἐκ τῶν θρόνων &c.

(43) *Si vero*) εἰ δὲ τινα ἡμεῖς κατὰ θεῖον ἡμῶν πραγματικὸν τύπον ςείλαμεν, ὃν ἴσως &c. Hal. male. εἰ δέ τινα ἡμεῖς κατὰ θεῖον νόμον ἡμῶν πραγματικὸν τύπον ςείλαμεν. *Si vero ex ſacra noſtra legis ſententia pragmaticam aliquam formam dirigamus, quam forte* &c.

(44) *non audeat*) μὴ θαῤῥῦντας MS. Βασιλ. μὴ θαῤῥεῖν.

(45) *atque tam*) Hoc comma deeſt in MS. Βασιλ. & in eo quod mox ſequitur. ὁμοίως δὲ τῶν ςρατιωτῶν ἡγούμενος, legit καὶ ὁμοίως μὲν τῶν ςρατιωτῶν ἡγούμενον. Sed male.

(46) *ut mutuo*) ὥςε τῇ δι' ἀλλήλων βοηθείᾳ MS. Βασιλ. ὥςε δὴ δι' ἀλλήλων βοηθείας &c.

CAPUT IV.

QUæcunque igitur fiſcus erogabit, ea ſecundum ſubjectam ſacræ huic legi deſcriptionem, ſpectabili Prætori, & qui circa eum ſunt dari jubemus. Unde & ſacri noſtri nominis ſignum (47) eum habere volumus: & qui Præſes eſt Piſidiæ, is Prætor Juſtinianeus ſit. Obtemperet vero illi cohors Prætoriana, (48) quæ ex probatoriis, ut diximus, conſtituitur, & circa civiles æque ac militares homines & res occupatur. Tributorum quoque exactio ad hunc Præſidem ejusque cohortem ſpectabit, omniaque imperii inſignia habebit, quæ etiam nunc habet,

(47) *eum habere*) ὥσπερ προσκεῖσθαι MS. Βασιλ. ὥσπερ προσκεῖσθαι. Hal. ὥστε προσκεῖσθαι.

(48) *quæ ex*) γινομένη ἐκ προβατορίων. Hal. & MS. Βασιλ. γινομένη μὲν ἐκ &c. non male propter ſequens δὲ.

(49) *Sellam*) δίφρον τε ἐξ ἀργύρου. Vet. *ſellam curulem.* Julian. *carrucam argenteam* interpretatur. In *Nov. 25. cap. 5.* §. 1. dicitur ἀπήνη ἀργυρᾶ, & *vehiculum* à *Vet.* In *Nov. 30. cap. 6.* ὄχημα ἐξ ἀργύρου, *vehiculum. Nov. 79. cap. 1.* ἀπήνη, ubi Vet. *carpentum. Carruca* dicitur in *Tit. C. d. Honoratorum vehiculis.* & apud *Amman. Marcell. lib. 14 cap. 6.* ubi Vid. *Vales.* & *Lindenbrog.* Romæ ſcilicet & Conſtantinopoli cuique dignitati vehiculi quoddam genus tributum fuit, quibus honores gerentes vel Honorati vehi ſolebant. Id *carruca* vel *carrucha* vocatur ab *Am. Marcell.* ab aliis *carpentum* vel *vehiculum.* Præfecti Prætorio quadrigis vehebantur. Honorati vero bijugis tantum. Erant quoque carpenta alia aliis auguſtiora. Nullum Magiſtratum præter Præfectum Prætorio carpento vehi ſolitum, ſed ſella curuli ſcribit *Petr. Fab. d. Semeſtr. cap. 3.* & vehiculum ſeu judiciale carpentum Præfecti urbis pro *ſella curuli* cum poſuiſſe putet. Sed Præfecto urbi carpentum tribuit, *Nov 70. cap. 1* & Fabrum etiam refutat Gothofr. *ad l. 1. C. Th. d. Honorat. Vehic.* Ubi vide ea, quæ diximus, fuſe expoſita. Sellæ curulis mentionem facit *Auſonius* in *Protrept. ad Heſperium*, & *Panegyrico ad Gratianum.* Loca ipſa vid. apud *Pancyroll. ad Notit. Imp. Orient. cap. 22.* Ubi & de ſecuri & reliquis inſignibus Præfecti Prætorio. Adde nunc & *Gloſſ. Jul.* verb. *Carruca.*

Digitized by Google

habet, (49) ſellam ſcilicet argenteam, (50) ſecurim & faſces: (51 habebit etiam inter milites (52) Ad reſponſum: nam eo ipſo quoque præfecturam militum in ea regione illi tribuimus. Quare eos ornet, ordinet & inſtruat, ut latrones perſequantur, ſubditos vero manſuetos & modeſtos invicem reddant. Neque civitatibus ſeditiones agere, neque comitibus (53) inſolenter contra fiſcum quid agere permittat, ſed in omnes poteſtatem habeat, ne uno quidem plane excepto. Conſtitutus autem ſit etiam hic Magiſtratus (54) inter medios, & ad ſpectabilium judicum numerum adſcriptus. Quare quæ in veteribus Vicariis, nunc vero comitibus Juſtinianeis Pacatianæ Phrygiæ (55) & Primæ Galatiæ, nec non ſpectabili Comite Orientis & ſpectabilibus Proconſulibus ſunt, hæc in eo quoque exiſtant, & ſit Judex ſpectabilis. Appellationes etiam contra illum factæ huc mittantur atque examinentur, ſicuti in reliquis quoque ſpectabilibus judicibus fieri ſolet, & in judicium Glorioſiſſimorum Præfectorum introducantur, cauſam ſimul audiente Glorioſiſſimo Quæſtore ſacri noſtri Palatii: quoniam licet Magiſtratus ille militare quid habeat, tamen cum totus (56) in formam magis legitimam

(50) *ſecurim*) Hæc verba deſunt in Haloandri editione.

(51) *habebit*) ἕξει τε ἐπὶ τοῖς ϛρατιώταις. MS. Βασιλ. ἕξει τε ἐπὶ τοὺς ϛρατιώτας. Quod magis probandum videtur. Sic enim puto & alibi dici.

(52) *ad reſponſum*) καὶ *ad reſponſum*. Vid. *Ant. Aug.* & *Gloſſ. Jul.* hac voce. Hal. καὶ εἰς ἀπόκρισιν, MS. Βασιλ. καὶ εἰς ἀπόκρισιν.

(53) *inſolenter*) ἀπαυθαδιάζεσθαι. Hal. ἅπαντα διάζεσθαι, *quicquam ad fiſcum ſpectans divellant*. Noſtra lectio vera eſt. Vid. *Nov. 12. cap. 1.* ubi eſt καταυθαδιάζεσθαι. Thom. Mag. ἀπαυθαδιάζομαι κάλλιον ἢ καταυθαδιάζομαι. Suidas ἀπαυθαδιάζοντας, μεγαλοφρονοῦντας, *animo elatos*. Procop. ἀνεκδοτ. ἀλλὰ αὐθαδιαζόμενος ἀλογίςῳ τινὶ παῤῥησίᾳ, *ſibi omnia imprudenti faſtu arrogavit*. It. τὰ δόξαντα ἐπετέλει αὐθαδιαζομένῃ δυνάμει τε πάσῃ, *quæ ſibi viſa eſſent, procaci animo ſummaque contentione affectaret*.

(54) *inter medios*) Vid ſupra *Nov. 7. Epilog.* & *Nov. 32. cap. 3.*

(55) *& Prima*) τῆς δὲ πρώτης Γαλατίας ἐςί. MS. Βασιλ. τῆς τε πρώτης Γαλατίας, ἔτι καὶ τῆς &c.

(56) *in formam*) πρὸς τὸ νομιμώτερον μεταβαλοῦσαν. MS. Βασιλ. πρὸς τὸν ὁ νομιμώτερον μεταβάλλουσαν σχῆμα.

gitimam mutatus ſit, (57) neceſſario eundem ordinem habere debet, qui hucuſque in ſpectabilibus Judicibus, ſecundum conſuetudinem jam olim obtinentem, ſervatus eſt.

CAPUT V.

QUoniam vero nuper ſacra conſtitutione conſcripta ſancivimus, ut (58) cauſæ appellationum, quæ ſummam quinquaginta (59) aureorum non excedunt, (60) a ſpectabilibus judicibus, in ordine ſacri auditorii examinentur: conſtituimus, ut ſi talis quædam cauſa emergat, in Piſidia tamen ſola, ſive ex (61) delegatione noſtra, ſive alicujus ex glorioſiſſimis noſtris Præſidibus (niſi judex, (62) qui datus eſt, ſpectabilis ſit) non ad ſpectabilem Comitem Juſtinianeum Pacatianæ Phrygiæ deferatur (qua de re antea legem tulimus) ſed ut in provincia ejus ad eum appelletur, & ipſe de ea ſecundum ſacri auditorii formam cognoſcat (nam & hoc modo Magiſtratum honoramus) ac (63) perfectam illi formam imponat, ſancimus, ad felicem hanc urbem non remittendam, ne litigantes exiguis de cauſis magnas perturbationes & damna ſuſtineant.

CAP.

(57) *neceſſario*) ἀναγκαίως. MS. Baσιλ. ἀναγκαίαν τὴν τάξιν, *neceſſarium ordinem.*

(58) *cauſa*) ἐφέσιμος δίκας. Imperator ἐκκλήτους & ἐφεσίμους δίκας promiſcue ponit pro cauſa, in qua appellatur. *Pollux lib. 8. ſegm. 63.* αὗται (ſcil. ἐφέσιμοι) καὶ ἔκκλητοι δίκαι ἐκαλοῦντο, *hæ & ἔκκλητοι dicebantur.* Heſych. ἔκκλητοι δίκαι, αἱ ἐπὶ ξένους λεγόμεναι, καὶ αἱ ἐν τῇ πόλει, *in quibus provocatur ad tribunal, extraneum extra urbem.* Gloſſ. Cyrilli ἔκκλητος, *appellatio, provocatio.* Ἐκκλητὸς ὁ ἐκκαλούμενος, *Appellator.* Ἔφεσις, *appellatio, provocatio.*

(59) *aureorum*) νομισμάτων. MS. Baσιλ. νόμων.

(60) *a ſpectabilibus*) ἃς ὑπὸ τοῖς περιβλέπτοις ἄρχουσιν &c Hal. τὰς ὑπὸ &c. *a ſpectabilibus Piſidibus huc devoluta.* Illud ἃς, quod habet textus noſter delendum eſt.

(61) *delegatione*) Ita *Vet.* & *Hal.* τὸ παραπομπῆς, quod eſt in textu, vertunt. Eſt autem illud alias *deductio* pompa, *comitatus.* Gloſſ. Cyrilli παραπομπὴ, *proſecutio,* παράπομπος, *proſecutor.* Item: *tranſvectio.* *Cujac ad l. 1. C. de quib. mun. vel præſtat.*

(62) *qui datus*) ὁ δεδομένος. MS. Baσιλ. ὁ δεδωκὼς.

(63) *perfectam*) τέλειον ἐπιτεθῆναι τύπον, ſententia perfecta eſt, *definitiva.* Hal. *perfectam formam imponere.*

CAPUT VI.

VT autem illi, qui Prætoris Magiſtratum, vel alios a nobis inventos vel inveniendos ſuſcipiunt, ſciant quomodo Magiſtratus gerere debeant, viſum nobis eſt, non ſolum ſigna adminiſtrationis in codicillis, uti vocantur, illis præbere, ſed & modum (64) præſcribere ſecundum quem Magiſtratum adminiſtrent, quæ anteriores Legislatores (65) mandata Principis vocarunt, ut ad hæc reſpicientes adminiſtrationem ſuam diſponant, & per eam ſubditis noſtris ubique proſint. Itaque & ejusmodi ſacra mandata in ſacro laterculo reponi juſſimus, ut Magiſtratibus (66) una cum codicillis dentur, qui juramentum, quod in ſacra noſtra conſtitutione ſcripſimus, præſtabunt, & reliqua omnia, uti præcepimus, adminiſtrabunt (67) Subjicietur vero a nobis huic quoque ſacræ legi, deſcriptio quædam & declaratio, quid ille, qui Magiſtratum ſuſcipit, pro ſignis Magiſtratus, (68) ſive in ſacro laterculo, ſive judicio glorioſiſſimorum Præfectorum præſtare debeat, quidve ipſi & Aſſeſſori & (69) qui circa eum ſunt, dandum ſit: ut noſtra circa Magiſtratus cura omnibus manifeſta facta, inculpatum ille & undique probatum miniſterium nobis præſtet.

§. 1. Hanc ſane legem ſacrarum noſtrarum conſtitutionum lectio omnibus oſtendet (nam & hanc inter eas ſcribi juſſimus) ipſe vero effectui eam dabis, ut perpetuo in ipſis factis elucéat atque (70) appareat. (71) Dat. XV. Kal. Jun. Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

Prætori

(64) *præſcribere*) ἐγγράφειν. Hal. χ[illegible]ειν.

(65) *mandata*) Hæc verba in Græco textu leguntur. Hal. & MS. Βασιλ. ἀποκρίσεις ἀρχοντικάς, *conſulta quædam Præſidialia*. ut ille vertit. Noſtram lectionem recte ſe habere docet ſupra *Nov. 17.* In ſeqq. dicuntur θεῖα μανδάτα. Paulo poſt MS. Βασιλ. pro μανδάτα habet παραγγέλματα, ubi & quædam deſunt.

(66) *dentur*) διδοῖτο. Hal. διδόσθαι.

(67) *ſubjicietur*) ὑποτεθήσεται. MS. Βασιλ. ὑποτεθείσεται.

(68) *ſive in*) Hæc & ſequentia deſunt apud *Hal.* uſque ad verba, *quidve ipſi* &c. Ubi & pro περὶ αὐτὸν Hal. legit, παρ' ἑαυτόν. MS. Βασιλ. pro λαλ[illegible] habet οἰκει[illegible].

(69) *qui circa*) τοῖς περὶ αὐτόν. Hal. τοῖς παρ' ἑαυτόν.

(70) *appareat*) φαινόμενος. MS. Βασιλ. φερόμενος.

(71) *Dat.*) Julian. *Dat. XII. Kal. Jun. Conſ. Biliſ.*

Digitized by Google

Prætori quidem Piſidiæ annonarum & capitum, ac reliqui ſolatii nomine præberi oportet ſol. CCC. Aſſeſſori ejus (72) ſol. LXXI. Cohorti ejus (73) aur. lib. II. Pro ſymbolis vero ita eum præſtare oportet: tribus ſpectabilibus chartularis ſacri cubiculi ſol. IX. Primicerio clariſſimorum Tribunorum notariorum, & (74) laterculenſibus (75) ſol. XXV. Adjutori ejus ſol. III. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſione & omni alia cauſa (76) ſol. X.

Tit. IV.

De Prætore Lycaoniæ.

CONSTIT. XXV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Johanni Glorioſiſſimo per Orientem iterum Præfecto Sacro Prætorio, Exconſuli & Patricio.

VT Lycaonum gentem majore, quam nunc habet, Magiſtratu ornaremus, juſtum putavimus, reſpicientes ad prima illa principia, ex quibus eam ortam eſſe, antiquarum rerum ſcriptores & narratores tradiderunt, & quia Romanis cognatione maximè juncta, & ferè eadem occaſione condita eſt. Lycaon enim, qui olim Arcadiæ in Hellade Rex fuit, Romanorum etiam terram inhabitavit, cumque veteres (1) Oenotrios aſſumſiſſet, initium dedit Romanorum imperio (vetera autem illa dicimus, quæ temporibus Æneæ & Romuli multo ſunt antiquiora) ac colonia in eas partes miſſa Piſidiæ partem ademit, eique nomen ſuum dedit, & regionem de ſe appellavit Lycaoniam.

Rr Juſtum

(72) *Sol. 71.*) Hal. νομ. οϐ. *Sol. 72.* MS. Βασιλ. ἑϐδομήκοντα δύο.

(73) *aur. lib.*) Hal. χρυσοῦς οϐ. *aureos 52.*

(74) *latercul.*) λατερκουλενσίοις. MS. Βασιλ. οἰκειακοῖς.

(75) *Sol. 25.*) Hal. νομ. μέ. *Sol. 45.* MS. Βασιλ. κέ.

(76) *Sol. 10*) Hal. νομ. ξ'. *Sol. 60.* MS. Βασιλ. ἑξήκοντα. Contius quoque ſcribit, *LX.*

(1) *Oenotrios*) Οἰνώτρυς. Hal. Οἰνωτρίους.

Juſtum igitur eſt, ut (2) & eum Magiſtratum ornemus, antiquis Romani ordinis ſymbolis inſignitum, eosque qui illi nunc præſunt, (3) (Magiſtratum ſcilicet illum civilem, & eum qui armis præeſt) in unum redigamus, & Prætoris appellatione decoremus. Eſt enim hoc nomen Romano imperio patrium, & ante ipſos Conſules in magna Romanorum Republica in uſu fuit. Nam veteres Romani belli duces Prætores vocarunt, iisque committebant, ut exercitus ducerent, & (4) latis ab illis legibus parebant. Atque hic Magiſtratus ex utroque mixtus erat, tam in prælíis fortitudinem, quam legum concinnitatem præ ſe ferens & oſtentans.

CAPUT I.

QUoniam igitur utrumque in unum redigere nobis etiam hic propoſitum eſt, merito illi Prætoris appellationem impoſuimus, ut una cum nomine Prætoris ipſa etiam conſtitutio & natura Magiſtratus in animos audientium (5) influat: & quod non ſimplex ſit, neque ad unum ſolum, arma ſcilicet vel leges reſpiciat, ſed utrumque officium complectatur, & ratione militaris quidem ſeverus & fortis, ratione civilis vero mitis & manſuetus ſit, ideoque injuſtis quidem ſeveriorem, probis vero æquiorem & moderatiorem ſe præbeat. Neque hoc ſimpliciter agimus, vel ad ſolam appellationem attendimus, ſed utilitate etiam Magiſtratum metimur. Nam regio illa fortes viros habet, & ab Iſauria (6) nullo modo differt: quippe cum mediterranea ſit, aprica, equorum altrix, multos, viros multosque equos alat. Magnorum

(2) *& eum Magiſtratum*) καὶ αὐτὴν ἀρχὴν ἐπιχαρασσομένην &c. Hal. καὶ αὐτὴν ἀρχὴν καλλωπίσαι ἐπιχαρασσομένην σύμβολα. *Cui veteris apud Romanos inſtituti ſigna & notæ inſcribantur.* Non male.

(3) *Præſidem*) τὸν τε ἄρχοντα φαμὲν τὴν πολιτικὴν ἀρχήν. Hal. τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς, *de Præſide civilis juriſdictionis loquimur.* Non male.

(4) *latis ab*) τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γραφομένοις. Hal. recte αὐτῶν.

(5) *influat*) συνεισέρχεσθαι. Hal. συνεπηχεῖσθαι, *inſonet:* Illud præferendum.

(6) *nullo*) οὐδενὶ ἐξίσταται μέρει. Hal. ἐν μέρει.

rum etiam ibi eſt pagorum frequentia, atque virorum equitandi & ſagittandi peritorum, quorum animi facile (7) irritantur, quique arma promte arripiunt: & militarem quidem Magiſtratum forte averſantur, quia ſtatus eorum privatam vitam ſolis civilibus Magiſtratibus (8) ſubjectam affectat, hos autem rurſus contemnunt, quoniam legi parere, quæ executionem conjunctam non habet, audacioribus (9) non adeo terribile eſt. Hæc nos permoverunt, ut hunc etiam Magiſtratum, ſicut in Piſidis fecimus, in unum coadunaremus, atque illi noſtro etiam nomine addito, Prætoris nomen inponeremus. Nam & hunc Prætorem Juſtinianeum Lycaoniæ appellari volumus, (10) quemadmodum alterum illum Piſidiæ: utramque autem cohortem (11) in unum contrahimus, (12) tam illam cui civilis, quam eam cui militaris Magiſtratus præfuit: Prætorianam vero etiam illam nominamus, conſtantem (13) ex probatoriis, quæ hinc more ſolito ex ſacro libellorum ſcrinio exeunt, ex quo & olim Ducici eas ferebant, (14) & ut numerus illius centum ſit virorum definimus, eique utriusque Magiſtratus annonas & Aſſeſſori & reliquis (15) damus, quæ quidem (16) ex deſcriptionibus ſacræ huic conſtitutioni ſubjectis manifeſta faciemus. Habeat quoque ad reſpon-

 ſum,

(7) *irritantur*) ῥᾳδίως τοὺς τραχυτέρας ἀνίστασθαι γνώμας, *ad aſperiorem mentem excitari.* Hal. ῥᾳδίως ταχυτέρας, *ad animos ſine negotio & celeriter excitandos.* Quod minus probandum.

(8) *ſubjectam*) ὑποκεκλιμένην. Hal. ὑποκεκλημένην, *ſubditam.*

(9) *non adeo*) φοβερὸν οὐχ ὁμοίως τοῖς θρασυτέροις ἐστὶν Hal. omittit negationem cum voce ὁμοίως, & legit φοβερὸν τοῖς θρασυτέροις ἐστίν. *Audacioribus formidabile eſt.* Quem ſenſum menti Imperatoris contrariari, ea quæ præcedunt, demonſtrant.

(10) *quemadmodum*) ὥσπερ δὴ καὶ Πισιδίας τὸν ἄλλον. Hal. ὥσπερ δὴ καὶ Πισιδίας καὶ τῶν ἄλλων. *Quomodo ſane & Piſidiæ & aliorum.* Non male.

(11) *in unum*) εἰς ταυτὸ. Hal. εἰς ταύτην. MS. Βασιλ. εἰς ταυτὸν.

(12) *tam illam cui*) ἥ τε. Hal. εἴτε, *ſive.* Sic & MS. Βασιλ.

(13) *ex probat.*) ἐκ προβατορείων. MS. Βασιλ. δοκιμασιῶν.

(14) *Ac numerum*) τὸν ἀριθμὸν αὐτῇ συμμετροῦμεν. MS. Βασιλ. αὐτῆς.

(15) *damus*) δίδομεν. MS. Βασιλ. δεδώκαμεν.

(16) *deſcriptionibus*) ἀπογραφῶν. Hal. ὑπογραφῶν. Sic quoque MS. Βασιλ. & mox pro τῇδε τῇ θείᾳ, τῇ θείᾳ.

ſum, (17) ſive apocriſiarios ad militare ornamentum, licet & (18) eo ipſo militibus, qui in dicta provincia ſunt, eum imperare ſanciamus.

CAPUT II.

Mittemus autem, qui hunc Magiſtratum ſuſcepturus eſt, aliquem ex ſpectatis, (19) & ex numero noſtrorum Præſidum, ex quo olim etiam Prætores electi ſunt, ſuisque laboribus rempublicam ornarunt, interdum in Italia manentes, interdum vero in extranea loca miſſi. Nam is ſemper ſui ipſius, & unde Magiſtratus ipſi obvenerit, memor erit, & ſubditis venerandus, latrocinantibus & injuſtis timendus, atque cum majore fiducia omnia peraget. Manifeſtum enim eſt, quod puras manus habere debeat: quoniam & Magiſtratum gratis accipit, & jam nuper à nobis lata lex omnibus Magiſtratibus in illa ſcriptis diſerte præcipit, ut manus contineant, [qua etiam de cauſa juramentum præſtant] (20) & ſecundum leges noſtras judicent, ſubditisque æquitatem & juſtitiam reddant. Hoc pacto (21) veteres etiam Romani rempublicam ſuam ornantes, omnes alias respublicas ſuperarunt. Quis enim illum Magiſtratum non revereatur, & ſimul metuat, quem duplici ſchemate (22) munitum eſſe, (23) ac facile quidem ea, quæ legis ſunt ordinare, facillime vero, ſi lex violetur, id armis vindicare videt.

§. I. Quæ

(17) *ſive apocriſiarios*) deeſt in Hal. Cod. MS. Βασιλ. καὶ ἀποκρισιαρίους.

(18) *eo ipſo*) ἄλλως. Hal. ἄλλων στρατιωτῶν, *aliis etiam militibus*. Non male. Lege ſis, τῶν ἄλλων. MS. Βασιλ. ἄλλως.

(19) *& ex num.*) ἰδοὺ ἐκ τοῦ καταλ. &c. MS. Βασιλ. τὸν &c.

(20) *& ſecundum*) καὶ κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους δικάζειν τε καὶ νέμειν. MS. Βασιλ. κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους. δικάζειν τε καὶ &c. Illud probabile eſt Imperatorem ſcripſiſſe.

(21) *Veteres*) οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι. MS. Βασιλ. οἱ παλαιοί. *In Nov. 90. præfat.* eſt τοῖς πάλαι νομοθέταις.

(22) *munitum*) φρουρούμενον, *præſidio cuſtoditum*. Hal. *excubias agere*, φρουρέω eſt *cuſtodio, excubias ago*: φρουροῦμαι, *cuſtodior præſidio*.

(23) *ac facile*) καὶ ῥᾴδιον μὲν τὰ ἐκ τοῦ νόμου διατάττουσαν &c. MS. Βασιλ. καὶ ῥᾳδίως μὲν παρὰ τοῦτο τοῖς ὅπλοις ἐπανορθοῦσαν.

Digitized by Google

§. 1. Quæ autem de Prætore Piſidiæ in lege de ipſo lata (24) expoſita ſunt, (25) illa & hac lege præcipienda eſſe duximus. Eum enim, qui Magiſtratum hunc plane gratuitum accipit, muneribus incorruptum, iisque ſolum, quæ fiſcus præbet, contentum eſſe, quemadmodum etiam lex de Magiſtratibus jam lata differit, ac ſancte & juſte ſeſe gerere oportet. Atque uti Magiſtratus ejus mixtus eſt, ita quoque harmonia animi illius, jam acutioribus & intentis, jam lenioribus & (26) remiſſis ſonis temperata ſit.

§. 2. Odio quoque habeat & puniat omne adulterium, (27) atque inſuper homicidium, & gravius adhuc raptus virginum. Atq; injuſtos, ſiquidem immedicabili morbo laborent, (28) omnino puniat. Si vero mediocriter ægrotent, meliores reddat. Neminem autem injuſte agentem revereatur, etſi dives, vel in majore aliqua dignitate poſitus ſit. (29) Ideo enim de præſtantiorum numero eum mittimus, ut ipſe ad neminem, quam nos & leges reſpiciat, (30) atque ſecundum eas judicet, & ut ſubditi vitam ſecundum eas componant, procuret.

CAPUT III.

ET neque negligens ſit, neque injuriam faciat: ne quidam ex provincia, cui præeſt, propter injurias ibi acceptas regionem deſerant, & continuo (31) nobis moleſti ſint: ſed ipſe prius, quæ ad eum deferun-

(24) *expoſita*) προηγόρευται. Hal. προηγόρευται, & deinceps προσαγορεῦσαι. Vertit autem *quibus de rebus Prætorem* &c. *appellavimus.* Illud præferendum.

(25) *illa*) ταῦτα καλῶς ἔχειν ᾠήθημεν προσαγορεῦσαι καὶ τούτῳ. MS Βασιλ. διὰ ῥᾷστα δὲ ὅτι παραβηθεῖν τοῦ νόμου. Noſtra ſana ſunt.

(26) *remiſſis*) ἀνειμένοις. MS. Βασιλ. ἀνειμένοις

(27) *atque*) καὶ πρό γε ἐκείνης. MS. Βασιλ. καὶ πρό γε ἐκείνης, *& ante eam, præcipue.*

(28) *omnino*) καθάπαξ. Hal. καὶ καθάπαξ, *citra exceptionem.* Sic & MS. Βασιλ.

(29) *Ideo*) διὰ τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐκ τῶν σεμνοτέρων αὐτὸν καταλόγων στέλλομεν. Hal. *propterea enim de numero præſtantiorum electum ipſum mittimus.*

(30) *atque ſecundum*) Deerant hic quædam in MS. Βασιλ.

(31) *nobis*) ἡμῖν ἐνοχλεῖν. Hal. ἡμᾶς legit ut ſupra *Nov. 1. præfat.* §. 1. Vid. *infr. n. 64.*

Digitized by Google

deferuntur, cognoſcat, eaque dijudicet, ac ſemper honoris, quem illi tribuimus, memor ſit, atque ita laboribus Magiſtratus fungatur, ut is ipſi glorioſus & inculpatus ſit. Atque illud certo ſciat, quod ſi quis nos adierit, & ad eum (32) calamitates ſuas non detulerit, neque expertus ſit, an jus conſequi poſſit, nos (33) hunc ad eum nullo illi dato reſponſo miſſuri ſimus. Sin vero detulerit, & non obtento jure nos adeat, tunc non hujus deinde (34) ſed illius qui Magiſtratum gerit, judices erimus. (35) Et quemadmodum honorem illi auximus, ita etiam ſi eum ignaviæ ſe tradere, in iiſque, quæ in ipſum contulimus, (36) negligenter verſari deprehendamus, legibus opem feremus, & in eum pro merito animadvertemus. Et ſicut ille nec verba noſtra, nec leges, nec Magiſtratus ſchema reveretur, ita neque nos illum verebimur, ſed cum illo agemus eo modo quo ipſe Magiſtratu fungetur: & ſi eum non puras manus habere, vel ad adfectum aliquem reſpicere, vel noſtras leges transgredi deprehendemus, (37) nos ſecundum legem actionem ad rationes reddendas adverſus eum intentabimus. Neque enim pecuniis, (38) neque ulli plane rei pepercimus, ut ſubditos ſervemus.

CAP.

(32) *calamitates*) τὰ οἰκεῖα πάθη. Hal. τὰ οἰκεῖα, παθὼν καὶ ἀποπειραθεὶς &c. (qui & in præcedentibus omittit negativam μὴ) domeſticam ſibi rem incommodis affectam eſſe. Illud retinendum.

(33) *hunc ad*) τοῦτον αὐτῷ. Hal. τοῦτον αὐτὸν, *hunc ipſum*, Sic forte melius. Vel τοῦτον αὖθις πέμψομεν, ſcilicet ἐπὶ τῆς χώρας, ut *Nov. 30. cap. 9. pr.*

(34) *ſed illius*) ἀλλ' αὐτῷ τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι. Hal. ἀλλ' αὐτῷ τὴν &c.

(35) *Et quemadm.*) καὶ ὥσπερ αὐτῷ μείζονα πεποιήκαμεν τὴν τιμήν. Hal. μείζονα πεποιήκαμεν ἀρχὴν, *ampliorem illi honorem reddidimus.*

(36) *negligenter*) ἀμελῶς. MS. Baſil. ἐμμελῶς.

(37) *nos ſecundum*) ἡμεῖς αὐτῷ κατὰ νόμον ἐπιστήσομεν εὐθύνας. Recte. Hal. ἡμεῖς κατ' αὐτὸν τὸν νόμον &c. *Nos vigore legis ad facti ſui rationem reddendam eum ſiſtemus.*

(38) *neque ulli*) οὐδὲ ἑτέρου τῶν πάντων. Recte. Hal. οὐδὲ ἑτέρου τῶν παρόντων, *aut quapiam aliarum rerum, quæ nobis ſuppeterent.*

Digitized by Google

CAPUT IV.

TRanquillitati vero civitatum eum quoque providere oportet. Et primum quidem, ut civitates ſibi ſubditas a ſeditionibus (39) liberet, & æquitatem ubique ſervet, omnemque curam adhibeat, (40) ne ſubditi aliqua re indigeant.

§. 1. Nec opera civitatum negligat, ne hac etiam in parte vel aquarum ductus, vel pontium tranſitus, vel murorum tutela, vel viarum cura imminuatur. Sed omnia reficiat, vel ad nos referat, ut quædam ex reditibus civilibus, quædam vero ex noſtris reficere poſſit.

§. 2. (41) Obſervet vero, ne exactoribus, qui à judicibus mittuntur, ſubditos noſtros in aliqua re damno afficere aut gravare liceat: uti nec illis, qui conſuetas haſce juſſiones afferunt, quæ nuper de throno tuo emittuntur, quæque perdunt eos, qui vitam (42) in paupertate degunt, jam murorum præcipientes refectiones, jam viarum curam, jam imaginum, pontium, portuum, & publicorum aquæ ductuum renovationes, locorum publicorum ablationes, domuum non bene (43) ædificatarum demolitiones, aliaque magis adhuc ad calumnias (44) idonea: ſed ipſe horum curam gerat, atque ſine damno omnia perficiat. Si vero majori inſpectione eam rem egere nobis viſum fuerit, ſacra pragmatica formâ utemur, (45) quam ad tuum Magiſtratum, ſi videbitur.

(39) *liberet*) ἀπαλλάττειν. MS. Βασιλ. ἀπαλλάττοιτο. Ita quidem ſcribi poteſt propter ea quæ ſequuntur & præcedunt. Noſtra tamen lectio vitioſa non eſt.

(40) *ne ſubditi*) τοῦ μηδὲν τοῖς ὑπηκόοις ἐνδεῖν. Hal. τοῦ μηδὲν τοῖς ὑπηκόοις ἐπιδιδόναι, *ne nimium ſubditis indulgeat & frena relaxet.*

(41) *Obſervet*) παρατηρεῖν δὲ τὸ μηδὲ τοῖς ἐκείνων. Hal. μὴ παραχωρεῖν δὲ τοῖς ἐκείνοις &c. Male.

(42) *in paupertate*) ἐν μετριότητι. Μέτριος *pauper* dicitur à *Modeſtin. Tit. de Excuſat.* & *Mediocritas* tenue patrimonium a Paulo.

(44) *idonea*) ἔτι ἐγχειρητέα MS. Βασιλ. ἔτι ἐγχειρηστάτα.

(43) *ædificatarum*) κτισθέντων. MS. Βασιλ. κτισθέντα.

(45) *quam ad*) id eſt ad Te. Hoc comma uſque ad τὸ *videbitur* deeſt in Hal. Codice.

debitur, mittemus, (46) ut ſecundum eam alii quoque hanc quæſtionem faciamus. Sic reſpirabunt aliquando ſubditi, ſic florebunt rurſus civitates, (47) & incolæ earum maximum incrementum capient, nec patriam, tanquam rem maxime terribilem, fugient, propter Magiſtratuum malitiam ſua inhabitare metuentes.

CAPUT V.

Sciat igitur Excellentia tua, quod hic Magiſtratus unus, non duplex futurus ſit. Quare omnia quæ fiſcus antea utrique Magiſtratui dedit, illa ſecundum ſubjectam ſacræ huic legi deſcriptionem, ei & qui circa eum ſunt, ejusque cohorti dabis, quemadmodum hactenus etiam data ſunt.

§. 1. Tributorum vero exactio, tum illi, tum etiam Prætorianis cohortalibus ipſi ſubjectis incumbet, & inſignia utriusque Magiſtratus habebit, licet magna ex parte (48) militaris ſit. Sane curru argenteo vehetur, & (49) ſecuris eum præcedet (nam & hoc quoque Conſularis imperii ſignum eſt) faſces ſimiliter illi ſolenniter præferentur, totusque exercitus, qui in provincia eſt, illi ſerviet, qui curam geret, ut latrones exſcindat & injuriam paſſis opem ferat, atque ſubditos noſtros in officio contineat.

§. 2. Sed nec Comitibus permittet, ut publica tributa recuſent. Inter ſpectabiles vero Magiſtratus (50) & ipſe collocabitur: etſi qui eum ſuſcipit, majoris forte dignitatis ſit. Illi enim, qui provincias regent, tales erunt, quales nos ad Magiſtratum neceſſarios eſſe (51) judicabimus. Ipſum vero Magiſtratum inter ſpectabiles numerari par eſt, quales ſunt Proconſules & Comes Orientis, Galatiæ & Phrygiæ.

§. 3.

(46) *ut ſecundum*) κατ' αὐτὸν δὲ καὶ ἑτέρῳ τινὶ ταύτης ποιήσασθαι τὴν ζήτησιν. Sic & Hal. qui vertit: *qua ſecundum ipſum alteri quoque hanc inquiſitionem injungamus.*

(47) *& incolæ*) καὶ αὔξησις τοῖς οἰκοῦσι ταύτας ὡς πλείστη γενήσεται

(48) *militaris*) στρατιωτικός. Hal. ἐν στρατιωτικοῖς ἐστί.

(49) *& ſecuris*) καὶ ἡγήσεται πέλεκυς αὐτοῦ. Hal. αὐτῷ.

(50) *& ipſe*) καὶ αὐτη. Hal. αὐτὸς. Recte, ſi præcedentia reſpicias. Poteſt & ἀρχὴ intelligi, quod ſequitur.

(51) *judicabimus*) ἐγκρίνωμεν. Hal. & MS. Basil. ἐκκρίνωμεν. Minus recte.

Digitized by Google

§. 3. Quare & provinciæ ſuæ cauſas tam pecuniarias quam criminales, nec non liberales audiat, quemadmodum omnibus Magiſtratibus id licet. De appellationibus quoque, quæ contra reſponſa eorum interponuntur, ex more, qui diu in ſpectabilibus Magiſtratibus obtinuit, cognoſcent tum Glorioſiſſimi ſacro noſtro Prætorio Præfecti, tum etiam Glorioſiſſimus Quæſtor, uti à majoribus traditum eſt: quoniam magis civilis jam factus eſt Magiſtratus, legibus admixtus, (52) quas ipſis etiam armis (53) imperare volumus.

CAPUT VI.

SEcundum legem verò nuper à nobis latam, (54) ſi cauſa quædam in provincia illius quantitatem quinquaginta aureorum non excedat, deinde à judice appelletur, illam non Pacatianæ Phrygiæ judex, (55) ſicut ante diximus, ſed ipſe audiet: ſive ex delegatione noſtra, ſive à quodam ex Glorioſiſſimis noſtris judicibus cauſa alicui commiſſa ſit, modo ſpectabilis non ſit, propter rationes quas nuper in conſtitutione de appellationibus lata ſcripſimus. (56) Et vel ea re illuſtris erit, quod ſacrum auditorium habiturus, & cauſis non amplius, ut olim, huc mittendis finem impoſiturus ſit, ne ob exiguas occaſiones ea res magnorum damnorum cauſam ſubditis noſtris præbeat. Hæc verò & nos ei nota faciemus. Curæ enim fuit potentiæ noſtræ, ut non ſolum (57) ſigna Magiſtratuum, qualia ſpectabilibus Præſidibus data ſunt, per codicillos ita dictos illi traderentur, ſed etiam ex juſſionibus Imperialibus, quæ (58) mandata Principis

(52) *quas*) Vide, an referendum ſit ad perſonas ante nominatas, potius quàm ad leges.

(53) *imperare*) ἄρχειν βουλόμεθα. Hal. κρατεῖν ἐβουλόμεθα, *voluimus*.

(54) *ſi cauſa*) εἴ τις δίκη. MS. Βασιλ. ὅλως δίκη.

(55) *ſicut*) καθάπερ πρότερον εἰρήκαμεν, MS. Βασιλ. καθὰ προειρήκαμεν.

(56) *Et vel*) Hoc comma non legit Haloander usque ad verbum *habiturus*. In MS. Βασιλ. pro κατὰ τοσοῦτο legitur κατὰ τοῦτο. Non malè.

(57) *ſigna*) σύμβολα ἀρχόντων. Hal. σύμβολα ἀρχῶν, quod frequentius occurrit.

(58) *mandata Principis*) Ita in Gr. expreſſum legitur. Hal. & MS. Βασιλ. ἀποκρίσεις ἀρχοντικάς. Rectius in *Nov. 27.* dicuntur βασιλικὰ ἐντάλματα.

veteres Imperatores & Legiſlatores vocârunt, quæ ſcripta in ſacro noſtro (59) laterculo deponi juſſimus, ut ſemper inde cum codicillis Magiſtratibus dentur, (60) atque hi quidem Magiſtratum ipſis conferant, illa verò mores eorum (61) componant. Ex deſcriptione verò, quæ ſacræ huic legi ſubjecta eſt, (62) manifeſtum erit, quid illi, qui Magiſtratus creatus eſt, pro imperii ſignis præſtandum, & tum ipſi, tum Aſſeſſori, quique circa eum ſunt, ſubminiſtrandum ſit. Si verò aliquos (63) vicinarum provinciarum Præſides, circa tributa negligentes invenias, non alium emittes, (64) ſed ipſis ſpectabilibus Præſidibus negotium dabis, ut ipſi vicinis Præſidibus, ſi deſides ſint, immineant, atque efficiant, ut illa omni modo inferant.

EPILOGUS.

HAnc itaque legem nos quidem ſacratum noſtrarum conſtitutionum libro (65) inſeri curavimus, ipſe verò ubi illam acceperis, omnia ſecundum eam, quæ immortalem noſtri beneficii memoriam præbitura eſt, (66) peragas. Dat. XV. Kal. Jun. Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

Prætori Lycaoniæ præbenda ſunt: Ipſi quidem pro annonis & (67) capitationibus, & reliquo ſolatio ſol. CCC. Aſſeſſori ejus ſol. (68) LXXII. Cohorti ejus (69) auri Lib. II. Pro ſymbolis verò hæc præſtanda ſunt: Specta-

(59) *laterculo*) λατερκούλῳ. MS. Βασιλ. ὀψικιακόν.

(60) *atque hi*) καὶ οἱ μὲν αὐτοῖς διδῶσι τὴν ἀρχήν. Hal. τὴν αὐτήν.

(61) *componant*) ῥυθμίζοι. Recte. Hal. ῥυθμίσει.

(62) *manifeſtum*) δῆλον ἔσται τὸ μὲν προσῆκόν ἐστιν αὐτὸν γινόμενον προσ. &c. MS. Βασιλ. ἐστιν, τὸ μὲν ἐστιν αὐτῶν διδόμενον προφάσει.

(63) *vicinarum*) τῶν πλησίων αὐτῶν ἐπαρχιῶν. Lege cum Hal. πλησίων αὐτῷ ἐπαρχιῶν. Vel τῶν πλησίον αὐτῷ ἐπαρχιῶν, ut *Nov.* 27. MS. Βασιλ. τῶν πλησίον αὐτῶν.

(64) *ſed ipſos*) ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς σπεκταβιλίοις ἄρχουσιν ἐνοχλήσεις. Hal. ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς σπεκταβιλίους ἄρχοντας &c. Vid. ſupr. *n.* 31. & *Nov.* 4. *n.* 21.

(65) *inſeri*) ἀποτεθῆναι. Hal. ἐντεθῆναι, ut paulo ante ἐπιτεθῆναι pro ἐντεθῆναι.

(66) *peragas*) πρᾶξον. Hal. πράξεις.

(67) *capitationibus*) καπιταστικίων. Hal. καπίτων. MS. Βασιλ. κεφαλητικίων.

(68) *ſol. 72.*) MS. Βασιλ. ἑβδομήκοντα.

(69) *auri*) Ita legitur in Gr. textu. Hal. χρυσοῦς ιβ! *aureos* 52.

Spectabilibus Chartulariis ſacri cubiculi (70) ſol. VIII. Primicerio Clariſſimorum Tribunorum notariorum (71) & Laterculenſibus: ſol. XXIII. Adjutori ejus ſol. III. cohorti Glorioſiſſimorum noſtrorum Præfectorum pro juſſionibus & omnia alia cauſa (72) ſol. XI.

Tit. V.

(1) De Prætore Thraciæ.

CONSTIT. XXVI.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Johanni Glorioſiſſimo Sacrorum Prætoriorum per Orientem iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio.

ILlud in confeſſo eſt, quod ſi quis Thracum regionem nominet, ſtatim etiam cum voce fortitudo quædam, & militarium copiarum, bellorum atque pugnarum cogitatio animum ſubeat. Hæc enim regioni illi ingenita, & patria ſunt. Quare cum nobis ante quoque propoſitum eſſet, quæ ad ea loca pertinent, ordinare, de iis, quæ animo ante agitavimus, hanc legem nunc (2) ferimus. Nam ad (3) Longum murum duos eſſe & (4) Vicarios nominari omnes ſcimus, quorum alter militaribus cohortibus præeſt, (multæ enim in eo loco militares copiæ ſunt,) alter verò civilibus negotiis præfectus eſt. Uterque verò, & hic quidem Glorioſiſſi-

(70) *ſol. VIII.*) Hal. νομ. θ. *ſol. 9.*

(71) *& Laterculenſibus*) καὶ τοῖς λατερκουλισίοις. MS. Βασιλ. καὶ τοῖς ὀικειακοῖς.

(72) *ſol. XI*) Hal. νομ. ξ. *ſol. 60.* MS. Βασιλ. νομίσματα ξ.

(1) *De Prætore*) Julian. *De officio Prætoris Juſtiniani Thraciæ, & de provocationibus in Thracia porrectis.*

(2) *ferimus*) τίθεμεν. Hal. τεθείμεθα.

(3) *longum murum*) Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *longus murus.* Condidit illum longum murum ſexaginta ab urbe milliaribus, extenditque à magno mari verſus meridiem milliaribus 50. latitudine pedum viginti. Vid. *Suid.* Zonaras *Annal. 3.* addit cauſas, nempe ad prohibendas invaſiones Scytharum. Et hinc à conditore ἀναςασιακὸν appellat Cedrenus. Vid. *Meurſ. Gloſſ.* verb. βικάριος.

(4) *Vicarios*) βικαρίων. Gloſſ. Jul. βικάριος ὁ ἐκ προσώπου, ut emendat *Meurſ.* in *Gloſſ.* qui & οὐικάριος & *Bigarius* atque *Vigarius* paſſim ſcribi docet. *Suid.* βικάριος, παρὰ Ῥωμαίοις διάδοχος.

Juſtum igitur eſt, ut (2) & eum Magiſtratum ornemus, antiquis Romani ordinis ſymbolis inſignitum, eosque qui illi nunc præſunt, (3) (Magiſtratum ſcilicet illum civilem, & eum qui armis præeſt) in unum redigamus, & Prætoris appellatione decoremus. Eſt enim hoc nomen Romano imperio patrium, & ante ipſos Conſules in magna Romanorum Republica in uſu fuit. Nam veteres Romani belli duces Prætores vocarunt, iisque committebant, ut exercitus ducerent, & (4) latis ab illis legibus parebant. Atque hic Magiſtratus ex utroque mixtus erat, tam in prælis fortitudinem, quam legum concinnitatem præ ſe ferens & oſtentans.

CAPUT I.

Quoniam igitur utrumque in unum redigere nobis etiam hic propoſitum eſt, merito illi Prætoris appellationem impoſuimus, ut una cum nomine Prætoris ipſa etiam conſtitutio & natura Magiſtratus in animos audientium (5) influat; & quod non ſimplex ſit, neque ad unum ſolum, arma ſcilicet vel leges reſpiciat, ſed utrumque officium complectatur, & ratione militaris quidem ſeverus & fortis, ratione civilis vero mitis & manſuetus ſit, ideoque injuſtis quidem ſeveriorem, probis vero æquiorem & moderatiorem ſe præbeat. Neque hoc ſimpliciter agimus, vel ad ſolam appellationem attendimus, ſed utilitate etiam Magiſtratum metimur. Nam regio illa fortes viros habet, & ab Iſauria (6) nullo modo differt: quippe cum mediterranea ſit, aprica, equorum altrix, multos viros multosque equos alat. Magnorum

(2) *& eum Magiſtratum*) καὶ αὐτὴν ἀρχὴν ἐπιχαρασσομένην &c. Hal. καὶ αὐτὴν ἀρχὴν καλακοσμῆσαι ἐπιχαραττομένην σύμβολα. *Cui veteris apud Romanos inſtituti ſigna & notæ inſcribantur.* Non male.

(3) *Præſidem*) τὸν τε ἄρχοντα φαμὲν τὴν πολιτικὴν ἀρχήν. Hal. τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς, *de Præſide civilis juriſdictionis loquimur.* Non male.

(4) *latis ab*) τοῖς ὑπ' αὐτοῦ χαραττομένοις. Hal. recte αὐτῶν.

(5) *influat*) συνεισέρχεσθαι. Hal. συνεισηχεῖσθαι, *inſonet.* Illud præferendum.

(6) *nullo*) οὐδενὶ διέστηκε μέσῳ. Hal. ἐν μέσῳ.

rum etiam ibi eſt pagorum frequentia, atque virorum equitandi & ſagittandi peritorum, quorum animi facile (7) irritantur, quique arma promte arripiunt: & militarem quidem Magiſtratum forte averſantur, quia ſtatus eorum privatam vitam ſolis civilibus Magiſtratibus (8) ſubjectam affectat, hos autem rurſus contemnunt, quoniam legi parere, quæ executionem conjunctam non habet, audacioribus (9) non adeo terribile eſt. Hæc nos permoverunt, ut hunc etiam Magiſtratum, ſicut in Piſidis fecimus, in unum coadunaremus, atque illi noſtro etiam nomine addito, Prætoris nomen imponeremus. Nam & hunc Prætorem Juſtinianeum Lycaoniæ appellari volumus, (10) quemadmodum alterum illum Piſidiæ: utramque autem cohortem (11) in unum contrahimus, (12) tam illam cui civilis, quam eam cui militaris Magiſtratus præfuit: Prætorianam vero etiam illam nominamus, conſtantem (13) ex probatoriis, quæ hinc more ſolito ex ſacro libellorum ſcrinio exeunt, ex quo & olim Ducici eas ferebant, (14) & ut numerus illius centum ſit virorum definimus, eique utriusque Magiſtratus annonas & Aſſeſſori & reliquis (15) damus, quæ quidem (16) ex deſcriptionibus ſacræ huic conſtitutioni ſubjectis manifeſta faciemus. Habeat quoque ad reſpon-

 ſum,

(7) *irritantur*) ῥᾳδίως ὀξεῖς τραχυτέρας ἀνίστασθαι γνώμας, *ad aſperiorem mentem excitari.* Hal. ῥᾳδίως ταχυτέρας, *ad animos ſine negotio & celeriter excitandos.* Quod minus probandum.

(8) *ſubjectam*) ὑποκεκλιμένην. Hal. ὑποκεκλιμένην, *ſubditam.*

(9) *non adeo*) φοβερὸν οὐχ ὁμοίως τοῖς θρασυτέροις ἐστὶν Hal. omittit negationem cum voce ὁμοίως, & legit φοβερὸν τοῖς θρασυτέροις ἐστὶν. *Audacioribus formidabile eſt.* Quem ſenſum menti Imperatoris contrariari, ea quæ præcedunt, demonſtrant.

(10) *quemadmodum*) ὥσπερ δὴ καὶ Πισιδίας τὸν ἄλλον. Hal. ὥσπερ δὴ καὶ Πισιδίας καὶ τῶν ἄλλων. *Quomodo ſane & Piſidiæ & aliorum.* Non male.

(11) *in unum*) εἰς ταυτὸ. Hal. εἰς ταύτην. MS. Βασιλ. εἰς ταυτὸν.

(12) *tam illam cui*) ἤ τι. Hal. εἴτε, *ſive.* Sic & MS. Βασιλ.

(13) *ex probat.*) ἐκ προβατορίων. MS. Βασιλ. δοκιμασιῶν.

(14) *Ac numerum*) τὸν ἀριθμὸν αὐτῇ συμμετροῦμεν. MS. Βασιλ. αὐτῆς.

(15) *damus*) δίδομεν. MS. Βασιλ. διδόαμεν.

(16) *deſcriptionibus*) ἀπογραφῶν. Hal. ὑπογραφῶν. Sic quoque MS. Βασιλ. & mox pro τῇδε τῇ θείᾳ, τῇ θείᾳ.

ſum,' (17) ſive apocriſiarios ad militare ornamentum, licet & (18) eo ipſo militibus, qui in dicta provincia ſunt, cum imperare ſanciamus.

CAPUT II.

Mittemus autem, qui hunc Magiſtratum ſuſcepturus eſt, aliquem ex ſpectatis, (19) & ex numero noſtrorum Præſidum, ex quo olim etiam Prætores electi ſunt, ſuiſque laboribus rempublicam ornarunt, interdum in Italia manentes, interdum vero in extranea loca miſſi. Nam is ſemper ſui ipſius, & unde Magiſtratus ipſi obvenerit, memor erit, & ſubditis venerandus, latrocinantibus & injuſtis timendus, atque cum majore fiducia omnia peraget. Manifeſtum enim eſt, quod puras manus habere debeat; quoniam & Magiſtratum gratis accipit, & jam nuper à nobis lata lex omnibus Magiſtratibus in illa ſcriptis diſerte præcipit, ut manus contineant, [qua etiam de cauſa juramentum præſtant] (20) & ſecundum leges noſtras judicent, ſubditiſque æquitatem & juſtitiam reddant. Hoc pacto (21) veteres etiam Romani rempublicam ſuam ornantes, omnes alias reſpublicas ſuperarunt. Quis enim illum Magiſtratum non revereatur, & ſimul metuat, quem duplici ſchemate (22) munitum eſſe, (23) ac facile quidem ea, quæ legis ſunt ordinare, faciliime vero, ſi lex violetur, id armis vindicare videt.

ſ. I. Quæ

(17) *ſive apocriſiarios*) deeſt in Hal. Cod. MS. Βασιλ. καὶ ἀποκρισιαρίους.

(18) *eo ipſo*) ἄλλως. Hal. ἄλλων στρατιωτῶν, *aliis etiam militibus*, Non male. Lege ſis, τῶν ἄλλων. MS Βασιλ. ἄλλως.

(19) *& ex num.*) τῶν ἐκ τῦ καταλ. &c. MS. Βασιλ. τὸν &c.

(20) *& ſecundum*) καὶ κατὰ τὺς ἡμετέρους νόμους δικάζειν τε καὶ νέμειν. MS. Βασιλ. κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους. δικάζειν τε καὶ &c. Illud probabile eſt Imperatorem ſcripſiſſe.

(21) *Veteres*) οἱ πάλαι Ρωμαῖοι. MS. Βασιλ. οἱ παλαιοὶ. *In Nov. 90. præfat.* eſt τοῖς πάλαι νομοθέταις.

(22) *munitum*) φρουρούμενον, *præſidio cuſtoditum*. Hal. *excubias agere*, φρουρέω eſt *cuſtodio, excubias ago*: φρουροῦμαι, *cuſtodior præſidio*.

(23) *ac facile*) καὶ ῥᾴδιον μὲν τὰ ἐκ τῦ νόμου διατάττουσαν &c. MS. Βασιλ. καὶ ῥᾳδίως μὲν παρὰ τούτο τοῖς ἄλλοις ἐπανορθοῦσαν.

§. 1. Quæ autem de Prætore Piſidiæ in lege de ipſo lata (24) expoſita ſunt, (25) illa & hac lege præcipienda eſſe duximus. Eum enim, qui Magiſtratum hunc plane gratuitum accipit, muneribus incorruptum, iisque ſolum, quæ fiſcus præbet, contentum eſſe, quemadmodum etiam lex de Magiſtratibus jam lata differit, ac ſancte & juſte ſeſe gerere oportet. Atque uti Magiſtratus ejus mixtus eſt, ita quoque harmonia animi illius, jam acutioribus & intentis, jam lenioribus & (26) remiſſis ſonis temperata ſit.

§. 2. Odio quoque habeat & puniat omne adulterium, (27) atque inſuper homicidium, & gravius adhuc raptus virginum. Atq; injuſtos, ſiquidem immedicabili morbo laborent, (28) omnino puniat. Si vero mediocriter ægrotent, meliores reddat. Neminem autem injuſte agentem revereatur, etſi dives, vel in majore aliqua dignitate poſitus ſit. (29) Ideo enim de præſtantiorum numero eum mittimus, ut ipſe ad neminem, quam nos & leges reſpiciat, (30) atque ſecundum eas judicet, & ut ſubditi vitam ſecundum eas componant, procuret.

CAPUT III.

ET neque negligens ſit, neque injuriam faciat: ne quidam ex provincia, cui præeſt, propter injurias ibi acceptas regionem deſerant, & continuo (31) nobis moleſti ſint: ſed ipſe prius, quæ ad eum

 deferun-

(24) *expoſita*) προηγόρευται. Hal. προηγόρευται, & deinceps προσαγορεῦσαι. Vertit autem *quibus de rebus Prætorem &c. appellavimus.* Illud præferendum.

(25) *illa*) ταῦτα καλῶς ἔχειν ᾠήθημεν προσαγορεῦσαι καὶ τούτῳ. MS Basil. διὰ ῥᾶστα δὲ ἔτι παραβυθεῖν τὸν νόμον. Noſtra ſana ſunt.

(26) *remiſſis*) ἀνειμένοις. MS. Basil. ἀνειμένοις

(27) *atque*) καὶ πρόσγε ἐκείναις. MS. Basil. καὶ πρόσγε ἐκείνης, *& ante eam, præcipue.*

(28) *omnino*) καθάπαξ. Hal. καὶ καθάπαξ, *citra exceptionem.* Sic & MS. Basil.

(29) *Ideo*) διὰ τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐκ τῶν σεμνοτέρων αὐτὸν καταλόγων στέλλομεν. Hal. *propterea enim de numero præſtantiorum electum ipſum mittimus.*

(30) *atque ſecundum*) Deerant hic quædam in MS. Basil.

(31) *nobis*) ἡμῖν ἐνοχλεῖν. Hal. ἡμᾶς legit ut ſupra *Nov. 1. præfat. §. 1.* Vid. *infr. n. 64.*

Digitized by Google

deſeruntur, cognoſcat, eaque dijudicet, ac ſemper honoris, quem illi tribuimus, memor ſit, atque ita laboribus Magiſtratus fungatur, ut is ipſi glorioſus & inculpatus ſit. Atque illud certo ſciat, quod ſi quis nos adierit, & ad eum (32) calamitates ſuas non detulerit, neque expertus ſit, an jus conſequi poſſit, nos (33) hunc ad eum nullo illi dato reſponſo miſſuri ſimus. Sin vero detulerit, & non obtento jure nos adeat, tunc non hujus deinde (34) ſed illius qui Magiſtratum gerit, judices erimus. (35) Et quemadmodum honorem illi auximus, ita etiam ſi eum ignaviæ ſe tradere, in iisque, quæ in ipſum contulimus, (36) negligenter verſari deprehendamus, legibus opem feremus, & in eum pro merito animadvertemus. Et ſicut ille nec verba noſtra, nec leges, nec Magiſtratus ſchema reveretur, ita neque nos illum verebimur, ſed cum illo agemus eo modo quo ipſe Magiſtratu fungetur: & ſi eum non puras manus habere, vel ad adfectum aliquem reſpicere, vel noſtras leges transgredi deprehendemus, (37) nos ſecundum legem actionem ad rationes reddendas adverſus eum intentabimus. Neque enim pecuniis, (38) neque ulli plane rei pepercimus, ut ſubditos ſervemus.

CAP.

(32) *calamitates*) τὰ οἰκεῖα πάθη. Hal. τὰ οἰκεῖα, παθὼν καὶ ἀποπειραθεὶς &c. (qui & in præcedentibus omittit negativam μὴ) domeſticam ſibi rem incommodis affectam eſſe. Illud retinendum.

(33) *hunc ad*) τοῦτον αὐτῷ. Hal. τοῦτον αὐτὸν, *hunc ipſum*, Sic forte melius. Vel τοῦτον αὖθις πέμψομεν, ſcilicet ἐπὶ τῆς χώρας, ut *Nov. 30. cap. 9. pr.*

(34) *ſed illius*) ἀλλ' αὐτῷ τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι. Hal. ἀλλ' αὐτῷ τὴν &c.

(35) *Et quemadm.*) καὶ ὥσπερ αὐτῷ μείζονα πεποιήκαμεν τὴν τιμὴν. Hal. μείζονα πεποιήκαμεν ἀρχὴν, *ampliorem illi honorem reddidimus.*

(36) *negligenter*) ἀμελῶς. MS. Basil. ἐκμελῶς.

(37) *nos ſecundum*) ἡμεῖς αὐτῷ κατὰ νόμον ἐπιθήσομεν εὐθύνας. Recte. Hal. ἡμεῖς καὶ αὐτὸν τὸν νόμον &c. *Nos vigore legis ad facti ſui rationem reddendam eum ſiſtemus.*

(38) *neque ulli*) οὐδὲ ἑτέρου τῶν πάντων. Recte. Hal. οὐδὲ ἑτέρῳ τῶν παρόντων, *aut quapiam aliarum rerum, quæ nobis ſuppeterent.*

Digitized by Google

CAPUT IV.

TRanquillitati vero civitatum eum quoque providere oportet. Et primum quidem, ut civitates ſibi ſubditas a ſeditionibus (39) liberet, & æquitatem ubique ſervet, omnemque curam adhibeat, (40) ne ſubditi aliqua re indigeant.

§. 1. Nec opera civitatum negligat, ne hac etiam in parte vel aquarum ductus, vel pontium tranſitus, vel murorum tutela, vel viarum cura imminuatur. Sed omnia reficiat, vel ad nos referat, ut quædam ex reditibus civilibus, quædam vero ex noſtris reficere poſſit.

§. 2. (41) Obſervet vero, ne exactoribus, qui à judicibus mittuntur, ſubditos noſtros in aliqua re damno afficere aut gravare liceat: uti nec illis, qui conſuetas haſce juſſiones afferunt, quæ nuper de throno tuo emittuntur, quæque perdunt eos, qui vitam (42) in paupertate degunt, jam murorum præcipientes refectiones, jam viarum curam, jam imaginum, pontium, portuum, & publicorum aquæ ductuum renovationes, locorum publicorum ablationes, domuum non bene (43) ædificatarum demolitiones, aliaque magis adhuc ad calumnias (44) idonea: ſed ipſe horum curam gerat, atque ſine damno omnia perficiat. Si vero majori inſpectione eam rem egere nobis viſum fuerit, ſacra pragmatica forma utemur, (45) quam ad tuum Magiſtratum, ſi videbitur.

(39) *liberet*) ἀπαλλάττειν. MS. Βασιλ. ἀπαλλάττοιτο. Ita quidem ſcribi poteſt propter ea quæ ſequuntur & præcedunt. Noſtra tamen lectio vitioſa non eſt.

(40) *ne ſubditi*) τοῦ μηδὲν τοῖς ὑπηκόοις ἐνδεῖν. Hal. τοῦ μηδὲν τοῖς ὑπηκόοις ἐνδιδόναι, *ne nimium ſubditis indulgeat & frena relaxet.*

(41) *Obſervet*) παρατηρεῖν δὲ τὸ μηδὲ τοῖς ἐκεῖσε. Hal. μὴ παραχωρεῖν δὲ τοῖς ἐκεῖσε &c. Male.

(42) *in paupertate*) ἐν μετριότητι. Μέτριος *pauper* dicitur à *Modeſtin. Tit. de Excuſat.* & *Mediocritas* tenue patrimonium a Paulo.

(44) *idonea*) ἔτι ἀσχημονέστερα MS. Βασιλ. ἔτι ἀσχημονέστατα.

(43) *ædificatarum*) κλιθέντων. MS. Βασιλ. κλιθέντα.

(45) *quam ad*) id eſt ad Te. Hoc comm uſque ad τὸ *videbitur* deeſt in Hal. Codice.

debitur, mittemus, (46) ut ſecundum eam alii quoque hanc quæſtionem faciamus. Sic reſpirabunt aliquando ſubditi, ſic florebunt rurſus civitates, (47) & incolæ earum maximum incrementum capient, nec patriam, tanquam rem maxime terribilem, fugient, propter Magiſtratuum malitiam ſua inhabitare metuentes.

CAPUT V.

SCiat igitur Excellentia tua, quod hic Magiſtratus unus, non duplex futurus ſit. Quare omnia quæ fiſcus antea utrique Magiſtratui dedit, illa ſecundum ſubjectam ſacræ huic legi deſcriptionem, ei & qui circa eum ſunt, ejusque cohorti dabis, quemadmodum hactenus etiam data ſunt.

§. 1. Tributorum vero exactio, tum illi, tum etiam Prætorianis cohortalibus ipſi ſubjectis incumbet, & inſignia utriusque Magiſtratus habebit, licet magna ex parte (48) militaris ſit. Sane curru argenteo vehetur, & (49) ſecuris eum præcedet (nam & hoc quoque Conſularis imperii ſignum eſt) faſces ſimiliter illi ſolenniter præferentur, totusque exercitus, qui in provincia eſt, illi ſerviet, qui curam geret, ut latrones exſcindat & injuriam paſſis opem ferat, atque ſubditos noſtros in officio contineat.

§. 2. Sed nec Comitibus permittet, ut publica tributa recuſent. Inter ſpectabiles vero Magiſtratus (50) & ipſe collocabitur: etſi qui eum ſuſcipit, majoris forte dignitatis ſit. Illi enim, qui provincias regent, tales erunt, quales nos ad Magiſtratum neceſſarios eſſe (51) judicabimus. Ipſum vero Magiſtratum inter ſpectabiles numerari par eſt, quales ſunt Proconſules & Comes Orientis, Galatiæ & Phrygiæ.

§. 3.

(46) *ut ſecundum*) κατ' αὐτὸν δὲ καὶ ἑτέρῳ τινὶ ταύτην ποιήσασθαι τὴν ζήτησιν. Sic & Hal. qui vertit: *qua ſecundum ipſum alteri quoque hanc inquiſitionem injungamus.*

(47) *& incolæ*) καὶ αὔξησις τοῖς οἰκοῦσι ταύτας ὡς πλείστη γενήσεται

(48) *militaris*) στρατιωτικός. Hal. ἐν στρατιωτικοῖς ἐστί.

(49) *& ſecuris*) καὶ ἡγήσεται πέλεκυς αὐτῷ. Hal. αὐτῷ.

(50) *& ipſe*) καὶ αὐτη. Hal. αὐτός. Recte, ſi præcedentia reſpicias. Poteſt & ἀρχὴ intelligi, quod ſequitur.

(51) *judicabimus*) ἐγκρίνωμεν. Hal. & MS. Βασιλ. ἐκκρίνωμεν. Minus recte.

Digitized by Google

§. 3. Quare & provinciæ ſuæ cauſas tam pecuniarias quam criminales, nec non liberales audiat, quemadmodum omnibus Magiſtratibus id licet. De appellationibus quoque, quæ contra reſponſa eorum interponuntur, ex more, qui diu in ſpectabilibus Magiſtratibus obtinuit, cognoſcent tum Glorioſiſſimi ſacro noſtro Prætorio Præfecti, tum etiam Glorioſiſſimus Quæſtor, uti à majoribus traditum eſt: quoniam magis civilis jam factus eſt Magiſtratus, legibus admixtus, (52) quas ipſis etiam armis (53) imperare volumus.

CAPUT VI.

SEcundum legem verò nuper à nobis latam, (54) ſi cauſa quædam in provincia illius quantitatem quinquaginta aureorum non excedat, deinde à judice appelletur, illam non Pacatianæ Phrygiæ judex, (55) ſicut ante diximus, ſed ipſe audiet: ſive ex delegatione noſtra, ſive à quodam ex Glorioſiſſimis noſtris judicibus cauſa alicui commiſſa ſit, modo ſpectabilis non ſit, propter rationes quas nuper in conſtitutione de appellationibus lata ſcripſimus. (56) Et vel ea re illuſtris erit, quod ſacrum auditorium habiturus, & cauſis non amplius, ut olim, huc mittendis finem impoſiturus ſit, ne ob exiguas occaſiones ea res magnorum damnorum cauſam ſubditis noſtris præbeat. Hæc verò & nos ei nota faciemus. Curæ enim fuit potentiæ noſtræ, ut non ſolum (57) ſigna Magiſtratuum, qualia ſpectabilibus Præſidibus data ſunt, per codicillos ita dictos illi traderentur, ſed etiam ex juſſionibus Imperialibus, quæ (58) mandata Principis

Ss veteres

(52) *quas*) Vide, an referendum ſit ad perſonas ante nominatas, potius quàm ad leges.

(53) *imperare*) ἄρχειν βουλόμεθα. Hal. κρατεῖν ἐβουλόμεθα, *voluimus*.

(54) *ſi cauſa*) εἴ τις δίκη. MS. Βασιλ. εἴ τις δίκη.

(55) *ſicut*) καθάπερ πρότερον εἰρήκαμεν. MS. Βασιλ. καθὰ προειρήκαμεν.

(56) *Et vel*) Hoc comma non legit Haloander usque ad verbum *habiturus*. In MS. Βασιλ. pro κατὰ τοσοῦτο legitur κατὰ τοῦτο. Non malè.

(57) *ſigna*) σύμβολα ἀρχόντων. Hal. σύμβολα ἀρχῶν, quod frequentius occurrit.

(58) *mandata Principis*) Ita in Gr. expreſſum legitur. Hal. & MS. Βασιλ. ἐντολὰς ἀρχοντικάς. Rectius in *Nov. 27.* dicuntur βασιλικὰ ἐντάλματα.

veteres Imperatores & Legislatores vocârunt, quæ ſcripta in ſacro noſtro (59) laterculo deponi juſſimus, ut ſemper inde cum codicillis Magiſtratibus dentur, (60) atque hi quidem Magiſtratum ipſis conferant, illa verò mores eorum (61) componant. Ex deſcriptione verò, quæ ſacræ huic legi ſubjecta eſt, (62) manifeſtum erit, quid illi, qui Magiſtratus creatus eſt, pro imperii ſignis præſtandum, & tum ipſi, tum Aſſeſſori, quique circa eum ſunt, ſubminiſtrandum ſit. Si verò aliquos (63) vicinarum provinciarum Præſides, circa tributa negligentes invenias, non alium emittes, (64) ſed ipſis ſpectabilibus Præſidibus negotium dabis, ut ipſi vicinis Præſidibus, ſi deſides ſint, immineant, atque efficiant, ut illa omni modo inferant.

EPILOGUS.

HAnc itaque legem nos quidem ſacratum noſtrarum conſtitutionum libro (65) inſeri curavimus, ipſe verò ubi illam acceperis, omnia ſecundum eam, quæ immortalem noſtri beneficii memoriam præbitura eſt, (66) peragas. Dat. XV. Kal. Jun. Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

Prætori Lycaoniæ præbenda ſunt: Ipſi quidem pro annonis & (67) capitationibus, & reliquo ſolatio ſol. CCC. Aſſeſſori ejus ſol. (68) LXXII. Cohorti ejus (69) auri Lib. II. Pro ſymbolis verò hæc præſtanda ſunt:

Specta·

(59) *laterculo*) λατερκούλῳ. MS. Βασιλ. ὀφφικιακόν.

(60) *atque hi*) καὶ οἱ μὲν αὐτοῖς διδῶσι τὴν ἀρχήν. Hal. τὴν αὐτήν.

(61) *componant*) ῥυθμίζοιεν. Recte. Hal. ῥυθμίσοι.

(62) *manifeſtum*) δῆλον ἔσαι τὸ μὲν προσῆκόν ἐστιν αὐτὸν χορηγούμενον προσ. &c. MS. Βασιλ. ἐστιν, τὸ μὲν ἐστιν αὐτῷ διδόμενον προφάσει.

(63) *vicinarum*) τῶν πλησίων αὐτῶν ἐπαρχιῶν. Lege cum Hal. πλησίων αὐτῷ ἐπαρχιῶν. Vel τῶν πλησίον αὐτῷ ἐπαρχιῶν, ut *Nov.* 27. MS. Βασιλ. τῶν πλησίον αὐτῶν.

(64) *ſed ipſos*) ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς σπεκταβιλίοις ἄρχουσιν ἐνοχλήσεις. Hal. ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς σπεκταβιλίους ἄρχοντας &c. Vid. ſupr. *n.* 31. & *Nov.* 4. *n.* 21.

(65) *inſeri*) ἀποτεθῆναι. Hal. ὑποτεθῆναι, ut paulo ante ἐπιτεθεῖναι pro ἐπιτεθῆναι.

(66) *peragas*) πρᾶξον. Hal. πράξεις.

(67) *capitationibus*) καπιταστιώνων. Hal. καπίτων. MS. Βασιλ. κεφαλητιόνων.

(68) *ſol. 72.*) MS. Βασιλ. ἑβδομήκοντα.

(69) *auri*) Ita legitur in Gr. textu. Hal. χρυσοῦς ιβ'. *aureos* 52.

Spectabilibus Chartulariis ſacri cubiculi (70) ſol. VIII. Primicerio Clariſſimorum Tribunorum notariorum (71) & Laterculenſibus: ſol. XXIII. Adjutori ejus ſol. III. cohorti Glorioſiſſimorum noſtrorum Præfectorum pro juſſionibus & omnialia cauſa (72) ſol. XI.

TIT. V.

(1) De Prætore Thraciæ.

CONSTIT. XXVI.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Johanni Glorioſiſſimo Sacrorum Prætoriorum per Orientem iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio.

ILlud in confeſſo eſt, quod ſi quis Thracum regionem nominet, ſtatim etiam cum voce fortitudo quædam, & militarium copiarum, bellorum atque pugnarum cogitatio animum ſubeat. Hæc enim regioni illi ingenita, & patria ſunt. Quare cum nobis ante quoque propoſitum eſſet, quæ ad ea loca pertinent, ordinare, de iis, quæ animo ante agitavimus, hanc legem nunc (2) ferimus. Nam ad (3) Longum murum duos eſſe & (4) Vicarios nominari omnes ſcimus, quorum alter militaribus cohortibus præeſt, (multæ enim in eo loco militares copiæ ſunt,) alter verò civilibus negotiis præfectus eſt. Uterque verò, & hic quidem Glorioſiſſi-

(70) *ſol. VIII.*) Hal. νομ. θ! *ſol. 9.*

(71) *& Laterculenſibus*) καὶ τοῖς λατερκουλαρίοις. MS. Βασιλ. καὶ τοῖς οἰκειακοῖς.

(72) *ſol. XI*) Hal. νομ. ξ. *ſol. 60.* MS. Βασιλ. νομίσματα ξ.

(1) *De Prætore*) Julian. *De officio Prætoris Juſtiniani Thraciæ, & de provocationibus in Thracia porrectis.*

(2) *ferimus*) τίθεμεν. Hal. τεθείμεθα.

(3) *longum murum*) Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *longus murus.* Condidit illum longum murum ſexaginta ab urbe milliaribus, extenditque à magno mari verſus meridiem milliaribus 50. latitudine pedum viginti. Vid. *Suid.* Zonaras *Annal. 3.* addit cauſas, nempe ad prohibendas invaſiones Scytharum. Et hinc à conditore ἀναστασιακὸν appellat Cedrenus. Vid. *Meurſ. Gloſſ.* verb. βικάριος.

(4) *Vicarios*) βικαρίους. Gloſſ. Jul. βικάριος ὁ ἐκ προσώπου, ut emendat *Meurſ.* in *Gloſſ.* qui & οὐικάριος & *Bigarius* atque *Vigarius* paſſim ſcribi docet. *Suid.* βικάριος, παρὰ Ῥωμαίοις διάδοχος.

rioſiſſimorum Præfectorum, ille verò fortiſſimorum Ducum vices ſuſtinet. Nunquam verò inter ſe conſentiunt, ſed fiſcus unicuique annonas ſubminiſtrat, & reliquum ſolatium præbet: ipſi vero unum hoc perpetuo & ſine fine agunt, ut immortalem contentionem inter ſe foveant.

CAPUT I.

Viſum igitur nobis eſt, id quod in aliis gentibus fecimus, (quanquam non ita (5) bellicoſis, nec militari cuſtodia indigentibus) etiam hic facere & utrumque Magiſtratum in unum contrahere, ne hic quidem civilibus negotiis præſit, ille verò militibus, iisque ſolis imperet: (6) ſed unum in eo loco Magiſtratum gravem & veneratione dignum conſtituere, qui civilium æque rerum, atque militaris diſciplinæ curam ibi gerat. Nam qui provinciam regit, is in aliis verſatur locis, iisque vix ſufficit.

§. 1. (7) Horum verò murorum cuſtodia, & illorum locorum adminiſtratio, bonus ordo, & res militaris quoque bono aliquo viro indiget, quique ad utrumque tam milites regendos, quam (8) leges ferendas idoneus ſit. Quod igitur nomen huic ex antiquitate conveniens dabimus? aut quam appellationem ſumentes illi, qui Magiſtratum hunc gerit, accommodabimus? vel an non hoc ipſo manifeſtum eſt, quod hic quoque Prætor nominandus ſit aſſumto Pietatis noſtræ nomine, quemadmodum Piſidiæ Rector, & Lycaoniæ (9) Præfectus à nobis nominatus & factus eſt? Si enim Prætor Romanus, belli ſimul Dux & Legiſlator, hunc locum

(5) *bellicoſis*) μαχίμοις, quod præfationi convenit. Hal. μάνεις, *efferis*.

(6) *ſed unum*) Apud Haloandrum deſunt ἀλλὰ μίαν ἀρχὴν, & pro ἐγκαταστῆσαι legitur καταστῆσαι.

(7) *Horum verò*) Ἡ δὲ τῶν τειχῶν τούτων φυλακὴ, καὶ ἡ περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους διοίκησις. Hal. εἰ δὲ τῶν τόπων τούτων φυλακὴ, καὶ ἡ περὶ τοὺς τὸ τοὺς (pro τόπους) Illud τειχῶν, pro quo Hal. τόπων, non placet *Agilæo*. Sed non eſt, cur diſpliceat: de *longo* enim *muro* loquitur.

(8) *ad leges*) καὶ νόμων ἐξάρχειν, quod eſt, *auctorem eſſe legum ferendarum*. Hal. νόμοις ἐξάρχειν. Utrumque rectè. Poëtæ ſæpe illo verbo utuntur. Vid. & *Nov. 47. præfat. cap. 1.*

(9) *Præfectus*) ἐξάρχων. Hal. ἔξαρχος ὤν. Paulo ante *n. 8.* eſt νόμων ἐξάρχειν & *Nov. 28. cap. 4.* ἐξάρχοντες ἐλαχίστων.

cum (10) in Magiſtratu ſuo tenuit, conſtat, hujus Magiſtratus appellationem nomen Prætoris (11) maximè decere. Nam copiis militaribus præerit, & non paucos privatos, quibus ex noſtris legibus (12) jus reddet, ſubjectos habebit. (13) Eſt quoque in iis locis tam in civilibus quam militaribus negotiis (14) bono viro opus. Nam & ſuperioribus temporibus, ſemper viri quidam militares in ſummis dignitatibus conſtituti, tam copiis militum præfuerunt, quam reliquis omnibus auxilio fuerunt, etſi quidam non milites, ſed pagani planè eſſent. Invaſionibus enim barbarorum fortiter reſiſtendum eſt. Quæ verò ad hoc ſpectant ei committi debent, qui ſecundum leges illos regere queat, cum multum inter ordinem & confuſionem interſit. Inter omnes etiam conſtat, quod res militaris ſi ſola ſit, audacior ſit, quam decet; res verò civilis, niſi cum militari miſceatur, (15) infirmior ſit, quam par eſt. Sin verò utraque conjungatur, (16) perfectiſſima ſibique ſufficiens ſit, & ad bellum ſimul atque pacem idonea.

CAPUT II.

QUare hi quoque Magiſtratus conjungantur, & Prætor hic Juſtinianeus Thraciæ (17) vocetur. Symbola verò à nobis accipiet, tum codicillos hinc miſſos ſecundum formam reliquorum ſpectabilium Magiſtratuum, tum (18) præcepta quædam Imperialia, modum, quo Magiſtratus

(10) *in Magiſtratu ſuo*) ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀρχῆς εἶχε. Hal. ἐπὶ τῆς οἰκείας εἶχε.

(11) *maximè decere*) πρεπωδέςατον ἂν εἴη. Hal. πρεπωδεςάτων.

(12) *jus reddet*) διαιτήσει, à διαιτάω, *judex ſum.* Hal. διαθήσει.

(13) *Eſt quoque*) καὶ δεῖ γε τοῖς τόποις & Hal. καὶ δεῖται ἐν τοῖς &c.

(14) *bono*) ἀγαθῷ, hic eſt *fortis*, ut infra §. 1.

(15) *infirmior*) καταδεέςερον εἶναι τῦ μετρίυ. Hal. *infra mediocritatem auctoritate careat.* Gloſſ. Cyrilli καταδεέςερος, infirmior.

(16) *perfectiſſima*) τῦτο τελειότατον Hal. τύτων τελειόταῖον &c. εἶναι. Iſtud τύτων minus probandum: Sed τὸ εἶναι retineri poteſt.

(17) *vocetur*) in MS. Βασιλ. inſertum poſt καλεῖσθαι, καθῆσθαι δὲ αὐτὸν ἐπὶ τῦ μακρῦ τείχυς. *Sedeat vero in longo muro.*

(18) *præcepta*) καὶ ὑποθῆκαι βασιλικαί. Infra *cap.* 5. ταῦτα ἐν τοῖς βασιλικοῖς παραγγέλμασιν ὑποθησόμεθα. *Hæc in mandatis Imperialibus præcipiemus.* &c. καὶ τῶν ὑποθηκῶν, ἃς αὐτοῖς δώσομεν, & *præceptorum, quæ ipſis dabimus.*

tus (19) gerendus ſit, explicantia, quæ Majores noſtri (20) Mandata Principis vocârunt: cum quibus in provinciam proficiſcentes, qui Magiſtratum ſortiti erant, quid faciendum eſſet in iis perſpiciebant. (21) Atque hæc res benè procedebat, & Prætores apud multas reipublicæ noſtræ gentes (22) inclareſcere poterant, & maximè Occidentales, à quibus Romani (23) profecti totum Septentrionem, ut ita dicam, & maximam (24) Meridiei & Orientis partem acquiſiverunt. Quæcunque igitur in lege ante à nobis dicta de Magiſtratibus ſcripta ſunt, quæque de Piſidiæ & Lycaoniæ (25) Prætore diſſeruimus, quod illi gratis hic deſignentur, & gratis ſubditis noſtris inſervire debeant, omnibus jam manifeſta ſunt. In univerſam enim ditionem noſtram (26) jam exivit hæc lex, omnibusque jam facta eſt notiſſima, in qua juramentum etiam ſcriptum eſt, ſecundum quod judices noſtri Magiſtratum ſuſcipientes, animam ſuam Deo conſecrare, & ſubditos noſtros in æquitate & juſtitia ab omni turpis lucri cupiditate inimicitiis & gratia liberos conſervare debeant.

§ 1. Cohortales verò ei ſervient non ultra centum: & tam civilis, quam militaris imperii inſignia habebit. Aderit quoque illi (27) ad reſponſum, propter militum copias, quæ ibi ſunt. Poteſtatem etiam illis imperandi, quæque reipublicæ conducunt, cum illis peragendi & faciendi habebit.

§. 2. Pu-

(19) *gerendus ſit*) καθ' ὃν δὴ ἀνύσαι τὴν ἀρχήν. MS. Βασιλ. καθ' ὃν διανύσαι.

(20) *mandata*) MS. Βασιλ. παραγγέλματα βασιλικά.

(21) *Atque*) καὶ τὸ πρᾶγμα προυχώρει καλῶς. Hal. πρᾶγον ἀεὶ καλῶς. *Atque ea res ſemper & pulchre excellens habita eſt.* Malè.

(22) *inclareſcere*) ἦν ἐνευδοκιμεῖν. Hal. ἦν ἐνδόκιμον, *magnum nominis ſplendorem addidit.*

(23) *profecti*) προελθόντες. Hal. προσελθόντες.

(24) *Meridiei*) μεσημβρίας τε. Hal. μεσημβρίαν τε.

(25) *Pratore*) Quem hic *Pratorem* dicit Imperator, cap. præced. dixit *Præfectum* & ἡγούμενον. Pro διειλέγμεθα *diſcernimus*, quod hoc loco extat, Hal. legit διαλεγόμεθα. MS. Βασιλ. διαλεγόμεθα.

(26) *jam*) ἄρτι. Hal. ἤδη. Sic & MS. Βασιλ. in quo τὸ ἤδη præcedens omiſſum.

(27) *Ad reſponſum*) MS. Βασιλ. εἰς ἀπόκρισιν.

§. 2. Publicorum quoque tributorum exactio in illis locis ad ipſum & cohortem ejus ſpectabit, totaque cohors Prætoriana vocabitur (28) ſymbolis ex ſacro epiſtolarum ſcrinio accipiendis militatura, unde & (29) Vicariana cohors olim talia ſymbola accipiebat.

CAPUT III.

PRimum autem curam gerat, ut à muneribus manus abſtineat, deinde ut ſubditis noſtris privatim & publicè æquum omnino ſe præbeat (30) tum litigantibus, tum contrahentibus, quo omnem ſeditionem ab iis amoveat. Item ut milites quidem exercitiis militaribus meliores ſemper & alacriores reddat, paganos verò ad legem componat, atque efficiat ut juſti, atque ab omni (31) improbitate liberi ſint, quo hi quidem in juſtitia, illi verò in fortitudine progrediantur. Et ſi belli cauſa invaſio quædam fiat, (32) ut eam expedite faciat: (33) Utraque cohorte præſente, & hac quidem in iis operam navante, quæ civiles cohortales decent, copiis militaribus verò ſine tergiverſatione invaſiones hoſtium cohibentibus.

§. 1. Lites autem ſive de pecunia, ſive de crimine, ſive de quacunque alia re, eum audire, eaſque rectè & ſecundum leges noſtras, atque ſine ullo affectu decidere oportet: (34) ne quidam huc accurrentes potentiæ noſtræ moleſti ſint. Nolumus enim ſubditos noſtros relicta provincia

(28) *ſymbolis*) τοῖς ἐντεῦθεν στρατευομένην συμβόλοις. Hal. γινομένην τοῖς ἐντεῦθεν ἐκφερομένοις συμβόλοις. *hinc edendis probatoriis conſtituenda.* Scrimgeri lectionem puriorem eſſe aſſerit *Agylæus.* Julianus: *Militarem autem apparitores conſtitutio jubet ab Epiſtolarum ſcrinio, à quo & ante vicariana apparitio militabat.* Adde *Gloſſ. Jul. voc. Scrinium Epiſtolarum.*

(29) *Vicariana*) βικαριανή. MS. Βασιλ. μικαριανή.

(30) *tum litigantibus*) δικαζομένοις τε καὶ συμβόλαια πρὸς ἀλλήλους πράττουσιν, ὥστε στάσιν τε ἅπασαν αὐτῶν ἐξελαύνεσθαι. Hal. δικαζομένοις δὲ ἅπασαν αὐτῶν ἀδικίαν ἐξελαύνεσθαι. *& omnem injuſtitiam a litigantibus depellat.*

(31) *improbitate*) κακουργίας. Hal. πανουργίας.

(32) *ut eam*) ταύτην ῥᾷστα ποιεῖσθαι. MS. Βασιλ. ταῦτα ῥᾷστα &c. Noſtra lectio ſana eſt.

(33) *utraque*) Nota differentiam inter cohortem militarem & civilem.

(34) *ne quidam*) ὥστε μὴ τινάς. Hal. ὥστε μηδέ.

vincia huc accurrere, à Provinciæ judicibus (35) contemtos. Nam ſi poſthac inde venientes, nobis moleſtiam exhibeant, (36) interrogabimus omninò advenientes, num iſta ad Magiſtratum detulerint: & ſiquidem diſcamus, illos hæc non denuntiaſſe, graviter increpatos in provinciam remittemus: ſin verò ad eum quidem detulerint, atqui imperium habet, aut negligens fuerit, aut ex alia quadam turpi cauſa leges inſuper habuerit, tunc in eum (37) omnem iram vertemus. Quemadmodum enim majora ſalaria (38) utriusque ſcilicet Magiſtratus illi conſtituimus, cumque tot hominibus (39) præfecimus, ita ſi eum in Magiſtratu indignè verſari cognoverimus, neque condonabimus quicquam, neque leves pœnas ſtatuemus: ſed quantò altius eum (40) extollimus ſi officio ſuo fungatur, tantò magis eum caſtigabimus, ſi contra leges noſtras quid committat. Nemini verò planè eum cedere oportet, neque ſi in dignitate conſtitutus, vel admodum dives ſit. Ideo enim gravioribus etiam viris ejusmodi Magiſtratus imponimus, ne iis, qui divitiis ſuis injuriam aliis inferre volunt, id facilè permittant.

CAPUT IV.

CUram quoque geret omnium operum, quæ ibi ſunt, neque patietur ut vel portus, vel muri, vel pontes, vel viæ aut reliqua corrumpantur, ſed quantum fieri poteſt, ex civilibus reditibus illa reparari (& ſi quid

(35) *contemtos*) περιορωμένους. Hal. περιεωραμένους.

(36) *interrogabimus*) πευσόμεθα &c. MS. Βασιλ. ἐπευσόμεθα πάντας τῶν ἀδικουμένων.

(37) *omnem iracundiam*) τὴν πᾶσαν κίνησιν. Apud Hal. deeſt illud τὴν, nec malè. Vertit autem, *omnem animi noſtri motum in ipſum convertimus.* Κίνησις eſt *motus, ira, ſeveritas.* Sic, *motus noſtri ultionis plectendos.* in *l. 2. C. Th. d. fid. Cathol. Severitatis congrua motum excipiat. l. 9. C. Th. d. pœn.* Eſt & *Actio*, ut *in l. 3. C. d. quadr. præſcr. Commotio* dicitur in Cod. Th. Lib. XVI. p. 157. (in l. 38. ibid.)

(38) *utriusque*) φαμὲν δὲ τῆς ἑκατέρας ἀρχῆς. Hal. & MS. Βασιλ. non malè, τὴν ἑκατέρας ἀρχῆς. Sic *Nov. 24. cap. 1.* τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς εἰλήσεις.

(39) *præfecimus*) προβαλλόμεθα. MS. Βασιλ. προβαλλόμεθα, & mox οὕτως καὶ εἰ μαθ:

(40) *extollimus*) αἴρομεν. MS. Βασιλ. αἰρῶμεν.

quid horum majore cura indiget, id ad nos (41) deferat) & rationes conſici curabit, uti à nobis lege diſpoſitum eſt. Nolumus enim amplius, ut quidam ex Magiſtratu, (42) cui præes, in provinciam mittantur, quibus conſueta illa negotia committantur, aquarum nempe, hortorum, murorum, imaginum & ſimilium rerum inſpectiones, quæ & olim omnino abrogari placuit: ſed ipſe quæ facta ſunt, examinet, atque efficiat, ut illi ſecundum ſacram noſtram conſtitutionem rationes edant.

ſ. 1. Si verò alium quendam ad hoc mittere nobis (43) placuerit, (44) id per pragmaticam ſanctionem faciemus, ad tuum, ſi ita viſum fuerit, Magiſtratum deferendam. Nam ut ubivis ſubditos noſtros eripiamus, & à damnis liberemus, magnas pecunias (45) contemnimus, ut ipſe noſti, atque ejuſmodi annonis, tum judices, tum cohortales, tum illos quoque; qui circa illos ſunt, (46) recreavimus, ne per egeſtatem forte, vel aliquid tale indecenter quid agant, ſed ut dignitate præditi, & ex magno ſenatu ſint, atque ita Dei & noſtri memores in provincia verſentur. Quæ ſi nullo modo obliviſcetur, ſe ipſo pulchrior ſemper futurus eſt.

ſ. 2. Quod ſi Veteres Romani Conſularibus & Prætoriis Viris Magiſtratus (47) demandarunt, nihil abſurdi & nos committemus, ſi eos talibus tradamus, qui & (48) improbitatem reprimant, & ab (49) exactorum hinc in provincias tendentium, ſubditisque noſtris damna injuſta in-

(41) *deferat*) μηνυέτω. MS. Βασιλ. ἀναφερέτω.

(42) *cui praes*) ὧνπερ ἐφέστηκας. MS. Βασιλ. melius, ἐφέστηκε. Præcedit enim αὐτὸς παρασκευαζέτω. Vide tamen ſ. 1. *h. verb.* αὐτὸς οἶσθα.

(43) *placuerit*) συνείδομεν. MS. Βασιλ. συνίδωμεν. Et mox συνίδοιμεν.

(44) *id per*) τοῦτο διὰ πραγματικοῦ τύπου. Hal. διὰ πραγματικοὺς τύπους, omiſſo τοῦτο. Et paulo poſt φερομένους pro φερομένων.

(45) *contemnimus*) ὑπερείδομεν. Hal. ὑπερίδομεν.

(46) *recreavimus*) ἐψυχαγωγήσαμεν. Hal. *conſolati ſumus*. Gloſſ. Ψυχαγωγῶ, *animo*.

(47) *demandarunt*) ἐπέτρεπον. Hal. ἀπέτρεπον.

(48) *improbitatem*) ἐπηρείας. Hal. ἐπορείας.

(49) *exactorum*) καὶ τῶν ἐντεῦθεν πραττόρων. Hal. non agnoſcit illud καὶ, quod & debet abeſſe. Deeſt etiam in MS. Βασιλ. ubi tamen pro γινομένων legitur γενόμενον.

ferre conantium injuriis eos liberent. Poteſtatem enim ei damus accurate in illa inquirendi, prohibendi, nobisque indicandi, quædam etiam corrigendi, quædam vero confeſtim nobis nota faciendi: ut ubi rebus gerendis impares ſunt, in his voluntatis & juſſionis noſtræ acceſſione incrementum & ſupplementum accipiant.

CAPUT V.

HAec etiam in Imperialibus mandatis ipſis præcipiemus, eaque cum ſymbolis Magiſtratus trademus, ut memores juramentorum quæ præſtabunt, & præceptorum, quæ ipſis dabimus, nobis & (50) noſtra voluntate dignam vitam vivant, & Magiſtratus (51) ſecundum leges noſtras gerant. His conditionibus Magiſtratum illis tradimus, omnem poteſtatem, uti dictum eſt, ipſis tribuentes tam de pecuniariis, quam criminalibus & omnibus plane cauſis judicandi, atque appellationem apud ipſos interpoſitam, ad Glorioſiſſimos noſtros Præfectos, & Glorioſiſſimum Quæſtorem deferendi, qui una cauſam audiant, ſecundum formam cauſarum quæ ad ſacrum palatium deferuntur. Si vero in locis illis a cauſa quadam quinquaginta aureorum minore appelletur, & ex delegatione Imperiali, ſive judiciali ſit, neque is cui cauſa commiſſa eſt, (52) ſpectabilis judex ſit, appellatio ex illis locis ad eum deferatur, eamque tanquam in ſacro palatio audiat. Nam hac etiam re Magiſtratum ejus ornamus, & tam ſpectabili Comiti Orientis, quam Proconſulibus Phrygiæ & Galatiæ æqualem facimus: (53) ut & ipſe ſpectabilis ſit, quemadmodum illi ſunt, & hanc formam habeat. Non tamen hac noſtra lege Magi-

(50) *noſtra*) τῆς ἡμετέρας ἐννοίας. MS. Βασιλ. εὐνοίας, *benevolentia.* Noſtra lectio convenientior videtur. Solet enim alias γνώμη poni.

(51) *ſecundum*) μετὰ τῶν νόμων τῶν ἡμετέρων ταῦτα ἐστὶν ἐφ' οἷς αὐτοῖς παραδίδομεν τὴν ἀρχήν. Hæc non extant in Hal. editione.

(52) *ſpectabilis*) σπεκταβίλιος. Hal, περίβλεπτος.

(53) *Ut & ipſe*) Quæ hic leguntur usque ad verbum *faciente*, corrupta & mutila apud Hal. ita legimus: ὥστε καὶ αὐτὸν εἶναι ὑ δὲ, τοῦδε ἡμῶν νόμου, τὴν λαμπροτάτην τῆς ἐπαρχίας ἐλαττοῦντος, ἅπερ ἴδια &c. *& ipſe in nullo ſit hac noſtra lege, quæ clariſſimi provinciæ diminuit, quæ quidem propria &c.*

Magiſtratum clariſſimi provinciæ Præſidis imminuimus, ſed faciat is in reliquis provinciæ locis, quæ ſecundum leges ſunt, & in iis partibus, in quibus conſtitutus eſt, demandatum ſibi a nobis munus obeat.

§. 1. Subjicietur vero a nobis huic etiam legi quædam deſcriptio, quæ tradit, quid ipſum pro ſymbolis Magiſtratus præſtare, quidve ipſum & qui circa eum ſunt a fiſco annonarum nomine accipere oporteat, quas etiam ſolas, ipſos omni reliquo lucro abſtinentes accipere permittimus. Propterea enim ſplendidiores eos facimus plura largientes, ut & ipſi pro beneficiis noſtris hanc nobis remunerationem præſtent, atque ſubditos noſtros ſemper conſervent, & juramentorum, quæ præſtabunt, memores ſint. Hanc vero legem liber legum continebit, & thronus tuus eam ſuſceptam & cognitam perpetuo obſervari curabit. Dat. XV. Kal. Jun. Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

Oportet autem Prætori Thraciæ pro annonis, (54) capitationibus & reliquo ſolatio præberi (55) ſol. CCC. Aſſeſſori ejus (56) ſol. XXII. Cohorti ejus (57) aur. lib. VII. At pro ſymbolis eum præſtare oportet ſic: Tribus ſpectabilibus chartulariis ſacri cubiculi ſol. IX. Primicerio Clariſſimorum tribunorum notariorum & (58) Laterculenſibus ſol. XXIV. (59) Adjutori ejus ſol. IV. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum, pro juſſionibus & omni reliqua cauſa (60) ſol. XI.

(54) *capitationum*) καπιταπιόνων. MS. Baſil. κεφαλητιόνων.

(55) *ſol. 300.*) Hal. νομ. σ'. *ſol. 200.* MS. Baſil. διακόσια.

(56) *ſol. 22.*) Hal. νομ. οβ'. *ſol. 72.* MS. Baſil. ἑβδομήκοντα δύο.

(57) *aur. lib. 7.*) Hal. χρυσοῦς οβ'. aureos 52. MS. Baſil. χρυσίου λίτρας δύο. Sic in Hal. & noſtro textu ſcribendum.

(58) *Latercul.*) MS. Baſil. οἰκειακοῖς, ut *Nov. præced.*

(59) *adjutori*) Hoc comma deſideratur in Hal. editione, & MS. Baſil.

(60) *ſol. 11.*) Hal. νομ. μ'. *ſol. 40.* MS. Baſil. νομίσματα τεσσαράκοντα.

Tit. VI.

De Comite Iſauriæ.

CONSTIT. XXVII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Johanni Glorioſiſſimo, ſacro per Orientem iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

QUod quibuſdam ex ſuperioribus Imperatoribus tanquam imago & figura in mentem venit, ut in Iſaurorum regione facerent, id nos reipſa & ipſo opere tum in Galatia prima, tum in Pacatiana Phrygia effecimus, (1) Vicariorum, uti olim vocabantur, Magiſtratum cum civilibus jungentes, & una cohorte conſtituta, iiſque uti par erat, exornatis: dato etiam unicuique, loco veteris appellationis, Comitum nomine, ut ille quidem Comes (2) Galatiæ, hic verò Comes Pacatianæ Phrygiæ nominetur, & utrique horum noſtrum quoque cognomen imponatur.

CAPUT I.

IDem quoque in Iſaurorum provincia (3) facimus. Nolumus enim amplius, ut qui in hoc Magiſtratu eſt, duplicibus ſymbolis utatur, & tam civilis (4) Magiſtratus appellationem, quam militaris poteſtatis ſigna ſumat, ac cum una res ſit, duplex nomen ferat: Sed ut unitum habeat Magiſtratum ſtatuimus, qui & armorum curam gerat, & publica capeſſat, omnia verò (5) in ſe habeat, atque una cohorte utatur, (6) quæ Comi-

(1) *Vicariorum*) τὴν τῶν πρώην καλουμένων βικαρίων ἀρχήν. Hal. τὴν πρώην καλουμένην βικαρίαν ἀρχήν.

(2) *Galatia*) Hal. addit τῆς πρώτης, *prima*, ita legens: ὥστε τὸν μὲν κόμητα Γαλατίας καλεῖσθαι τῆς πρώτης. Terſius hic legere Scrimgerum ait *Agylæus*, & illud *prima*, quod Haloander addit, non redundare, etſi Scrimgerus non habeat. Extat autem illud πρώτης infr. *cap* 2.

(3) *facimus*) πράττομεν. Hal. προστάττομεν, *præcipimus.*

(4) *Magiſtratus*) ἀρχῆς προσηγορίαν, λαμβάνειν δὲ καὶ τὰ τῆς στρατιωτικῆς, deſunt in Hal. editione.

(5) *in ſe*) ἐφ᾽ ἑαυτῷ. Hal. ὑφ᾽ ἑαυτόν. Sic & MS. Βασιλ.

(6) *quæ Comitiana*) κομιτιανήν τε προσαγορευομένην καὶ κομιζομένην. Hal. κομιτιανὴν προσηγορευμένην &c. MS. Βασιλ. primum caſum habet. Sed noſtra lectio recipienda. Magis enim ſpectant verba iſta ad αὐτὴν ἀντιλαμβανομένην &c. quam ad ἑαυτῇ, cum quo jungenda lectio Haloandri.

Comitiana vocetur, & militiæ ſymbola ex ſacro libellorum ſcrinio accipiat. Erit verò & ille omnino gratuitus, nec quicquam pecuniæ dabit, ſed puras ſervet manus, quemadmodum reliqui; ad eumque nuper à nobis editam legem mittemus. Præter codicillos vero, [qui eum (7) ſpectabilibus Magiſtratibus adſcribent] etiam ſacra mandata (8) illi dabimus, (9) mandata ſcilicet illa Principis, ſeu Imperialia præcepta, à veteribus ita nuncupata & a nobis in rempublicam introducta: ex quibus diſcet, (10) quod omnium rerum cura illa gerenda ſit, tam publicorum omnium & privatorum contractuum, quam etiam reliqui decoris, neve in aliquo fiſcus lædatur. Et in genere quæcunque ipſi facienda ſunt, ea omnia illi exinde fient manifeſta.

CAPUT II.

HOc unum vero (11) ſciat, quod & ipſe inter ſpectabiles Magiſtratus collocatus ſit, & de appellationibus apud ipſum interpoſitis tum glorioſiſſimi ſacro Prætorio Præfecti, tum etiam glorioſiſſimus Quæſtor noſter ſint cognituri, ſicut & Auguſtalis, & Proconſulis, & trium Prætorum à nobis in Piſidia, Lycaonia & Thracia conſtitutorum, ut & Comitis Orientis, ac inſuper Comitis Pacatianæ Phrygiæ & Galatiæ primæ. Si verò in Iſauria quædam cauſa minor quingentis aureis ſit, & in ea appelletur, ipſe illam audiet ſecundum formam ſacrorum auditoriorum. Nam & hoc illi concedimus, graviorem hac etiam in parte Magiſtratum ejus reddentes.

 EPI-

(7) *Spectabilibus*) τοῖς σπεκταβιλίοις ἐγγράψουσιν ἄρχουσι. Hal. τοῖς περιβλέπτοις ἐνέγραψαν. *Spectabilibus adſcripſerunt.* Illud recte ſe habet. MS. Βασιλ. ἐγγράφουσι.

(8) *illi dabimus*) δώσομεν δὲ αὐτῷ. Hal. αὐτοῖς. Præcedit αὐτὸ & αὐτὸν, etſi deinde ſequatur αὐτῷ, & in principio capitis idem extet.

(9) *mandata*) Ita in Gr. textu legitur. Hal. μανδάτα πρίγκιπος; quæ autem hic ſequuntur: *ſeu imperialia præcepta, uti & a veteribus nuncupata & a nobis in Rempublicam*; non leguntur in Hal. editione; habet enim illa, πάρ τε εἰσενεχθέντα; & verſio ejus Latina, *quæ mandata Principis illata.*

(10) *quod omnium*) ὅτι φροντίσει αὐτῷ καθ' ἕκαστον. Hal. αὐτὸν καθ' ἕκαστον. Male. MS. Βασιλ. pro καθ' ἕκαστον, καθέστηκε.

(11) *ſciat*) ἴστω. MS. Βασιλ. ἴσω.

EPILOGUS.

EXcellentia itaque tua ad imitationem dictorum Magiſtratuum, (12) ea quoque, quæ ad illos ſpectant, ordinet. Subjiciemus enim deſcriptionem huic legi noſtræ, declarantes quid tum ipſum, tum Cohortem & Aſſeſſorem ejus ex publico accipere, quidve pro ſymbolis Magiſtratus dare conveniat. Et ſciant, qui hoſce Magiſtratus a nobis nuper exornatos ſuſcipiunt, quod pecunias pro Magiſtratibus frequenter oblatas, omnino recuſare, (13) & tam ipſis quam Aſſeſſoribus eorum (14) quæ non habebant, de noſtro dare, & cohortalibus ab aliis ablata largiri, & ipſis Magiſtratibus ſolatia augere voluerimus, ut undique ſubditos noſtros indemnes ſervaremus. Si vero vel Magiſtratus quoſdam (15) vicinarum provinciarum circa fiſcum negligenter verſari videas, non alium mittes, ſed ipſis ſpectabilibus judicibus committes, ut vicinis Magiſtratibus ſi ſocordiæ ſe tradant, immineant atque curent, ut illa omni modo inferant: quo hic Magiſtratus priore multo pulchrior & melior ſit. Dat. XV. Kal. Jun. Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

Iſauriæ Comiti pro annonis præſtari debent ſol. CC. Aſſeſſori ejus (16) ſol XXII. Cohorti ejus (17) auri lib. II. Pro ſymbolis vero hoc eum præſtare convenit: ſpectabilibus chartulariis tribus ſacri cubiculi (18) ſol. XI. Primicerio Clariſſimorum tribunorum Notariorum & Laterculenſibus ſol. XXIV. (19) Adjutori ejus ſol. III. Cohorti Glorioſiſſimorum Præfectorum pro juſſionibus & omni alia cauſa (20) ſol. XIII.

TIT. VII.

(12) *ea quoque*) καὶ τὰ περὶ αὐτῶν. Hal. rectius legit, τὰ περὶ αὐτὸν, *ea quæ hunc concernunt*, ſcil. *Magiſtratum*, τὸν ἐπὶ ταύτης γενόμενον τῆς ἀρχῆς, ut in cap. 1.

(13) *& tam ipſis*) αὐτοί τε οἴκοθεν καὶ τοῖς παρέδροις &c. διδόναι. Legendum αὐτοῖς ex Haloandro.

(14) *quæ non*) ἅπερ οὐκ εἶχον. Hal. ἅπερ οὐκ ἦσαν, *quæ non provenerant*. Male.

(15) *vicinarum*) τῶν πλησίον αὐτῶν ἐπαρχιῶν. Hal. τῶν πλησίον αὐτῷ ἐπαρχιῶν. MS. Βασιλ. τῶν πλησίον αὐτῶν. Lege τῶν πλησίον αὐτῷ.

(16) *Sol. 22.*) Hal. & MS. Βασιλ. νομ. οβ'. *Sol. 72.*

(17) *auri lib.*) Hal. χρυσοῦ ιζ'. *aur. 52.*

(18) *Sol. XI.*) Hal. νομ. θ'. *Sol. 9.* MS. Βασιλ. νομίσματα ι'.

(19) *Adjutori ejus Sol. 3.*) Deſunt hæc in editione Hal. ut in *Nov. præced.*

(20) *Sol. 13.*) Hal. & MS. Βασιλ. νομ. μ'. *Sol. 40.*

Digitized by Google

Tit. VII.

De (1) Moderatore Helenoponti.

CONSTIT. XXVIII.

Idem Imperator Johanni Præfecto Prætorio.

Præfatio.

QUod pulchre & a majoribus concinnatum & unitum, atque firmiter compoſitum eſt, id ſine juſta quadam cauſa innovare vel dividere non eſt bonæ adminiſtrationis. Non enim in multitudine nominum, ſed veritate & effectu rerum robur conſiſtit. Quod in duobus hiſce Pontis, uti vocantur, Helenoponto & Ponto Polemoniaco contigiſſe didicimus. Nam cum olim ſub uno Magiſtratu regio illa conſtituta eſſet, duo facti ſunt, neque publica neceſſitate id exigente, neque alia quadam juſta de cauſa, quam quis facile inveniat. Atque res ipſa id teſtatur, cum in hunc uſque diem utraque regio uno utatur publicorum tributorum & diſpoſitionum tractatore. Si vero quis urbium, (2) quæ in utraque ſunt, numerum ineat vix menſura unius provinciæ adetir. Nam octo urbes Helenopontum conſtituunt, hoc eſt Amaſia, Ibora, Euchaita, Zela inſuper, & (3) Antrapa, (4) quæque ad gradus jacent Sinope & Amiſus antiquæ urbes:

(1) *Moderatore*) Vid. *Gloſſ. Jul.* hac voce.

(2) *quæ in*) τὰς καθ' ἑκάτερον, quod poteſt referri ad πόντον. Sed rectius Hal. legit ἑκατέρων, proxime enim præcedit χώρας ἀμφοτέρας.

(3) *Antrapa*) Ἄντραπα. Hal. Ἄνδραπα, Sic & MS. Βασιλ. ubi & pro Ζῆλα legitur Ζίλα.

(4) *quæque*) καὶ αἵγε περὶ τοῖς κλίμασι κείμεναι. Hal. καὶ Αἰγαῖον περὶ τοῖς κλίμαξι κείμενον. MS. Βασιλ. κλίμασι &c. Lego cum Hal. κλίμαξι. Nam κλίμαξ *ſcalam* denotat, & Heſych. σκάλα, κλίμαξ, ἀνάβασμα. Moſchopulus verò ad Iliad. I. partem aliquam portus σκάλαν vulgo dici tradit, his verbis, quæ ex Meurſii Gloſſario infra quoque exhibebimus, ὅρμος, inquit, τὸ μέρος τοῦ λιμένος εἰς ὃ ἑλκόμεναι αἱ νῆες δέδενται. ὃ οἱ κοινοὶ σκάλαν λέγουσι. Sinope vero & Amiſus ad mare ſitæ ſunt, & Strabo de Sinope refert *lib. 12*, eam ad utrumque Iſthmi -- latus portum & ſtationem navium habere. Quod

urbes: (5) ſed & Leontopolis inter urbes recenſenda eſt. (6) Quinque vero aliæ Polemoniaco Ponto continentur, Neo Cæſarea, (7) Comana, Trapezus, Ceraſus, Polemonium, (8) (Pityus enim (9) & Sebaſtopolis inter caſtra potius quam urbes numerandæ ſunt) adeo ut ex his uterque Pontus conſtet: poſt has (10) Lazica noſtra, in qua & Petræon urbs eſt (quæ, ut urbs ſit & nominetur, a nobis accepit, noſtræque pietatis nomine utitur & Juſtinianea vocatur.) Archæopolis item & Rhodopolis, maxima & antiqua caſtra, quorum in numero etiam ſunt caſtra, quæ a Perſis recu-

Græci κλίμακας & σκάλας, id Latini *gradium* dicunt. Sic *Amm. Marcell. lib. 15. cap. 11.* Rhodanus ſinitis intervallis, quæ ei natura præſcripſit, ſpumeus Gallico mari concorporatur per patulum ſinum, quem vocant *ad gradus*. Ubi *Valeſius* notat, plures fuiſſe gradus in ſinu, per quos aſcenſio & excenſio fiebat in naves. *Valer. Max. lib. 3. cap. 6. P.* Scipio inquit, cum in Sicilia augendo exercitum trajiciendoque in Africam opportunum quereret *gradum*. Hæc *Valeſ. d. l.* Adde *Polyb. lib. 5. cap. 59.* Ubi de Seleucia ad Orontem ait: πρόσβασιν δὲ μίαν ἔχει κατὰ τὴν ἀπὸ θαλάττης πλευρὰν κλιμακωτὴν καὶ χειροποίητον, κλίμαξι καὶ ἐγκλίμασι πυκνοῖς καὶ συνεχέσι διειλημμένην. *Aditum habet ab eo latere, quod mari eſt obverſum, duntaxat unicum, ad inſtar ſcalarum manufactum, crebris ac continuis gradibus & inciſuris ſarculo cavatis diſtincta.* Κλίμα eſt τόπος teſte Suida.

(5) *ſed &)* καὶ μὴν καὶ Λεοντόπολιν ἤδη MS. Βασιλ. Λεοντόπολιν εἰ δὲ.

(6) *quinque)* Πέντε δὲ &c. Νεοκαισάρεια, Κομ. Τραπ. Κερ. πολεμ. MS. Βασιλ. δύο δὲ &c. Νεοκαισάρειά τε καὶ πολεμώνιον.

(7) *Comana)* Κόμανα. Hal. κόμμανα. Scribendum κόμανα ex *Strabone lib. 12.* Sic & *Suidas*, qui Chryſoſtomum ibi primum ſepultum dicit.

(8) *Pityus)* Caſtella diverſa ſunt à Civitatibus, oppidis, vicis & municipiis *l. 16. C. Th. d. Epiſc. Eccl.* Gloſſ. Cyrill. φρούριον, *Caſtellus*, *Caſtellum*. Procop. *lib. 4. bell. Goth. cap. 4.* Pityunta & Sebaſtopolim caſtella à Romanis condita præſidia militum continere ait. & Suidas, terminum Romani Imperii, barbariſque gentibus finitimum.

(9) *& Sebaſtop.)* καὶ Σεβαστόπολιν. deeſt in MS. Βασιλ.

(10) *Lazica)* Lazis ſeu Ladis cis Phaſin populis jam olim Reges a Romanis datos eſſe conſtat. *Procopius d. Bell. Perſ. lib. 2. cap. 5.* tradit, eos Romanis quidem ſubjectos, ſed à tributis immunes fuiſſe, neque eosdem aliud obſequium illis præſtitiſſe, quam quod Rege eorum mortuo principatus inſignia deſignato ſucceſſori mitteret Romanus Imperator; ipſi vero fines ſuos diligenter cuſtodirent, ne Hunni per Lazicam in Romanorum provincias irruerent. *Vid. SPANHEM. Orb. Rom. Exercit. 2. cap. 17.*

Digitized by Google

recuperavimus, (11) Scandis, Serapanis, (12) Muriſios, Lyſiris, & ſi quid aliud in Lazis a nobis acquiſitum eſt. Deinde Tzanorum (13) ſequitur regio, nunc primum ſub noſtro Imperio Romanis acquiſita, quæque & ipſa urbes partim jam conditas complectitur, partim mox futuras (14) accipiet. Sed & poſt eam gentes ſunt (15) Suani, Scymni, Apſilæ, (16) Abaſgi & aliæ, quæ Deo dante amicæ & noſtræ ſunt.

CAPUT I.

SEd ad iſta quidem de illis locis inſtituta oratio delapſa eſt. (17) Redeamus vero ad Pontos, eorumque unionem. Nunc enim ambos illos (18) Pontos, qui ex (19) tredecim urbibus conſtant, in unam provinciam rurſus redigimus, iisque tam veterem unionem, quam novam appellationem tribuimus. Helenopontus autem (20) totus vocetur, quod nomen a Conſtantino piæ memoriæ illi impoſitum eſt, tractum ab honeſtiſſima matre ejus Helena ſcilicet piæ memoriæ, quæ nobis etiam ſacrorum Chriſtianorum ſignum invenit. Vetus enim illud multorum, qui in Ponto fuerunt Tyrannorum, (21) nomen Polemonis ceſſet: primum quidem, quia tyranni fuit, deinde vero, quia urbem quoque ejusdem

Uu nominis

(11) *Scandis*) Σκάνδιν καὶ Σαραπανίς. Hal. Σκάνδιας καὶ Σαραπάνεις. *Scandias & Sarapanes.* MS. Βασιλ. Σκάδις.

(12) *Muriſios*) Μυρίσιός τε καὶ λυσιείς. Hal. Μυεσίας τε καὶ λυσιέρως. MS. Βασιλ. λυσιρίους.

(13) *ſequitur*) ἐκδέχεται. MS. Βασιλ. διαδέχεται.

(14) *accipiet*) δέξεται. Hal. δέξαμένη.

(15) *Suani*) Συανοί. MS. Βασιλ. ἀνοί.

(16) *Abaſgi*) Hi Lazis finitimi Reges ſuos a Romanis acceperunt, & in fide & amicitia Romanorum fuerunt. Vid. SPANHEM. *Orb. Rom. Exerc.* 2. *cap.* 17.

(17) *Redeamus*) ἐπάνιμεν. Hal. ἐπανίωμεν.

(18) *Pontos*) Hal. τόπους, *locos* Rectius *Pontos* legi judicat *Agylaeus.*

(19) *tredecim*) δεκατρισὶν. MS. Βασιλικὰ *decem.*

(20) *totus vocetur*) ἅπας καλείσθω Hal. ἅπασι καλείσθω. *ab omnibus nuncupator,*

(21) *nomen*) τὸ γὰρ δὴ πολέμωνος ὄνομα παλαιῦ γενομένου τῶν πολλῶν &c. Sic & MS. Βασιλ. Hal. τὸ γὰρ δὴ πολέμωνος ὀνόματος παλαιῶ γενομένου τῶν πολλῶν &c. *Vetus enim illud Polemonis nomen, quo plerique in Ponto tyranni uſi fuerunt,* &c. Lege παλαιὸν γενόμενον.

nominis habet, Polemonium ſcilicet, tum quia pulchrius eſt regiones nominibus Chriſtianis potius & Imperatoriis, quam bellum & terrorem ſignificantibus notare.

CAPUT II.

OMnes autem illæ (22) tredecim urbes unius ſint provinciæ, & neutri illarum metropolium [Amaſiæ ſcilicet & Neo-Cæſareæ] Metropolis nomen auferatur. Piiſſimi autem earum Epiſcopi & quidem Metropolitani hic creentur: qui vero ſub illis conſtituti ſunt, ab illis pariter, qui Metropoles habent [ſicut & hactenus moris fuit] ordinentur. Nihil enim in iis, quæ ad ſacerdotium eorum pertinent, innovamus, quoniam tam antiqua tempora, quam quæ nunc a nobis exornantur, multos ita Piiſſimos Epiſcopos (23) in una etiam provincia conſtitutos eſſe norunt. Atque unus vir illis præficiatur, qui utrique provinciæ præſit & Moderator dicatur, quem quis vulgari lingua appellet Harmoſten: quoniam antiquum eſt Moderatoris nomen, atque Romanam gravitatem decet, & Harmoſtes antiquus aliquis fuit Magiſtratus, qui Lacedæmone ſubditis mittebatur.

CAPUT III.

QUare qui Magiſtratum hunc ſuſcipit, Moderator Juſtinianeus Helenoponti nominetur. Obediant vero ei milites quoque, qui in provincia ſunt collocati: habeat quoque (24) Ad reſponſum: & cujuscunque conditionis homines illi (25) ſubjecti ſint, nullamque privilegium (26) opponere poſſint. Lites etiam tam pecuniarias, quam criminales, reliquasque audiat, ac minimas quidem ſine ſcripto & gratis, majores vero in ſcriptis quidem, eo tamen ſumtu, quem ſacra noſtra conſtitutio præſcribit.

(22) *tredecim*) MS. βασιλ. δέκα *decem.*

(23) *in una etiam provincia*) Hæc non ſunt in Hal. editione.

(24) *ad reſponſum*) MS. βασιλ. ἀποκρισιάριον.

(25) *ſubjecti ſint*) πᾶσί τε ὑποκεκλίσθω τύχη. Hal. ὑποκεκλίσθω *cujuscunque fortunæ homines omnes ſe illi ſubmittunto.*

(26) *opponere*) ἀντιτιθέναι. Deeſt id in Hal. codice.

ſcribit. Atque is qui Magiſtratum hunc ſuſcipit, utriusque Magiſtratus annonas (27) percipiat, in ſeptingentos viginti quinque aureos excurrentes: unaque (28) cohorte utatur, & (29) tributorum curſus ac periculum unum & commune ſit, cum illi qui Magiſtratum ſuſcipit, tum etiam cohorti, (30) ſiquidem in unam formam redigetur atque unietur, quemadmodum is qui præeſt juſſerit. Aſſeſſor quoque Magiſtratus duos & ſeptuaginta aureos a fiſco capiet, & cohors, quæ ex duabus una facta eſt, quadringentos quadraginta ſeptem aureos (31) & tremiſſem accipiet.

CAPUT IV.

QUi vero Magiſtratum (32) gerit, vicarios in urbes non mittat, [obſervetur enim hoc, prout in ſacris noſtris mandatis comprehenſum eſt] ipſe vero urbes peragret, nullaque lege forte aut pragmatica ſanctione impediatur, etſi ſuperioribus temporibus aliquid tale præceptum ſit. Atque tam in Metropolibus, quam aliis ubi placuerit, verſetur, [ſi modo (33) ad eum ſuſcipiendum urbs ſufficiat,] ita tamen ut omni lucro abſtineat, & nullum damnum faciat. Nam nec ipſe, nec cohortalis, nec miles, (34) qui eum ſequitur, aliquid a ſubditis accipiat, vel aliorum ſumptibus vivat, nec ſubditos noſtros atterat, aut militibus, qui eum

 ſequun-

(27) *percipiat)* κομιζέσθω. MS. Βασιλ. εἰσκομιζέσθω.

(28) *cohorte)* Julian. *apparitio*, *apparitor*. Vid. *Ant. Aug.*

(29) *tributorum curſus)* τοῦ δημοσίου δρόμου. Julian. *publicus curſus*, item *tributorum exactio* &c. *Add. Ant. Aug.* voc. *curſus publicus*.

(30) *ſiquidem)* εἴπερ. Neſcio, an non legendum ſit ὅπως ſcil. τάξις ut ex ſequentibus apqaret. Et ſic deinde ſcriptum reperi in MS. Βασιλ.

(31) *& tremiſſem)* Ita *Haloander* & *Jul.* Erat aureus nummus, qui tremiſſis dicebatur, ſiliquarum octo pondere, ut tres ſolidum penderent, quorum mentio fit *conſtit. 3. de militari veſte*, & *16. de Erogat. milit. annon.* quod neque Accurſius neque Iſidorus ignorarunt, & *Haloander* recte uſus eſt eo *Nov 28. 29. ANT. AUG. lib. 2. Emend. p. 2. 3.*

(32 *gerit)* ἔχων. deeſt in MS. Βασιλ.

(33) *ad eum)* πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τὴν αὐτοῦ. Hal. minus recte, πρὸς ὑποχὴν, *ad ejus ſuſtentationem*. Gloſſ. Cyrilli ὑποδοχὴ, *ſuſceptio*. Eſt & *convivium*.

(34) *qui eum)* ἑπόμενος αὐτῷ. Hal. αὐτοῖς.

ſequuntur, id agere permittat: nam & hoc ipſum ſacrorum noſtrorum mandatorum pars eſt. Ipſe quidem præſtiti juramenti memor, quodque gratis Magiſtratum ſuſceperit, atque tantis annonis auctus ſit, nunquam accipere (35) quid audebit, niſi magna cum pœna id velit reddere. Neque cohorti eo nomine aliquid tale agere aut accipere permittet. Et niſi curaverit, ut milites annonis ſuis contenti eum ſequantur, ne ipſe quidem juſtam indignationem effugiet, & damnum ab illis latum ex annonis eorum (36) exigere, idque ſubditis reddere cogetur.

§ 1. Propterea enim Magiſtratus hos tum multitudine miniſtrantium [centum enim cohortales illi adeſſe volumus] tum gravitate dignitatis (quoniam ſpectabilem illius Magiſtratum efficimus) majores atque auguſtiores eſſe volumus, ut in neceſſitate graviores habeamus Magiſtratus, quique mandata noſtra exequi poſſint. Quid enim facerent illi, qui ſecundum veterem formam provinciis præfuerunt, quorum pauci erant & pauciſſimis imperabant, & a fiſco admodum modica accipiebant, multa vero dabant & futari cogebantur, idque unice ſtudebant, ut creditoribus ipſos ſequentibus, pro iis, quæ pro Magiſtratu dederunt, paulatim gratiam referrent? Quibus rebus ſubditos noſtros vendere ſolent, impios ſimul & (37) periculi plenos reditus ſibi comparantes.

§. 2. Hæc nos permoverunt, ut non ſolum lucris illis renunciaremus, ſed etiam de noſtro magnos ſumptus faceremus: & ſi forte quidam Magiſtratus a deceſſoribus noſtris aliquibus venditus eſſet, (38) illo redemto ſubditos noſtros hoc tributo liberaremus, ac de noſtro ſolatium quoddam accipientibus ejus loco daremus, quo & hos libertatis participes faceremus. Conſtituimus enim Deo, ut videtur, hoc largiente, non ſolum Afris, aut illius regionis gentibus libertatem dare, ſed eos quoque, qui in media noſtra republica quolibet anno venduntur, & quibus

(35) *quid*) τολμήσειέ τι. MS. Baſil. τολμήσει ἔτι.

(36) *exigere*) εἰσπρᾶξαι. Hal. εἰσπράξασθαι. Legendum εἰσπράξαντα aut εἰσπρᾶξαι: ſequitur enim καὶ ἀποδοῦναι.

(37) *periculi plenos*) κεκινδυνευμένας. Hal. κεκινδυνευμένους.

(38) *illum redim.*) τοῦτο ἐξωνήσασθαι. Hal. τοῦτο ἐξιάσασθαι, *adhibita id medicina curaremus*. Illud rectum eſt.

Digitized by Google

bus ſub eodem (39) venditore manere non licebat, ſed per exiguum tempus nunc hujus, nunc illius poteſtati ſemper ſubjiciebantur, eo damno & ignominia liberare. Atque hanc gratiam Deo referendam putavimus, qui Imperialem coronam nobis impoſuit, qui communi ſuffragio purpuram nobis (40) per patrem noſtrum donavit, qui tot tantaque in nos contulit, quanta nemini antea largitus eſt.

CAPUT V.

Quare qui hunc Magiſtratum ſuſcipit, cum ſciat quot hominibus & quot urbibus imperaturus, quantaque auctoritate futurus ſit, (41) ex Conſulari & Correctoria in majorem atque illuſtriorem dignitatem mutatus; cum ſubditis ubique parcere eosque indemnes ſervare & puris ubique manibus uti oportet: atque fiſcum augere & omni cura in commodis ejus promovendis incumbere; muneribus item privatis abſtinere, publice & privatim urbibus jus tribuere: peragrare eas & ſanare, lucri gratia plane nihil, neque parvum, neque magnum facere: ſed ad bonam famam adſpirare, juramentum perpetuo ſervare nobisque in omnibus ſe gratum exhibere.

§. 1. (42) Caveat etiam, ne, quod in Ponto maxime commiſſum eſt, titulos vel prædiis, vel ædificiis alienis imponendi poteſtatem alicui concedat. Hoc enim ſolius fiſci & regiarum ædium tam noſtrarum, quam piiſſimæ Auguſtæ proprium eſt. Si verò ſub alterius cujusdam (43) nomine tabulas ſuſpenſas inveniat, ſtatim quidem eas tollet; inquiret vero in eum, qui eas affixerit. Et ſi quidem ille, qui ſe dominum rei eſſe dicit, hoc fecerit, confeſtim rebus illius titulos publicos

 (44)

(39) *venditore*) ταυτῷ πρατῆρι. Hal. τῷ αὐτῷ. Quæ ſequuntur uſque ad verbum *ſubjiciebantur*, abſunt a Codice Haloandri.

(40) *per patrem*) διὰ τοῦ πατρὸς ἡμῖν δωρησαμένου. Hal. διὰ τοῦ πατρὸς ἡμῖν δωρησαμένῳ.

(41) *a Conſulari*) ἐκ κονσουλαρίας. MS. Βασιλ. ἐξ ὑπατείας:

(42) *caveat*) Hoc initium uſque ad verbum *prædiis* non eſt in editione Haloandri.

(43) *nomine*) προσηγορίας. Hal. προσηγορίαις. Non male.

(44) imponet, (45) titulos ab eo poſitos capiti illius alliſos confringens. Quod ſi procurator ſit rerum alienarum, titulos illos, ſicuti diximus, in capite ejus confringat, & (46) acerbis tormentis eum ſubjiciat: (47) quo is, ad quem hæc pertinent, cognoſcat, quod neque per ſe, neque per ſatellites aliquos, aut per alios ad avaritiam aſſumtos, injuriis ſubditos afficere liceat.

CAPUT VI.

ILlos pariter qui latrocinia exercent, & alienis inhiant, quique mulieres, bona, jumenta & ſimilia rapiunt, ſpectabilem illum Moderatorem coërcere oportet: ut jus (48) ſancte reddat, atque appareat, nos bono ipſum conſilio conſtituiſſe: nec quadam pœnitentia ducamur, quod latronum perſecutores & biocolytas ſuſtulerimus, ſi quidam per provinciam graſſentur, ipſe vero vim non propulſet. Propterea enim & milites illi (49) ſubjecimus, ut illorum auxilio ab iis, qui injuriam inferunt, vinci non poſſit.

CAPUT VII.

HAec nos eum ſummatim (50) monemus. Singula enim perſpiciet, tam ex lege omnibus in commune ſcripta, (51) qua Magiſtratus ordina-

(44) *imponet*) ἐπιθήσει. Hal. & MS. Βασιλ. περιθήσει, Minus recte.

(45) *capiti*) εἰς κεφαλὴν αὐτῷ. Lege ſis αὐτοῦ. Sic & MS. Βασιλ. Hal minus recte εἰς κεφαλὴν αὐτῶν, & paulo poſt pro κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς legit ἑαυτοῦ κεφαλῆς.

(46) *acerbis*) πικραῖς. Hal. male μικραῖς, *parvis*.

(47) *quo is*) ὥστε ταῦτα μανθάνοντα τὸν ᾧ προσήκει προσώπῳ &c. Hal. τῷ προσήκει προσώπῳ. Agylæus autem cum acceſſione hæc ita legenda eſſe judicat: *quo hac audiens is cujus cauſa id factum fuerit, cognoſcat, quod* &c. Noſtra tamen lectio recte ſe habet.

(48) *ſancte*) καθαρὸν τὸ δίκαιον. Hal. καθαρῶν.

(49) *ſubjecimus*) ὑποθήκαμεν. Hal. ὑποδήκαμεν.

(50) *monemus*) παραινοῦμεν. Hal. ἐπαινοῦμεν.

(51) *qua Mag.*] καθάπερ ἐτάξαμεν τὰς ἀρχάς. Lege καθ' ἥν. Sic enim MS. Βασιλ. quod tamen pro ἐτάξαμεν legit ὑπετάξαμεν. male.

Digitized by Google

dinavimus, quam ex mandatis Imperialibus, quæ illi dantes (52) explicavimus quemadmodum Magiſtratum gerere debeat. Atque hæc ſi faciat, nobis (53) moleſtus non (54) erit, Deoque & legi animam ſuam conſecrabit, & propter totum Magiſtratum bonam ſpem habebit. (55) Subjicietur etiam catalogus ſacræ huic noſtræ legi, quo manifeſtum fiet, quid tum ipſum, tum Aſſeſſorem & cohortem ejus a fiſco accipere, quidve eum pro ſymbolis Magiſtratus præſtare conveniat: quo magnificentiam liberalitatis in ipſum factæ cognoſcens, & quam ad exiguum impenſa ab eo in ſymbola facienda redacta ſit, negotia recte adminiſtret; ac majorum quoque gentium (56) & plurium hominum imperium ſperet, ſi iis quæ in manibus habet, ut decet, utatur.

CAPUT VIII.

HOc quoque concedimus, ut de appellationibus ſecundum formam ſpectabilium judicum & ipſe & Glorioſiſſimi (57) Præfecti & Glorioſiſſimus noſter Quæſtor (58) per conſultationem cognoſcant, lites autem quingentis aureis minores in provincia illius apud quoſdam (59) inſtitutas [& ſi forte ex delegatione non tamen (60) apud ſpectabiles actæ ſint] quando in illis appellatur, (61) ipſe in ordine ſacri auditorii examinet: ut in hoc quoque venerabilior factus collati in eum a nobis augmenti memor ſit, & ita ſeſe gerat, ut omnibus ſubditis, nobis ipſis & præcipue Deo ac legi inculpatum ſe præbeat.

EPI-

(52) *explicavimus*) ὑφηγησάμεθα. Hal. ὑφηγησόμεθα, quod præferendum.

(53) *moleſtus*) ἀποθύμιος. Hal. ἀθύμιος.

(54) *erit*) ἔσαι, θεῷ τε καὶ τῷ νόμῳ τὴν ἑαυτῆ ψυχὴν ἀναθήσει. deerant hæc in MS. Βασιλ.

(55) *ſubjicietur*) ὑποτεθήσεται. Hal. ὑποτεθείσεται.

(56) *& plurium*) deerant hic multa in MS. Βασιλ.

(57) *præfecti*) ἐπάρχοις. Hal. ὑπάρχοις.

(58) *per conſult.*) κατὰ κονσυλτατίωνα κρίνεσθαι. MS. Βασιλ. κατὰ συνέλευσιν γίνεσθαι.

(59) *inſtitutas*) κινουμένας. MS. Βασιλ. κεινομένας.

(60) *apud ſpectabilas*) παρὰ σπεκταβιλίοις. Hal. παρὰ σπειβλέσσι.

(61) *ipſe in*) αὐτὸν ἐν τάξει θείου κατεξετάζειν ἀκροατηρίου, ὅτι. Hæc non ſunt in codice Haloandri.

EPILOGUS.

HAec igitur omnia Excellentia tua cognoſcens tantas illi annonas præbeat, atque ita venerandum eum factum eſſe ſciat, ut a multis deſiderio pulchritudinis & dignitatis illi a nobis tributæ merito (62) expetatur. Dat. XV. Kal. Auguſt. Conſtantinop. Beliſ. V. C. Conſ.

Tit. VIII.

De Prætore Paphlagoniæ.

CONSTIT. XXIX.

Idem Imperator Johanni Præfecto Prætorio.

Præfatio.

PAphlagonum gens antiqua (1) nec ignobilis fuit, ſed talis quæ & magnas colonias deduxit, & Venetias Italorum condidit, in quibus Aquileja quoque urbs (2) condita eſt, earum quæ in Occidente ſunt maxima, (3) quæque Imperialem domum ſæpe ſuſcepit.

CAPUT I.

GEntem igitur Paphlagonum, quæ Honorii piæ memoriæ temporibus diminuta, urbes quaſdam amiſit, & in qua ſine ulla utilitate (4) diminutio quædam facta eſt, in priſtinum rurſus ſtatum reſtituendam & ut Paphlagonia una civitas ſit, efficiendum, quæque in duobus Pontis fecimus, hæc etiam in illa ordinanda eſſe putavimus. Quare qui illarum

(62) *expetatur*) ἔσεσθαι περισπούδαστον. Hal. ἕπεσθαι περισπούδαστον, *multis hunc conſequi merito affectabile ſit.* & pro αὐτῇ quod ſequitur, αὐτοῦ minus bene.

(1) *nec ignobilis*) οὐκ ἀνώνυμον καθεστὸς. Hal. καθεστηκὼς. Noſtra lectio defendenda eſt. Nam cap. I. continuatur ſermo hic cœptus, ut verba reliqua præfationis, ἀλλὰ τοσοῦτον & ſeqq. parentheſi ſint includenda.

(2) *condita eſt*) κατῴκισται. Hal. καθῴκισται.

(3) *quæque Imperialem*) καὶ βασιλικὴν πολλάκις δίαιταν δεξαμένη. Hal. βασιλικαῖς &c. *quæ multoties in ipſis etiam regiis certamen ſuſceperit.*

(4) *diminutio*) ὕφεσιν. Sic vertendum putavimus. Hal. *Veteris illius contentionis & rigoris remiſſionem amplexum.* Heſych. ὕφεσις, ὑπένδοσις, ταπείνωσις, ἐλάττωσις, χάλασις.

Digitized by Google

rum gentium imperium unitum & unum, (5) loco duorum illorum, quæ antea erant (Paphlagoniæ ſcilicet & Honoriadis) habet, Prætor vocetur (quod ipſum etiam nomen Romanum eſt, eosque, qui provincias regunt, decet) & cohorte una utatur, ex duabus prioribus conſtituta, (6) quam centum virorum numerus conficiet. Præerit vero hic omnibus tributis, quæ aut (7) Paphlagones, aut Honoriadis olim incolæ pendebant: omniumque urbium, quas utraque provincia prius habuit, curam geret, hoc eſt in Honoriade, Pruſiadis, (8) Crateiæ, Hadrianopolis, Tii, Claudiopolis, & Heracleæ. Quanquam enim quædam ex illis ex Bithynia prius aſſumtæ ſint (ut (9) Pruſia, Heraclea, & quæ metropolis eſt provinciæ, Claudiopolis) tamen cum ſemel dimotæ ſint, (10) eas ad Bithynos reducere & formam mutare magnæ curioſitatis eſſe putavimus. Quare ſelectæ illæ ſex urbes, quæ olim Honoriadis erant, illæ quoque pars Paphlagoniæ jam erunt. Inter ipſos autem Paphlagones juriſdictionem in alias ſex urbes habebit, quæ olim ad eam provinciam pertinuerunt, (11) Germanicopolin ſcilicet, quæ eſt ad Gangram, & (12) Pompejopolin, (13) Dadybron, (14) Soros, Amaſtrida, (15) & inſuper Jonopolin. Omnes vero totius provinciæ urbes duodecim erunt. (16)

(5) *loco duorum*) ἀντὶ δυεῖν. Hal. δυοῖν.

(6) *quam*) ἣν ϗ ἀνδρῶν ἑκατὸν ἀριθμὸς συμπληρώσει. MS. Βασιλ. καὶ ἀνδ ἑκ. ἀριθμοῦ συμπληρῶ.

(7) *Paphlagones*) ὅσα τὸ παφλάγονες, MS. Βασιλ. ὅσα τὸ παφλαγόνων.

(8) *Crateiæ*) κρατείας. MS. Βασιλ. κρητίας.

(9) *Pruſia*) Προυσία τε. Hal. Προυσίας τε. Recte, præcedit enim Προυσιάδος. Sic autem & *Strabo lib. 12.*

(10) *eas*) αὐτὰς MS. Βασιλ. αὐτούς.

(11) *Germanicop.*) φαμὲν δὲ Γερμανικοπόλεώς τε τῆς πρὸς Γάγγρους. Hal. Γερμανικοπόλεώς τε, καὶ τὸν πρὸς Γάγγραν. *Germanicopolin & Gangram.* Quæ lectio fere præferenda; quia *Gangra* inter urbes Paphlagoniæ recenſenda, inter quas primum locum tenet. Nam & celebris eſt ob Concilium ibi habitum. Neque etiam Germanicopolis ad Gangram ſitus apparet, cum alium illi locum tribuat *Ptolomæus*. Sed hæc ſi dubia ſunt aliis decidenda relinquimus. MS. Βασιλ. Γερμανικοπόλεώς τε, καὶ τῆς πρὸς Γάγγραν.

(12) *Pompejopolin.*) Πομπηίου πόλεως, Hal. Πομπηίου πολιτῶν.

(13) *Dadybron*) Δαδύβρου. MS. Βασιλ. Δαδύβρων.

(14) *Soros*) καὶ Σωρῶν καὶ Ἀμάστριδος.

Et hic quidem in Sacerdotio nihil novamus, ſed Metropolitani, qui olim ſacerdotia hic ſuſceperunt, in eodem ordine maneant, & creatio eorum (17) quoad locum non mutetur, ſed (18) a Beatiſſimo Patriarcha felicis hujus urbis creentur, illique eos, qui illis ſubſunt, & quos hactenus crearunt, conſtituant, neque de iis inter ſe (19) diſſideant, vel differant: & una impoſterum ſit provincia, plures habens Metropoles, uti in aliis etiam provinciis noſtris obtinet.

CAPUT II.

Qui vero totius provinciæ imperium tenet (tota autem ſicut antea quoque, vocetur Paphlagonia) urbes peragret, nulla (20) lege ex iis, quæ

Hal. καὶ σωρῶν Ἀμάστριδος *tumulos Amaſtridis*. MS. Βασιλ. κατὰ Σώρων τῆς Ἀμαστρίδος. Σωρῶν mentio nulla fit apud Geographos, niſi quod Σώρας civitatis Phœniciæ meminerit *Steph. d. urb.* Sed ea huc non pertinet. Ἄμαστρις urbs celebris eſt, de qua videri poteſt *Steph. d. urb.* & *Strabo lib.* 12. Quid autem ſit Σωρῶν Ἀμάστριδος, quod Haloander edidit, ignoramus. *Tumulos Amaſtridos* vertit Haloander, cujus verba refert *Cellarius in Geogr.* ant. *lib.* 3. *cap.* 8. Sed Σωρὸς per ω eſt *acervus, cumulus.* Σορὸς vero *tumulus, ſepulchrum.* Unde Gloſſ. Cyrill. Σορὸς *arca funebris.* *Strabo* Amaſtrin Perſicam mulierem eam condidiſſe, & ex quatuor civitatibus Seſamo, Cytoro Cromna & Tio compoſuiſſe tradit ut non improbabile ſit eam inde nomen nactam & *Cumulum Amaſtridis* dictum fuiſſe Σωρὸς Ἀμάστριδος. Cum vero Imperator dicat in ſex urbes Paphlag. Prætorem jurisdictionem habiturum, neceſſe eſt, ut Haloandri lectionem ſequamur ac ſeptem urbes habeamus. Cæterum Ἀμάστριον, quod habet Strabo, & Ἀμάστριδος declinari tradit *Steph. de urbibus.*

(15) *& insuper*) καὶ πρόσγε MS. Βασιλ. καὶ ζῆν.

(16) *Et hic quidem*) Κἀν ταῦθα δὲ περὶ μὲν τὰς ἱερωσύνας &c. Haloander legit κἀνταῦθα μέν. Περὶ δὲ τὰς ἱερωσύνας. *quantum ad præſens inſtitutum. Cæterum circa Sacerdotia.* &c.

(17) *quoad locum*) τόγε ἐπὶ τῷ τόπῳ. Hal. τῷ γε ἐπὶ τῷ τόπῳ, Male.

(18) *a beatiſſ.*) ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου. Hal. ὑπὸ τῶν μακαριωτάτων πατριαρχῶν, *a beatiſſimis Patriarchis.* MS. Βασιλ. ὑπὸ τῷ μακαρίῳ τάτῳ πατριάρχῃ.

(19) *diſſideant*) οὐ διαστασιάζοντες, οὐ διαφερόμενοι. Hal. οὐδὲ στασιάζοντες, οὐδὲ φυρόμενοι, *non inter ſe diſſideant, non confundantur.* MS. Βασιλ. οὐδὲ στασιάζοντες οὐδὲ φυρόμενοι. Illud οὐδὲ φυρόμενοι corruptum eſt ex οὐ διαφερόμενοι. Videtur vero Imp. ſcripſiſſe, οὐδὲ στασιάζοντες, οὐδὲ διαφερόμενοι. Ita enim ſolet.

(20) *lege &c. lata*) γεγενότων νόμων. Hal. & MS. Βασιλ. γεγονότος νόμου. in

Digitized by Google

quæ forte olim ad id prohibendum latæ ſunt, id prohibente; Vicarios tamen in urbes non mittat, [(21) id enim plane prohibemus, quoniam abſurdum eſt, cum in provincia jus reddere, & ſimul locum ſuum contra legem alii concedere] ſed ipſe omnia adminiſtret, & tributa omni diligentia exigat, neque plus neque minus exigens; ſed æquitati & juſtitiæ (22) adhæreſcat. Provideat etiam, ut, ſi fiſcus aliquid damni accipiat, illud reſarciatur: urbes publice & privatim illæſas ſervet, & annonam quidem accipiat, quam antea uterque Magiſtratus habuit ſeptingentorum viginti quinque aureorum, item Aſſeſſorem, qui duos & ſeptuaginta aureos accipiat: atque unam cohortem habeat, quæ ex utraque compoſita eſt, & centum virorum numero conſtat, ac quadringentos quadraginta ſeptem aureos & ſemiſſem pro ſolatio a fiſco percipiat. Et cum gratis Magiſtratum acceperit, gratis quoque & eum, (23) & quæ ad eum pertinent, gerat. Nam & hic ſubditos noſtros redimemus, atque illis, qui pro more quid (24) percipiunt, (25) ſuffragii ita dicti nomine, ipſi dabimus, ex reditibus provinciæ per thronum tuum id in eos erogantes. Nec permittemus ut ſub ſpecie & prætextu venditionis ſubditi noſtri in ſervitutem redigantur. Cum enim veteres ſubditos a barbaris liberaverimus, non permittemus, ut illi, (26) qui inter nos ſunt, aliis ſerviant:

edit. Amſtel. & Contii legitur γεγονότ@ τόπον.

(21) *id enim*) τῦτο γὰρ αὐτῷ. Hal. αὐτό. Sic legendum.

(22) *adhæreſcat*) ἀντεχόμεν@. MS. Baſil. ἀνεχόμεν@, minus recte.

(23) *& quæ ad eum pert.*) καὶ τὰ κατ' αὐτόν. Hæc deſunt in Codice Haloandri & MS. Baſil.

(24) *percipiunt* &c.) τοῖς κομιζομένοις &c. τοῦτο ἐκ τῶν φόρων αὐτοῖς τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπιδιδόντες. *Cum* κομίζεσθαι *verbum eſſe deponens Grammaticis credi debeat, & pro percipere a Claſſicis Scriptoribus uſurpetur, ſi illorum auctoritatem ſecuti hunc locum ita interpretemur*; & his qui ex conſuetudine, per occaſionem ſuffragii (ut vocant) aliquid percipiunt, dabimus ipſi per thronum tuum ex publicis provinciæ tributis hoc illis erogantes; *quem ſenſum Scrimgeri editio etiam poſtulat, quæ* αὐτοῖς, *pro quo apud Haloandrum* αὐτοὺς *eſt, habet; non tantum obſcuritatis reſidebit, ut tolli aſteriſcus non poſſit.* AGYLÆUS. Paſſive accipitur *Nov. ſeq. cap. 6. pr.* Active hic *§. 1. & 2.* ibid.

(25) *ſuffragii*) προφάσει τοῦ καλουμένου συφραγίου. MS. Baſil. συφ. ſομ...

(26) *qui inter*) τοὺς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς id eſt ſubditos noſtros qui noſtro imperio nunc reguntur.

Digitized by Google

viant: ſed Deo, qui per nos multis gentibus libertatem largitus eſt, etiam nos, quoad ejus fieri poteſt, libertatem ſubditorum noſtrorum ſemper venditorum offeremus: nec eos, qui accipiunt, lædemus (pro eo enim illis legitimam (27) ſecuritatem dabimus) neque Magiſtratibus permittemus, ut prætextu dationis ſubditos noſtros tanquam mancipium aliquod a vendentibus emant, & injuriam inferentibus vendant. Quare ex Ponticæ diœceſis provinciis etiam hæc una fit, quæ antea, neſcimus qua de cauſa, (28) duplex facta eſt. Et qui huic præeſt, eum ſicut antea diximus, Prætorem Paphlagoniæ Juſtinianeum (29) vocabis: quem & (30) Strategum Græca lingua appellare licebit.

CAPUT III.

(31) JUramentum vero, quo præſtito imperium ſuſcipiet, ſemper illi in memoriam redigas, ut puras manus, nec (32) turpi lucro contaminatas habeat, quo fiſco proſit, eumque juſtis undique & inculpatis acceſſionibus augeat: ut ſubditis noſtris æquitatem & juſtitiam tribuat, tum in (33) publicis, tum ſi contrahant, vel judicio inter ſe contendant. Urbes vero ſine damno perluſtrabit, ut neque ipſe, neque Aſſeſſor, neque miniſtri, qui eum ſequuntur (ſive milites, ſive cohortales, ſive domeſtici ſint) quid lucrentur, aut gratuito victu utantur. Ex illis enim annonis, quas nos iis ex publico damus, eos ſumtus facere, & modice, ut decet, vivere oportet. Milites vero, qui eos ſequuntur, ſciant, quod ſi non annonis ſuis contenti iter faciant, ſed ſubditos noſtros injuria afficere, vel damna quædam iis inferre, vel gratis ſumtus facere audeant, ab eo, qui Magiſtratum gerit, ſubditi indemnes ſervandi ſint, qui ex annonis

(27) *ſe cur.*) ἀσφάλειαν. MS. Βασιλ. ἀσφάλειαν.

(28) *duplex*) διπλῆ πρότερον &c. γενομένη. MS. Βασιλ. διπλασιότερον &c. γενομένη.

(29) *vocabis*) καλέσεις, Hal. καλέσουσι.

(30) *Stratejum*) Vid. infra ad *Nov*, *29. cap. ult.* notata & Palmerium: Exercit ad Dion, l. 47.

(31) *Juramentum*) Ἰδὼν ὅρκον. Hal. male τὸν ὅρκον.

(32) *turpi*) ἀτόπῳ. MS. Βασιλ. αἰσχρῷ.

(33) *publicis*) Addit Haloander in verſione Latina *quam privatis*, quod Græci Codices non agnoſcunt. *Tributa* intelligimus ut ſupra paſſim.

Digitized by Google

nonis illorum ea repetet, atque proprio periculo exinde indemnitatem ſubditis præſtabit.

CAPUT IV.

HAec itaque lex de Paphlagonibus a nobis lata ſit, quæ ipſis Magiſtratum honoratiorem, & ut inter ſpectabiles numeretur, efficit, (34) quæque in milites provinciales, ubi juſte illis imperat, reliquosque omnes, qui privilegio provinciæ illius uti non poſſunt, poteſtatem tribuit, ſive majores, ſive etiam minores fortè ſint, ſive rebus ad potentes homines pertinentibus præſint. Et præcipue illius curam geret, in quo facile in illis locis peccatur, (35) ne prædiis quibusdam titulos imponi permittat, in quibus aliud nomen, quam fiſci & regiarum ædium inſcriptum eſt. Sed (36) ſi id factum inveniat, titulos quidem ſtatim tollet, prædiis vero illius, qui talia commiſit, ſi præſens ea faciat, fiſci nomine titulos omnino imponet, titulis illis prius ſublatis (37) & in capite illius confractis. Sin autem abſens ſit, illum, qui prædiis illis præpoſitus eſt, comprehenſum tormentis ſubjiciet, & titulos etiam ſic ſtatim tollet, eoſque in capite præpoſiti prædiorum (38) confringet: ſciens quod ſi quid ejusmodi neglexerit, & (39) nos cognoverimus titulos aliis ædibus quam fiſci vel regiis noſtris & pientiſſimæ Auguſtæ impoſitos eſſe, atque Magiſtratum ſcientem, quod factum eſt, neglexiſſe, (40) Magiſtratus publicationem bonorum ſit paſſurus: (41) quia cum facile, vi imperii utens, prohibere potuiſſet, data tamen opera neglexit.

(34) *quæque &c.*) καὶ δίδωσιν. Hal. καὶ δὺς αὐ.

(35) *ne permittat*) τὸ μὴ συγχωρεῖν. Hal. καὶ μὴ &c. Legendum forte. τῷ μὴ συγχωρεῖν.

(36) *ſi id factum*) εἴη τοιοῦτον. Hal. εἴ τι ἰσοίτων.

(37) *& in capite*) εἰς τὴν ἐκείνου κεφαλὴν περιρρηγνύς. Hal. εἰς ἴδιν ἐπ' ἐκείνου κεφαλὴν περιρρηγνύς.

(38) *confringet*) κατεάξει. Hal. κατάξεις.

(39) *nos &c. cognoſcamus*) καὶ μάθοιμεν, Hal. καὶ μάθωμεν.

(40) *Magiſtr.*) αὐτὸς ὁ τὴν ἀρχὴν. Hal. περιορᾶν αὐτὸς, ὁ τὴν ἀρχὴν &c. Male.

(41) *quia cum*) ὡς παρὸν ταῦτα ῥᾳδίως &c. Hal. ὡς παρόντα ταῦτα. Male.

Digitized by Google

CAPUT V.

(42) ILlius quoque curam eum gerere volumus, ut omnes latrones, quique aliorum facultates, vel fœminas rapiunt, aliave crimina perpetrant, perſequatur, eosque comprehendat, & pœnis pro merito afficiat, & omnem injuſtitiam reprimat, neque concedat, ut aliqua in re modeſtioribus injuria inferatur, ne aliis rurſus indigeamus, qui illos perſequantur, & bioco lytas, latronum perſecutores, aliaque ejusmodi nomina & res tolerare rurſus debeamus: quæ averſantes, in hoc ordine eum collocavimus, (43) atque ita honoratum illius Magiſtratum effecimus, ut appellationes apud ipſum, cum judicat, interpoſitas, & ad Excellentiam tuam, & eos qui quovis tempore eundem Magiſtratum ſuſcipient, atque celeberrimum Quæſtorem ſacri noſtri palatii, qui ſecundum ordinem (44) conſultationis eas audient, lites autem quinquaginta aureis minores apud quosdam (45) ſpectabiles, licet ex delegatione ſint, motas, cum appellatur, ad ſe deducat in ſacri judicii forma: ut & ipſe Magiſtratibus a nobis inventis, & in honeſtiorem formam redactis, ubique adnumeretur. Majores enim & prioribus ſplendidiores illi quoque erunt, nobisque in majoribus rebus facile inſervient. (46) nihil enim in parvo magnum exiſtere, tum a majoribus dictum, tum a nobis ipſis re ipſa judicatum & probatum eſt. Quare huic etiam legi deſcriptio ſubjicietur, quæ declaret, quid tam ipſe qui Provinciam regit, quam Aſſeſſor & cohors ejus a fiſco laturus, & quo dato Magiſtratus ſymbola (47) accepturus ſit.

§. 1. Modus vero, quo Magiſtratum geret, breviter quidem & hic explicatus eſt, verum etiam ex lege quæ de omnibus Magiſtratibus in commune ſcripta eſt, & ex Imperialibus noſtris mandatis, quæ illi dabi-

(42) *Illius quoque*) κἀκείνου δὲ Hal. minus recte, κακοῦ δέ.

(43) *atque*) Hoc comma deeſt in MS. Baſil.

(44) *conſultationis*) κονσουλτατίωνος. *Hal.* κονσουλτατίωνος. MS. Baſil. συνεψίσεως.

(45) *ſpectabiles*) σπεκταβίλιους *Hal.* μὴ περιβλέπτους, *non ſpectabiles.*

(46) *Nihil.*) μηδὲν γὰρ ἐν μικρῷ &c. MS. Baſil. μηδενὶ γὰρ ἐν μικρῷ &c.

(47) *accepturus*) παραλήψεσθαι. Deeſt in *Hal.* editione.

dabimus, cum Magiſtratus ſymbola in eum conferemus, atque jusjurandum (48) ſecundum legem noſtram latam exigemus, (49) cum cognoſcet.

EPILOGUS.

HÆc igitur omnia Excellentia tua cognoſcens, tantas annonas illi præbeat, & ita venerandum eum eſſe ſciat, ut a multis deſiderio pulchritudinis & dignitatis (50) a nobis illi datæ merito (51) expetatur. Dat. XV. Kal. Jun. Aug. Biliſ. V. C. Conſ.

Tit. IX.

(1) De Proconſule Cappadociæ.

CONSTIT. XXX.

Idem Imperator Johanni Sacro Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

(2) QUantum ſit Cappadocum, nomen & quanta gens quantumque negotii initio (3) fecerit Romanis, antequam ſub poteſtatem redigeretur, veteris eruditionis Studioſi non ignorant. Nam toti fere Ponto imperavit, & celeberrimi viri, quique Romanis laude digni videbantur, (4) admodum ibi floruerunt: (5) amplam quoque & mirabilem regionem habet, quæque Imperatori ita placuit, ut poſſeſſionibus, quas ibi habet, proprium Magiſtratum civili imperio non minorem, ſed potius majorem præponeret. Populoſiſſima enim eſt, & maximam urbem con-

(48) *ſecundum*) τυτο δὴ τὸ κατὰ &c. ſcribendum τῦτον δὴ τὸν &c. ex MS. βασιλ.

(49) *eum cognoſcet*) φανερὸς δὲ αὐτῷ. *Hal.* φανερῶς δὲ αὐτοῖς. Male.

(50) *a nobis*) Παρ' ὑμῶν. *Hal.* παρ' ὑμῶν. Vit. forte Typograph. In Nov. præced. in fine habetur ἡμῶν.

(51) *expetatur*) ἔσεσθαι περισπούδαστον. *Hal.* ἔπεσθαι περὶ σπούδαστον. Male, ut ſupra.

(1) *de Proconſule*) De eo vide *l.* 2. *Cod. Th. d. Palatinis* ibique *Gothofred.*

(2) *Quantum*) πόσον. Hal. ὁπόσον.

(3) *fecerit*) παρέσχε. Hal. παρέσχεν.

(4) *admodum*) μεγάλως ἐκεῖθεν ἤνθησαν. Hal. μεγάλως ἐκεῖθεν ἤρξαντο, *inde duxerunt originem.* Non recte.

(5) *Amplam quoque*) Cappadocia equos aluit præſtantiſſimos, unde illi celebratiſſimi. Vid. *l.* 1. *Cod. Th. d. Greg. Domin.* ibique *Gothofr.*

Digitized by Google

continet (6) chariſſimi nobis Cæſaris nomen habentem, qui bonum initium (7) Monarchiæ noſtræ dedit: (8) propter quem apud omnes terræ gentes celeberrimum eſt Cæſaris nomen, & quo nos præ omnibus reliquis imperii ſignis gloriamur.

CAPUT I.

HAnc ſane regionem parvo tradere Magiſtratui admodum nobis indecorum viſum eſt: maxime cum eam ſemper adverſus Magiſtratum noſtris domibus præfectum ſeditiones movere cernamus. Diviſa etiam eſt civitas, (9) cujus unam partem Tamiacam, alteram Eleutericam appellant: & ambitu quidem una urbs eſt, ſed voluntatibus duplex: unde ſeditionum & diſſenſionum occaſiones, & ſi quid mali homines affligit, ex hac cauſa, ut putamus, venit: qua ſublata robur ſimul & concordiam negotio dabimus, qua nihil unquam inter homines eſt pulchrius.

§ 1. Reliquorum igitur Magiſtratuum quos nuper in Piſidia, Lycaonia & Thracia conſtituimus, forma & conſtitutio ex duarum rerum congreſſu facta eſt. Quare cum hunc Cappadocum Magiſtratum majori imperio ornare velimus, triplicem illi poteſtatem concedimus. Nam hic Magiſtratus præerit legibus & toti cohorti civili: præerit etiam militibus, tum illis, qui in dicta regione, tum qui in reliquis provinciis Ponticæ diœceſis, in quibus (10) Tamiaca prædia ſunt, collocati ſunt, perinde ac ſi per ſe militaris eſſet Magiſtratus. Permittimus etiam illi, ut Tamiacis hominibus imperet: & omnes quicunque veteris comitianæ ſunt cohorhortis [(11) Summarii ſcilicet & ſi qui alii ſunt] (12) obedient illi, ac triplex erit forma ex qua Magiſtratus ille conſtabit: nam & Politicus & militaris erit Magiſtratus, & Tamiacis præerit rebus, inſerviente illi utraque cohor-

(6) *Chariſſimi*) τὸ τοῦ φιλτάτου Καίσαρος ἡμῖν ἐπώνυμον; Recte *Hal.* ἐπώνυμον.

(7) *Monarchiæ*) τῇ μοναρχίᾳ. Recte *Hal.* τῆς Μοναρχίας.

(8) *propter quem*) δι' ὅν. *Hal.* διὰ, *qua de cauſa.*

(9) *cujus*) καὶ τὸ μὲν τὶ Ταμιακὸν Hal. καὶ τὸ μέρος. Legendum καὶ τὸ μὲν Ταμιακόν.

(10) *Tamiaca prædia*) Vid. *Gloſſ.* eo verbo.

(11) *ſummarii*) milites cohortis Comitianæ. Vid. *Nov. 64. num. 16.*

(12) *obediunt*) κατακούουσι τούτῳ Hal. τούτοι *hiſce.* male,

cohorte, tum Comitiana (quæ & ſua peraget, & nil commune habebit cum Politica cohorte) tum & clariſſimi Provinciæ Præſidis. Totam vero (13) Proconſularem eſſe & appellari volumus: & cohors unam quidem habeat appellationem, Proconſularis ſcilicet, ſua tamen diviſim faciat, tam quæ olim Comitianæ, quam quæ antea Civiles erant: ut Civilis quidem curam gerat tributorum & civilium rerum, quas olim ad eam pertinuiſſe ſcimus, quæ vero olim Comitiana cohors vocabatur, præſit adminiſtrationi rerum regiarum & exactionem faciat, eo, quem nunc exponemus, modo.

CAPUT II.

Epitroporum enim & tracteutarum nomen ne eſſe quidem volumus, reſpicientes ad vetera exempla & multas injurias, quas miſeris ſubditis intulerunt: per ſingulas vero domus periculo (14) Comitianæ cohortis & tredecim, primatiorum (quos (15) Magiſtros primos & ſecundos vocant,) alios tredecim, ſtatim poſt illos (16) eligendos, nominari volumus, unum, ut dictum eſt, in unaquaque domo. Hi vero poſt priores illos tredecim exactionem faciant, & (17) fiſco, quæ illius ſunt, ſervent: proſpiciant quoque ſubditorum tranquillitati, (18) ut illi a nemine damnum patiantur: ac ſciant quod damnum ſubditis inde illatum, eo magis ad facultates illorum ſpectabit, cum & periculum omnis publicæ

(13) *Proconſularem*) ἀνθυπατικήν. Hal. ἀνθυπατείαν. Illud recte. Vid. *infr. c. 7. §. 1.*

(14) *Comitiana*) Julian. *Comitiana apparitio*, de qua voce Vid. *Gloſſ. Jul.* Dicitur a Comitibus, quorum diſpoſitioni ſuberat, non a Comitatu Principis: Sicut & Comitatenſes, de quibus vid. Gothofr. ad *l. 2. Cod. Th. de Palatinis.* Hinc *Comitiani*, de quibus eſt *l. 18. C. Th. d. Cohortal.* Etiam Mittendarii Comitatenſium appellatione comprehendebantur, vid. *l. 7. C. d. Palat. S. L. l. 6. d. Div. Offic. l. 3. & 7. C. Th. d. privil. cor. qui in S. Palat.* vid. infr. *num. 33.*

(15) *Magiſtros*) μαγίστρους. Vide de hac voce Gloſſ. Jul.

(10) *Eligendos*) ἀποκεκριμένους, Hal. *qui ſeparati ſint.* Verum cum hoc minus placeat, in medio relinquimus an *eligendos* an vero *qui reſpondeant* vertendum, vel an de meliore lectione cogitandum ſit.

(17) *fiſco*) τῷ δημοσίῳ. MS. βασιλ. τῷ δημοσίῳ.

(18) *ut illi*) μηδεμίαν ὑφίστασθαι βλάβην. Recte. Hal. μηδεμίᾳ ὑφίστασθαι βλάβῃ.

Digitized by Google

exactionis ad ipſos pertineat. Nihil vero prorſus neque illi, qui ante vocabantur primi & ſecundi Magiſtri, (19) nec tredecim illi, qui poſt ipſos nunc ſunt, (quos tributa (20) exigere ſancivimus) nec ullus alius ex cohorte Comitiana, Spectabili Proconſuli, qui eo tempore erit, vel pro nominatione, vel alia quacunque ex cauſa, præſtent: ſed quinquaginta (21) ſolum ſolidi ab unoquoque tredecim illorum exactorum, prioribus decem Magiſtris præbeantur.

CAPUT III.

IPſi vero exactores non plus ab agricolis, aut denique iis, qui exactionem patiuntur, accipiant, quam quæ formis Nicetæ magnificæ memoriæ continentur, & exactoribus deputata ſunt. Neque illi nomina fingant, & pro nominibus illis damna inferant (22) vel Aſpaſticorum vel tra-

(19) *nec illis*) μήτε τοὺς μετ' αὐτοῖς. Lege μετ' αὐτοὺς, ut antea ſæpius. Et ſic quoque Hal. vid. infr. *n. 23.*

(20) *exigant*) τὴν ἄνυσιν ποιεῖσθαι. Putamus ἄνυσιν hic idem eſſe quod εἴσπραξιν, paſſim enim ita niſi fallimur uſurpatur ἀνύω. Eſt autem ἄνυσις *perfectio, expeditio.* Gloſſ. Cyrilli, ἄνυσις, *efficacitas, affectus.* Heſych. ἀνύσεις, τελειώσεις, κατορθώσεις, δύναμις πράξεων ἀποτελεστική. Hal. *profligationem facere.* vid. *N. 128. inſcript. N. 130. cap. 3.*

(21) *ſolum*) μόνον ἀνὰ quinquaginta ſolidorum. Hal. μόνων ἀνὰ πεντήκοντα νομισμάτων χρυσῶν.

(22) *vel Aſpaſticor.*) ἀσπαστικῶν τι ἕνεκεν ἢ τρακτευτικῶν. Ita & Cod. Vaticanus, nec non MS. Florent. Hal. ἀπακτικῶν ἕνεκεν ἤτοι τρακτευτικῶν, *per cauſam Apacticon ſeu tractatoriarum.* MS. Bas. ἀσπαστικῶν τι &c. An Apacticon, quomodo Hal. an vero Aſpaſticon, quomodo Scringerus legit, convenientius ſit, expendere non lubet. Iſtud dixiſſe ſatis ſit, hoc quodammodo hac eadem conſtitutione confirmari, ubi aliquando poſt introitus dici videtur, ut intelligamus ſalutatorium ſignificari ab ἀσπάζομαι: illud vero ex rei natura quaſi, rerum abducendarum avehendarumque mercedem denotet, ab ἀπάγω. *Quod autem Haloander* ſeu tractoriarum *habet, ac ſi* abactica & tractatoriæ *ſint idem, probari non poteſt: ſed ut Scringerus*, aut tractatoriarum *legendum eſt. AGILÆUS.* Τὸ ἀσπαστικὸν retinendum videtur. Nam loquitur Imperator de iis, quæ exactoribus ſolebant dari. & Tractentis, ut ex initio & fine hujus cap. conſtat, quodq; ipſa vox τρακτευτικῶν indicat. Gloſſ. Cyrilli ἀσπαστικὸν, *ſalutatorium.* Fit quoque cap. ſeq. mentio *introitus*, cujus nomine Tractentæ a ruſticis quid exigebant, quod huc referri forte poteſt. Aliud eſt *Tractoria*, *Evectio* ſcil. de quo *Tit. Cod. Th. d. Tractoriis & Stat.* ubi vid.

Digitized by Google

tractcuticorum nomine, vel alia quacunque de cauſa, quæ vel ad (23) conſuetudinem quandam ſpectet, vel ad quamcunque læſionem referatur. Nam ſubditos noſtros ab his omnibus immunes ſervari volumus: maxime vero eos a malo & pernicioſo (24) tributo liberamus, (25) quod tractatoribus, qui quocunque tempore ſunt, pendentes, tum quoad tributa, tum proprias (26) deſcriptiones non ſolvendo fiebant. Sed & ſi quædam ſit ſanctio, aut longa conſuetudo, quæ tractatoribus quid præberi velit, etiam hanc tollimus. Nam cum ipſum tractatoris nomen tollamus, omne etiam, quod ad eum pertinet, merito ſimul tollimus, ſpeciali hac liberalitate erga ſubditos noſtros utentes. Si vero quis ex tractatoribus aliud quid prætcrea, quæ forma Beatiſſimi Nicetæ definita ſunt, accipere auſus fuerit, (quæ ſola ipſis accipere permittimus,) ſciat ſe & militiam & dignitatem & facultates ſuas amiſſurum eſſe.

CAPUT IV.

QUoniam vero fieri poteſt, ut inter tredecim exactores [(27) nam ut gradatim ad hunc ordinem perveniant ſancimus] aliquis ad hoc negotium idoneus non ſit, permittemus quidem, ut ſic quoque reditus illius gradus illi maneat; ſancimus vero ut tredecim priores Magiſtri, & præterea illi, qui poſt eos ſunt, alium quendam illi adjutorem, proprio & rerum ſuarum periculo nominent, qui ut decet circa ne-

Gothofred. vid. & *Cujac. ad l. 3. C. d. Can. larg. Tit.* Ἀσπαστικὸς οἶκος apud *Theodoretum Hiſtor. Eccleſ. lib. 5. c. 18.* eſt *ſalutatorium* ſeu Secretarium Eccleſiæ, in quo Epiſcopus cum Presbyteris ſedens a fidelibus, qui ad Eccleſiam accedebant ſalutari conſueverat. Docente id *Valeſio ad d. l. & Amm. Marcell. lib. 15.*

(23) *Conſuetudinem*) vid. Gloſſ. Jul. voce *Conſuetudo.*

(24) *tributo*) λοιμῷ. MS. Βασιλ. λιμῷ.

(25) *quod tractat:*) ὃν τοῖς κατὰ καιρὸν παρέχοντες τρακτευταῖς ἠλαττοῦντο περὶ &c. Hal. ὃν παρεῖχον τοῖς τρακτευταῖς, ἠλαττοῦντο δὲ περὶ &c. De Tracteuta vid. *Gloſſ. Jul.* Eſt *autem*, qui annonas & tributa publica computabat & tractabat. Tractare enim eſt *computare rationes, calculum ſubducere.* Vid. *Gothofr. ad l. 1. C. Th. d. oblat. votor.*

(26) *deſcriptiones*) ἀπογραφάς. MS. Βασιλ. ἀπολογραφάς.

(27) *quoniam*) ἐπεὶ, ut infra *c. 9. pr. & cap. 7. §. 2.* Hal. & MS. Βασιλ. ἐπειδή.

ca negotium verſetur, ut nec fiſcus propter illius infirmitatem injuria afficiatur, nec ille (28) ſolatio, quod ex tempore & gradu habet, excidat: periculo ſcilicet tredecim Magiſtrorum, & reliquorum, (29) qui poſt eos ſunt, adjutoris illius, qui non idoneus eſt, (30) creatione, ut dictum eſt, facienda. Et tributorum exactores magnas gratias nobis habere (31) oportebit, qui eos a multis illis damnis, quæ antea Magiſtris & ſpectabili pro tempore Comiti & Cohorti ejus intulerunt, liberaverimus. (32) Propterea enim eos ab his omnibus liberavimus, ut neque ipſi ſubditos injuria afficiant, neque prætextus illi, quos ad vexationem excogitant, & (33) introitus, vel aliter appellant, agricolarum facultates exhauriant: ſed ut iis ſolum contenti, quæ (34) ſecundum formam Nicetæ illuſtris memoriæ Epitropis præbentur, a reliquis omnibus (35) abſtineant.

CAPUT V.

IPſe vero Spectabilis Proconſul omnium curam æqualiter gerat, ſive civile quid ſit, ſive ad militarem Magiſtratum, ſive ad poteſtatem Tamiacam ſpectet: neque quicquam omnium negligat, quoniam majorem reliquis Magiſtratum huic loco dare volumus. Cum enim Romanis in more fuerit, provincias vel Conſulibus, vel his, qui eorum loco mittuntur, quos Proconſules vocabant, diſtribuere, propterea & Cappadocum Magiſtratum Proconſulatum eſſe volumus, quo Romani olim in Africa Imperium ſuum ornarunt: quem nos nunc adeo auximus, ut qui eum ſuſcipit, glorioſiſſimis noſtris Præfectis Sacro Prætorio

(28) *eo ſolatio quod ex*) τῆς ἐκ τοῦ χρόνου καὶ βαθμοῦ Hal. male, τοῦ ἑαυτοῦ χρόνου, καὶ τῆς τοῦ βαθμοῦ &c. *ſuo tempore & ex gradu ſolatio.*

(29) *qui poſt eos*) τῶν μετ' αὐτούς. Jul. *qui poſt eos ſunt.* Qui & τὸν βοηθὸν *adjutorem* dicit.

(30) *creatione*) προβολῆς. MS. Βασιλ. προτελῆς.

(31) *oportebit*) δέωσι. MS. Βασιλ. δέονσι.

(32 *Propterea*) διὰ τοῦτο δέ. MS. Βασιλ. διὰ τὸ τοιοῦτο.

(33) *introitus*) ſic in gr. textu. MS. Βασιλ. εἰσόδια καί τι &c.

(34) *Epitropis*) Vid. d. hac voce *Gloſſ. Jul.*

(35) *abſtineant*) ἀπέχοιντο. MS. Βασιλ. ἀπέχονται.

Digitized by Google

rio annumeretur. Et qui huic præeſt, patria lingua (36) Proconſul. Juſtinianeus Cappadociæ vocetur, ut tam id, quod proprium eſt Magiſtratus, habeat, quam reipſa Archegetes nominetur. Is enim, qui Magiſtratum hunc gerit, hoc ſchema libenter ſuſcipiet, quia magnam poteſtatem habet, occaſione Tamiacæ poſſeſſionis etiam ad alia loca (37) extenſam: erit quoque plane venerandus, cum tot rebus & hominibus præſit, & facilius omnia diſponet, cum militare robur illi junctum ſit. Civilia igitur more ſolito expediet, militibus vero cum multa æquitate imperabit, utpote cum & iſti illi ſubjiciantur.

§. 1. Animum vero præprimis ad Tamiacarum rerum adminiſtrationem adjiciat, quæ in tam gravem & cauponationibus undique expoſitam difficultatem delapſæ ſunt, ut nullo fere pretio dignæ ſint. Accepimus enim talia committi in provincia, quæ vix maximus vir ſanare facile poteſt. Nam qui potentium poſſeſſiones (38) adminiſtrant [ſed jam & dicere erubeſcimus] quanta cum abſurditate obertant? & tanquam ſatellites illis inſerviunt, & multitudo (39) hominum non ferendorum eos comitatur, omneſque ſine pudore latrocinantur: ac miramur quomodo ſubditi hucusque injuriis illis ferendis pares fuerint. Singulis igitur diebus (40) precantibus nobis & publica tractantibus multitudo Cappadocum injuria affectorum adeſt, & inter eos multi Sacerdotes, (41) plurimæ vero mulieres ſunt, omneſque lamentantur, & res ſuas ablatas eſſe queruntur: quoniam nemo in propinquo eſt, qui ea

 pro-

(36) *Proconſul Juſtinianus Cappadociæ*) Latina hæc, quæ in Græco textu leguntur, deſunt in Hal. editione.

(37) *extenſam*) ἐκτεταμένην. Hal. καὶ ἐκτεταμένην.

(38) *adminiſtrant*) ἐπιτροπεύοντες. Hal. ἐντρέποντες. Male.

(39) *hominum*) ἀνθρώπων οὐ φορητῶν. MS. Bavar. οὐ φορητὸν ſc. πλῆθος. *Multitudo non ferenda.* Ita ſcribendum videtur.

(40) *precantibus*) εὐχομένοις quod & legitur in Cod. Vaticano & MS. Bavar. Hal. ἀσχολουμένοις, *occupatos nos.* Haloandri lectio præferenda eſt, quod & putat *Agylæus.* In MS. Flor. ſic ſcriptum legitur εὐχομένοις. (λν written above)

(41) *plurima*) γυναῖκες δὲ ὡς πλεῖσται καὶ πάντες &c. Hal. γυναῖκες δὲ, ὡς πλεῖστα καὶ πάντες &c. *plerumque mulieres, quod omnes* &c.

prohibere poſſit. Tamiaca certe poſſeſſio jam fere tota privata facta eſt, diſtracta & cum ipſis equorum gregibus direpta, nemine prorſus contradicente, cum os ipſorum auro obſtructum ſit.

CAPUT VI.

PRopterea unum ex iis, qui nobis notiſſimi ſunt, huic regioni præficere volumus, qui triplici huic cohorti præſit, & ſolus omnem in ſe Magiſtratum omnemque poteſtatem circumferat, & inſignibus imperii civilis utatur, currum ex argento & ſecurim & virgas habens, & quæcunque vetera legis ſigna ſunt. Imperabit quoque militibus, & curam geret redituum Tamiacorum, ut (42) indeſinenter ad omnes Magiſtratus ad hoc conſtitutos & multo magis ad noſtrum palatium perveniant, quemadmodum & nunc (43) perveniunt, occaſione eorum, quæ tum ad nos, tum ad ſacratiſſimam & piiſſimam Auguſtam conjugem noſtram, tam in auro quam veſte perferuntur. Nihil enim inde diminui volumus.

§. 1. Non tamen eo modo, quo hactenus, ex furtis (44) & vexatione ſubditorum atque largitionis nomine præbeantur [hæc enim omnia odio habemus & e republica noſtra ejicimus] ſed ex juſtis & legitimis cauſis, quas etiam ſacræ huic legi ſubjici juſſimus: ut is, qui Magiſtratum hoc tempore gerit, (45) illas percipiens, (46) quinquaginta auri libras illas Sacratiſſimæ Auguſtæ Conjugi noſtræ, ut dictum eſt, præſtet. Magiſtratum enim gratis conſtituimus, & ut creatio ejus (47) ſine omni dono fiat, ſancimus; neque quiſquam plane erit, qui pro ea quid capiet.

§. 2. Sed

(42) *indeſinenter)* ἀνελλιπῶς. Hal. εἰσέρχωνται.

(43) *perveniunt)* προσέρχονται. Hal. εἰσέρχονται.

(44) *& vexatione)* καὶ τῆς τῶν ὑποτελῶν ἐπηρείας, καὶ δόσεως ὀνόματι. Sic & Hal. qui vertit, *& ex titulo leſionis & dationis ſubditorum.* Quo videtur reſpicere Agylæus, quando ait; *Prius in circuitu* Non tamen *vitium Haloander interpretando obliteravit.*

(45) *illa)* ταύτας. Hal. αὐτάς.

(46) *quinquaginta)* Non habet id Codex Haloandri.

(47) *ſine omni)* ἀδωρότατον. Hal. recte, ἀδωροτάτως. MS. Βασιλ. ἀδωρότατα.

Digitized by Google

§. 2. Sed & annonam illi quidem ad viginti auri libras (48) damus, ſicuti ſubjicitur: Aſſeſſori vero ejus auri libras duas (49) præbemus: utraque vero cohors id quod a fiſco hucusque erogatum eſt, accipiet, (50) nullo modo imminuendum. Nulla enim in re hunc Magiſtratum imminuimus, (51) & maxime Glorioſiſſimi noſtri præpoſiti Sacri noſtri cubiculi. Sancimus enim, ut & ipſe & quæ (52) ſub ipſo eſt (53) devotiſſimorum Palatinorum ſchola, in ſimili poteſtate, ordine & eadem figura in Cappadocia maneat: quæ tamen nihil omnino neque conſuetudinum, neque annonarum nomine accipiat, nec in auro, nec in argento, nec in aliis ſpeciebus, nec a Proconſule illius temporis, nec a cohorte ejus: aliter enim puritas non ſervaretur. Res enim

(48) *viginti*) Hal. λιτρῶν κ'. MS. Βασιλ. κ'.

(49) *præbemus*) παρέχομεν. MS. Βασιλ. παρέξει.

(50) *nullo*) καθ' οὐδὲν παντελῶς, ἐλαττούμενον. Hal. καθ' οὐδένα τρόπον ἐλαττούμενον. Sic & MS. Βασιλ.

(51) *& maxime*) Ante hæc verba Haloander aſteriſcum habet. Agylæus vero nullum vulnus ſubeſſe autumat, interim tamen dicendi modum per quam obſcurum eſſe dicit, ut in hoc verſiculo, *& maxime glorioſiſſimi præpoſiti* &c. ſubintelligendum ſit, *magiſtratum nulla re minuimus.* Sic quidem ille. Probabile tamen eſt quædam ibi deeſſe. Niſi quis velit verba illa cum ſequentibus jungere ad hunc ferme modum: καὶ μάλιστα τὸν τοῦ ἐνδοξοτάτου ἡμῶν πραιποσίτου τοῦ θείου ἡμῶν κοιτῶνος μόνον ἀρχὴν (pro quo in Gr. textu eſt γὰρ) ἐπὶ κατ. &c. Nihil tamen mutamus; Vulgatam lectionem Codex etiam Vaticanus ſervat.

(52) *ſub ipſo*) ὑπ' αὐτὸν. MS. Βασιλ. ὑπ' αὐτῇ.

(53) *devotiſſ. Palat.*) τῶν καθωσιωμένων. Julian. *devotiſſimorum Palatinorum.* (Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *Palatinus*) Palatini erant apparitores Comitis rerum privatarum, quorum interventu competitiones inſtruebantur & inſinuabantur Comiti. Comes vero rerum privatarum judex erat & gubernator privatæ ſubſtantiæ Principis, ex qua cenſebantur vacantia caduca &c. *l. 3. l. ult. C. d. bon. vac. l. ult. C. d. fid. haſt. fiſc. CUJAC. ad l. 2. C. d. petit. bon. ſubl.* Mittendarii etiam dicuntur. De his conſtitutum in *l. 2. C. d. Can. larg. Tit.* ut Præſidibus incumberent, ut maturent exactionem per ſe ſuaque officia, non vero provincialibus. Nomen eorum generale eſt, & continentur eo militantes in Sacris Scriniis & agentes in rebus & miniſteriani, *CUJAC. ad Tit. C. d. Palat. Sacr. Largit. & Gothofred. ad l. 2. C. Th. d. Palat.* *S. L.*

Digitized by Google

enim illius provinciæ ſub unum Magiſtratum deducimus, ne dum diſtrahitur (54) claudicet.

CAPUT VII.

(55) TAmiacæ igitur poſſeſſionis magnam quoque curam geret is, qui a nobis mittitur, & videbit, quid a Tamiaca terra (56) ablatum ſit, & fruſtra ab aliis detineatur, ſive ſint paſcua, ſive arva, ſive vineæ, ſive prædia, ſive domus: & rei vetus ſolum vindicabit, nulla ipſi longi temporis præſcriptione opponenda. Nemo enim (57) tale quid fiſco opponat, (58) neque lucri cauſa id agens, neque ut facultates ſuas augeat: diminutio enim magis eſt, quam augmentum, ſi quis ſordidis manibus utens, ſe lucrari quid putet, quod deinde multifariam cum impietate & pudore reddendum eſt.

§. 1. Sed & urbem ab omni prorſus perturbatione liberam ſervabit, nec permittet, ut ſeditio aliqua rempublicam affligat. Tributa quoque publica vigilanter & juſte exiget, nihil quod ad ea pertinet negligens, nec permittens, ut aut fiſcus, aut privati in rebus ſuis quid damni patiantur, quippe cum in omnia poteſtatem (59) habeat, (60) ſive milites, ſive (61) Scriniarii ſint Glorioſiſſimorum Præfectorum, ſive fortiſſimorum Ducum, ſive civilem cohortem, ſive cingulum Tamiacum habeant, ſive in majoribus, ſive in minoribus dignitatibus poſiti ſint, ſive inter Sacerdotes exiſtant. Unicus enim hic Magiſtratus omnibus præerit, (62) propriæ famæ noſtrarumque legum, & ante omnia Dei memor: (63) qui & tributa publica per Proconſularem cohortem indeſinenter inferri

(54) *claudicet*) χωλεύῃ. Recte. Hal. χωλεύοι.

(55) *Tamiaca*) Vid. *Ant. Aug. Interpr.*

(56) *ablatum*) τὸ ἀφαιρεθὲν. MS. Baſ. τὸ ἀφαιρεθέν.

(57) *tale quid*) τοιοῦτό τι. MS. Baſil. τὺς.

(58) *aut lucri cauſa*) Hal. *neque lucrum captans, ut maxime patrimonium ſuum exinde collocupletet.*

(59) *habeat*) οἷα &c. ἔχων. MS. Baſ. οἷα &c. ἔχειν.

(60) *ſive milites*) εἴτε στρατιῶται. Recte. Hal. εἴτε στρατιώτων.

(61) *Scriniarii*) Vid. d. his *Ant. Aug. Int.*

(62) *propria*) τῆς δὲ αὐτὸς αὐτοῦ δόξης. Hal. τῆς δὲ αὐτῆς αὐτοῦ δόξας; quod præferendum.

(63) *qui tributa* & ὃς μὲν δημοσίους &c. Hal. ὃς μὲν δημοσίως. Male.

Digitized by Google

ferri curabit, Tamiacos vero reditus per perſonas illi throno ante (64) ſubditas importabit, (65) attendens etiam ad ea, quæ ex conſuetudine (66) a Glorioſiſſimis præpoſitis ſacri noſtri cubiculi præcipiuntur. (67) Canonicarii vero qui pro tempore a Glorioſiſſimo præpoſito emittuntur, ne unum quidem (68) obolum accipiant, aut conſuetudinum nomine, aut alia quacunque de cauſa a Summario, qui eo tempore eſt, vel illis, qui publicas exactiones faciunt, vel ſpectabili Proconſule, vel cohorte ejus, vel kataſceuaſtis uti vocantur, vel præpoſito, vel alia quacunque perſona ad ſacrum noſtrum patrimonium pertinente. (69) Exercitu vero utrique muneri opem feret, ſatellites potentium compeſcet; nec permittet ut prædia vaſtentur & ſpolientur: nec ipſe ea (70) invadet, ut veteres Comites ſolebant, neque etiam Vicarios emittet, ſed locorum defenſoribus, (71) & illorum miniſterio, qui ex ſua ſunt cohorte, utetur.

§. 2. Si vero & militibus alicubi opus erit, eos, qui in locis illis ſunt, ubi neceſſitas poſtulat, opitulari jubebit. Atque hi ſuis ſumtibus omnia peragent, (72) nec ulla in re ſubditos damno afficient, (73) nec gratis ſumtus facient, ſed tum ipſe his abſtinebit, propriis ſumtibus, ubicunque fuerit, vivens, [etſi ad aliam provinciam eum venire jubeamus,] tum & Aſſeſſor ejus & reliquum miniſterium Proconſularium atque militum, etſi ſervi aliqui aut jumenta hos omnes ſequantur: ac milites, ſicuti

Zz dixi-

(64) *ſubditas*) ὑποκειμένων. Hal. ὑποκεκλιμένων. MS. Βασιλ. κεκλιμένων.

(65) *attendens*) καὶ τοῖς ἐξ ἔθους προσταττομένοις προσέχων. Hal. καὶ τοὺς ἐξ ἔθους προσταττομένους &c. προσέχον. Male. MS. Βασιλ. πραττομένοις.

(66) *a Glorioſiſſ.*) παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων πραιποσίτων. *Hal.* τῷ ἐνδοξοτάτῳ πραιποσίτῳ. In ſeqq. ſingularis πραιπόσιτον, bis ponitur.

(67) *Canonicarii*) De his vid. *Ant. Aug.* ſunt exactores & collectores, dicti a κανονικῷ, quod eſt tributum ordinarium. *Meurſ. Gloſſ.* verbo κανονικός.

(68) *obolum*) ὀβολὸν. MS. Βασιλ. ὀβολῶ.

(69) *Exercitu*) τῷ στρατιωτικῷ. MS. Βασιλ. τὸ στρατιωτικὸν. Non male.

(70) *invadet*) ἐπελεύσονται. MS. Βασ. παρελεύσονται.

(71) *& ill*) deerant multa in MS. Βασιλ.

(72) *nec ulla*) καὶ οὐδὲν ζημιώσουσιν. Hal. οὐδὲ recte.

(73) *nec gratis*) MS. Βασιλ. μηδ' ἀναλῶσιν τι πρ.

diximus, neceſſe habeant, & ſi qui in locis illis (74) ſunt, ſcholarii forte aut domeſtici, præceptis ejus obtemperare, periculum cinguli & facultatum metuentes. Damus enim illi poteſtatem etiam hæc illis auferendi, niſi juſſa ejus exequantur, quia illum, qui Magiſtratum hunc gerit, ſubditis metuendum & venerabilem eſſe volumus. Nam ſive miles, ſive Proconſularis, ſive ſcholarius, ſive (75) domeſticus occaſione mandatorum ejus ſubditum noſtrum læſerit, hoc eum ex annonis ejus proprio periculo accipere, & illi qui læſus eſt reſarcire convenit. Nulli vero plane, (76) neque iis qui hinc proficiſcuntur, ſubditos noſtros injuria afficere permittet.

§. 3. Sed & (77) curſum publicorum equorum illæſum conſervabit: nihil enim ab ejus juriſdictione excipimus. Et ſi quis aliquem ex iis, qui ex quocunque judicio in provinciam veniunt, injuriam affecerit, & ultra id, quod conſtitutum eſt, exegerit, illum ulciſcetur.

CAPUT VIII.

Curam vero civitatis quoque & ſitonicorum, uti vocantur, operumque ejus geret, (78) ac efficiet, ut ſecundum legem noſtram rationes conficiantur, & tam Tamiaca, quam civilia conſumantur. Et ſi quendam ex illis, qui conſuetas illas (79) juſſiones inſinuant, inveniat, (80) quod alicui aquæ ductus auferantur, (81) vel in quo ſtatu ſint muri, vel an pontes ſint in provincia, quotve viæ, vel ſi quæ alia cauſa ſit, ex iis quæ olim in pravo uſu fuerunt, hunc plane e provincia [82] ex-

(74) *ſunt*) εἴπερ κατὰ τοὺς τόπους ἔχων. Legendum ὦσι vel ſimile quid. Hal. vertit *habitant*.

(75) *domeſticus*) Vid. de hac voce *Gloſſ. Jul.*

(76) *neque*) οὐδὲ τοῖς ἐνθένδε. MS Bav. οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ.

(77) *curſum publicorum*) vid. *Gloſſ. Jul.* voc. *curſus publicus & veredorum diſpoſitio.*

(78) *ac efficiet*) καὶ παρασκευάσει. Recte Hal. καὶ παρασκευάσει.

(79) *juſſiones*) προστάξεις. MS. Bav. πράξεις.

(80 *quod* ὅτι τις. MS. Bav. ὅτε τις. &c. *quando quis*. Quæ lectio aptior videtur in §. 1. h. eadem recurrit phraſis χρημάτων ἀφαιρεῖσθαι.

(81) *Vel in quo*) ἢ ὅπως τὰ περὶ τὰ τείχη διάκειται. Hal. *& quod quæ muros concernunt, diffundantur.*

[82] expellet, non permittens illi, ut vel eam juſſionem inſinuet, aut ullum plane lucrum inde accipiat. Nam ſi nobis viſum fuerit, ut inſpe-ctio quædam fiat, eam rem, ſacra pragmatica ſanctione cum eo, qui Magiſtratum hunc gerit, & cum throno tuo communicantes, ipſi diſpo-nemus, [83] ne a quoquam conſuetæ illæ & acceſſu faciles pecuniæ exa-ctiones facile fiant. Is vero, qui Magiſtratum gerit, per ſe [84] quidem maxime omnia prohibebit: verum ubi ſeveritate aliqua opus erit, id tum Excellentiæ tuæ, tum Glorioſiſſimo [85] Præpoſito, tum reliquis cele-berrimis Magiſtratibus, [86] ad quos ea res pertinet, inſuper nobis ipſis indicabit: & nos illi quid faciendum ſit, explicabimus.

§. 1. Tabulas vero, quorundam nomina (excepto Imperato-ris & ærarii) continentes, in provincia, cui præeſt, affigere usque adeo prohibebit, ut & facultates eorum, qui id facere auderit, publicet, & manus illis abſcindat, qui eas impoſuerunt, [87] ſi præſentes id auſi fue-rint: ſi vero abſentium ſint procuratores eos magnis pœnis ſubjiciat. Ti-tulos certe quicunque affigere auſus fuerit, ſive præſens, ſive pro abſen-te id agat, ſublatos ſtatim in capite eorum, qui eos impoſuerunt, con-fringet: ſciens, quod, ſi hæc cognoverit & neglexerit, ipſe in ſuis bo-nis publicationem ſit ſenſurus.

(82) *expellet*) ἀπελάσει. Hal. ἀπελᾶσαι.

(83) *ne a quoquam*) ὥστε μηδαμοῦ τὰς τοιαύτας ἀργυρολογίας βαδίας τε καὶ ἐπιδρόμους ῥᾳδίως γίνεσθαι. Sic & *Hal.* qui poſt ἀργυρολογίας aſteriſcum ponit & vertit: *ne cui facile ad ejus generis pecuniarum ex-actiones pateat aditus & acceſſus*, βαδὶς & ἐπίδρομος idem ſignificat, *pervium* ſci-licet *& acceſſu facilem*. Non puto in têxtu quid deſiderari, cum ſenſus ſit ſa-tis commodus.

(84) *maxime quidem*) μάλιστα μὲν εἴρξοι πάντα κωλύων. Hal. ἃ ἄκη &c. *quæ audierit improba*, pro εἴρξοι. Male.

(85) *Præpoſito*) πραιποσίτου. Vid. *Gloſſ. Jul.* voc. *Præpoſitus*.

(86) *ad quos*) Hal. *quibus ad talem rem conficiendam aliquid adeſt facul-tatis*.

(87) *ſi præſentes*) εἰ παρόντες αὐτοὶ τολμῷεν. Hal. εἰ παρόντες ἔτι αὐτὸ τολμῷεν non male, etſi τὸ ἔτι ſuperfluum videa-tur.

CAPUT IX.

(88) Litium vero cum omni animi contentione curam gerat, nec permittat, ut agricolæ; quemadmodum hucusque factum, injuriis afficiantur. Neque (89) Cappadoces nobis amplius moleſti ſint, multum clamantes, ſupplicantes & conquerentes, ſed ipſe illis jus dicat. Nam ſi quem venire videamus, qui non prius calamitates ſuas illi expoſuerit, hunc nos rurſus cum (90) ignominia in provinciam mittemus, quia relicto Magiſtratu ad nos ſtatim cucurrit. (91) Si vero illi quidem ipſum adierint, & injuriam inferentes nominarint, ipſe vero licentius vivens ac luxuriæ deditus ad ſermonem eorum non attendat, ſed ſupplices plorare ſinat, hique ad nos venire cogantur (maxime ſi mulieres ſint) & nos cognoſcamus, quod illi quidem eum adierint, ipſe vero opem non tulerit, ſtatim ſuſpicabimur illud vel propter lucrum, vel propter gratiam, vel propter obſequium aliorum factum eſſe, illique omni modo nos opponemus: & cum triplicem Magiſtratum gerat, triplicem quoque contentionem habebit, jure, nobis & Legibus illi repugnantibus.

§. 1. Hæc ipſum reveritum, & præceptorum noſtrorum, quæ illi cum Magiſtatus ſignis dabimus, [veteres autem ea Mandata Principis vocarunt] memorem omnia ſecundum intentionem noſtram peragere, voluntatis æquitate, manuumque puritate uti, & juſtitiam honorare convenit, qua nihil eſt in rebus humanis robuſtius, aut pulchrius, & quod Deum & Imperatorem magis conciliare queat. Si enim talis ipſe ſit, & tale a nobis teſtimonium habeat, volumus ut omnia in provincia ſolus faciat,

(88) *Litium*) τῶν δικῶν. Hal. τῶν δικαίων. *Juri dicundo* &c. Illud præferendum.

(89) *Cappadoces*) Καππαδόκαι. Hal. Καππάδοκες. Utrumque Recte. Nam dicitur Καππάδοξ, Καππάδοκοι, & Καππαδόκαι. teſte *Steph. d. urbibus* in Καππαδοκία. Quibus adde, quæ habet *Luc. Holſten* ad eum locum.

(90) *ignominia*) ἀτιμίας. *Hal.* ἐπιτιμίας *cum increpatione*. Legendum puto ἐπιτιμίας: ſupra *Nov. 25. cap. 3.* nullius infamiæ mentio fit, ſed, quod reſponſum illi dare nolit.

(91) *Si vero illi*) εἰ δὲ οἱ μὲν προσίοιεν καὶ λέγοιεν τοὺς ἀδικοῦντας. Hal. οἱ δὲ προσίοιεν τοὺς ἀδικοῦντας. *Si vero eos, qui injuriam intulerunt, convenirent* &c. Male.

faciat, nec alius lites audiat, (92) neque nos facile alium eligemus, ad quem eas tranſmittamus, neque aliquos eo prætextu, ut vim cohibeant, aut alia quacunque de cauſa emittemus: (93) & præterea, licet tale quid vel per ſacras noſtras ſanctiones, vel mandata judicum hucusque factum ſit, illud plane ceſſet, atque ipſe integram provinciæ adminiſtrationem ſuſcipiat, neque alii aditum ullo modo permittat.

CAPUT X.

HUnc quoque Magiſtratum, quod Proconſulum proprium eſt, inter ſpectabiles ponimus, & de appellationibus ab eo tranſmiſſis Excellentiam tuam una cum Glorioſiſſimo Quæſtore ſacri noſtri palatii, ſecundum formam (94) conſultationum cognoſcere volumus. (95) Si vero ex utraque Cappadocia in lite quadam quingentis aureis minore appelletur, ſive noſtro juſſu, ſive a quodam Magiſtratu datus ſit judex, ((96) qui tamen ſpectabilis non ſit) illam ſpectabilis Proconſul ſecundum ſacri judicii ſchema, & ſecundum ſacrum auditorium audiet. Nam & hoc jus illi damus, ejusque Magiſtratum tali privilegio ornamus, (97) quale nemo hucusque in (98) Cappadocia vidit. Sit igitur juſtus, & alta mente præditus, & tam ad nos, quam legem reſpiciat, atque ſciat, quod ſi hæc (99) obſervet, in Magiſtratu longo tempore manſurus, & alium forte majorem Magiſtratum ſit adepturus. Sin vero juſſiones noſtras negligat, & potentioribus quibusdam, (100) non vero legi & nobis (101) in-

(92) *nos quoque*) ὑπὸ ἡμῶν ῥᾳδίως. Hal: ἡμῶν ὑπὸ ῥᾳδίως. & mox τούτους pro αὐτάς.

(93) *& præterea*) πρὸς τῷ καὶ εἰ. Hal. & MS. Βασιλ. πρὸς τὸ. Male.

(94) *Conſultationum*) MS. Βασιλ. συνελεύσεων.

(95) *Sin vero*) εἰ δέ τις ἐξ ἑκατέρας καππαδοκίας δίκη. Hal. εἰ δέ τις ἑτέρα ἐκ τῆς καππαδοκίας.

(96) *qui tamen*) ὡς μέντοι μὴ. Hal. ὡς μὴ μέντοι.

(97) *quale*) ὅσην. Hal. ὅσον.

(98) *Cappadocia*) ἐν καππαδόκαις. Hal. ἐν καππαδοκίᾳ; quod idem eſt. vid. *ſupr. num. 59.*

(99) *obſervet*) τηρῶν. Hal. ἀνύει, *ſtrenue iſta exequetur.* Illud retinendum.

(100) *non vero*) ἀλλ' οὐ τὸν &c. In MS. Βασιλ. deeſt τὸ οὐ.

(101) *inſerviat*) θεραπεύειν. Hal. ὑποθεραπεύων.

inſerviat, ſtatim amittet, quæ data ſunt, & in futurum (102) inter damnatos erit, indignus noſtro judicio viſus.

CAPUT XI.

ADulteria vero & virginum raptus & (103) avaritiam & homicidia, & ſi quid inter ejuſmodi delicta eſt, adeo ſevere puniat, ut paucorum hominum pœna reliqui omnes continuo emendentur: ſitque ſecundum legem (104) accuratus delinquentium caſtigator. Non enim inhumanitas, ſed maxima potius humanitas eſt, ſi paucorum caſtigatione multi ſerventur. Si vero quem illorum nomine accuſatum toleret, qui cingulum, vel dignitatem, vel ſacerdotium, vel ſimile quid obtendens, ſperet ſe manus illius evadere poſſe, ſciat quod noſtro judicio indignus ſit. Nemo enim ſive potentiam ſuam, ſive alienum patrocinium in ejuſmodi delictis prætendens, legem effugiet. Sed & ſi quis talibus patrociniis ſe immiſcere auſus fuerit, is eandem cum delinquente pœnam ſuſtinebit: cum idem ſit, peccare & peccantem atque delinquentem ex legis manibus velle eripere.

§. 1. (105) Legi quoque ſubjicietur deſcriptio, quæ declaret, quid eum eosve, qui circa ipſum ſunt, a fiſco accipere, (106) & quid pro ſymbolis dare, quidve piæ domui Sacratiſſimæ Auguſtæ conjugis noſtræ inferre oporteat: trifariam ſcilicet quinquaginta libris auri inferendis, quod jam ab initio & in hunc usque diem obtinuit.

§. 2. Subditis quoque noſtris (quod ſæpius diximus) ſancte utetur: quæ res ſummo nobis ſtudio eſt, & fecit, ut magnam pecuniam deſpexerimus etiam in tot ſumtibus & magnis bellis, per quæ Deus nobis dedit,

(102) *inter damnatos*) ἐν κατεγνωσμένοις, i. e. inter eos, qui reprehenſionem & cenſuram incurrerunt. Recte: Sic infra βίος κατεγνωσμένος, *vita reprehenſibilis*. Hal. ἐγκατεγνωσμένος.

(103) *avaritiam*) πλεονεξίαν. Hal. immoderatas illicitasque, & augendæ rei ſuæ cauſa comparatas circumſcriptiones.

(104) *accuratus*) ἀκριβὴς. Recte. Hal. ἀκριβῶς.

(105) *ſubjicietur*) ὑποτεθήσεται. Hal. ὑποτέθειται.

(106) *& quid*) τί δὲ. Hal. ἔτι τί δὲ.

dedit, ut non ſolum (107) ad Perſas pacem deduceremus, & Vandalos, Alanos, ac Mauritanos ſubigeremus, totamque Africam inſuper & Siciliam recuperaremus; ſed etiam bonam ſpem habeamus, Deum in reliquos etiam imperium nobis conceſſurum, quos, cùm veteres Romani usque ad fines utriusque Oceani illis imperarent, ſocordia ſua deinde (108) amiſerunt: quam nos, Dei auxilio freti, in melius mutare ſtudemus, nihilque eorum, quæ ſummæ difficultatis ſunt, detrectamus, vigilias, inediam & reliquos omnes labores pro ſubditis noſtris perpetuo (109) ſubeuntes. Perleget etiam mandata noſtra, quæ illi cum ſymbolis imperii, (110) ſicut ante diximus, dabimus. Et ſiquidem omnia ſecundum illa fecerit, admirandus erit, noſtroque imperio (111) & judicio in omnibus dignus videbitur.

EPILOGUS.

HÆc igitur omnia, quæ ſacra hac lege expoſita ſunt, Excellentia tua cognoſcens, dictas annonas throno hujus Magiſtratus præbeat; atque adeo venerandum eum factum eſſe ſciat, ut multi deſiderio pulchritudinis & dignitatis illi nunc a nobis datæ, magno ſtudio eum ſint expetituri. (112)

Tit. X.

(107) *ad Perſas*) περὶ Πέρσας τι ἄγειν. MS. Βασιλ. περὶ Πέρσας. Hal. περὶ πέρας τι ἄγειν, *ad finem deduxerimus*. Πέρσας legendum eſſe judico, non πέρας. Cum Perſis pacem fecit Anno 533. *Procop. de Bello Perſ.* Hæc autem Novella quanquam ſubſcriptione careat, ex Juliani tamen Epitome conſtat, datam eſſe Conſulatu Beliſarii Anno ſcil. 535. Cum ergo bella recenſeat Imperator pro ſalute ſubditorum & Imperii a ſe geſta, Perſicum quoque illud locum ſuum hic merito obtinet. Sic enim & *Nov. 1. præfat. occupatis*, inquit, *nobis univerſæ Reipublicæ curis nec parvas res animo agitantibus, ſed quomodo Perſæ conquieſcant, Mauri cum Vandalis obediant*, &c.

(108) *amiſerunt*) ἀπέβαλον. Hal. ἀπέβαλλον.

(109) *ſubeuntes*) καταχρώμενοι. Hal. *ultra quam humana natura modus patitur, utentes.*

(110) *ſicut*) καθὰ προεῖπον. MS. Βασιλ. καθάπερ ἔμπροσθεν.

(111) *& judicio*) τε καὶ κρίσεως. Hæc non legit Haloander.

(112) Caret die & Conſule hec Novella. Julian. *Dat. Conſ. Beliſarii.*

Tit. X.

De deſcriptione quatuor Præſidum Armeniæ.

CONSTIT. XXXI.

Idem Imperator Johanni ſacro per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

QUæ ſine utilitate confuſa jacent, ea, ſi ad convenientem ordinem perveniant & pulchre diſponantur non eadem, ſed aliæ res, ex malis pulchræ, ex inornatis ornatæ, ex inordinatis ante & confuſis (1) ordinatæ & diſtinctæ apparent. Qua in re cum & in (2) Armeniorum regione peccatum eſſe inveniamus, in unam harmoniam eam redigendam, & pulchro ordine conſtituto conveniens robur illi dandum, ac decentem ordinem tribuendum eſſe exiſtimavimus.

CAPUT I.

FEcimus igitur ut (3) quatuor ſint Armeniæ. Una quidem interior, cujus Metropolis piæ noſtræ appellationis nomine decorata eſt, antea (4) Bazanis, ſeu Leontopolis vocata, quam etiam Proconſulatu honoravimus, cui Magnificentiſſimus Acacius præfuit, & ut ſpectabilis ſit Magiſtratus effecimus, omniaque illi dedimus, quæ Proconſulatum habere par eſt. Stola enim (5) Proconſulis eum exornavimus, & conſtituimus ut omnia, quæ his annexa ſunt, habeat. Urbes etiam illi dedimus Theodoſiopolin, quam & antea habuit, (6) Zatalan & Nicopolin & Coloniam ex priore Armenia, ut ante vocabatur, aſſumtam, Trapezunta & Ke-

(1) *ordinatæ*) διηρθρωμένα. Hal. διηρ-θρωμένα. Utrumque recte.

(2) *Armeniorum*) Ἀρμενίων. Hal. Ἀρ-μενίας. Hi a Romanis Reges acceperunt; ſuis tamen legibus uſi ſunt. *Spanhem. Orb. Rom. Exerc.* 2.

(3) *quatuor Armeniæ*) Vid. *Gloſſ. Jul.* voc. *Armeniæ quatuor.* Euſtathius ad Dionyſium Periegetem hanc diviſionem Armeniarum Juſtino tribuit. Olim duæ tantum fuerunt Armeniæ. De quo vid. *Cujac. XV. Obſ.* 29.

(4) *Bazanis*) Βαζάνις. MS. Βασιλ. Βιζάνις.

(5) *Proconſulis &c.*) ἀνθυπάτῳ καὶ πάντα ἀπέλαυσε τούτοις ἔχειν δίκαια δι' ἀνθυπ-ατεύομεν. Hæc deſunt apud Haloandrum.

(6) *Zatalan*) Ζατάλαν. Hal. Σατά-λαν. Sic Geographi & Hiſtorici, & MS. Βασιλ.

Digitized by Google

& Keraſunta ex Ponto (7) Polemoniaco ante ita dicto: aliquas ex illis a Clariſſimo Provinciæ Præſide, alias vero a ſpectabili Moderatore, (8) ſeparantes, totamque provinciam & quæ in vicinia ejus ſunt, ſeptem urbibus & locis (9) circumſcribentes.

§. 1. Secundo vero loco poſuimus Armeniam, quæ antea prima vocabatur, in qua urbs Sebaſtia primas tenet, attribuentes illi tum Sebaſtopolin, quam & antea habuit, tum (10) Comanam ex Ponto Polemoniaco, uti olim vocabatur, & Zelam ex Helenoponto, atque Briſam: adeo ut (11) quinque urbibus hæc provincia conſtet, & imperium, quod Correctorium eſt, in priori forma relinquamus, Magiſtratumque illius nullo majori nomine, quam quod ante habuit, ornemus, idque ei relinquamus.

§. 2. Inſuper tertiam quoque Armeniam conſtituimus, quæ antea ſecunda dicebatur, in qua primas tenet Melitena, urbs antiqua, urbs inſignis, in pulchro ſolo & aëre ſita, nec multum ab Euphrate fluvio diſtans. Hanc nos impræſentiarum augendam, & ad ſpectabilium formam transferendam, ejusque judicem Juſtinianeum Comitem nominandum, ipſique pro annonis ſolidos (12) ſeptingentos, & Aſſeſſori ejus ſolidos (13) ſeptuaginta duos, & cohorti ejus ſol. (14) ſexaginta dandos eſſe putavimus: & ut omnia habeat, quæ ejusmodi thronis ſunt propria: atque Taxeotæ, uti olim vocabantur, omnia faciant, quæ antea, ac maxime circa publicam exactionem occupentur: utque Comitiani deinde appellentur, omnibus illis perinde ſervatis, ac ſi cohortales (15) eſſent.

 Urbes

(7) *Polemoniaco*) πολεμωνιακοῦ. MS. Βασιλ. πολεμωνικοῦ.

(8) *ſeparantes*) χωρίσαντες αὐτῶν &c. Hal. χωρίσαντες. Male. MS. Βασιλ. χωρίσαντες αὐτὸν.

(9) *circumſcrib.*) περιορίσαντες. MS. Βασιλ. ἀφορίσαντες, eodem ſenſu.

(10) *Comanam*) κώμανά τε. Hal. κόμμανά τε. Veteres κόμανα ſcripſerunt, ut ipſe Haloander mox in ſeqq.

(11) *quinque*) ὥστε ἐν πέντε πόλεσιν εἶναι. Hal. ἐν πέντε πόλεσιν. Vid. *§ 2. ſeq.* ἐν ἓξ πόλεσι συνεστᾶσι.

(12) *ſeptingentos*) Hi & ſeqq. numeri latinis verbis in Græco textu expreſſi leguntur. Hal. νομ. ψ'. 700. MS. Βασιλ. νομ. ψ'.

(13) *ſeptuaginta*) Hal. νομ. οβ'. 72.

(14) *ſexaginta*) Hal. νομ. τξ'. 360.

(15) *eſſent*) καθεστήκεισαν. Hal. καθεστήκεισαν. MS. Βασιλ. καθιστήκεισαν.

Urbes vero illi ſubjecimus Arcam & Arabiſſum, (16) Ariarathiam & Comanam alteram (vocant vero eam & Chruſan) & (17) Cucuſan, quas & prius habebat, cum (18) e ſex urbibus conſtaret.

§. 3. (19) Conſtituimus vero & quartam Armeniam, quæ antea Provinciæ formam (20) non habebat, ſed gentium erat, ex diverſis nominibus barbaris collecta, & (21) Tzophanena, Anzetena, (22) aut Tzophana & Aſthianena, Balabitenaque vocata, & ſub ſatrapis conſtituta. Hoc vero nomen Magiſtratus, neque Romanum, neque majorum noſtrorum, ſed ex alia republica introductum erat. Illam igitur (23) civilis Magiſtratus forma ornavimus, conſtituentes ut civilis ſit Magiſtratus, illique urbem Martyropolitanorum, & caſtrum (24) Citharizon tribuentes: in ordinariorum quoque Magiſtratuum forma conſtituta eſt, (25) Con-

(16) *Ariarathiam*) Hal. Αριαραθειαν καὶ κόμαναν. Legendum Αριαράθεια. In Chartis ſcribitur Αριαράθειρα, Ariarathira.

(17) *Cucuſan*) Hal. Κυκυσόν. Cucuſum κυκυσὸς legitur & apud alios, non Κύκυσα. MS. Βασιλ. Κυκουσόν.

(18) *ſex urb.*) ἐν ἓξ πόλεσι. Hal. ἐξ πόλεσι. MS. Βασιλ. pro συνεστῶσα, legit συνεστῶσαν.

(19) *Conſtituimus*) συνεστησάμεθα. Hal. συνεστήσαμεν.

(20) *compoſita*) συνέκειτο. Hal. συνέχοιτο.

(21) *Trophanena*) Τζοφανήνη. Hal. Τζοφαίνη. MS. Βασ. τζοφανὴν ἤ τι καὶ Ανζητινή. Vet. Trophaëna (leg. Tzophaëna.) Lex 6. C. *Th. d. Aur. Coron.* inſcribitur Gadilanæ Satrapæ *Sofanenæ* in adjectivo, *provinciæ* ſcilicet. Alioquin ſubſtantive Sophane vel Sophene. Arſaphius Sophenenſis ſubſcriptus reperitur Concilio Niceno. Omnium manifeſtiſſime Sophanenæ hujus inter provincias Romanas meminit Vet. index ſeu notitia provinciarum ſub Theodoſio Magno. Mentio illius etiam fit apud *Strabonem lib. 11. pag. 363. Plin. lib. 5. cap. 12. Joſephum, Melam, Stephanum.* Hac Nov. recte Τζοφανήνη vel Τζοφάνη ex illius ævi uſu ſcribitur; quomodo & Euſtathius in Dyoniſ. Τζοφάνην vocat: qui tamen Juſtino id tribuit. Unde Σοφανήνην Armeniam vocat *Procopius*, ubi Martyropolis civitas erat. *Lib. 3.* Κτισμάτων. *pag. 28.* GOTHOFRED. *ad d. l. 6. de aur. Coron. C. Th.*

(22) *aut Tzophana*) ἢ Τζοφανὴ καὶ Ασθιανήνη. Hal. καὶ Οσηνὴ καὶ Ασιανηνὴ. MS. Βασιλ. καὶ Ἀσθιανηνὴ, ἢ καὶ Γαλβιτινὴ pro Βαλαβιτινὴ.

(23) *Magiſtratus*) ἀρχῆς πολιτικῆς ἐκοσμήσαμεν σχήματι. Hal. ἀρχῇ πολιτικῇ ἐκοσμήσαμεν καὶ σχήματι. Minus bene.

(24) *Citharizon*) Κιθαρίζον. Hal. Κιθαρίζον. MS. Βασιλ. Κιθαρίζων.

(25) Conſularis a nobis facta: adeo ut cum quatuor ſint Armeniæ, duæ quidem ſint (26) ſpectabiles, ea quæ Proconſulis & ea quæ Comitis eſt: & qui primæ Armeniæ præeſt, Proconſul ſit, ille qui tertiæ præeſt, Comes, ſecundæ vero & quartæ (27) ordinarii ſint. Et quoniam (28) omni ſtudio effecimus, ut appellationes usque ad quingentos ſolidos non ad hanc felicem urbem, ſed ad proximos (29) ſpectabiles Judices deferantur: (30) etiam hoc ſancimus, ut ad Magiſtratum primæ Armeniæ, hoc eſt Proconſulem, appellationes ex ſecunda Armenia fiant, (31) hoc eſt ex Sebaſtia: (32) ad Comitem vero tertiæ Armeniæ, cum ſcilicet qui eſt in Melitena, appellationes ex quarta Armenia usque ad dictam ſummam veniant.

CAPUT II.

His ita a nobis ordinatis, illud etiam ut (33) determinemus juſtum putamus, ut (34) tertiæ Armeniæ Vir gravis præficiatur, (35) qui nobis jam inſervierit, & imperii (36) mole & magnitudine dignus ſit.

 Cum

(25) *Conſularis*) Κονσυλαρία. MS. Βασιλ. ὑπατικὴ.

(26) *Spectabiles*) σπεκταβιλίας, τὴν τε τοῦ ἀνθυπάτου λέγω τε &c. Hal. σπεκταβλέτους τόντε τοῦ ἀνθυπάτου τόντε &c. In MS. Βασιλ. deerant hic quædam. *Johannes Malala* ſcribit in *Juſtiniano*, cum in Armenia militum Magiſtrum Ztittam conſtituiſſe, cum ante hac Ducibus Præfectis & Comitibus paruiſſet. Factum id anno Imperii ſecundo.

(27) *ordinarii*) ὀρδιναρίων καθεστάναι. MS. Βασιλ. ἐν τάξει ὀρδιναρίων καθεστάναι.

(28) *hoc a nobis*) τοῦτο ἡμῖν διεσπουδάσθαι. Hal. ταῦτα ἡμῖν κατεσπουδάσθαι.

(29) *ſpectabiles*) σπεκταβιλίων. Hal. σπεκταβλέτων.

(30) *etiam hoc*) καὶ τοῦτο διατυποῦμεν. Sic & Hal. Lege διὰ τοῦτο vel καὶ διὰ τοῦτο.

(31) *hoc eſt ex*) τουτέστι τὰς κατὰ Σεβάστειαν. Hal. τουτέστι τῆς κατὰ Σεβάστειαν, hoc eſt, in qua Sebaſtea urbs eſt. Lego τῷ κατὰ Σεβάστειαν ſcil. ἄρχοντι quod ſequentia probant, τῷ κατὰ Μελιτηνὴν φαμέν.

(32) *ad Comitem*) τῷ κόμητι, τῷ κατὰ Μελιτηνὴν φαμέν. Non habet hæc Haloandri editio.

(33) *determinemus*) προσδιορίζεσθαι. Hal. προσδιορίσασθαι.

(34) *tertia*) τῆς τρίτης. Ha. τῆς πρώτης, *prima*. Male. Vid. *cap. 3.* initio, ubi de tertia hac ſermo eſt. Ubi Hal. quoque τρίτην legit.

(35) *qui nobis*) ὑπουργηκότα τι ἡμῖν ἤδη. Hal. ὑπουργηκότατον τι ἡμῖν ἤδη *Spectatiſſimo jam erga nos Miniſterio.* Illud magis apte dicitur, ut ex ſeqq. patet.

(36) *mole*) ὄγκον, Hal. ὅρκον, *juramento*, Male.

Cum igitur Magnificentiſſimam Thomam, qui in Armeniorum regione Magiſtratu jam functus & alioqui vir bonus eſt, & ingenue nobis inſerviit & inſervit, invenerimus, cum ad hujus Magiſtratus adminiſtrationem promovemus, ut is interim huic provinciæ ſecundum dictam a nobis formam præſit, & illorum curam gerat, (37) quæ ipſi per ſacra (38) commonitoria committemus, ſive in provincia, quam illi tradidimus, ſive etiam in aliis: quod & fecimus, ſacris ad eum commonitoriis de multis & diverſis actionibus datis, (39) quæ ipſum & in aliis quoque regionibus effectui dare convenit.

§. 1. Quæ vero ad ſacerdotia ſpectant, illa, ſicut ſæpe diximus, in priori forma manere volumus: & (40) negotium nec quoad jus Metropolitanorum, nec quoad ordinationes mutetur, vel innovetur, ſed illi (41) qui prius creabant, nunc etiam creandi poteſtatem habeant, prioribus etiam Metropolitanis in ſuo ordine manentibus, ut nihil, quantum ad illa, innovetur.

CAPUT III.

Illud tamen (42) in confeſſo eſt, cum tertiæ Armeniæ Comitem non civilem ſolum, ſed & militarem Magiſtratum fecerimus, (43) oportere, ut milites etiam, qui in ea collocati ſunt, illi ſubjecti ſint, ipſeque poteſtatem habeat, ut (ſicuti militaribus Magiſtratibus permiſſum eſt) nomine ſuo eos vocet, & inquirat, & annonis eorum proſpiciat, (44) & delinquentes puniat, nec militibus permittat, ut ſubditos lædant, ſin

(37) *quæ illi &c. committemus*) ὁπόσα ἂν αὐτῷ ἐπιτρέψομεν. Hal. ὁπόσα ἂν αὐτοῖς ἐπιτρέψωμεν.

(38) *commonitoria*) MS. Baſil. γραμμάτων & mox γράμματα.

(39) *quas*) ἅπερ. Scribendum ἅπερ. Et ſic MS. Baſil.

(40) *negotium &c.*) οὐδὲν οὐδὲ περὶ τὸ μετρ. &c. ἀμειβομένου ἢ καινιζομένου. MS. Baſil. οὐδὲν &c. ἀμειβόμενοι ἢ καινιζόμενοι. Sic ſcribendum, vel, οὐδενὸς ἀμειβομένου &c.

(41) *qui prius*) τῶν πρότερον χειροτονούντων. Hal. τῶν πρότερον χειροτονηθέντων, *prius ordinatis*. Male.

(42) *in confeſſo*) τῶν ὁμολογημένων. Hal. & MS. Baſil. τῶν ἀνωμολογημένων ἐστιν. Non male. Sic enim *Nov. 39. cap. 2. pr.*

(43) *neceſſe ſit*) ἀναγκαίως ἔχει. Hal. ἔχειν. Recte, præcedit enim ὡς. Sic & MS. Baſil.

(44) *& eos*) καὶ ἐπεξιέναι τοῖς κατ' αὐτούς. Hal. καὶ ἐπεξιέναι αὐτούς.

ſin vero quid gravius commiſerint, ut etiam criminales cauſas audiat. licet milites ſint, omniaque faciat, quæcunque militaribus Magiſtratibus dedimus. Et quemadmodum Iſauriæ Comiti, & Pacatianæ Phrygiæ, & præterea Prætoribus Lycaoniæ, Piſidiæ atque Thraciæ milites etiam ſubjecimus, ita ille non ſolum civilium rerum cohortem, ſed & in milites poteſtatem & imperium habeat: ipſeque venerandus ſit militibus & paganis, præcipiens omniaque agens, ac ſi unus eſſet Magiſtratus: curam quoque unice gerat, ne crimen aliquod in provincia committatur, ſed, ut par eſt, puniatur. Ab hac vero poteſtate nullam plane perſonam in provincia exiſtentem eximimus, ſive privatam, ſive militarem, ſive Tamiacam. Unam enim & perpetuam (45) pacem inter omnes ſubditos noſtros ſervari volumus, ex perſonarum differentia legum contemtum non introducentes.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, illa Excellentia tua ſecundum quatuor Armeniarum deſcriptionem & maxime tertiæ (cujus occaſione hanc ſacram legem tulimus) & nunc in omne futurum tempus obſervare ſtudeat, (46) omnibus, quæ ſingulis annis dari juſſimus, faciendis, & particularibus conſtitutionibus thronorum tuorum inſcribendis. Dat. XV. Kal. April. Conſtantinop. Béliſ. V. C. Conſ.

TIT. XI.

Ne is, qui mutuum dat Agricolæ, illius terram teneat: & quantas uſuras ab Agricolis accipere debeant.

CONSTIT. XXXII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Agerochio clariſſimo Præſidi (1) *Æmimonti Thraciæ.*

(45) *pacem*) εἰρήνην. MS. Βασιλ. εἰρημένην.

(46) *omnibus, quæ*) Hæc in Gr. ita ſe habent: πάντων πραττομένων καὶ ἐγγεγραμμένων τοῖς μακροῖς διατυπώσει τῶν ὁμαθρόνων τοῦ σοῦ. Hal. omittit, καὶ ἐγγεγραμμένων, & pro ὁμαθρόνων habet θρόνων, ac vertit: *omnibus, quæ ſingulis annis &c.*

(1) *Aemimonti*) Αἱμιμόντου. Hal. *Æmimontis.* Vid. *Nov. 34. n. 3.*

Præfatio.

Rem gravem, & quæ omnem impietatem & avaritiam ſuperat, communi lege ſanare viſum eſt, quæ non ſolum præſenti neceſſitate, ſed etiam omni futuro tempore obtinere poſſit. Novimus enim quoſdam in provincia, cui præes, captato tempore, quo frumenti ſterilitas fuit, minimum fructuum modum quibuſdam mutuum dare, & pro eo, omnem eorum terram accipere auſos fuiſſe: adeo ut ruſtici quidam aufugerint, quidam vero fame perierint, & gravis quædam calamitas, barbarorum incurſione non inferior, (2) exorta ſit.

CAPUT I.

Sancimus igitur, ut omnes qui quamcunque menſuram (3) aridorum fructuum, qualeſcunque illi ſint, mutuam dederunt, ubi eam receperint, ſine ullo additamento (4) terras agricolis reddant: & nemo plane prætextu dicti mutui ſive ſcriptis, ſive ſine ſcriptis celebrati, terram detinere audeat: octavam vero modii partem, (5) ſi fruges mutuæ datæ fuerint, pro unoquoque modio, per integrum annum percipiant: (6) ſin autem pecunia credita ſit, uſuræ nomine pro ſingulis ſolidis, (7) ſingulas ſiliquas annuas. Impoſterum vero creditores octava modii parte pro unoquoque modio in ſingulos annos (aut quamdiu mutuum manet, ſecundum hanc proportionem) (8) vel ſiliqua contenti omnino reddant, ſive terram, ſive aliud quid, (9) boves forte, aut oves, aut ſervos pignori

(2) *exorta ſit*) γεγενῆσθαι. Lege γενέσθαι cum Haloandro.

(3) *aridorum fructuum*) ξηρῶν καρπῶν, τοῦτο ἀπολαμβάνοντας νῦν χωρίς. *Hal.* ξηρῶν τούτων ἀπολαμβάνοντες χωρὶς &c. minus recte. De fructibus aridis. vid. *Cod. Theod. lib. 11. pag. 231.*

(4) *terras*) τὰ χώρια. *Hal.* τέχ. male.

(5) *ſi fruges*) εἰ μὲν οἱ δανεισθέντες εἶεν καρποί. Sic & *Hal.* At Βασιλ. τὰ δανεισθέντα, quod præfero. Idem enim in ſequentibus repetitur. Etſi nec illud abſurdum ſit.

(6) *ſin autem*) εἰ δὲ νομίσματα τὰ δανεισθέντα εἶεν. *Hal.* εἰ δὲ νομίσματα δανεισθέντα εἶεν.

(7) *ſingulas*) κεράτιον ἓν, ἐτησίου τόκον. *Hal.* κεράτιον, ἐν ἐτησίου τόκῳ. male.

(8) *vel ſiliqua*) ἢ τῷ κερατίῳ. *Hal.* ἢ καὶ τοῦ κερατίου.

(9) *boves forte*) βοῦν τυχὸν ἢ πρόβατα. *Hal.* βόας ἢ καὶ τυχὸν πρόβατα.

gnori acceperint. Et hæc lex omnibus (10) communis ſit, humana ſimul & pia, quæque tam neceſſitati egentium inſerviat, quam creditoribus mediocre ſolatium afferat.

EPILOGUS.

QUæ itaque nobis placuerunt, ea Claritas tua effectui dare ſtudeat, ſciatque creditor, quod ſi contra hæc quid agere auſus fuerit, exactionem amiſſurus, quique accepit (11) & deinde injuriam paſſus eſt, hoc ſolatium habiturus ſit, (12) ut ipſe quidem liberetur a negotio, creditorem vero rerum ſuarum jacturam facere videat. (13) Dat. XV. Kal. Jul. Conſtantinop. Biliſ. V.C. Conſ.

TIT. XII.

De his qui mutuum dant Agricolis.

CONSTIT. XXXIII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Dominico Præfecto Prætorio per Illyricum.

PRopter avaritiam creditorum, qui anguſtia temporum abutentes terrulas infelicium (1) agreſtium ſibi acquirunt, pro pauco frumento omnem illorum ſubſtantiam retinentes, legem poſuimus, quam primo quidem in Thraciam, & in omnes ejus provincias, in præſenti autem & in Illyricanas provincias direximus. Cujus exemplum ſubdi etiam præſenti legi præcepimus, ut non ſolum modo privati homines putent legem contra ſe eſſe poſitam, ſed etiam milites altiore nitentes faſtigio, legem contra ſe eſſe prolatam exiſtiment. Ut ergo & tua Magnitudo ſciat, quod communis hæc lex poſita eſt, & provincialibus, & militibus, & omni cingulo, nulla excuſatione cuiquam competente, ideo ad tuam ſublimitatem præſentem legem deſtinavimus. Sciturıs militibus, qui præſenti legi

(10) *communis omnibus*) κοινὸν ἅπασι. Τὸ κοινὸν deeſt in *Hal.* edit.

(11) *& deinde*) εἶτα ἀδικούμενος. *Hal.* εἶτε ἀδικούμενος, quod magis placet. Vel legendum ἤτοι.

(12) *ut ipſe*) ἵν' αὐτὸς μὲν &c. *Hal.* τῷ αὐτὸν μὲν &c. Illud præferendum.

(13) *Dat.*) Julian. *Dat. Non. Octob. C.P. Bil. V.C. Conſ.*

(1) *Agreſtium*) Vid. *Ant. Aug.* voce *Agreſtes.*

Digitized by Google

legi non eſſe obediendum exiſtimant, quod cingulo denudati inter privatos habebuntur, pœnis quas in anteriore lege poſuimus, prius nihilominus ſubjugandi.

Epitome Nov. 33. Ex Haloandro.

* *De his qui mutuum dant agricolis.*

Præ avaritia &c. Præſens conſtitutio priori trigeſimæ ſecundæ natura ſimilis eſt, jubens nec militem poſſe mutuum dare agricolæ adverſus ea quæ dicta ſunt.

Tit. XIII.

(1) Ne quis quod agricolæ mutuam pecuniam dedit, illius terram detineat. Et quem uſurarum modum creditores accipere debent ab agricolis.

CONSTIT. XXXIV.

Idem Auguſtus (2) *Agerochio Clariſſimo Præſidi* (3) *Æmimontis in Thracia.*

PRÆ-

* Περὶ τῶν δανειζόντων γεωργοῖς.

Præ avaritia &c. Ἡ παροῦσα διάταξις ὁμοία τῇ πρὸ αὐτῆς. λβ. οὖσα διαγορευομένη, μήτε στρατιώτην δύνασθαι δανείζειν γεωργὸν παρὰ τὰ λεχθέντα.

(1) *Ne quis*) Hal. περὶ τοῦ δανείζοντος γεωργοῖς. Eadem plane eſt hæc Nov. cum trigeſima ſecunda. Notis eam illuſtravit *Contius L. 2. Lect. Subſec.* Ubi textum etiam e manuſcriptis libris exhibet, in paucis a vulgata editione diſcrepantem. Notas ejus ut & varias lectiones Lectoris oculis hic ſubjiciemus.

(2) *Agerochio*) Cont. *Ageratio.* In Nov. 32. & apud Hal. legitur Ἀγεροχίῳ τῷ λαμπροτάτῳ ἄρχοντι &c.

(3) *Æmimontis*) in Græca Novella eſt Αἰμιμόντου τῆς Θρᾴκης, & rurſum in notitia Præſidum, quæ eſt Novellæ octavæ adjecta, ſcriptum eſt, ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος Αἰμιμόντου. Unde veroſimile eſt Juſtinianum vertiſſe hoc loco *Æmimonti*, quomodo etiam legendum eſſe in *l. ult. C. d. appell.* ſcitiſſime Jacobus Cujacius Doctiſſimus Scholæ Biturigum Anteceſſor admonuit. Nam & illic in meo Codice mendoſe ſcriptum eſt *Æmimontum.* *CONT.* In *l. 23. C. d. appell.* &c. legitur. *Hemum montem.* Ad quam Cujac. I. *Obſerv. 26.* notat, veteres libros habere *Hemimontum*, ut & Am. Marcellinum, ac antiquam d. l. lectionem non damnan-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

REm duram atque inhumanam, & quæ ultra omnem impietatem & avaritiam ſit, (4) perſpeximus lege ſaluberrima ſanare, & communem omnibus deponere medicinam, non tantum in (5) præſentis neceſſitatis tempore, ſed etiam in omni ævo futuro. Venit enim ad noſtras aures, quosdam (6) in ea ipſa provincia, quam tu adminiſtras, avare temporum neceſſitate captata, (7) fœneratorios feciſſe contractus, & paucam menſuram dantes, terrulas eorum abſtraxiſſe, & ex hac cauſa quosdam colonorum fugæ latebras petiiſſe, alios famæ eſſe necatos, & triſtiſſimam peſtem homines invaſiſſe, incurſione barbarica non minorem.

CAPUT I.

SAncimus itaque omnes hujusmodi creditores, (8) quantumcunque vel tritici, vel hordei, (9) vel in alia ſpecie, quæ in fructibus aridis

Bbb

eſt,

dam. Notitia imperii habet *Hamimontis.* Et Codin. d. off. Conſtant. *ἐξαρχομιμόντι*, quod recte corrigit Meurſius in Gloſſ. & mutat in Αἱμιμόντι, ut idem Codinus in ſeqq. legit. Ptolom. Geogr. 3. inquit: ὀρῶν τῶν ἐπισήμων τῆς Θράκης ὁ μὲν Αἷμος τὸ ὄρος κεῖται ὡς &c. Æmimontus igitur ex Αἷμος & mons compoſitum. Eſt enim Αἷμος Thraciæ mons, ut Ptolomæus docet d. l. Æmimontanorum ſæpius Mentionem facit *Amm. Marcellinus.*

(4) *perſpeximus*) Cont. *proſpeximus.*

(5) *præſentis*) Cont. *præſenti.*

(6) *in ea ipſa*) Cont. *in Miſia ſecunda provincia* legit; ibique notat: Atqui & ex notitia Imperii quatuor erant in Thraciæ Præſides, Æmimonti, Rhodopes, Moeſiæ ſecundæ, Scythiæ, & in notitia, quæ ſubjicitur Novellæ 8. eadem provinciarum partitio retineri videtur: niſi quis dicat, Juſtinianum Moeſiam ſecundam & Æmimontum uni *Præſidi* ſubjeciſſe. Sane in Græca Novella, unde hæc ad verbum expreſſa eſt, non ſunt illa verba *in Miſia ſecunda.*

(7) *fœneratorios*) Cont. *ad quosdam fœneratitios feciſſe contractus.* Al. *ad quosdam fœneratitios veniſſe contractus.*

(8) *quantumcunque*) Cont. *quantumcunque etiam modum.*

(9) *vel in alia ſpecie*) Cont. vel *alia ſpeciei, quæ in fructus aridos eſt.* Idem de liquidis fructibus dicendum eſſe per *l. 1. C. Th. d. Uſur.* & quia in *l. eos. C. d. Uſur.* centeſimæ Uſuræ permittat generaliter Imperator ſpecies omnes, id eſt tam aridas quam liquidas fœnerari: Cum & octava pars modii hic pro rotunda quadam centeſimæ æſtimatione poſita ſit, tradit Cont. d. l.

Digitized by Google

eſt, dederint: hoc reddito, in præſenti (10) cum parte modii octava per ſingulos modios in unoquoque anno præſtanda, terrulas colonis reſtituere: nemine penitus eorum audente terrulas detinere ſub occaſione fœneraticiæ cautionis, ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis credita ſint contracta. (11) Sin

(10) *cum parte modii*) Hic locus eſt, quem Molinæus, ut prædixi, poſt ſexcentos annos nativæ puritati ſe reſtituiſſe aſſirmat. Contendit enim longa diſputatione in libro, quem tractatum commerciorum & uſurarum inſcripſit, legendum hic eſſe, cum parte modii viceſima quarta. Qua in re vehementer ab ipſo diſſentio, & contra dicere conabor ea lectione nihil abſurdius, nihil audacius, nihil a ſententia Juſtiniani tam alienum. Ad fidem librorum veterum nihil opus eſt hic confugere, tametſi omnes & Græci & Latini ὀγδόην & octavam partem conſtantiſſime habent, quia & hoc ultro fatetur ipſe Molinæus. Itaque ſolis rationibus & argumentis & æqui tractatione contradicendum eſt. Inprimis autem falſum Molinæi & diſcipulorum ejus fundamentum ſubvertendum eſt, dicentium, nullam eſſe differentiam inter uſuram fructuum & nummorum. Quod colligi putant *ex l. cum non frumentum.* C. d. uſuris. Verum non recte profecto putant. Illo enim caſu in fraudem uſurarum pecunia vice frumenti data erat, ut frumentum redderetur ad eum modum, qui in ſpecierum fœnerationibus erat permiſſus. Aliter itaque reſcripturus erat Gordianus, ſi frumentum re vera intervenifſet, & idem reſcripſiſſet, quod Philippus *in l. oleo C. eod. tit.* incerti precii ratio tantum valere viſa eſt Alexandro III. & Gregorio IX. *cap. in civitate. & cap. ultim. extra. de Uſuris*, ut eam efficere ſcripſerint, ne contractus alioqui uſurarius futurus, cenſeretur uſurarius. Intellexit itaque Juſtinianus longe favorabiliorem fructuum quam pecuniæ fœnerationem, & idcirco octavam modii partem, hoc eſt, centeſimam permiſit in his, cum in pecunia trientem tantum, hoc eſt ſiliquam pro aureo permittat. Quod cum ita eſt, quis non animadvertat Juſtinianum nihil fere ab ea determinatione deficere, quam fecerat in *d. l. eos. C. de uſuris*, in qua generaliter permittit in ſpecierum fœnerationibus ſtipulari centeſimas? nec enim cum Molinæo diſtinguo, an earum frugum mutuum detur ſub eadem pecuniæ trajectitiæ qualitate; ſed in univerſum permitti dico illuſtribus, mercatoribus, ergaſterianis, & omnis generis hominibus uſuras centeſimas ex ſpeciebus & frugibus tam liquidis quam aridis ſtipularia quia hæ res ſervando fieri ſolent precioſiores atque cariores, aliter quam pecunia numerata, & ad honeſtam commercii rationem propius accedunt. Quid porro aliud eſt octava pars modii annua, niſi centeſima uſura? Nempe ſcilicet gravior eſt centeſima, dicet aliquis, quod octava pars continet duodecim centeſimas & unam dimidiam centeſimæ, vel (quod idem eſt) unam ducenteſimam, quæ ultra exactam centeſimam excreſcit. Sed quis

(11) Sin autem pecunias dedit: nihil amplius, quam ſiliquam unam pro ſingulo ſolido annuam præſtare. Et hanc ſaluberrimam legem in omnes extendimus; in præſenti quidem tempore initium accipientem, in omne autem ævum modis omnibus obſervandam. Ut ſi quando fuerit vel triticum, vel hordeum fœneratum, vel alii aridi fructus, creditores tam quod dederunt accipientes, quam pro uſuris octavam modii partem an-

erit tam præfractus, qui hujus ducenteſimæ minutiæ ratione neget eſſe centeſimam? quis tam argutus agricola, qui in ſolvenda octava modii parte, unam ducenteſimam detrahere poſſit, qua vix ullius æſtimationis, aut uſus ſit? Non tam igitur a definitione legis, eos recedere voluit Juſtinianus octavam partem definiendo, quam vulgarem & uſui futurum modum demonſtrare. Sed inæqualitas illa nimirum angit Molinæum, non videri veriſimile, ut pecuniæ uſuram ad trientem tantum, frugum vero ad centeſimam uſuram permiſerit. Quaſi vero major inæqualitas ea videri debeat, quæ in *l. eos.* cernitur: in qua illuſtres permittuntur tantum trientes in pecunia ſtipulari, in frugibus vero centeſimas. Jam vero ſi meminerimus majorem multo inæqualitatem olim fuiſſe inter frugum pecuniæque uſuras, mirari deſinemus eo recidiſſe Juſtinianum. Extat enim Conſtantini conſtitutio, quæ dimidiam frugum partem vice uſuræ ſtipulari permittit, nedum ut Juſtinianus, octavam *l. 1. C. Theodoſ. de uſuris.* Ad quam conſtitutionem ſemper exiſtimavi referri debere quod in Nicæna Synodo (quæ iiſdem Conſulibus quibus illa conſtitutio ſcripta eſt) convocari cœpit, decretum eſt: Ne quis in poſterum vel centeſima vel ἡμιολίας peteret, ut ſcilicet prohibuerit ſancta ſynodus, ne centeſima pecuniæ, vel ſeſquipla ſive ſeſquialtera frugum uſura de cætero exerceretur, quarum utraque Paulo ante lege Conſtantiana permiſſa fuerat. Atque hanc interpretationem meam omnino confirmat Rufiniana illius ſynodi translatio. *lib. 1. Eccleſiaſt. hiſtor.* Rufin. *cap. 6.* Illud plane probare nullo modo poſſum, quod quidam vir alioqui ingenuus & candidiſſimus ingenii vertit, ſeſquicenteſimas uſuras.

(11) *Sin autem pecun.*) Siliqua, quam κεράτιον Græce appellat, ad aurum referenda eſt, ut & ſolidus. Sed ſiliqua ſpecies ponderis eſt, ſolidus numiſmatis & monetæ. Eſt autem ſiliqua, viceſima quarta pars ſolidi, ut Priſcianus in *libello de ponderibus.* Beda *lib. de natura rerum, cap. 4.* & Iſidorus *lib. 16. etimolog. cap. 24.* *ſcribunt.* Hoc etiam quo facilius demonſtretur, enumerato ex iiſdem auctoribus præcipuas aureæ libræ diviſiones. Prima libræ auri partitio eſt in ſeptuaginta duos ſolidos ſive aureos, ex conſtitutione Valentiniani & Valentis AA. ad Germanianum, C. S. L. *l. quoties. C. de ſuſceptoribus.* ita enim reſtitui debere in Codice Juſtiniani apparet ex Codice Theodoſ. *lib. 12. tit. 6. l. 13.* quæ hactenus Alexandro falſo tributa eſt, & nuper ab eo qui & Chriſtia-

Digitized by Google

nuam pro ſingulis modiis, (12) vel ſiliquam pro ſingulo ſolido (13) ſecundum hunc modum, in quantum fœnus permanſerit, percipientes, ſive terrulas, ſive aliud in pignus acceperunt, boves ſorte, vel pecora, vel mancipia: (14) hæc modis omnibus reddant, & hæc lex communis omnibus

nus & Juriſconſultus & Hiſtoricus videri mavult, quam eſſe. Sequens diviſio libræ auri eſt in duodecim uncias, quarum quælibet ſenos ſolidos continet: unde ſolidus appellatus eſt ſextula: quia ſcilicet ſextam unciæ auri partem continet, ut Iſidorus eodem loco ſcribit. Tertia diviſio eſt ſolidi in quaternos obolos ſeu ſcrupulos, quia ſcilicet 24. ſcrupuli unciam auri conficiunt, ex eodem Priſciano. Quarta diviſio eſt ſcrupuli ſive oboli in ſex ſiliquas, ex eodem Priſciano. Unde demonſtratur in quolibet ſolido 24. ſiliquas auri contineri. Paucis huc congreſſi ex bonis autoribus & antiquis legibus totam auri rationem, quam non facile quis ex Budæo vel Alciato vel cæteris (ut ſine arrogantia dicam) colliget. Quod autem Alariciani Breviarii interpres Anianus interpretans centeſimam uſuram. *l. 1. C. Theod. d. uſuris*, tres ſiliquas pro aureo annuo computat, rotunde potius quam vere centeſimam uſuram expreſſit, ſicut & hic Juſtinianus octavam modii partem pro centeſima, & unam ſiliquam pro triente. Nam quanta parte, octava modii excedit duodecim centeſimas modii, tanta tres ſiliquæ, duodecim centeſimas ſolidi, & una ſiliqua trientem uſuram ejusdem ſolidi. Inde fit ut qui octavam modii partem ſolvit, duodecim nonageſimas ſextas partes modii: qui tres ſiliquas, duodecim nonageſimas ſextas ſolidi: qui ſiliquam, quatuor nonageſimas ſextas ſolidi ſolvat: cum his omnibus caſibus debeantur tantum centeſimæ partes, quæ nonageſimis ſextis leviores ſunt. Ex his igitur apparet utramque hanc Juſtiniani tam in frugibus quam in pecunia definitionem optime & ſecum & cum Conſtantino & Aniano conſentire, & Juſtinianum magis hic uſum centeſimæ in frugibus, & trientis in pecunia exemplo dato demonſtrare voluiſſe, quam exactæ centeſimæ aut trienti in *l. eos.* definitæ, tantilla parte, excreſcente, derogare voluiſſe. Ideoque ſic accipio legem. *eos.* ut ex ea liceat a cujuscunque conditionis hominibus centeſimam uſuram frugum, id eſt, octavam partem ſtipulari: & in trajectitiis pecuniis centeſimam, hoc eſt, tres ſiliquas: in aliis beſſes, id eſt, duas ſiliquas: in aliis trientes, id eſt, unam ſiliquam ſtipulari. Nam & idem Imperator poſtea *Novell. 130. De uſuris nauticis.* diſerte reſcripſit eos qui in trajectitiis pecuniis octavam ſolidi partem, vel tres ſiliquas in ſingulos ſolidos capiebant, non peccare in legem, *l. eos. C. de uſuris.* quæ centeſimam eo caſu permittebat.

(*12: vel ſiliquam*) Cont. *vel ſiliquam per ſingulos ſolidos.*

(*13: ſecundum*) Cont. *& ſecundum.*

(*14*) *hæc modis*) Cont. *hoc modis omnibus reddere, & hanc legem communem omnibus eſſe.*

omnibus ſit, humanitate & pietate (15) gaudens, neque non omnibus egenis conſulens, & creditoribus mediocre ſolatium afferens.

EPILOGUS.

HÆc igitur, quæ a nobis ſtatuta ſunt, charitas tua in omni provincia, quæ tuo moderamine gubernatur, obſervare feſtinet. Sciturís omnibus creditoribus, quod ſi aliquid præter hoc commiſerint, (16) exactione cadent, & cui fœnus ablatum eſt, hoc habebit ſolatium, ut ipſe quidem ſecurus degat, avarum autem creditorem videat in ſuis pœnis patientem jacturam.

Epitome Nov. 34. Ex Haloandro.

* *De his qui mutuum dant agricolis.*

Rem duram &c. Præſens quoque conſtitutio trigeſima quarta eadem dicit cum præcedentibus novellis conſtitutionibus, trigeſima ſecunda & trigeſima tertia, dicens, eum, qui adverſus ea, quæ ante dicta ſunt, agricolis mutuum dat, ſubjacere conſtitutionibus ante poſitis, nec poſſe illum ullo privilegio uti.

Tit. XIV.

De adjutoribus Quæſtoris.

CONSTIT. XXXV.

Hac prorſus deeſt in Græc. juſtam autem epitomem inveni in Novellis Juliani, quam hic adſcripſi. Contius.

(15) *gaudens) gaudentem neque non &c. conſulentem & mox, afferentem.*

(16) *ex actione)* Cont. *& actione.* Gr. τῆς εἰς πρᾶξιν.

* Περὶ τῶν δανειζόντων γεωργοῖς.

Rem duram &c. Καὶ ἡ προκειμένη λδ΄. διάταξις τὰ αὐτὰ λέγει ταῖς πρὸ αὐτῆς τῇ λβ΄. καὶ λγ΄. παρεκ διατάξεσι, διαγορεύουσα τὸν δανείζοντα γεωργοῖς παρὰ τὰ προειρημένα, ὑποκεῖσθαι ταῖς προκειμέναις διατάξεσι, μὴ δυνάμενον τῷ οἱῳδήποτε χρήσασθαι προνομίῳ.

Viginti ſex (1) adjutoribus Quæſtoris, quos boëthos dicunt Quæſtoris, liceat in ſuo loco alios ſubſtituere, idoneos tamen, & quos pro tempore (2) Quæſtor elegerit, propoſitis ſacris Evangeliis. Hi autem qui fiunt in locum eorum qui ſuo (3) loco ceciderunt centum ſolidis præſtitis fiant. Iſtorum autem trium graduum viri, id eſt (4) ſcrinii memoriæ, & duorum qui (5) proximi futuri ſunt, quamvis non ex viginti ſex adjutoribus, tamen licentiam habent ſurrogare in locum ſuum. Habeant igitur jus vendendi (6) militiam ſuam, & non ultra centum ſolidos, dummodo & is qui ſubrogatur, electione Quæſtoris fiat. Prærogativas autem conſtitutio dat Theodoſio & Epicteto & Quirillo & Sabbatio & Perigeno. Illo videlicet obſervando, ut ſi quis ex viginti ſex adjutoribus defunctus fuerit, ab hærede ejus centum ſolidi dentur, & electione Quæſtoris militent. Sin autem liberi ſint defuncti, idem juris habeant, quamvis hæredes parenti ſuo non extiterint. Dat. C. Biliſ.

(7) Novella 35. Integra.

De Adjutoribus Quæſtoris

Imperator Juſtinianus A. Tribuniano Quæſtori.

INter viros devotos memoriales tam ſacri noſtri ſcrinii memoriæ, quam epiſtolares, nec non libellenſes, & adjutores Viri excelſi pro tempore Queſtoris, multas dubitationes ſcimus eſſe emerſas, temporibus Thomæ glo-

(1) *Adjutoribus*) vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* voce. *adjutores quæſtoris.* Adjutor eſt, qui alterius vices implet, Adjutor Commentarienſis optio dicebatur. Vid. *Pancirell. ad Not. Imper. Or. cap. 12.*

(2) *Quæſtor*) Vid. *Gloſſ. Jul.*

(3) *loco ceciderunt*) *Ant. Aug.* voc. *cadere loco* & *caſus militiæ.*

(4 *Scrinii memoriæ*) Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *Scrinium* & *Laterculenſis.*

(5) *Proximi*) Vid. *Gloſſ.* hac voce & *Ant. Aug.*

(6) *militiam ſuam*) *Ant. Aug.* voce *militia.*

(7) *Nov. 35.*) Integram hanc Novellam Latinam cum duabus ſeqq inveni poſt Epitomen *Juliani Anteceſſ.* ex Bibliotheca *P. Pithai* editam Baſileæ. 1576.

Digitized by Google

glorioſiſſimæ recordationis, cum is Queſtor jam gubernatam ſacri ſcrinii memoriæ quam epiſtolarum gubernabat cenſuram. Adjutoribus quidem aſſerentibus, in ſcrinio quidem memoriæ XII. eſſe antiquitus adjutores, in aliis autem duob. ſcriniis, id eſt ſacrarum epiſtolarum & ſacrorum libellorum, in unoquoque ſeptenos numero: ſed poſtea ſic effuſam eſſe licentiam, ut innumerabiles pene adjutores extarent temporibus Joannis viri magnifici Queſtoris, cum per prolixum tempus tale geſſiſſet officium. Et Proculum excelſæ memoriæ de confuſione adjutorum imperiali culmini ſuggeſſiſſe, & ſacram conſtitutionem eſſe promulgatam, qua cavetur antiquo, id eſt XXVI numero tantummodo Queſtoris adjutores concludi, nec tamen licere alium ſubrogari, donec in prædictum numerum agmen adjutorum redigatur omnibus ſuperfluis paulatim deminutis: licentia primatibus tantummodo adjutoribus data in ſua loca alios ſubrogandi, id eſt in ſcrinio quidem memoriæ, tertium primum locum obtinenti & laterculenſis nomen ineunti, in aliis autem duob. ſcriniis, id eſt epiſtolarum, & libellorum, in ſecundum gradum venientibus & Melloproximatum ingredientib. ut hi tantummodo licentiam ſibi haberent alium ſubrogare. Poſteaque eundem prudentiſſimæ memoriæ virum beneexiſtimaſſe, multos inveniri qui non poſſint propter varias difficultates, quæ humano generi poſitæ ſunt, per ſe divina miniſteria peragere: & iterum verbo ad imperiale faſtigium ſuggeſſiſſe, & pragmaticam ſubſecutam eſſe ſanctionem, quatinus liceret & eis alium in ſuum locum ſubrogare hominem idoneum ad tale miniſterium peragendum, & condignum queſtioni, electioni a pro tempore Queſtore eandem licentiam accipientem. Et hæc quidem eſſe ſubſequuta temporibus Proculi magnificæ memoriæ. Verum opus queſtionum tranſivit tunc altercationibus quorundam memorialium eandem licentiam per aliam conſtitutionem eſſe ſublatam, ut nemini liceat in ſuum locum alium ſubrogare, ne quaſi venalitas & ſordidum mercimonium verſari videretur qui ſacræ vocis noſtræ miniſtri eſſe noſcuntur, tribus tantummodo exceptis quibus ſupradicta conſtitutio hujusmodi præſtitit licentiam. Cum igitur in præſenti comperimus eos qui confectioni legum a nobis elimatarum, & in ordinem per tuam excellentiam digeſtarum, ſuum miniſterium præbuerunt,

Digitized by Google

runt, dignos eſſe fungi adjutoris officio, quamvis cordi nobis eſt prædictum adjutorium meum in ſua ſtabilitate decurrere, tamen eos idoneos conſtitutos hujusmodi defraudari nullo modo juſtum eſſe exiſtimavimus. Pragmaticam itaque ſanctionem quæ a Proculo quidem excelſæ memoriæ rite eſt inventa, & ad imperiale culmen relata eſt, & ex hoc promulgata, poſtea autem per quorundam contentioſam inſtantiam ſublatam renovamus, & licentiam damus omnibus XXVI adjutoribus in ſua loca alios ſubrogare, idoneos tamen & quos pro tempore Quæſtor ſacroſanctis Evangeliis præpoſitis elegerit, & mandata eis in ſcriptis præſtiterit: ut centenis ſolidis tantummodo datis, habeant licentiam homines prædicto opere digni judicati, in deficientium vel alio modo deſiſtentium loca pervenire, & adjutoris officium peragere. His qui in tribus gradibus, id eſt, in ſcrinio quidem memoriæ Laterculenſis, in aliis autem duobus, Melloproximi adſcenderint, etſi inter XX & ſex adjutores taxati non fuerint, licentiam habentibus in ſua loca adjutores inferre. Ita tamen ut tam Laterculenſis quam Melloproximi licentiam habeant quanti potuerint, tanti loca ſua vendere: cum iniquum eſt his quibus nihil a nobis additum eſt, aliquid derogare. Nam & ante hanc legem permiſſum erat eis ſuum officium in aliis transferre. Itaque & venditionis jus habeant, & quanti potuerint paciſci, tanti & vendant. Aliis autem quibus jus venditionis præſtitimus, non ultra C. ſolidorum ſummam hoc facere liceat. Sive autem Laterculenſes, ſive Melloproximi ſive alii quib. ex hac lege conceſſum eſt, ſuum officium in alios transponere maluerint: is qui ſubrogatur talis ordinandus ſit qualem queſtoria cenſura elegerit: ne ex hujusmodi licentia in homines minus idoneos pro tempore glorioſiſſimi Queſtoris amminiſtratio cadat. Sic enim dignas ſua induſtria mercedes, homines quos jam enumeravimus accipient, & numerus adjutorum ſine ulla confuſione permanebit. Sed quia volumus ante alios in deficientia quocumque modo loca eos taxari, qui in legum confectione tuæ ſublimitati ſuum miniſterium præbuerunt, id eſt Theodoſium & Epictetum & Quirillum & Sabacium & Perignin, hoc eis donamus: ut offerentes centenos ſolidos, ante alios omnes loca adjutorum qui ſua ſponte recedere maluerint, ſubeant: ſcilicet unusquisque ex V. memorialibus in ſcrinium ſuum officium

cium

cium adjutoris impleturus. Illo etiam obſervando, ut & ſi quis ex XXVI adjutoribus ab hac luce ſubtractus fuerit, in ſuos hæredes, vel liberos, licet hæredes non ſint, hujusmodi beneficium transmittat, ut in locum ejus adjutor ſubrogetur centenis quidem ſolidis ab eo offerendis, pro tempore autem ſublimiſſimo Quæſtore electionem ejus, qui ſubrogatur, ſecundum quod ſuperius dictum eſt, faciente. Prerogativam autem quam V. memorialibus ſpeciali dedimus beneficio, ita eis donamus, ſi ille qui deficiat non habuit filium jam utilem, jam idoneum ad peragendum adjutoris officium, & a pro tempore glorioſiſſimo quæſtore aptiſſimum eſſe ſecundum prædictam obſervationem judicatum. Talem enim filium ſperni & ad alium advenam pervenire ſatis durum atque inhumanum eſt. Aliis videlicet omnibus ſi quæ in prædictis conſtitutionibus continentur, in ſuo robore durantibus. Quæ igitur noſtra ſanxit æternitas, ſinceritas tua ſcriniis quorum intereſt manifeſtare feſtinet, quatenus ſciant & quæ a noſtra majeſtate diſpoſita ſunt, & quantum eis acceſſit ex tua ſuggeſtione, noſtraque liberalitate. Dat. V. Kal. Jun. C. P. Biliſar. V. C. Conſ.

Epitome Nov. 35. Ex Lib. Βασιλικῶν VI. Tit. 6. & Haloandro.

* *De Adjutoribus Quæſtoris.*

(8) Inter prudentes &c. Hæc conſtitutio declarat, quosdam ex Memorialibus poſſe Adjutores in locum ſuum ſubrogare. Sunt autem Adjutores viginti ſex, quorum etiam hæredes idem jus habent.

* Περὶ τῶν βοηθῶν τοῦ κοιαίστωρος.

Inter prudentes &c. Ἡ προκειμένη διάταξις δηλοῖ, ὡς τινὲς τῶν μεμοριαλίων δύνανται βοηθοὺς ποιεῖν εἰς ἴδιον τόπον, εἰσὶ δὲ βοηθοὶ εἴκοσι ἕξ, ὧν καὶ οἱ κληρονόμοι τὴν αὐτὴν δικαιοδοσίαν ἔχουσι.

(8) *inter prudentes*) Sic *Haloander*, *Fabrottus* verſioni hujus Epitomes in Baσιλ. præmiſit, *inter viros devotos*. Quod videtur in Græco textu inveniſſe, cum ſic quoque legatur in Latina integra quam exhibemus.

TIT. XV.

(1) De ſucceſſoribus in Africa.

CONSTIT. XXXVI.

OMne infinitum &c. Ut Afri intra quinquennium vindicent ea, quæ temporibus (2) Vandalorum illis erepta ſunt, ſive illorum fuerint, ſive parentum ſuorum, ſive avorum utriusque ſexus, ſive illorum qui ex latere veniunt usque ad tertium gradum: niſi (3) legitimis præſcriptionibus excludantur. Ut ad genus probandum utraque pars probationes afferat. Ut omnes Afri (4) Romanis legibus ſubſint.

Nov. 36. Integra.

Ut hi qui in Affrica ſunt intra quinquennium competentes ſibi res usque ad tertium gradum debeant vindicare.

Idem A. Salomoni PP. Affricæ.

OMne infinitum & perperam effuſum merito & incivile & incompoſitum eſſe credentes, certis finibus noſtras actiones militare cenſemus. Nuper itaque in Affrica noſtra quam divæ memoriæ dicioni noſtris vigiliis ſubjugavit, noſtram pragmaticam ſanctionem promulgavimus, ut omnes quæ jam Vandalicis temporibus amiſerunt, ea poſſint a detentatoribus injuſtis tam abſtrahere, quam ſibimet vendicare: & quinquennale ſpatium ſtatuimus intra quod liceat hoc facere quam ſanctionem in ſuo quidem robore manere volumus, ſed cum certo moderamine, certaque definitione, ut non liceat Afris tam prolixa annoſitate elapſa & antiquis generibus pœne deletis, calumnias veteres reſuſcitare, & invicem ſibi moleſtias ingerere, & in tanta pace bella gerere inteſtina. Per hanc itaque legem ſancimus, ſi quis prætendat res vel ad ſe, vel ad patrem ſuum, vel avunculum pertinere, & inquiat contra leges ab aliis detineri, poſſe

eas

(1) *De ſucceſſoribus*) Hal. apud quem hæc etiam Epitome extat) *de ſucceſſoribus eorum, qui in Africa degunt.*

(2) *Vandalorum*) Οὐανδίλων. Βασιλ. Βανδίλων.

(3) *legitimis*) νομίμων παραγραφαῖς. Βασιλ. νομίμοις παραγραφαῖς. Recte.

(4) *Romanis*) τοῖς Ρωμαίοις. In Βασιλ. melius Ρωμαίων legitur.

eas recuperare, ſcilicet antea legi cognitis probationibus præſtitis, vel ab inſtrumentis legitimis recitandis, vel a teſtibus idoneis educendis & quorum gravitas judicibus acceptabilis ſit, videlicet cognationali certamine agitato: & extendi hanc noſtram conſtitutionem tantummodo ad patres, & avos, non autem ad alium gradum ſuperiorem: & hoc in utrumque videlicet ſexum ſancimus. Ut qui ſuum, vel ad patrem, vel ad matrem, vel avum, vel aviam, omnesque ejus maſculos, ſive feminas pertinuiſſe oſtenderit, hoc ab injuſtis detentatoribus abſtrahat; ultimiore requiſitione penitus quieſcente: ne quis quis proavum ſuum, vel abavum, vel atavium, vel proaviam, vel abaviam, vel attaviam, inducens miſcere pietati, calumpniæ cumulum ingerat. Hocque & transverſa linea obſervari præcipimus, ut usque ad tertium gradum tantummodo ſtet, id eſt ad fratres, & germanos, ad patruos & amitas, & avunculos & materteras, non autem ad alios ſuperiores agnationis, ſeu cognationis gradus. Et ſi quis hujusmodi quæſtionem defferre ſit paratus, non alibi, ſed ad Judicium ſublimitatis tuæ, vel præſidum provinciarum & inſularum, ſtricto judicio celebrato, hujusmodi præbeat probationes: & non ex una parte, neque in aliis provinciis, vel in hac florentiſſima civitate, ſed tantummodo in Africa dioceſi, præſentibus adverſariis ſuis: & tunc mereat, noſtri numinis noſtræque conſtitutionis auxilium. De fide enim generis, probationes ex una parte præſtari nullo concedimus modo. Et ſi quis hujusmodi acta oſtenderit, quaſi in hac florentiſſima civitate confecta, vel in alio loco, ea non eſſe audienda cenſemus, licet antea hoc fuerit permiſſum. Inventa enim circa tales requiſitiones ſumma calliditate, reſpuendas eſſe ejusmodi concinnitates ſancimus, ne dum ſua reddere cuidam cupimus, & alienas ei ſubjectas doloſe accipere concedamus. Rerum autem requiſitionem ſecundum antefatum modum apud ſublimitatem tuam, vel præſides provinciarum intra definitum tempus noſtræ ſanctionis fieri volumus in quinquennium: annum qui jam transactus eſt ex prioris pragmaticæ ſanctionis editione, in quinquennium computando: ut actor reliquum habeat quadriennium ad hujusmodi inquiſitionem, ſi temporis computatio legitimas exceptiones excedat. Hujusmodi enim quadriennii ætas præterire nullo patitur modo, ne immortalis

talis fiat judiciorum completus. Quæ igitur pro ſecuritate Affricæ mea ſanxit æternitas, hæc ſublimitas tua per edicta ſua in omnem affricanum tractum proponenda, manifeſtare cunctis civibus affricanis deproperet: ut omnes quid in transactis annis obſervare oporteat ſcientes hoc obſervare feſtinent. De cætero enim ſi quis caſus talis emerſerit, ſucceſſiones omnes & temporis curſus ſic procedere diſponimus, quemadmodum in omnibus terris noſtro orbe incluſis ſacratiſſima jura diſponi: ut & ſint & deſcendentium, & ab utroque latere venientium gradus omnes, & temporales curſus intacti, quemadmodum generales noſtri numinis leges eos tradiderunt omnibus. Dat. Kal. Januar. Biliſ. V. C. Conſ.

Tit. XVI.

De Eccleſiis quæ in Africa ſunt.

CONSTIT. XXXVII.

Venerabilem Eccleſiam &c. Quæ ab Arianis ablata ſunt, Eccleſiæ Africæ recipiant, tributa tamen pro iis ſolvant, rebus eatum immobilibus a nemine lædendis. Hæreticus ne baptizetur, neque (1) rempublicam gerat, (2) neque catechumenum circumcidat. Nulla plane hæreſis domum, aut locum orationis habeat. Eccleſia Carthaginienſis privilegia habeat, quæ de omnibus Eccleſiis in Codice continentur. Qui ad Eccleſiam Carthaginienſem confugit, immunitatem habeat, niſi homicidium, vel virginis raptum, vel Chriſtiano vim fecerit. Quæ ab aliquo pro ſalute ſua Eccleſiis Africæ data ſunt, a nullo auferantur. Tu vero hoc generaliter de omnibus Eccleſiis accipias.

Novella 37. Integra.

De Africana Eccleſia. Idem A. Salomoni PP. Africæ.

Venerabilem Eccleſiam noſtræ Cartaginis Juſtinianæ, ceteraſque omnes Affricæ dioceſcos ſacroſanctas Eccleſias, imperialibus beneficiis

(1) *rempubl. tractet)* μήτε πολιτευέσθω. Hal. *ad rempublicam accedat.* In Baσιλ. additur μήτε μετὰ ϑεῖον σιονδήποτε πολιτικὸν ὀφφίκιον. *nec cujuscunque civilis officii particeps fiat.*

(2 *neque Catech.*) Judæi prohibentur catechumenum circumcidere in *l. 2. C. Ne Chriſt. mancip.* & in Βασιλ. *l. 47. d. Summ. Trinit.*

neficiis relevare noctu dieque feſtinamus, poſtquam noſtræ reipubl. per Dei præſidium a tyrannis direptæ ſocietates ſunt, noſtras etiam ſentiant liberalitates. Cum igitur ſeparatus, ut ſanctiſſimus ſacerdos ejusdem noſtræ Cartaginis, Juſtinianæ, qui venerando concilio totius Affricæ Sanctiſſimarum Eccleſiarum præeſſe dignoſcitur, una cum ceteris ejusdem provinciæ Reverendiſſimis Epiſcopis, propriis per Theodorum virum religioſum, Diaconum, & reſponſalem ejusdem venerabilis Eccleſiæ Cartaginis civitatis Juſtinianæ deſtinatis, noſtram deprecati ſunt majeſtatem, poſſeſſiones Eccleſiarum totius Affricani tractus tyrannico quidem tempore ablatas eis, poſt victorias autem celeſti præſidio nobis contra Vandalos præſtitas, per noſtram piam diſpoſitionem eis redditas, ſalva in quocumque loco cõſtitutas, videlicet tributorum ſolutione, firmiter poſſidere, ſecundum legis tenorem quæ jam ſuper hac cauſa promulgata eſt: petitionibus eorum prono libentique animo duximus annuendum. Ideoque jubemus, ſublimitatem tuam, ſuis diſponere præceptionibus, ut prædictas poſſeſſiones, ſalva prout dictum eſt tributorum ratione, venerabiles Eccleſiæ cum noſtræ Carthaginis, Juſtinianæ, quam omnium civitatum Affricanæ dioceſeos, firmiter poſſideant, & ſine ulla concuſſione, a nullo penitus abſtrahendas. Si quis autem alias poſſeſſiones, ſive domus, ſive Eccleſiarum ornamenta; apud Afros, vel Arrianos, vel paganos, vel alias quaslibet perſonas, detineri probatum fuerit, ea quoque omni modo ſine aliqua delatione & Sacroſanctis Eccleſiis orthodoxæ fidei aſſignari, nulla prolixitate temporis his qui easdem res inique detinent uti concedendis, ſed earum reſtitutionem omni exploſa machinatione facere compellendis; quia non patimur ſacratiſſima vaſa, vel ornamenta venerabilium Eccleſiarum, aut alias poſſeſſiones, apud paganos vel alias perſonas detineri, & lex, quæ nobis antea prolata eſt, ſit, abundeque hujusmodi capitulo conſultum fecerit. Alterius etiam noſtræ conſtitutioni prærogativa, quam pro Eccleſiaſticis fecimus rebus & poſſeſſionibus, Affricæ quoque venerabiles Eccleſias perpotiri cenſemus, & ſecundum ejus tenorem licentiam eis damus, res proprias & poſſeſſiones quicquid ad eas pertinens ablatum eſt, vel fuerit, ab antiquis detentatoribus vendicare. Curæ autem erit tuæ ſublimitati, quatinus neque

 Ar-

Arrianis, neque Donatiſtis, nec Judæis, nec aliis qui Orthodoxam Religionem minime colere noſcuntur, alia detur omnino communio penitus ad Eccleſiaſticos ritus, ſed omni modo excludantur a ſacris & templis nefandi, & nulla eis licentia concedatur penitus ordinare Epiſcopos, vel clericos, aut baptizare quaſcumque perſonas, & ad ſuum furorem trahere. Quia hujuſmodi ſectæ non ſolum a nobis ſed etiam ab anterioribus legibus condemnatæ ſunt, & a ſceleratiſſimis, nec non inquinatis coluntur hominibus. Omnes autem hereticos ſecundum leges noſtras quas impoſuimus, publicis actibus amoveri, & nihil penitus publicum gerere concedantur heretici conſtituti, & Orthodoxis imperare, cum ſufficiat eis vivere, non etiam ſibi aliquam auctoritatem vindicare & ex hoc Orthodoxos homines, & Dei omnipotentis rectiſſimos cultores quibusdam afficere detrimentis. Rebaptizatos autem militiam quidem habere nullo modo concedimus, penitentiam autem eorum, ſi ad Orthodoxam fidem mente puriſſima venire maluerint, non reſpuimus, ſed damus eis licentiam hoc faciendi, quia & Deo omnipotenti nihil ita eſt acceptabile, ut peccantium penitentia. Judæis inſuper denegamus ſervos habere Chriſtianos, quod & legibus anterioribus cavetur, & nobis cordi eſt, illibatum cuſtodire, ut neque ſervos Orthodoxæ Religionis habeant, neque ſi forte Cathecuminos accipiebant eos circumcidere. Sed neque Synagogas eorum ſtare concedimus, ſed ad Eccleſiarum figuram eos volumus reformari. Neque enim Judæos, neque paganos, neque Donatiſtas, neque Arrianos, neque alios quoſcunque hæreticos, & ſpeluncas habere, vel quædam quaſi ritu Eccleſiaſtico facere patimur. Cum hominibus impiis ſacra peragenti permittere ſatis abſurdum eſt. Inſuper Sacroſanctæ Eccleſiæ Carthaginis Juſtinianæ omnia condonamus, quæ Metropolitanæ civitates, & eorum antiſtites habere noſcuntur, quæ codici noſtro in primo ejus libro ſegregata, Sacroſanctis Eccleſiis ſuum honorem præſtare noſcuntur, ut civitas quam noſtri numinis cognomine decorandam eſſe perſpeximus, imperialibus etiam privilegiis exornata floreſcat. Confugas etiam qui ad venerabiles Eccleſias & earum fines convolare feſtinant, & ſuæ voluntati proficere, nulli penitus licere ſacrilegis manibus ab his abſtrahere, ſed eos venerabilibus locis debita reve-

rentia

rentia perpotiri, niſi tamen homicidæ ſint, vel virginum raptores, aut Chriſtianæ fidei violatores. Illos etenim, qui talia facinora committunt, nullis eſſe dignos privilegiis quis non confiteatur? Cum non poſſint Sacroſanctæ Eccleſiæ & homines iniquos adjuvare, & hominibus læſis ſuum adjutorium præſtare. Si quid præterea, Sacroſanctæ Eccleſiæ ſæpe dictæ noſtræ Carthaginis Juſtinianæ, vel aliis venerabilibus Eccleſiis Affricanæ dioeceſeos, a quacumque perſona pro ſuæ ſalute animæ oblatum eſt, vel fuerit quocumque modo legitimo, ſeu in poſſeſſionibus, ſeu in aliis quibuslibet ſpeciebus, & hoc apud venerabiles Eccleſias manere firme, nullius unquam manibus abſtrahendum: cum homines qui tam laudabiles, tamque Deo acceptabiles actus, & pias facere oblationes deproperant, ſatis & nos laudamus, & Dei celeſtis remunerat clementia. Hæc igitur omnia quæ ad honorem Sacroſanctarum dedimus Eccleſiarum totius Affricanæ dioeceſeos, per præſentem piiſſimam & in perpetuum valituram legem, quam omnipotenti Deo dedicandam eſſe perſpeximus, ſublimitas tua cognoſcens, firma illibataque cuſtodire feſtinet, & omnibus prout ſolitum eſt manifeſtare, edictis ubique proponendis: ut noſtra juſſa ſummæ pietatis habentia, ex omni parte inmutilata ſerventur. Demetatoribus eorum pena X librarum auri ſubdendis, aliqua gravi noſtri numinis indignatione plectendis omnibus, qui noſtram diſpoſitionem quocumque modo vel tempore violare conceſſerint. Dat. Kal. Aug. CP. Biliſar. V. C. Conſ.

TIT. XVII.

(1) De Decurionibus, ut filiis ſuis Decurionibus dodrantem relinquant.

CONSTIT. XXXVIII.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo Sacro per Orientem Prætorio iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio.

PRÆ-

(1) *de decurionibus*) περὶ βουλευτῶν, ὥστε ἐννεαούγκιον καταλιμπάνειν. Hal ἵνα ἔγγονοι. Vetus Modeſtini Interpres *Senatores &* *Conſiliarios* vertit. illiusque errore factum eſſe, ut legem *21. d. Tut. Dat. nemo* intelligeret, inquit *Ant. Aug.* ad *Mode-*

PRÆFATIO.

QUi nobis rempublicam conſtituerunt, exiſtimarunt ad imitationem urbis imperantis in unaquaque civitate nobiles viros colligendos, & unicuique Senatum dandum eſſe, per quem publica negotia conficerentur, & omnia recte atque ordine fierent. Itaque res illa adeo floruit, adeo ſplendida apparuit, ut maximæ eſſent, & populoſiſſimæ Curialium domus, & cum multi eſſent Curiales, onus quod muneri illi ineſſe videbatur, nemini prorſus intolerabile exiſteret: (2) eo ipſo enim, quo onus illud inter multos dividebatur, fere inſenſibile erat iis, qui id ſuſtinebant. Cum vero ſinguli a curiali munere ſeſe eximere, & cauſas invenire inciperent, quibus ab illo liberarentur, paulatim diminutæ ſunt (3) Curiæ, & mille prætextus excogitati, per quos res privatæ quidem (4) bene ſe habituræ, communes vero & publicæ omnino minuendæ erant. Propterea ad paucos viros (5) redacta ſunt illa munera, quæ illorum facultates diſſiparunt, (6) & urbes ita imminuerunt, (7) ut ſub perditos iſtos mercenarios, quos (8) Vindices

ſtin. Dicuntur illi ibidem χειροτονεῖσθαι *creari.* Vid. & *l. 2. §. cætera C. d. Vet. jur. enucl.* quam Latine & Græce ſcriptam dicit idem, & una βουλευτὰς ſcribi, altera *decuriones.*

(2) *eo ipſo enim &c.*) τῷ γὰρ εἰς πλῆθος διαιρεῖσθαι &c. Hal. τὸ γὰρ &c. minus recte.

(3) *Curiæ*) Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* voce *Curia.*

(4) *bene*) καλῶς ἕξειν. Sic & Cod. Vaticanus MS. Flor. καλῶς ἕξειν. Hal. κακῶς ἕξειν. *peſſum irent.* Male, ut ex præced. & ſubſeq. patet. Agyl. *efflorescerent*, quod probabilius forte eſſe dicit.

(5) *redacta erant*) περιέστη Hal. περιστάντα τὰ λειτουργήματα. Non recte.

(6) *& urbes*) καὶ τὰς πόλεις. Hal. καὶ πολλοὺς, *& multos.* Illud probabilius forte, ait *Agylæus.* At non dubitandum videtur de noſtra lectione. Nam paulo ante τὰ δημόσια & κοινὰ opponit τοῖς ἰδίοις, ut hic.

(7) *ut ſub perditos*) ὥστε ὑπὸ τούτους εἶναι τοὺς &c. Vulg. *ut ſub iſtos perditos &c. redacta curia contigerit reſpublica plena quidem &c.* Hal. ὥστε αὐτὰς ὑπὸ τούτους *ut in poteſtatem perditiſſimorum mercenariorum, quos vindices appellant, pervenerint.*

(8) *Vindices*) βίνδικας Hi ſunt *Exactores*, quod probat *Meurſ. Gloſſ.* verb. βίνδιξ.

dices vocant, venirent. Contigit igitur, ut Reſpublica (9) defectibus, omnique injuſtitia repleretur.

§. 1. Hæc nos ſæpius perſcrutantes, putavimus (10) Medicinam huic rei adhibendam eſſe. Et quo magis in eo laboraremus, tanto plures artes contra ea, quæ recte & juſte ſancita erant, & contra fiſcum Curiales invenerunt. Cum enim vidiſſent ſe omnimodo cogi quartam partem ſervare Curiæ, idque vix in legibus noſtris poſitum eſſet, cœperunt facultates ſuas diſſipare, ut inopes morerentur, nec quartam partem, ſed ſummam paupertatem Curiæ relinquerent. Deinde, cum & corporibus ſuis Curiam fraudare vellent, rem omnium impiiſſimam (11) excogitarunt & a legitimis nuptiis abſtinuerunt, ut ita potius vellent ſine liberis (quantum ad legem) decedere, quam generi & legi utiles eſſe. Rurſus effecerunt ut lex nuper ferretur, quæ ſine decreto res ſuas donare ipſis permitteret, cum lex vellet, (12) ut venditio cum decreto fieret. Hæc vero adeo mirabilis fuit, ut ſolam venditionem interpoſitioni decreti, & neceſſitatibus illius ſubjiceret, reliqua vero omnia ipſis, eo quo vellent modo, agere permitteret. Itaque hoc modo facultates Curiales (13) ad alias atque alias perſonas tranſtulerunt, ut Curia nihil inde haberet. Unde, ſi quis reipublicæ noſtræ curias numeraverit, pauciſſimas inveniet, quæ aut viris abundent, aut pecunia, ſed tales, quæ paucos homines, nullam vero pecuniam habeant.

§. 2. (14) Igitur ſpeciales quidem leges jam tulimus, quæ volunt, ut & venditiones & donationes ſimplices, omnisque actus, qui alienationem rerum Curialium immobilium continet, decreto ſecundum obſervationem, quæ in lege illa ſcripta eſt, interpoſito ſubjaceant.

(9) *defectibus*) ἐλλειμμάτων. Vulg. *defectibus*. Hal. *reliquationibus abundaret*. Eſt enim τὸ ἔλλειμμα *reliqua, quæ non ſolvuntur a debitoribus*.

(10) *medicinam*) θεραπείαν. Hal. θεραπείας.

(11) *excogitarunt*) ἐπενόησαν, recte. Hal. ἀπενόησαν.

(12) *ut venditio*) τὴν πρᾶσιν, recte, Hal. πρᾶξιν, ut & paulo poſt.

(13) *ad alias* εἰς ἕτερα καὶ ἕτερα. Hal. εἰς ἕτερα. Illud legendum putat Agyl.

(14) *igitur*) οὖν. deeſt in Hal. edit.

ceant. Deinde quia ex falſis cauſis donationes faciebant, etiam hoc plane ſuſtulimus, (15) ut Curialis ſimplicem donationem in quamcunque perſonam conferat. Donationes vero antenuptiales merito excepimus, quoniam revera non ſunt donationes, ſed ſpecies quædam contractus in illis eſt, (16) & copiam liberorum præbent, quod maxime in Curialibus magno ſtudio expetimus. Poſtea cum videremus multas hac quoque in re circumventiones fieri, legem tulimus, ut Curia, ſive cum corpore, ſive ſine eo tres uncias habeat, nec cuiquam Curiæ minus relinquere, nec dolos ſtruere, nec ullo modo id imminuere liceat, ſive filius ſit, qui in Curia eſt, ſive ipſa Curia tres uncias ſuſceperit.

§. 3. Neque hic ſubſtitimus, ſed etiam ſancivimus, ut fœminæ quoque inſtitutionis ſuæ partem darent, quo Curiæ nullo prætextu (17) (ſicuti diximus) quarta pars ſubſtantiæ Curialis imminuatur: & multas illas atque effuſas liberalitates ſuſtulimus, non permittentes a Curia quenquam aliter liberari, quam maximarum dignitatum, (18) Patriciatus nempe & Conſulatus & Præfecturæ, ſive civilis, ſive militaris adeptione. Quod enim Magiſteria militum etiam (19) Præfecturæ ſint, lex novit. Itaque ſi quis Præfecturam ipſo actu geſſerit, ſive civilis magiſtratus, ſive militaris ſit, hic a Curiali conditione ſecundum legem noſtram liberetur, omnibus aliis exemtionibus ſublatis. Nam ut tales dignitates ſolius honoris cauſa datæ (de præfecturis loquimur, & quod idem eſt, de Magiſterio militum) ex albo Curiali eos non eximant,

(15) *Ut Curialis*) τὸ δωρεὰν ἁπλῶν, ut ante ἁπλῶς. Hal. καὶ τὸ δωρεὰν &c.

(16) *& copiam*) καὶ παίδων ἐπὶ εἰσάγουσιν εὐπορίαν &c. ἀντιπάδοσιν ἐστιν. Hal. ἢ παιδοποιίας δασμὸν ἐστιν. *& veluti autoramentum procreandorum liberorum continetur.* Παιδοποιίας *liberos* ſignificare videtur, ut νομοθεσία *legem*, paſſim.

(17) *ſicuti diximus*) ante hanc parentheſin repetit Haloander verba initialia hujus §. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἐστήσαμεν; & vertit: *præterea neque hac fini (ut diximus) totius ſubſtantiæ ejus, qui curiæ mancipatus eſſet quartam conſtituimus.* Videntur autem illa verba incuria librarii repetita, ut *ſupra Nov. 2.*

(18) *Patriciatus*) Poſt hæc verba deſiderantur in Haloandri editione ſequentia. Καὶ ὑπατείας, καὶ ἐπαρχότητος, εἴτε τῆς ἐν πολιτικοῖς, εἴτε. *& Conſulatus & Præfecturæ ſive civilis ſive.*

(19) *Præfecturæ*) Πραιφεκτουρίαν. Hal. πραιφεκτουρίας, ἀρχῶν.

Digitized by Google

mant, qui illas conſequuntur, ſancivimus. Hæc igitur antea a nobis ſancita ſunt, cum multis aliis, quæ ex ipſis legibus jam latis accipere licet. Liberavimus etiam quoſdam a Curiali conditione, varias illis (20) pragmaticas leges largientes, quas omnes ratas eſſe, & hanc legem ab undecima indictione nuper elapſa, qua nobis hæc lex (21) in animum venit, inchoari volumus.

§. 4. Quoniam vero videmus, quoſdam patriis ſuis adeo inimicos eſſe, ut aliis bona ſua, & vix quartam partem Curiæ relinquere malint, (22) putavimus quoque hac noſtra lege, ſi nulli liberi adſunt, hanc partem augendam eſſe.

CAPUT I.

Quare ſi poſt hanc noſtram legem Curialis (23) moriatur, qui liberos non habet, neque maſculos neque fœminas, hic tres ſubſtantiæ ſuæ partes Curiæ, & quartam illis, quibus vult, relinquat. (24) Tota enim Curia unius filii forte vel plurium loco, (25) & quod idem eſt, tota civitas pro filiis illi erit, & perpetua bona exiſtimatio & immortalis memoria, & tantus fructus, (26) quantum ex filiis non perciperet. Quod ſi quis non quidem legitimos, ſed naturales liberos habeat, liceat illi cum onere Curiæ etiam hos hæredes ſcribere, & ſcriptura pro omni

ob-

(20) *pragmaticas*) πραγματικὰς. Recte. Hal. πραγματικῶς.

(21) *in animum*) ἐν βουλῇ γέγονεν. Hal. *in ſenatu hæc nobis lex fuit compoſita.* Vet. *in conſilio venit.* Vide an vertendum ſit, *quo deliberavimus*, vel *in mentem venit* lex, id enim videtur eſſe ἐν βουλῇ εἶναι.

(22) *putavimus*) καὶ τοῦτο διὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ᾠήθημεν χρῆναι &c. Hal. κἀνταῦθα διὰ τὸν ἡμέτερον νόμον &c. Sic legendum. Sequitur enim τοῦτο.

(23) *moriatur*) τελευτᾷ. Hal. τελευτῶν.

(24) *tota curia*) τὸ τῆς πόλεως πλήρωμα. Πλήρωμα eſt *plenitudo*, *integritas*, quem ſenſum huic loco convenire putamus. Eſt & *ſupplementum*, ut apud *Ariſtot. Polit.* Sed ea ſignificatio non videtur commoda. Vet. & Hal *plenitudo*. Addemus ad hunc locum quod πληρόω paſſim ſit idem quod *ſolvo*. Idque a Vet. efferri per *complere*. Ut & in *l. 4. C. d. Conv. fiſc. deb.*

(25) *& quod idem*) ταυτὸν δὲ. Hal. ταυτὸ δὲ &c.

(26) *quantum*) ὅσον. Deeſt in *Hal.* edit. qui & pro αὐτῷ, quod ſequitur, habet αὐτοῖς. Male, præcedit enim αὐτῷ.

oblatione (27) ſit: neque id alia veterum legum adjectione, neque oblatione, dum ſuperſtites ſunt, egeat: ſed eo ipſo ſcripti hæredes, ſi liberi ſint, Curiales & hæredes fiant, habeantque & illi (28) novem uncias ſuſtantiæ, prout pater (29) illis diviſerit. Quod ſi totum etiam illis velit relinquere, melius adhuc faciet. Verum uſque ad novem uncias (30) omnino illis relinquat, ſciens, quod etſi minus reliquerit, tamen ex lege ad novem uſque uncias facultates illis replendæ ſint: (31) ſi vero illi ex bonis quid capere velint, etiam Curiales fiant. Quod ſi quidam velint, quidam recuſent, ad eos, qui volent, recuſantium partes veniant. Sin autem omnes recuſent, tunc quaſi nulli adeſſent liberi, ad Curiam novem unciæ deveniant.

CAPUT II.

At ſi ille (32) taceat, nec legitimos liberos habeat, tum quarta quidem ad hæredes ab inteſtato veniat, liberi vero naturales, ſi Curiæ ſeſe offerre velint, recipiantur, prout ſive omnes, ſive quidam ex iis voluerint, & novem unciæ ſubſtantiæ (33) ad Curiales vel Curialem omnino devolvantur.

§. 1. Si vero ex ſerva etiam liberos habeat, eoſque vel inter vivos, vel in teſtamento manumiſerit, & obtulerit, etiam ſic recipiantur, & Curiales ſint, (34) quemadmodum teſtator voluit, vel prout illorum, qui ſe obtulerunt Curiæ, deſiderium fuit, ac ſicut dictum eſt, novem uncias accipiant. Ubivis enim volumus, ſive teſtatus, ſive inteſtatus quis deceſſerit, ut illi, qui ad Curiam veniunt, dodrantem accipiant. Sin vero manumiſerit ſolum, non etiam obtulerit, & hi, ſive unus, ſive quidam ex illis, ad Curiam reſpicere voluerint, etiam tum

(27) *ſit)* ἔςω. Hal. ἔςαι.

(28) *novem uncias)* ἐννεαύγκιον. Hal. ἐναύγκιον. Ut & in ſeqq.

(29) *illis)* αὐτοῖς. Sic & infr. *cap. 3.* Hal. αὐτοὺς.

(30) *omnino)* καὶ πάντως. Hal. non agnoſcit τὸ καὶ.

(31) *Si vero)* Οἱ δὲ εἴτε τὶ τῆς ἐσίας ἐπιθυμῶσι. Hal. εἴτε ἐπὶ ἐσίαν.

(32) *taceat)* σιγήσοι. Hal. σιωπήσειε.

(33) *ad Curiales)* εἰς τὲς βουλεύοντας, ἢ τὸν βουλεύοντα. Hal. εἰς τὸν βουλευτὴν ἢ τὲς βουλεύοντας.

(34) *quemad. teſt. vol.)* deſunt apud Haloandrum.

Digitized by Google

tum novem unciæ Curiali, vel Curialibus pro portione virili dentur. Quod ſi nemo naturalium vel voluerit, vel oblatus ſit, tum novem uncias Curia accipiat.

CAPUT III.

SI vero quis legitimorum liberorum pater ſit, tunc res ita dijudicanda eſt, num maſculorum ſolum, an fœminarum, an vero (35) mixti ſexus ſint, ut lex undique perfecta & Curiæ utilis ſit. Quare ſi maſculos tantum liberos, aut forte nepotes ex filiis præmortuis habeat, novem unciæ inter omnes, ſicut voluerit, dividantur: ita tamen ut nulla in re legi de inofficioſis teſtamentis quid decedat, niſi ingratitudinis ratio id effecerit. Neque enim leges de his latas plane tollimus. Illud tamen omnino obſervetur, ut novem unciæ inter non ingratos liberos dividantur, & eatenus unuſquiſque Curialia patris munera ſubeat, quatenus pater ſubſtantiam illis diſtribuit, ſolis tribus unciis voluntati patris relictis, ſive (36) eas ad liberos, (37) ſive ad alium pervenire voluerit.

CAPUT IV.

QUod ſi omnes fœminæ ſint, & Civitatis illius Curialibus nupſerint, liceat patri, ſi quidem, uti dictum eſt, Curialibus nuptæ fuerint, totam ſubſtantiam, aut quidem certe novem uncias, prout voluerit, inter eos dividere: atque hic etiam ad legem, quæ de ſucceſſionibus ab inteſtato (38) diſponit, attendat. Si vero quædam ex his Curialibus nupſerunt, quædam vero non, novem quidem unciæ a patre uxoribus Curialium omnino relinquantur, & hoc quoque caſu, prout pater voluerit, (39) dividantur: (40) reliquum vero illis, quæ

 Curia-

(35) *mixta*) εἴτε μεμιγμένης γονῆς. Hal. εἴτε μεμιγμένων ſcil. ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν. Eodem ſenſu.

(36) *eas*) αὐτὸ ſcil. τριούγκιον. Hal. αὐτῷ. Male.

(37) *ſive ad*) Deſunt hæc in Vet. verſione.

(38) *diſponit*) τάττοντα. Hal. τάξαντα.

(39) *dividantur*) διαιρούμενον κἀνταῦθα. Hal. διαιρούμενον δὲ κἀνταῦθα &c.

(40) *reliquum*) τὸ δὲ λειπόμενον εἰς τὰς μὴ βουλευταῖς τῆς αὐτοῦ πατρίδος γαμηθείσας, ἢ καὶ εἰς. *H*æc abſunt ab editione *H*aloandri, qui poſt βουληθείη, *voluerit*, legit, ἑτέρας δηλαδὴ τῆς νομικῆς μοίρας &c. *alia ſcilicet parte illis ſervata.* Pro εἰς ἑτέρας δηλαδὴ τῆς νομίμου μοίρας &c.

Curialibus patriæ ſuæ nuptæ non ſunt, (41) vel etiam aliis, legitima ſcilicet parte etiam illis omnino ſervanda. Quod ſi nondum nupſerint, tunc illæ, vel una, vel quædam ex illis hæredes ex novem unciis ſub hac conditione ſcribantur, ut omnino Curialibus ejuſdem urbis nubant: aut ſi ipſe id nolit, vel ſcripſerit quidem, illæ vero nolint, novem unciæ ad Curiam urbis veniant, tres vero ſolum unciæ inter omnes eo modo, quo lex vult, dividantur, dotibus quoque earum computatis.

CAPUT V.

Si vero & maſculi & fœminæ ſint, maſculi quidem dimidiam partem ſubſtantiæ omnino habeant, fœminæ vero reliquam dimidiam, non tamen integram. Dabunt enim illæ quartam fratribus Curialibus, niſi vel omnes, vel quædam ex illis Curialium uxores ſint. Nam ſi ejuſmodi nuptias contrahant, & Curialibus in patria ſua matrimonio jungantur, tum a quarta parte liberabuntur, cum & ipſæ per maritos, quamdiu ſuperſtites ſunt, muneris participes eſſe videantur. Hæc nos (42) ſancienda exiſtimavimus, non ut hominibus rerum ſuarum adminiſtrationem adimamus, ſed ne Curiæ civitatum plane deſertæ fiant, nec impiis quibuſdam fraudibus Curiæ forte diminuantur. Cognovimus enim, quoſdam etiam lege prohibitas nuptias contrahere, ne ipſis exinde legitimi, ſed naturales liberi naſcerentur, & ut illis tanquam extraneis relinquerent, atque ita Curiam bonis illis debitis privarent.

CAPUT VI.

Illud quoque reipſa experti ſumus, (43) contra Curias multos etiam eſſe, qui dicunt, alterum ex parentibus ſuis, vel (44) Tamiacæ, vel (45) Vicaneæ, vel (46) Conchyleuticæ vel alterius conditionis,

(41) *vel etiam*) ἢ καὶ εἰς ἑτέρους δηλαδὴ, τῆς νομίμου μοίρας &c. Comma poſt δηλαδὴ, poni debet poſt ἑτέρους, plane ut *Nov. 82. c. 9. 10.*

(42) *ſancienda*) νομοθετῆσαι δεῖν φήθημεν. Hal. νομοθετῆσαι δὲ ἐσκέφθημεν.

(43) *contra*) ὡς κατὰ τῶν βουλευτηρίων γίνεται καὶ πολλοὶ εἰσὶν λέγοντες. Forte legendum γίνονται.

(44) *Tamiaca*) Vet. *Sacri ærarii.*

(45) *vicanea*) Κωμητικῆς. Vet. *Vicanea.* Hal. *comitiana.* Add. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* voce *Comitiaca.* Κωμῆται vel Κωμήτικοι ſunt *vicani* ut *Nov. 52.* ca-

nis fuiſſe, ſeque ipſos, vel Tamiacis, vel Vicaneis, vel Conchyleuticis, vel aliis quibuſcunque conditionibus adſcribere & Curiam declinare conantur. Sancimus igitur, (47) ut nulla ſit ejuſmodi machinatio adverſus publicum: ſed ſive Curialis ex matre Tamiaca, ſive ex Conchyleutica ſive Vicanea filium ſuſceperit, Curialem conditionem prævalere volumus. Curiales enim pauciſſimi ſunt in noſtra Republica, Tamiacorum vero & Vicaneorum, & Conchyleutarum magna eſt copia: magiſque convenit Curias urbium augere, (48) quam multitudinem multitudini addere. Si vero quidam prætextu matris ſuæ, tanquam Tamiacæ, vel Conchyleuticæ, vel Vicaneæ conditionis, ſeipſos Curiali conditione eximere conati fuerint, vel conentur ab elapſa jam decima hac (49) indictione, ea, quæ ad hunc modum ſive in ſacra aula, ſive alibi acta ſunt, nulla & invalida ſint: atque ut illi inpoſterum Curiales ſint ſancimus. Nam ſi quid ante decimam indictionem actum eſt, illud firmum & in robore ſuo manere volumus.

Eximimus vero ſacra hac conſtitutione Theodoſium, ejuſque fratres, & filios Johannis, cognomine (50) Xiſcon; qui ſeipſos Tamiacæ conditioni (quanquam parentibus Curialibus nati) ante decimam indictionem adſcripſerunt: & quicquid ad eos liberandos actum eſt, tollimus.

ptationi ſubjecti, non ut Haloander interpretatur Comitiani. Comitiani ſunt officiales Comitis privatarum vel largitionum vel domorum. *CUJAC. h.* & ad l. 1. C. Non lic. habitat.

(46) *Conchyleutica*) Κογχυλευτικῆς. Vet. *purpurariæ. Hal. Conchy-legulorum.* Jul. *Murilegulæ.* Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* voce *Murilegula.* Murileguli ſeu Conchylioleguli ſunt Piſcatores, qui muricem ſeu purpuram legunt, ad tingendam blattam, ſericum & metaxam in uſus Principis. Conditioni ſuæ ita adſtricti erant, ut non poſſent ad dignitatem vel militiam ullam aſpirare. Certæ eorum familiæ erant per Orientem & Occidentem. Vid. *Tit. C. Th. d. Murilegulis*, ibique *Gothofr.* & *Tit. C. Juſtin. de Murilegulis*, ibique *Cujacium.*

(47) *ut talis machin.*) μηδεμίαν εἶναι τοιαύτην τέχνην. Hal. pro τέχνην habet τύχην, *fortunam.* Utramque ibi ſuſtineri poſſe *Agylæus* teſtatur. Ego τέχνην præfero.

(48) *quam &c.*) ἢ πλῆθος πλήθει προσθεῖναι. *Hal.* ἢ πλείονι πλήθει προσθεῖναι. *quam numeroſæ multitudini alios de integro addere.* Illud rectum eſt.

(49) *indictione*) ἐπινεμήσεως. *Hal.* ἀπονεμήσεως. Paulo poſt tamen ἐπινεμήσεως.

(50) *Xiſcon*) Ξίσκων. Hal. Ἐξίσκων.

Digitized by Google

limus. Nullo enim eorum, quæ obtinuerunt, eos frui, ſed Curiales eſſe, quæque Curialium ſunt, facere, & ad munera Curialia reſpicere volumus, ita ut nihil, quemadmodum diximus, eos juvare poſſit, licet ex aula, vel aliunde quid illis (51) definitum ſit.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, atque ad utilitatem civitatum & Curiarum pertinere exiſtimavimus, & ſacra hac lege indicantur, Excellentia tua cuſtodire & effectui dare ſtudeat, pœna (52) XX Libr. auri illis imminente, qui hanc noſtram legem violare auſi fuerint. Dat. (53) XV Cal. Martii. Conſtantinop. (54) Biliſ. V. C. Conſ.

Tit. XVIII.

De reſtitutione dotalium & antenuptialium. Et de ea, quæ undecimo Menſe poſt mortem viri parit.

CONSTIT. XXXIX.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo per Orientem Sacro Prætorio iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

INſtabilitas & varietas humanæ naturæ, (1) aſſidua medicina indigens, non aliter bene ſe habebit, (2) licet quis prima ejus principia guber-

(51) *definitum*) περιωρισμένον. *Hal.* πεπερασμένον. Non male. Vet. *licitum* poſuit, quod convenit cum *Haloandri* lectione.

(52) *XX lib. auri*) Hæc non leguntur in Codice Haloandri. *Vetus* tamen *interpres* ea agnoſcit.

(53) *XV. Kal.*) Sic reſtitui hanc ſubſcriptionem depravatam apud Scrimgerum & alias editiones. *CONT.*

(54) *Biliſ.*) Vet. *Indictione undecima, poſt Conſulatum Baſilii anno ſeptimo.* Julian. *Hæc conſtitutio data eſt in menſe Martio, Indictione undecima, poſt Conſulatum Beliſarii.*

(1) *aſſidua*) κατὰ μικρόν. Significat id quidem *paulatim*; hoc tamen loco idem eſt, quod *ſæpius*.

(2) *licet quis*) Κἂν εἰ τὰς πρῶτα τις αὐτῶ κυβερνήσειεν. *Hal.* κἂν εἰς τὰς πρώτας τις αὐτὸ &c.

Digitized by Google

gubernet, (3) quam ſi ſingula, quæ emergunt, decidat, atque ita illam tranquillam, quietam & cum lege convenientem reddat. Tale quid etiam eſt, quod nunc (4) emergit, & legis ferendæ neceſſitatem nobis attulit. Scimus enim nuper etiam de reſtitutionibus dubitatum fuiſſe, & ſi contigiſſet, ut quædam hypothecæ ab iis, qui gravati erant, eſſent datæ, res ad modum dubia erat, utrum res, quæ reſtitui juſſæ erant, etiam in periculo eſſe debeant, an illius ſolum, qui reſtitutione gravatus eſt. Multa quoque erat quæſtio de differentia verborum, utrum defunctus (5) eas res, quæ poſt mortem illius, qui reſtitutione gravatus eſt, ſuperſunt, reſtitui præceperit, an ſimpliciter id quod relictum eſt (6) retenta legitima parte, reſtitui juſſerit. Introducebantur etiam fideicommiſſi perſecutiones, (7) & ex inopia in rem miſſiones, & multi atque varii ac pene indiſſolubiles in rem miſſionis circuli. Et quod nos his rebus medentes nuper legem ſcripſerimus, in totum prohibentes, (8) ne res, quæ reſtitutione gravatæ ſunt, alienentur, aut obligentur, ſed cum ſua qualitate ambulent: neve firmum maneat quicquid geſtum fuerit, ſed ad eum redeat, cui ut detur præceptum eſt. Atque hæc quidem lex jam diu lata, & in judiciis approbata fuit, ſed futurum erat, ut quemadmodum jam diximus, tempus quod omnia ferre ſolet, neceſſaria quadam exceptione legem egere oſtenderet. Adierunt enim nos tam viri quam fœminæ ea re læſi. Nam in ſpecie quadam, de qua quæſtio erat, uxor moriente

(3) *quam ſi ſing.*) τὸ κατὰ μέρος αὐτὸ ἐπανιστάμενον. *Hal.* τὰ κατὰ μέρος αὐτῷ συνιστάμενα. Male.

(4) *emergit*) ἐπελθόν. Hal. male ἐπελθεῖν. Vet. *emergens.* Similem phraſin vide *Nov.* 2. *præf.*

(5) *eas res*) διατάξαιτο τὰ περιττεύοντα πρὸς τῇ τελευτῇ τοῦ βεβαρημένου τῇ ἀποκαταστάσει πράγματα δεῖν &c. Hal. διατάξαιτο τῶν ἐνεχομένων ἐν τῇ τελευτῇ τε περιττεύοντα πρὸς τῇ τελευτῇ τοῦ βεβαρημένου τῇ ἀποκαταστάσει τῶν πραγμάτων δεῖν &c. *Præceperat, ut quæ ex inventis mortis ſuæ tempore poſt mortem reſtitutione gravati ſupereſſent, &c.* Vid. *Ant. Aug.* verb. *Reſtitutio.*

(6) *retenta*) παρακατάσχοντι. Hal. male, παρακατάσχοντι, poſt legitimam detractam.

(7) *& ex inopia*) καὶ ἐξ ἀπορίας αἱ *in rem miſſiones.* Deſunt illa apud *Hal.* & redundare videntur *Agyleo.*

(8) *ne &c. alienentur*) μὴ ἐκποιεῖσθαι. *Hal.* ἐκποιεῖσθαι. Redundat autem τὸ μή.

viro & dotem & donationis ante nuptias, ſeu propter nuptias partem, quam mariti mors illi dabat, exigebat. Ab altera vero parte frater defuncti res vindicabat, patriſque voluntatem oſtendens res mulieris auferebat, inquiens, fratrem quidem ſuum eas erogaſſe, ſe vero apud mulierem res paternas videre, quas pater liberis non exiſtentibus ſibi reſtitui præcepiſſet, ſeque eas perpetuo vindicaturum, nec ceſſaturum, donec legi noſtræ per omnia ſatisfactum ſit. Verum merito lamentabatur mulier, & negabat juſtum eſſe, ut maritus quaſi per fraudem totius dotis fiat dominus & præmoriente muliere lucrum ex pacto habeat: marito autem mortuo, ipſa reſtitutionem ignorans, periculum amiſſionis ſuſtineat. Sed huic quidem rei data eſt forma, quam recte ſe habere putavimus. Rurſus & alius nobis ſupplicavit, inquiens, patrem uxoris reliquis liberis ſuis ſubſtantiam reſtituiſſe, & juſſiſſe ut minima ſolum pars apud eam maneret. (9) ſibique magnum imminere periculum, ſi quidem ſubſtantia ſua tum quoad reſtitutionem dotis, tum quoad totum (10) pactum in dotalibus inſtrumentis de donatione ante nuptias factum periclitetur, ipſi vero nihil eorum propter bonorum ex reſtitutione ademtionem conſequi liceat. Hæc nos merito (11) moverunt, & melius eſſe exiſtimavimus legem noſtram corrigere, quam ſubditos noſtros periclitantes negligere, maxime in nuptiis, quibus nihil hominibus utilius eſt, ut quæ ſolæ homines producere poſſunt.

CAPUT I.

Si quis unum ex liberis, vel extraneam perſonam heredem inſtituerit.

Quamobrem legem hanc ferimus, reliqua omnia, quæ in priore conſtitutione a nobis lata habentur, rata manere volentes: hoc vero ſolum innovantes, ut ſi quis impoſterum bona ſua reſtitui jubeat, primum filio legitimam partem, non quartam (hoc enim correximus, nimiam ejus tenuitatem (12) damnantes) ſed tertiam omnino ſervet, vel dimi-

(9) *ſibique*) καὶ μέγαν αὐτὸν ἐφεςάναι κίνδυνον. Hal. αὐτῷ &c.

(10) *pactum*) σύμφωνον. Hal. συμφωνούμενον.

(11) *commoverunt*) ἐκίνησαν. Recte, Hal. ἐκίνησεν.

(12) *damnantes*) καταγνόντες. Hal. καταργοῦντες, *obliterantes*.

[illegible]n pro numero liberorum: deinde etiam (13) ex reliqua parte [illegible] (14) ſi legitima pars ad dotem vel donationem propter nu-[illegible] dandam, quæ decenter ac pro qualitate perſonarum (15) metien-da eſt, non ſufficiat, hoc quoque reſtitutioni eximatur, in quantum id, quod legitimæ parti additum eſt, dotem aut donationem propter nuptias efficit. Sancimus enim, ut hoc modo inſtrumenta dotalia, & [illegible] nomine alienationes, atque hypothecæ a reſtitutione prorſus [illegible]. [illegible] ſive viri ſive mulieris perſona ejuſmodi reſtitutione gra-vata ſit, etiam [illegible] donationem ante vel propter nuptias, uti vocatur, offerre liceat, reſtitutione illa, quantum ad has res, nihil valente: ſi-ve mulier reſtitutione gravetur, dationi dotis impedimento non ſit. Quæ enim in commune omnibus utilia ſunt, præponimus iis, (16) quæ privatim quibuſdam conducunt. Atque hoc nuptialium donationum & earum [illegible] privilegium eſto. Etenim ſi majores noſtri gene-ralibus hypothecis multa per præſumtionem exemerunt, (licet nobis non adeo neceſſaria) quomodo non nos ob majorem & meliorem ra-tionem lucra nuptialia (17) eximemus?

§. 1. Hæc vero omnia futuro tempori & reſtitutionibus, quæ (18) poſt hanc legem latam fient, largimur. Neque enim (19) hanc læſionem fieri permittimus, ut, ſi quæ mulier exiguam dotem habens, deinde legem noſtram cognoſcens, vel ſi vir aliquis mediocrem dona-tionem ante nuptias faciens, in fraudem legis dotem ſive donationem propter nuptias augere velit, (20) inſidiæ reſtitutionibus ſtruantur.

 Nam

(13) *ex reliqua*) ἐκ τὸ λειπόμενον τῆς [illegible] μοίρας. Τὸ ἐκ delendum eſt, ſequi-tur enim ἐξαιρεῖσθαι καὶ αὐτὸ τῆς &c. Ne-que [illegible] Haloander id habet.

(14) *ſi legit.*) ἐν ᾧ μὴ ἀρκοίη.

(15) *metiendam*) συμμετρουμένης. Recte. Hal. συμμετρουμένας, *commenſurate*.

(16) *quæ &c. conducunt*) λυσιτελοῦ-[illegible] Hal. συντελοῦσαν.

(17) *eximemus*) ἐξαίρειν. Recte. Hal. φέρειν, *exceptionem*.

(18) *poſt hanc*) ἢ τόνδε γενέσθαι τὸν νό-μον. Sic & Baſιλ. Hal. [illegible] τὸν γενέσθαι τὸν νόμον. Ver. & Hal. *poſt hanc legem*. Vi-detur legendum μετὰ τόνδε &c. [illegible] γε-νέσθαι tollendum. Potest tamen & vulga-ta lectio ſubſiſtere.

(19) *hanc*) ἐκεῖνο &c. τὸ βλάβος. Re-cte legitur in Baſιλ. [illegible] ſc. τῷ νόμῳ. Sic in ſeqq. [illegible] τοῦ νόμου.

(20) *inſidias*) τὸ [illegible] ἐπιβουλὴν τῶν ἀποκαταστάσεων. Hal. τῷ [illegible] &c.

Nam & hanc fraudem tollimus, nullam utilitatem iis, qui augmentum faciunt, concedentes, legem noſtram quantum læſionem reſtitutionum ad futuro tempori ſanctam conſervantes. Sit igitur hoc unum caput præſentis legis.

CAPUT II.

De muliere, quæ undecimo menſe parit.

ALterum vero de mulieribus, quæ poſt primas nuptias ad ſecundum matrimonium venerunt, antequam annus, quem leges annum luctus vocarunt, exierit: quas puniebant tres conſtitutiones anteriorum Imperatorum: & nos quoque legem (21) hac de re cum quibuſdam correctionibus nuper ſcribentes, quæ de illis ſancita erant in exigua quadam legis noſtræ parte (22) tetigimus. Sed impudentiſſimum quiddam nunc contigit, quod noſtris temporibus accidiſſe nolebamus: ut merito id dignum correctione nobis viſum fuerit. Mulier enim, cum viro nupſiſſet, eum amiſit, illo, ut videtur, etiam adhuc ſuperſtite libidinoſe vivere cogitans. Nam anno nondum elapſo ſub finem undecimi menſis peperit: ut dici non poſſit infantem ex defuncto eſſe. Neque enim graviditas in tantum tempus (23) protenditur. Et quoniam hæc quoque una eſt ex pœnis (24) intempeſtivas nuptias contrahentium, ut uxor donatione ante nuptias a viro data ſtatim excidat, illamque ſtatim (25) perdat, & neque uſumfructum ejus habeat: merito liberi, qui mirabili matris partu injuria affecti erant, æquum putabant, ut donationem patris propter nuptias acciperent, nec mulier a marito, quem tam cito

tendendo i[illegible] ſidias reſtitu[illegible]ionibus. Vet. & *hoc trahere ad in[illegible]dias reſtitutionum* Si quis hæc alio referri [illegible], quam ad præcedens [illegible], [illegible] erit τῦτο ἔλ-κη. Vel ſi [illegible] q[illegible] m[illegible] cum præced[illegible] [illegible] καὶ τῦτο ἕλκειν, quo[illegible] *Int.* Vel δὲ ἕλκειν τῦτο. [illegible] pio [illegible] ſcribi, ὥςε &c. [illegible] Βασιλ. no-ſtr[illegible] [illegible] τῷ [illegible] *Hal.* habet, [illegible] juvare non videtur

(21) *hac de re*) περὶ τῦτο. Hal. περὶ [illegible]. V[illegible]. Non male.

(22) *tetigimus*) [illegible]. Hal. [illegible]. Vet. *tetigimus.*

(23) *protenditur*) ἐξελάσῃ. Hal. ἐξε-[illegible]

(24) *intempeſtivas*) ἀώρυς. Vet. *acer-*[illegible]

(25) *perdat*) ἀπολλύναι. Hal. ἀπολ-λ[illegible].

cito injuria affecit, quicquam lucri perciperet. At illa (erubeſcimus autem verba ejus proferre) ſe amiſſione indignam eſſe dicebat, cum ſciat legem de legitimis nuptiis loqui: ſe autem præter primas nullas contraxiſſe nuptias, ſed partum illum eſſe naturalis concupiſcentiæ acceſſionem. Verum quod illa mille aliis etiam caſtigationibus ſubjaceat, (26) cum ſtuprum commiſerit, in confeſſo eſt, neque nos illas pœnas ei remittimus: maximam tamen (parcimus enim liberis defuncti) amiſſionem donationis ante nuptias etiam in hoc caſu illi imponimus, quam lex in eas ſtatuit, quæ intra tempus luctus ad legitimas nuptias veniunt. Nam ſi lex illis non relinquit impunitas, etſi legitimas nuptias contraxerint (quoniam [illegible] ſuſpicata eſt, malam quandam ſuſpicionem adverſus ſecundum maritum ante adfuiſſe, quia cito ad nuptias feſtinavit) (27) quomodo hic, ubi non in ſolam ſuſpicionem res venit, ſed accurata atque indubitata probatione omnium impiiſſimus ille partus delictum utro probat, ſine pœna eam relinquemus?

§. 1. Quare ſancimus, ſi quid tale contigerit, & mulier intra tempus luctus ſub finem anni pariat, ut indubitatum ſit ſobolem non ex priori eſſe matrimonio, ut ipſa donatione ante nuptias & quoad dominium, & quoad proprietatem plane privetur, reliquiſque pœnis omnibus ſubjiciatur, perinde ac ſi legitimas ſecundas nuptias intra tempus luctus contraxiſſet. Nunquam enim luxuria plus habeat, quam caſtitas: ſed & illi eædem pœnæ immineant, (28) periculum quoque accuſa-

(26) *Stuprum*) Sic in Gr. Baſil. μοιχείαν.

(27) *quomodo hic*) πῶς ἐκ ἐνταῦθα. Sic *Hal.* & *Vet. Interpres.* Illud ἐκ videtur tollendum, vel cum *Hal.* [illegible] legendum pro ἀνεύθυνον, *ſine pœna*, ὑπεύθυνον *pœnæ obnoxiam.* Senſus enim id requirit, cum Imperator velit mulierem eam non eſſe ſine pœna relinquendam, cum [illegible] puniatur, ubi ſola ſuſpicionis res agitur. Aliter ſentit *Agylæus*, qui ait: Hæc verba, quæ idem ſine negatione ac cum negatione [illegible], atque ex eorum numero apud Græcos κωλύω etiam ut apud Latinos pro jubeo & veto eſſe, Grammaticis notum eſt. Quocirca quod in proximis Græcis apud Scrimgerum negatio eſt, apud Haloandrum vero non eſt, [illegible] mirari non debet. AGYLÆUS. Libri Βασιλικῶν [illegible] ſervant [illegible].

(28) *periculum*) κινδυνευέτω δὲ καὶ περὶ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀπὸ τῆς συγγραφῆς. Hal. κινδυνευέτω δὲ καὶ περὶ τὴν ἐλπίδα τῆς

cuſationis propter crimen ſtupri ſuſtineat, ut neque intempeſtivas [illegible]ptias concupiſcat, neque legitimas nuptias majore malo circumveniat.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia Tua cognoſcens, more ſolito per propria programmata omnibus manifeſta faciat. (29) Lex ſcripta eſt Johanni Glorioſiſſimo Præfecto Sacro per Orientem Prætorio, iterum Exconſuli & Patricio. (30) Dat. XV. Kal. Maji Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

Tit. XIX.

(1) Ut Eccleſiæ Sanctæ reſurrectionis alienare liceat ædificia in ipſa civitate ſita.

CONSTIT. XL.

Idem Imperator Petro Sanctiſſimo & Beatiſſimo Archiepiſcopo Hieroſolymitano.

PRÆFATIO.

DE prohibitione Eccleſiaſticarum alienationum generalis quidem lex a nobis jam promulgata eſt, quam & obtinere & in omnibus ratam eſſe volumus. Quoniam vero utilitatis omnium Eccleſiarum curam gerere convenit, præcipue vero (2) Sanctæ reſurrectionis & loci, in quo Creator mundi (3) homo naſci dignatus eſt, hanc legem ſcriben-

ἀπὸ τῆς μοιχείας [illegible] & præterea m[illegible] [illegible]ſcriptiones de adulterio in periculum add[illegible]citor.

(29) *ex ſcripta*) Quod apud Scrimgerum ſub conſtitutione poſitum eſt, Johanni Præfecto Prætorio legem ſcriptam eſſe, inepta [illegible] & ri[illegible] [illegible] eſt AGYL[illegible]US. Deſunt [illegible] in [illegible]tione Holoandri.

(30) *Dat. XV.*) Vet. *Dat. Kal. Januar. Conſtantinop. Præfect. Beliſ. V. C.*

(1) *ut Eccleſi*[illegible]) Hæc Novella no[illegible] [illegible] in [illegible]dit. *Holoandri* nec Baſil.

(2) [illegible] *Reſurre[illegible].*) *Hæc* verba ex [illegible] recitat Albericus R[illegible] in Verbo Eccl. San. Reſur[illegible]. CONT.

(3) [illegible] *naſci*) ἠξίωσεν ἐν ἀνθρωπίνῃ καταστάσει γενέσθαι. Cont. *in humana conſiſtens generatione.* Puto vertendum eſſe, *homo naſci.*

[illegible] ex[illegible]mus, non ut ea, quæ jam a nobis ſancita ſunt, in[illegible]entur, ſed propter convenientem & neceſſ[illegible]m rerum utilitatem. [illegible] conſtat. Sanctiſſimam Reſurrectionem illos, qui ex [illegible] terrarum orbe eo confluunt (quorum multitudo infinita dicenda eſt) [illegible], alere, & immenſos ac in[illegible]os ſumtus facere, illis, qui [illegible] congregati ſunt, ſufficientes, ſecundum miracula a magno Deo & [illegible] noſtro JEſu Chriſto facta, qui multitudinem ineffabilem [illegible] nutrivit, (3) in dies ſuſcipientem. Itaque & plurimis re[illegible] [illegible] illa eget, quibus tantam multitudinem (4) juvare poſſit.

§. 1. Cognovimus igitur, quod Euſebius Deo chariſſimus hoc tempore P[illegible] & Sanctiſſimæ Eccleſiæ in regia hac urbe Cimeliarcha, ad dictam Hieroſolymitanorum civitatem proficiſcens, & graves atque pios [illegible] etiam nunc oſtendens (per quos multis iiſque magnis & [illegible] augmentis Sanctiſſimæ Eccleſiæ reditum auxit) trecentis octoginta [illegible] auri, reditum triginta (paulo plus minusve) librarum auri [illegible], quaſdam pecunias pie colligens, quaſdam ut Piiſſimi Oeconomi dictæ Sanctæ Reſurrectionis mutuas ſumerent procurans. Docuit etiam nos, cr[illegible]ores ſua repetere, ſeque præter opinionem alium inveniſſe reditum. Multos enim ad dictam urbem Hieroſolymam deſiderio locorum Deo [illegible] confluentes & accedentes, habitationes Eccleſiaſticas multo auro comparare velle, ut ipſis in dicto loco habitatione frui liceat: ſacræ vero Reſurrectionis antiſtites metu legis de Eccleſiaſticis alienationibus latæ, id facere non poſſe, quanquam tanta ſit ejus utilitas, ut quidam in quinquaginta annos ejuſmodi (5) domus

[illegible] καθ᾽ ἡμέραν δεχομένην. [illegible]ctio vero quam dedimus pro[illegible] ex
Q[illegible] ba retere[illegible] ſint, non ve[illegible] ſeqq. [illegible] &c.
[illegible] ad [illegible] co[illegible]te- | ( ) [illegible] μάλλοι [illegible]
[illegible] m habent. Puto per- | [illegible]. Cont. [illegible]
[illegible] & idem dicere quod | [illegible].
[illegible] paulo ante, ſeq[illegible] ſ[illegible]er- | (5) [illegible] Cont. [illegible]
[illegible] r repeti. Po[illegible]nt [illegible]
[illegible] teſtu [illegible]ndi. Conſtru- | ſych. [illegible]

mus emere velint: indeque magna, nec dici poteſt quanta (6) differentia ſit futura, ſi ad Sanctiſſimam Eccleſiam poſſeſſio reditus circiter viginta librarum auri, (7) qui mirabilis eſt, vix tredecim annis perveniat, ædificiorum vero venditio in quinquaginta (8) annos fiat: præſertim cum res in domibus conſiſtat, quæ omnibus fortuitis caſibus ſubjacent, & ſtatim cum illis pereunt, nec facile ullum veſtigium relinquunt, ſi caſu aliquo (abſit autem ut vel hoc dicamus) evertantur, aut aliter conſumantur.

CAPUT I.

HÆc ad præſentem legem ut veniremus fecerunt, quam Domino Deo, & Reſurrectioni omnium Eccleſiarum Sanctiſſimæ dedicamus: qua reliqua quidem omnia in Sanctiſſima Reſurrectione quoad prædia Eccleſiaſtica ſancimus, (neque enim ullam venditionem prædiorum facere ullo modo ipſi permittimus) in ædificiis tamen de rigore legis nonnihil remittimus. Nam ſi eam ad utilitatem Sanctiſſimarum Eccleſiarum ſcripſimus, tantam autem utilitatem illi rei ineſſe videmus, quare non hac lege id eis permittemus, omnem & vendentibus poteſtatem & ementibus ſecuritatem concedentes? maxime cum tempus ædificia ad eam cito reducturum eſſe ſciamus, quod emtores eorum, qui ſtudio quodam erga Deum ea emerunt, eadem quoque, cum morientur, illi relicturi ſint. Liceat igitur Sanctiſſimæ Eccleſiæ venditionem ædificiorum facere, nec legem generaliter de iis latam metuat, propterea quod lege recentiore limitata, nec pœna aliqua in ullam perſonam ullo modo conſtituta ſit.

§. 1 Fu-

λῆς μόνης ἐῷ πανδυνεῖ. Vid. & *Nov. 43. cap. 1. §. 2.* In *Nov.* [illegible] *cap. 2.* συγγνώμων & ἐπιεικὴς ſunt idem. C[illegible] in ſeqq. Imperator hoc verbum illuſtret atque efferat per ἐκπρεπῶς [illegible], Contium ſequi voluimus, cum & [illegible] id exigat. Gloſſ. Jur. συγγνώμων, lo ἐπιεικής.

(6) *differentia*) ἡ διαλλαττούσης *Cont. commodo.*

(7) *mirabilis*) καὶ ταῦτα θαυμασίως [illegible] *Cont.* *hæc conſtituente admiratione.* Adverbum ſi reddatur, eſt *eaque mirabilis exiſtente*, quæ perpetua eſt phraſis Imperatoris.

(8) *annos*) ἐν αὐλοῖς. Alii legunt ἐπαυλοῖς. CONT.

§ 1. Futuro vero tempore id ipſum facere liceat, ſicubi talis quædam emerſerit utilitas, ut multiplex bonum pro minimo Sanctiſſimæ Reſurrectioni ex alienatione accedat: omnemque ſecuritatem emtores eorum nunc & omni ſequenti tempore habeant, nullamque ablationem nec ipſi, nec heredes, nec ſucceſſores eorum, neque hoc neque alio tempore metuant: (9) quia juſtum non eſt, cum illi ob hanc legem confidenter ad emtionem accedant, ut perturbationem quandam, vel avulſionem, vel damnum, vel ablationem ſuſtineant. Decretum itaque Beatitudo Tua præſentibus venerabilibus Clericis faciat, & cauſam declaret, ob quam alienatio domuum fiat, quod majorum bonorum gratia earum venditio inſtituatur, cum paucæ res vendantur, plures vero & pulchriores inde acquirantur: pretio ſcilicet inpræſentiarum ex penſionibus habitantium collecto, venditione in quinquaginta annos facta, in ſolutionem debitorum, quæ creditores pro acquirendo dicto reditu dederunt, impendendo. Si enim omnium Dominus ſimul & Creator Deus, tantum ipſi privilegium præ reliquis urbibus dare dignatus eſt, ut in ipſa ſecundum carnem reſurgeret, manifeſtum eſt, quod & nos Dominum Deum, & magna ejus miracula, quantum homini potis eſt, ſecuti, præ reliquis Eccleſiis privilegium aliquod illi dederimus, ut hac noſtra lege fruatur, quam veluti primitias illi offerimus, utilitatem ejus in omnibus colentes & honorantes.

EPILOGUS.

Quæ igitur hac ſpeciali, & legum libris inſcribenda lege a nobis ſancita ſunt, Tua Beatitudo cognoſcens, omnibus qui ibi ſunt, eam manifeſtam reddat, noſtramque voluntatem declaret, quam circa Sanctiſſimam & merito ab omni hominum genere adorandam Reſurrectionem noſtra potentia habet, & Domino Deo dedicat, qui nos tantis & talibus bonis præ reliquis omnibus, qui ante nos imperarunt, in qualibet re dignatus eſt, & dignatur. Lex ſpecialis ſcripta Petro Sanctiſſi-

Fff

(9) *quia*) Cont. *propterea* quod *per præſentem legem ipſos confidentes poſſe ad emtionem accedere, non ſunt juſti aliquam pro hoc ſuſtinere* &c.

ctiſſimo & Beatiſſimo Archiepiſcopo & Patriarchiæ civitatis Hieroſolymitanæ. Dat. XV. Kal. Jun. Conſtantinop. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

Tit. XX.

(1) De Quæſtoribus, id eſt, Præfectis Inſularum.

CONSTIT. XLI.

HÆc conſtitutio quendam virum magnificum, Bonum nomine, quæſtorem exercitui fecit. Nam & more antiquo duplex erat Quæſtorum magiſtratus, & unus quidem (2) circa latus principis erat, alter autem quæſtor exercitui præerat. Diſpoſuit autem præſens conſtitutio etiam annonas quæſtoris & conſiliarii ejus. adparitionem quoque ei dedit ad imitationem quandam Præfecti Prætorio, id eſt Scriniarios & (3) ab actis & precones & (4) Commentarienſes & (5) Lampadarios & omnem deinceps ordinem. Sed & annonas militum tam (6) co-

(1) *De Quæſtoribus*) *Hæc* Novella deeſt apud Scrimgerum & Haloandrum, ex Juliani Epitome eam excepit CONT. Ad hanc vero *Novellam* & præcipue de *Quæſtoribus* vid. *Cujac. Obſ. XVI. 6.* qui & in *Expoſ h. N.* notat hanc ut tempore poſteriorem derogare *Novellæ 50.*

(2 *circa latus*) Munere quæſturæ fungebantur Viri legum Conſultiſſimi, eosque Principis παρέδρους *Aſſeſſores* paſſim vocat Procopius; qui quid ex legum præſcripto faciendum eſſet, Principem monerent. *l. 1. bell. Goth. Evagr. l. 4 c. 12. Zoſ. lib. 5.* Σάλβιος &c. *Salvius*; *cujus munus erat Imperatoris ſententias pronunciare.* Hic vocari Quæſtor cœpit tempore Conſtantini, unde Quæſtor so μα βασιλέως dicebatur, *os Imperatoris* &c. ſunt & minorum Magiſtratuum Quæſtores & πάρεδροι, ut Proconſulis Cappadociæ &c. Vid. *Alem. ad Procop. ἀνεκδ. p. 89.* Vid. & *Alciat. Diſp. III. cap. 12.* dicuntur quæſtores Palatii, de quibus agit *Nov. 35.* De quæſtoribus Exercitus hac *Nov.* agitur. Alius eſt quæſtor de quo *Nov. 80.* ad quærendos mendicos conſtitutus.

(3) *ab Actis*) Ab actis vel actuarius eſt, qui non litigantium acta in judicio ſcribebat: illa enim ab exceptoribus notabantur, ſed diverſa contrahentium & aliorum negotia coram judice chartis mandabat *l. in Sacris Scrin. C. d. prox. Sacr. Scrin Pancirol. ad Not. Imper. Or. cap. 14.* Vid. Ant Aug. ea voce.

(4) *Commentarienſes*) Commentarienſis eſt, qui carceribus præeſt. *Pancirol. ad Not. Imp. Or. cap. 13.* Vid. Ant. Aug. ea voce.

(5) *Lampadarios*) Vid. Ant. Aug.

(6) comitatenſium quam (7) Limitatenſium diſpoſuit, quomodo diſtribui debeant. Subjecit autem ei & quinque provincias id eſt Schythiam & Myſiam, & Cariam & omnes Cycladas inſulas & Cyprum totam. Cauſarum quoque auditorium habere ei conceſſit, ut non obponatur ei fori præſcriptio. Subjunxit autem & (8) notitiam impenſarum. Et eſt promulgata hæc conſtitutio Kal. Jun. indictione XII. poſt Conſulatum Bilis. V. C.

TIT. XXI.

(1) De abdicatione Anthimi & Severi & Petri & Zooræ & reliquorum.

CONSTIT. XLII.

Idem Imperator Menæ Sanctiſſimo & Beatiſſimo Archiepiſcopo & Patriarchæ (2) Univerſali.

PRÆFATIO.

REm non inſolitam Imperatoribus nos quoque agentes, ad hanc legem venimus. Quotieſcunque enim ſacerdotum ſententia nonnulli ſacerdotio indigni a ſacra ſede amoti ſunt, (ut Neſtorius, Eutichus, Arius, Macedonius, Eunomius, aliique pravitate illis non inferiores) toties Imperator quoque cum Sacerdotum auctoritate conſenſit: ut divina cum humanis convenientia rectis judiciis unam ſymphoniam efficerent. Simile quiddam nuper (3) in Anthimo contigiſſe ſcimus, de regiæ hujus urbis throno dejecto ab Agapeto, piæ & glorioſæ memoriæ Pontifice ſanctiſſimæ Eccleſiæ in antiqua Roma, (4) ut qui

 modo

(6) *Comitatenſium*) Vid. Ant. Aug.

(7) *Limitatenſium*) Vid. Ant. Aug.

(8) *notitiam*) Vid. Ant. Aug.

(1) *De depoſitione*) περὶ καθαιρέσεως. *Hal. ut Anthimus &c. & reliqui heretici Eccleſiaſtico gradu detrahantur.* Pro Ἀνθίμου autem legit Ἀνθίμιν, & pro Σιβήρου Σευήρου.

(2) *univerſali*) οἰκουμενικῷ. Hal. *univerſi ejus tractus.*

(3) *in Anthimo*) περὶ Ἄνθιμον ἀπελαθέντα τοῦ θρόνου Hal. περὶ Ἀνθίμου ἀπελαθέντος τοῦ θρόνου. & mox ἐπειστηδήσαντος.

(4) *utpote qui modo*) εἶτα τῷ κατὰ μηδένα τρόπον αὐτῷ προσήκοντι &c. ἐπι-

modo illi plane non convenienti contra omnes ſacros Canones ſedem occupavit: tum vero communi primum ſententia viri illius piæ memoriæ, (5) deinde & ſacræ ſynodi hic celebratæ condemnatus fuit, & de gradu dejectus: quod a rectis dogmatibus diſcederet & quæ prius admodum amare videbatur, (6) illa deinde variis artibus refugeret, ac quatuor quidem ſanctas ſynodos ſequi ſe ſimularet, trecentorum ſcilicet & octodecim patrum Nicææ, (tum centum & quinquaginta in felici hac civitate, tum ducentorum Epheſi primum, tum & ſexcentorum triginta patrum Chalcedoni congregatorum) dogmata autem (7) illorum non ſequeretur, neque humanitatem & Clementiam noſtram, qua pro ſalute ejus (8) uſi ſumus, amplecti, neque impiorum dogmatum authoribus, a prioribus ſanctis ſynodis ejectis, renunciare vellet, verum damnatos & damnantes eodem loco habendos putaret. Semel enim opinionibus a Sanctiſſima Eccleſia alienis mancipatus, & a rectis dogmatibus abalienatus, merito a[illegible]tas illas reverti non potuit, quanquam incitatus a nobis & in viam [illegible]uctus ſit, qui omnem diligentiam ad ſalutem ejus adhibuimus.

CAPUT I.

PRopter hæc igitur omnia (9) ſententiam abdicationis de ipſo a ſacra ſynodo latam, ob illicitum nec a ſacris canonibus probatum Sacerdotalis ſedis, quæ in Regia hac urbe eſt, raptum, atque a rectis & veris

συνδέοντα θρόνῳ. Hal. οἷα τοῦ &c. ἐπισυνδέοντος θρόνῳ. Lege [illegible] cum Hal. apud quem tamen reliqua non ſatis recte ſe habent.

(5) *deinde & ſacræ*) καὶ μὲν καὶ τῆς ἐνταῦθα γενομένης ἱερᾶς συνόδου καταδεδικασμένου τε καὶ καθῃρημένου διότι τῶν ὀρθῶν ἀνέστη δογμάτων, καὶ [illegible]. Hæc deſiderantur in Hal. editione. Agylæus ita vertit. *tum vero etiam ſacræ ſynodi quod hic coierat Cenſura & condemnatum & depoſitum. propterea quod a recta ſynceraque doctrina receſſiſſet, & quæ antea minime amplecti [illegible] viſus eſſet, varius poſtmodum [illegible] refugiſſet.*

(6) *illa*) ταῦτα Hal. ταῦθ' ἃ. Male.

(7) *illorum*) [illegible]. Hal. [illegible].

(8) *uſi ſumus*) ἔχομεν. Hal. ἔχομεν.

(9) *ſententiam*) τὴν γενομένην ἐν αὐτῇ τῆς [illegible]. Hal. [illegible] &c. *Vet.* noſtram ſequimur lectionem, quæ recta eſt.

& veris dogmatibus digreſſionem (10) Imperium noſtrum confirmat, atque in præſentem legem ſcribit. Interdicimus autem illi, ne vel in felici hac urbe, vel in vicinia ejus, vel ulla alia inſigni urbe commoretur: ſancientes ut quieſcat, atque ea diligat, quibus ſeipſum merito ſubjecit: nec cum quoquam communicet, aut prohibita & perdita dogmata alicui tradat.

§. 1. (11) Neque etiam ſententiam juſte contra Severum latam, quæ ab omnibus, ut ita dicamus, Archiepiſcoporum & Patriarcharum ſedibus, etiam cum Monachorum (12) conſenſu, profecta eſt, quæque anathemate illum ferit, (13) ſine Imperiali confirmatione relinquimus. Qui cum antea contra ſacras leges ſanctiſſimæ Eccleſiæ Theopolitanæ ſedem occupaſſet, ita omnia conturbavit, (14) ita conturbata commutavit, ut commune quoddam & (15) abominabile bellum inter ſanctiſſimas Eccleſias excitaret. Atque hoc ipſum (16) ab Imperatoribus etiam, qui ante nos fuerunt, ad illum ſcriptum eſt, variis dogmatibus

 & a

(10) *Imper. noſtr. confirmat*) [illegible]. Vet. *Cyriam propriam facit.* Imperium hic Imperatorem denotat, modo loquendi ulitatiſſimo. Idem ergo eſt ac ſi dixiſſet, *nos confirmamus.* Hal. [illegible] vertit *ratam.* Vetus Interpres utrumque aſyndetos poſuit, & Latinum ut D. Paulus, *Abba Pater. CONT.*

(11) *Neque etiam*) [illegible]. Hal. [illegible].

(12) *conſenſu*) [illegible]. Recte. Hal. [illegible], *prudentia monachali.* Vet. *conſenſibus monachicis.*

(13) *ſine imperiali*) Hoc comma omiſſum in Vet. tranſlatione.

(14) *ita conturb.*) [illegible]. Vet. *neque circumlatus turbationes fecit* Hal. *ita conturbata transmutavit.*

(15) *abominabile*) [illegible]. Hal. *abſque fecialium interventu ſuſceptum.* Vet. *abominabile.* [illegible] eſt *bellum abominabile*, ut tranſlatum eſt in Concilio Conſtantinopolitano. Nam bellum non indictum dicitur proverbialiter de re, in qua tanto odio agitur, ut nihil legitimum ac juſtum fiat: ut cum etiam denunciatio ipſa omittitur. quo ſenſu Herodotus & Thucidides ea voce utuntur. Æſchines quoque &c. *ALCIAT. S. Parerg. 17.*

(16) *ab Imperat.*) Si quod vulnus hic eſt, quod equidem non puto, ex Scrimgero nullum remedium adhiberi poteſt; ſi *ſcimus* ſubintelligamus, non poterit quicquam magnopere deſiderari. *AGYL.* pro [illegible] *ſuſ. §. 2. ſeq.* ponitur [illegible]. Pro [illegible] autem lege [illegible]. Vet. *ſcriptum erat.*

& a rectitudine alienis commentis & blaſphemiis utentem, nunc vero omnia turbantem, & (17) ſolum utriuſque hæreſiarchæ Neſtoris ſcilicet & Eutychis errores, & abominanda atque impia dogmata amplectentem, & cum (18) uterque horum ducum alteri adverſari videatur, ad unum vero finem impietatis tendant, horum etiam ſermones (19) characteriſticos exprimentem. Cum enim duo ſibi contraria dogmata ſint, quorum utrumque ſimiliter (20) ad interitum animæ ducit (tam Neſtoris, quam Eutychis, quemadmodum diximus, quæ ex Arianorum & (21) Apolinarii impuritatibus conſtant) ipſi inſolitum quid contigit, ut ſimiliter in utrumque incideret, ac (22) ibi quidem hoc, hic vero illud (23) aſſerens, ſeipſum & ſermones ſuos commune receptaculum talium errorum conſtituiſſe viſus ſit.

§. 1. Sit igitur & ille ſub dicto anathemate, quo omnes Patriarchæ & Sacerdotes & Monachi (24) noſtræ Reipublicæ, ut ita dicamus, juſte illum fecierunt, & ex Theopolitana Eccleſia ejiciatur, quia ſedes, (25) quæ ibi eſt, inde eum removit, quod principatum ejus non recte acceperit, ſed vivente adhuc & in Sanctiſſimis Eccleſiis (26) commorante eo, qui ante eum Sacerdotium geſſit, & a ſucceſſore

(17) *ſolum*) μόνων. Hal. μόνον.

(18) *uterque horum*) Τῶν ἑκατέρων τούτων. Hal. Τῶν ἑκατέρων &c.

(19) *Characteriſticos*) χαρακτηριστικοὺς ἐντυπωσάμενον λόγους. Vet. *divulgatos.* Hal. *notorius.* Videntur intelligi doctrinæ, quibus illi diſſidebant ab Orthodoxa Eccleſia, & ab ea tanquam Charactere diſtinguebantur. Heſych. χαρακτηριστικὸν σημεῖον, δηλοῦν τοὺς χαρακτῆρας. χαρακτὴρ, ὁμοίωσις. Pro ἐντυπωσάμενον. Hal. legit ἐκτυπωσάμενον. Non minus recte. Utrumque enim eſt *formam exprimo, effingo.*

(20) *ad interitum*) εἰς ψυχικὴν ἀπώλειαν ἄγει. Hal. εἰς ψυχῶν ἀπώλειαν ἄγει, *mortem animæ importat.* Sic legendum.

(21) *Apollinarii*) Hal. Ἀπολλιναρίου.

(22) *ibi*) πῆ μὲν τοῦτο, πῆ δὲ ἐκεῖνο. Hal. τῇ μὲν τῷ δὲ &c.

(23) *aſſerens*) πρεσβεύων. Vet. *mittendo.* Hal. *primas partes deferens.* Eſt autem & *aſſero.* Heſych. πρεσβεύοντες, αἰτοῦντες, παρακαλοῦντες, λέγοντες.

(24) *Schema*) σχῆμα μοναχῶν &c. Vet. *Cœtus.* Hal. *Ordo.*

(25) *quæ ibi eſt*) ὁ καθ' ἐκεῖνον. Hal. ὁ καθ' ἐκείνων. Leg. καθ' ἐκείνης: præcedit enim Θεουπολιτῶν.

(26) *commorante*) ἀνακηρυττομένου. Ἀνακηρύττω eſt *per præconem promulgo, edico.* Vet. *commorante.* Hal. *hinc inde ſacras conciones habente.* Veteris & Hal. verſio probari vix poterit, quia uſus ver-

ceſſerit illius Sacerdotio (27) ejectus ſit: neque in eo ſolum ſubſtiterit, verum etiam cum communi anathemate orthodoxæ & catholicæ Eccleſiæ percuſſus eſſet, multis blaſphemiis & prohibitis libris rempublicam impleverit. Quare omnes prohibemus libros ejus comparare. Et quemadmodum non licet Neſtoris libros aut ſcribere aut poſſidere (quia anterioribus Imperatoribus ſimilia in illorum (28) conſtitutionibus [illegible] placuit, quæ a Porphyrio contra Chriſtianos dicta ſunt) ita nec ea (29) quæ a Severo dicta vel ſcripta ſunt, apud quemcumque Chriſtianorum maneant, ſed profana ſint, & a Catholica Eccleſia aliena, & igni comburantur a poſſeſſoribus, niſi qui ea habent in periculo (30) velint eſſe. Nemo etiam impoſterum, (31) nec qui eleganter, nec qui velociter ſcribunt, nec alius quiſquam eos ſcribat, ſciens quod amputatio

bo *ἀναχωρῶν* *commorandi* ſignificatio- nem [illegible], & quæ *E[illegible]rius lib. 3. cap. 3.* [illegible] *Flavianum A[illegible]em [illegible] de ſua expulſum, & Pe[illegible]od [illegible]dum eſt in finibus P[illegible]. Eo[illegible] [illegible] ad [illegible]rum Eccleſiæ A[illegible] p[illegible]* [illegible]. Unde τὸ *ἀνακ[illegible]* [illegible] pro eo, qui non eſt [illegible] vel [illegible] aut *ab[illegible]icatus.* Vel [illegible] *ἀποκ[illegible]ρυττομένω* eodem [illegible]. *Evagrius* enim *cap. 33.* ſcribit: M[illegible]na[illegible] P[illegible]inx in literis ad A[illegible]on[illegible]m ſcripſit, *[illegible] depoſitionem non [illegible] Synodum [illegible] literas, [illegible] Synodum Chalce[illegible] anathe[illegible] Z[illegible]* E[illegible] *[illegible]um, cum Monachi Syriæ p[illegible] Chalcedonenſem Synodum damnare, a plebe urbis A[illegible] Monachi Syri [illegible] defenſam [illegible].* Hæc ille. An vero hæc noſtra interpretatio fundamento ſat firmo nitatur, Lector judicet. Ἀναχώρη- ξις eſt in *N. 6. cap. 1. §. 9. in fin. quam vide.*

(27) *ejectus*) ἐκπεπτωκότ☉. *Hal.* ἐκπεπτωκότα. Ἐκπίπτειν παρά τινος eſt *ejici, relegari ab aliquo.* Scribit tamen *Evagrius*, Flavianum *Xenajæ* præprimis impulſu ejectum *cap. 31. 32. lib. 3.* & quidem ab Anaſtaſio Imperatore, *cap. 3*[illegible].

(28) *illorum*) ἑαυτῶν. Hal. αὐτῶν.

(29) *quæ a ſevero*) μήτε τὰ Σεβήρῳ ῥηθέντα. Hal. μήτε τὰ Σευήρου ῥηθέντα. Illud magis placet.

(30) *velint*) βούλονται. Hal. βούλοιντο.

(31) *neque ſi qui*) μηδὲ τῶν εἰς κάλλος μηδὲ τῶν εἰς τάχος γραφόντων. Vet. *neque ad pulchritudinem neque ad [illegible]e ocitatem ſcribentium.* Hal. *ſive librarius aliquis ſive notarius ſit.* Notarius dicimus, quos Græci ταχυγράφους & ὀξυγράφους. Librarios, quos καλλιγράφους A[illegible] *42. Hieronymus in Hippolit.* [illegible] *ad Notarium*, [illegible] χρήζοιν, ἵνα ἐνδλους αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχ☉ ὁ γράφων. *Galen. d. libris propriis*, [illegible] εἰς τάχ☉

tatio manus pœna illorum, qui illos ſcribunt, ſit futura. Nolumus enim ut futuro etiam tempore blaſphemia ex illis eruatur.

§. 3. Pari ratione & (32) hæc omnino prohibemus, ut neque regiam urbem, neque loca circa urbem ædificata, vel alia inſigniora ingrediatur, ſed in ſolitudine & ſilentio quodam (33) ſedeat, nec alios corrumpat, nec ad blaſphemiam illos (34) ducat, nec ſemper contra vera dogmata aliquid novi inveniat, quo rurſus Sanctiſſimas Eccleſias perturbare ſtudeat.

CAPUT II.

SEd nec Petrum Apameæ Epiſcopum, qui ſimul remotus & ob eaſdem cauſas, ob quas & (35) Severus dicto anathemate percuſſus eſt, Imperator admittit. Verum & illa rata ſint quæ contra eum decreta ſunt, atque ſub commune (36) anathema deductus ſub eo conſtitutus ſit, ſententia Sanctiſſimorum Sacerdotum, quæ (37) in ipſum lata eſt, rata manente. Sed nec illi permittimus, ut regiam hanc urbem, vel loca illa vicina, vel aliquam ex inſignioribus urbibus inhabitet, ſed quorum errorem ſecutus eſt, horum etiam (38) vitæ rationem imitetur, quam longiſſime remotus, ſeque ipſum abſcondens. Utilius enim eſt latere quam in talibus hominibus (39) verſari. Nam cum in occulto latent, ſeipſos ſolum lædunt, quando vero dogmata ſua publicant, multis ſimplicioribus occaſionem perditionis præbent. Quod

ne ulla

σεσημείωσα γράφειν. *CUJAC. ad l. 6. §. Grammatici ff. d. Excuſat.* Exceptores vocantur in *l. 2. C. Tit. d. Numerar. Actuar.* eoſque ταχυγράφους & ὀξυγράφους alibi vocari docet ibidem *Gothofred.* Quomodo Notarii ab exceptoribus differunt tradit *Valeſ.* ad *Amm. Marcell. lib. 14. c. 9.* Exceptores ſunt ταχύγραφοι.

(32) *hoc*) τούτο παντελῶς. Hal. ἴυτον. Lege αὐτῷ, vel ἴυτον ut *cap. 3. pr. §. 1. & 2.* Τὸ παντελῶς deeſt ap. Hal.

(33) *ſedeat*) καθῆσθαι. Hal. καθῆσαι.

(34) *ducat*) προάγειν. Hal. προσάγειν, *adducere*, quod habet & *Vet. Int.* Neutrum forte rejiciendum.

(35) *Severus*) Σεβῆρος. Hal. Σευῆρος.

(36) *anathema*) ἀναθεματισμόν. Hal. ἀνάθεμα.

(37) *in ipſum*) ἐπ' αὐτῷ. Hal. ἐπ' αὐτοῖς. Male.

(38) *vitæ rationem*) δίαιταν. Vet. *diætam.* Vide quæ ſupra de hac voce.

(39) *verſari*) φαίνεσθαι. Hal. φανεῖσθαι.

ne ulla ratione in Chriſtiano Dei grege & populo orthodoxo contingat, juſtum eſt, nec ab imperio permiſſum.

CAPUT III.

QUoniam vero & Zooram (40) reverendiſſimi & juſte judicantes Epiſcopi dignum putarunt, quem anathemate ferirent, ut qui exigua quædam acceſſio ſit talium malorum, (41) ob quæ etiam ignominia affectus eſt, ac in univerſum bene cum eo agitur, ſi aliqua illius mentio fiat: *Zooras* etiam (42) pravæ hujus partis (Anthimi ſcil. Severi & Petri) vilis quædam acceſſio ſit, atque inter eos, qui anathemate percuſſi ſunt, & ipſe habeatur, Sacerdotali ſententia (43) cum condemnante, quam licet per ſe raram, (44) firmiorem adhuc imperium efficit, quod etiam ex regia hac urbe (45) & ejus vicinia ipſum expellit, eique habitatione in civitatibus omnino interdicit. Quare cum iis ſolum, quos antea recenſuimus, habitet & conſultet, qui pari ratione

tione

(40) *Reverendiſſimi*) οἱ σεβασμιώτατοι. Sic & *Vet. Hal.* οἱ σεβασμιώτατα &c. κρίνοντες ἐπίσκοποι, religioſe judicantes Epiſcopi.

(41) *& ob quæ*) καὶ ἐφ' οἷς ἠτίμασαι τὸ γοῦν ὅλως λέγειν τινὸς ἐυπορήσαντα μνήμης. *Hal.* pro ἠτίμασαι legit ἠτείμασαι, & pro ἐυπορήσαντα habet ἐυπορήσαντος, aſteriſco huic verbo præmiſſo. MS. Flor. τὸ ὡς ὅλως &c. Vetus hunc locum ita vertit: (*cum parva quædam talium malorum interpoſitio ſit*) *& in quibus dehoneſtatus eſt omnia videlicet comprehendendo ex memoria quadam abundanti.* Agylæus: *& ob quas res ignominia notari deberet, in iis illuſtre celebreque nomen eſſet conſecutus: eſto.* &c. addens, Haloander, cum ἐυπορήσαντος pro ἐυπορήσαντα legeret, ſenſum non ita aſſecutus eſt, quod etiam, qua probitate integritateque fuit, obeliſco indicare voluit. Sic AGYL. Senſus noſtræ lectionis non incommodus eſſe poteſt, *quod Zooræ propter ea quibus una cum reliquis ignominia affectus & damnatus ſit, mentio aliqua facienda ſit, cum exigua quædam fuerit acceſſio malorum.* Τὸ ἐυπορήσαντα recte legitur, jungendum enim cum ἔστω, quod præcedit.

(42) *pravæ hujus*) τῆς πονηρᾶς ταύτης μερίδος. *Hal.* τῆς ταύτης μερίδος. *hujus partis.* Vet. *hujus malæ partis.*

(43) *cum condemnante*) αὐτὸν κατενεγκούσης. *Hal.* αὐτοῦ κατενεγκούσης. Vet. ipſum deferente.

(44) *firmiorem adhuc*) κυριωτέραν ἔτι. Vet. *magis cyrioteran.*

(45) *& ejus*) καὶ τῆς ταύτης περιοικίδος. *Hal.* καὶ τὴν τῆς ταύτης &c. male.

tione blaſphemantur, & ſimiliter (46) relegati ſunt. Si vero aliud quid ſanctiſſimorum Epiſcoporum ſententia continetur, quæ prædictos illos removit, & anathemate feriit, etiam illud (47) ſancimus, ac regiis noſtris legibus confirmamus, plane ac ſi ab ipſo imperio profectum eſſet. Quod ſi quis eorum adverſus ea, quæ conſtituta ſunt, impoſterum quid facere deprehendatur, ſciat ſe in leges civiles incidiſſe, quæ majores moleſtias (48) afferunt iis, qui leviores pœnas declinant.

§. 1. Interdicimus vero omnibus, qui Catholicam Dei Eccleſiam divellere conantur, (ſive ſecundum ſtulti illius Neſtorii doctrinam, ſive ſecundum dementis Eutychis traditionem, ſive ſecundum Severi, qui ſimili (49) morbo laboravit, ſive illos ſequentium blaſphemiam,) ut turbas in ſanctiſſimis Eccleſiis excitent, & de fide quid loquantur. Sed ſancimus ut unuſquiſque illorum quieſcat, nec quoſdam convocet, nec convenientes ſuſcipiat, vel (50) parabaptizare audeat, vel ſacram communionem inquinet, eamque aliquibus tradat, vel prohibitas doctrinas ſive in hac noſtra regia, ſive alia urbe tradat, ſed omne periculum timeat, ſi tale quid fecerit.

§. 2. Interdicimus etiam omnibus, ut (51) eos ſuſcipiant. Quare ut civitatibus (52) ab ipſis concitatis ejiciantur, ſancimus, cum pœnas ſacris noſtris conſtitutionibus jam comprehenſas ſciant, quæ & domus ipſas in quibus tale quid fit, & prædia, ex quibus alimenta præbentur,

(46) *relegati*) περιορισμένων. *Hal.* περιωρισμένων.

(47) *ſancimus*) κύριον δὲ. *Hal.* κύριον δὲ. *pro rato & illud habemus.*

(48) *afferunt*) ἐμβάλλουσι. Hal. ἐκβάλλουσι.

(49) *morbo ægrot.*) ὁμοίως νοσήσαντος. Hal. ἐκείνοις νοσήσαντος, *idem cum illis ſentit.* Sic & Vet. *intellexit.* Νόσοις & νόσος, pro *erroribus* & *hæreſibus* Patres ponunt ſæpe. Quare & hic retineri poteſt.

(50) *parabaptizare*) παραβαπτίζειν. Hal. *improbato more baptizare.* Hæretici baptiſmata & conventicula habere prohibentur *l. 8. 14. §. 3. C. d. Hæret. & Manich.* Hinc parabaptiſmata & παρασυνάξεις, & παρασυναγωγὴ, *conventiculum illicitum*, quod vide apud *Meurſ. in Gloſſ.* Παραχαράκται, ſalſæ monetæ rei. *Cod. Theod. Lib. IX. pag. 179.*

(51) *eos*) τούτους. Hal τοῦτον, *hunc*, Male: ſequitur enim αὐτοὺς. Vet. *iſtos.*

(52) *ab ipſis.* ὑπ' αὐτῶν ταραττομένων. Hal. ὑπ' αὐτῶν, πλανωμένων.

bentur, ſanctiſſimis Eccleſiis addicunt, poſſeſſoribus ea auferentes, quia ſimplicioribus cauſam damni præbent, ſanctiſſimis vero & orthodoxis Eccleſiis ea juſte addicentes.

§. 3. Hæc ad communem pacem ſanctiſſimarum Eccleſiarum ſancimus, hæc ſanctorum Patrum dogmata ſecuti decernimus, ut totum ſacerdotium impoſterum imperturbatum (53) maneat, quo in pace conſervato reliqua etiam reſpublica (54) ſecunda fortuna utetur, pacem divinitus habens, quam magnus Deus & Servator noſter JEſus Chriſtus, unus ex Trinitate, unigenitus Dei ſermo omnibus prædicat & largitur, qui ſincere & vere eum celebrare atque (55) adorare volunt.

EPILOGUS.

(56) QUæ igitur recte a nobis conſtituta ſunt, ea Beatitudo Tua cuſtodiat & effectui det, omnibuſque ſibi ſubjectis ſanctiſſimis Metropolitanis per pias ſuas litteras mittat: quorum unicuique curæ erit, ut ſanctiſſimis ſub ſe conſtitutis Eccleſiis hæc manifeſta reddantur, quo neminem omnium lateant, & quæ ſummo ſacerdotio placuerunt, & quæ ab Imperio ſancita ſunt (57) Dat. Kal. Aug. Conſtantinop. Biliſ. V. C. Conſ.

(53) *maneat*) διαμένει. Hal. διαμείνοι.

(54) *ſecundam fort.*) εὐθηνήσει, recte. Sic enim paſſim. Hal. εὐθυνήσει, *pergliſcet*.

(55) *adorare*) προσκυνεῖν. Hal. προσκυνεῖν. Vel ut edit. Pariſ. habet προσκυνοῦν.

(56) *Quæ igitur*) τὰ ὀρθῶς ὑμῖν ἀρέσαντα. Hal. ταῦτα ὀρθῶς &c. Vet. *quæ recte adnotata ſunt.* Solet alias ſemper, *quæ nobis placuerunt*, vertere.

(57) *Dat. XVII.*) Vetus Interpres hanc Novellam claudit his verbis: *Divina ſubſcriptio. Divinitas Te ſervet per multos annos ſancte ac religioſe pater.* Data octavo Idus Auguſtas Conſtantinopoli poſt Conſulatum Biliſarii V. C. *Contius* notat: hanc ſubſcriptionem ſacro encauſto & propria manu Imperatoris Domini Juſtiniani ſcriptam. Julian. *Dat. VIII. Id. Aug. Conſ. Beliſ.*

Digitized by Google

TIT. XXII.

De officinis Conſtantinopoleos, ut mille & centum officinæ magnæ Eccleſiæ tantum excuſentur, reliquæ vero omnes, in quocunque ſint dominio, conſueta miniſteria obeant.

CONSTIT. XLIII.

In nomine Domini JEſu Chriſti Dei noſtri, Imperator Cæſar Flavius Juſtinianus Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, (1) Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africus, Pius, Felix, Glorioſus, Victor, Triumphator, ſemper Venerandus, Auguſtus, Longino Præfecto urbi.

PRÆFATIO.

CUm ſubditi noſtri tam vivi quam mortui potentiæ noſtræ curæ ſint, ne vel ſepulturæ illis graves, vel iis, qui de domo defuncti ſunt, damnoſæ exiſtant: propterea & iis, quæ ad ſepulturam illorum attinent, convenientem modum ſtatuimus. Et quoniam tam Conſtantinus piæ memoriæ magnæ noſtræ urbis conditor, quam Anaſtaſius piæ memoriæ, (2) lecticariorum, ſive decanorum, uti vocantur, numerum definiverunt, ut mille & centum ſint Decani (tot ſcil. ergaſteria definientes, ut nullo unquam tempore augmentum acciperent:(3) ideo quod numerus eorum, quos ex unoquoque collegio lecticarios eſſe convenit, ſanctione Anaſtaſii divæ memoriæ ſubjaceat) nos quidem hæc firma manere volumus: verum qui de collegiis ſunt felicis atque regiæ hujus urbis, quorum præcipue curam gerimus, nos adeuntes

(1) *Anticus*) Ἀντικός. Hal. Λάζικος, *Lazicus.*

(2) *Lecticariorum*) Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *Lecticarii.*

(3) *ideo quod*) διὰ τὸ καὶ ὑποκεῖσθαι τῇ διατυπώσει τοῦ τῆς &c. ἡμεῖς μὲν ταῦτα βέβαια μένειν βουλόμεθα. Hal. διὸ δὴ ὑποκεῖσθαι τῇ διατυπώσει τοῦ τῆς &c. λεκτικαρίων ἡμεῖς βουλόμενοι, ταῦτα βέβαια μένειν βουλόμεθα. *Propterea ſane cupientes, ut numerus eorum, quos ex unoquoque collegio convenit eſſe lecticarios, divæ memoriæ Anaſtaſii formulæ ſubjaceat, firma ea & fixa manere volumus.*

tes potentiam noſtram docuerunt, magnam & intolerabilem exiſtere (4) confuſionem. Sanctiſſimam enim Eccleſiam ex mille & centum officinis ab omni tributo liberis fructum capere, ſeque eas lubentiſſime illi concedere, quoniam ad communes omnibus hominibus exequias res illa ſpectet, reliqua vero onera ſe ferre non poſſe. Nam cum in felici hac urbe multæ ſint officinæ diverſæ mercaturæ & negotiationis, non illas tantum mille & centum officinas a dictis illis muneribus (5) exemtas eſſe, ſed multas etiam ſanctiſſimas Eccleſias, multa quoque ſacra hoſpitia, Monaſteria, aliaſque ſacras domus: quaſdam etiam, quæ cum antea hæreticorum fuerint, deinde ad orthodoxam fidem (6) tranſlatæ ſint, tum multas regias domus, & inſuper Magiſtratuum, Senatorum illuſtrium, & Cubiculariorum a tributis exemtas eſſe, ac dominos earum ſibi reditum exinde parare, & rempublicam lædere, multitudine exemtionum re in anguſtum adducta: ut pauciſſimi ſint, qui tributa præſtent, (7) ſeu tributis graventur, & priora tributa, ſæpe triplicia, quadruplicia, imo & decupla fiant; cum tamen Anaſtaſius piæ memoriæ in lege ab illo lata (8) nulli plane alii, præterquam mille & centum officinis immunitatem dederit, quæ ſanctiſſimæ majori Eccleſiæ ad exequias defunctorum datæ ſunt. Quamobrem & nos Magiſtratibus noſtris, ac præterea ipſi beatiſſimo Archiepiſcopo felicis hujus urbis, ut in unum coeant, & rem cognoſcant, quæque ipſis viſa fuerint ad nos referant, mandandum, ac præſentem legem ad Excellentiam tuam a nobis ferendam eſſe putavimus, confirmantes ea, quæ Anaſtaſio piæ memoriæ (9) hac in re placuerunt.

 CA-

(4) *confuſionem*) ταραχήν. Hal. ἀνάγκην, *neceſſitatem*. Illud magis placet, quod & frequenter occurrit, ut *Nov. præced. cap. 3. §. 1. 2. cap. 1. §. 3.* Gloſſ. Cyr. ταραχὴ, *Turba, Turbacio, Tumultus.*

(5) *exemtas*) ἐξαιρούμενα. Hal. ἐξῃρημένα. Sic *cap. ſeq.* & ſupra N. 39. c. 1. ἐξῃρῆσθαι.

(6) *tranſlata*) μετασάντα. Hal. μεταστάντα. Non male.

(7) *ſeu tributis*) ἤτοι τοὺς βαρουμένους τῇ λειτουργίᾳ. Hal. καὶ ἐπαιρομένους τὴν λειτουργίαν. Vel ut Pariſ. editio habet ὑφαιρουμένους, *qui publica agnoſcant & ſuſtineant munia.* Male.

(8) *nulli*) μηδενὶ παντελῶς ἑτέρῳ. Hal. μηδενὶ παντελῶς ἑτέροις.

(9) *hac in re*) περὶ τούτου. Hal. περὶ τοῦτο.

Digitized by Google

CAPUT I.

ET ſancimus ut mille ac centum officinæ decanorũ, ſeu lecticariorum, gratia & ad exequias defunctorum deſtinatæ ſanctiſſimæ majori Eccleſiæ (10) impollutæ & ab omni præſtatione liberæ ſerventur, nec præter ipſam alius ullus Decanum ab hæreticis, vel alia quacunque ſanctiſſima Eccleſia exigere poſſit. Sed quod nuper a nobis ſancitum eſt, obtineat, ut octingentæ quidem officinæ corpora præbeant, trecentæ vero (11) æſtimationem in pecunia numerata. Quod enim exinde colligitur, cui rei impendi debeat ſacra noſtra pragmatica ſanctio jam diſpoſuit, (12) & ut ſemper id quod intercidit, reparetur. Ac quomodo reparatio fieri debeat, Anaſtaſii piæ memoriæ juſſionibus definitum eſt. Ut igitur hæ immunes, & ab omni vectigali exemtæ maneant ſancimus, neque ipſæ officinæ, (13) neque Præſides provinciarum, qui eas præbent, quicquam damni ſuſtineant, (14) aut ullum tributum ſolvant.

§. 1. Reliquæ vero omnes officinæ felicis hujus urbis (15) quatuordecim regionum, ſive ad ſanctiſſimam Eccleſiam, ſive hoſpitia, ſive Monaſteria, ſive orphanotrophia, ſive brephotrophia, ſive ptochia pertineant, vel ſi alterius cujuſcunque dominii ſint, vel regiarum domuum, vel aliquorum Magiſtratuum, majores, medios, aut minores adminiſtrationes habentium, vel glorioſiſſimorum Senatorum, vel

(10) *impollutæ*) ἀμίαντα. *Hal*, ἀμείωτα, *integro numero*. *Hoc* malim.

(11) *æſtimationem &c.*) ἐν ἀπαργυρισμῷ τεθεῖσαι. Ἀπαργυρισμὸς eſt *æſtimatio in pecunia numerata*. *Hal*. *in exactione pecuniarum conſiſtant*. Ad marginem notatum eſt a Contio *aderatione*, ut in *Nov. 130.* interpretari oportet, id eſt pretia pro annonis. Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *Aderatio*.

(12) *& ut id quod*) ἀντικαθίστασθαι δὲ ἀεὶ τὸ διαπῖπτον. *Hal*. *ſemperque quod intercidit, reſtauretur*.

(13) *neque præſides*) οὐδὲ τῶν ἡγεμόνων. *Hal*. οὐδὲ τῶν πρακτόρων. *Vectigalia imperantibus*. Ἡγεμὼν eſt *Præſes*, *Præfectus*.

(14) *aut ullum*) ἢ τι τέλος. *Hal*. ἢ τίτλους, *aut ullos titulos*. Malc.

(15) *quatuordecim*) τῶν δεκατεσσάρων κλιμάτων. Conſtantinopolis quatuordecim fuiſſe regiones hic locus oſtendit. Totidem & antiqua Roma habuit *l. 3. pr. d. off. præf. vigil.* Gloſſ. Cyril. κλίμα, *Regio*, *pagus*, *tractus*. De Regionibus urbis Romæ vide *P. Fab. 1. Semeſtr. cap. 5.* Et de regionibus urbis Conſtantinop. necnon Romæ *Pancirollum*.

Digitized by Google

vel Magnificentiſſimorum illuſtrium, vel ſpectabilium Cubiculariorum, vel militiis adſcriptorum, hæ omnes impoſita ipſis publica tributa ſolvant, cœteraque omnia faciant ac impleant, prout unumquemque cujuſque collegii decet, (16) & per collegii Præſides ſemper publico perſolvant, nec quiſquam ex hac cauſa (17) privilegio aliquo inniti, aut ejuſmodi excuſatione uti poſſit. Neque enim patimur aliorum onus ad alios transferri, neque ita crudelem ferri conſtitutionem, ut quotidie tributa augeantur, & quemadmodum edocti ſumus, quadruplo, quintuplo, imo decuplo majora ſolvantur, cum ſtudioſe potentia noſtra curet, ne quiſquam ullo novo tributo gravetur. Novum autem erit non ſolum id, quod nunc primum imponitur, verum etiam quod priorem menſuram excedit. Sed omnia in eodem ſint ſtatu & conditione, atque hæc noſtra ſacra pragmatica ſanctio (quam & legem appellare licet) communis ſit omnibus, ut omnibus vacuitas doloris (18) concedatur. Nemo enim ægre hoc tulerit, ſi neminem exemtum eſſe videat, præterquam exequias defunctorum, quæ ad mille & centum illas officinas pertinent, quæ maxime communes ſunt, & omnibus hominibus æqualiter (19) competunt.

§. 2. Si vero quis excuſatione aliqua uti, ſeque contributione levare conetur, nec permittere ut vel ab inquilinis ſuis exigatur, vel patrocinium ſive militare, ſive Civile, ſive Eccleſiaſticum, ſive quodcunque aliud præſtare velit, ille prorſus dominio officinæ excidat, ipſaque publica ſit & collegio addicta. Hoc enim pacto metuent, nec prohibita attingent, (20) ſed eo ipſo, quo paulatim omnibus tributa imponuntur, exiguum erit quod ab unoquoque datur, & mediocre, leve. tole-

(16) *& per collegii*) *H*oc comma deeſt in *Hal.* editione.

(17) *privilegio*) προνομίῳ. *Hal.* προνομίοις.

(18) *concedatur*) περιποιηθῆσθαι. *Hal.* ἀπεριποιηθῆσθαι.

(19) *competunt*) ἐφηπλωμένος. *Hal.* *parsata*, vel *parata*, ut legitur in edit. Amſtel. *In §. 2. ſeq.* ἐφ' ἅπασιν ἐφηπλῶσθαι τὰ ἴσα. *Heſych.* ἐπαπλώσεται, ἐφήπλωται, ἐξηπλωμένον. Jo. Malala p. 189. ὡς ἰδεῖν ἐφηπλωμένων νεκρῶν *diffuſis per terram cadaveribus.*

(20) *ſed eo*) ἀλλὰ τῷ κατὰ μικρὸν &c. *Hal.* ἀλλὰ τὸ κατὰ μικρὸν &c. *Porro ſi minutatim.* Male. Eodem loquendi modo utitur Imperator ſupra *Nov. 22.*

Digitized by Google

tolerabile, ac facile quod confertur, (21) quanto plures ſunt a quibus colligitur. (22) Quid enim abſurdius eſſet, quam viros, qui propriis manibus laborant, & uxores atque liberos alunt, cœteraque vitæ neceſſaria inde comparare laborant, majoribus tributis gravare, & quo plures ſunt, (23) qui levati ſunt, tanto majora damna exinde oriri? infinitum id onus eſſet, quod nullum finem haberet.

§. 3 Hæc omnia prohibentes, ſactam hanc pragmaticam ſanctionem ferimus, pœnam amiſſionis omnibus ſubditis æqualiter minitantes, ſi (24) Præſides cujuſque collegii ſolita & a majoribus ſtatuta tributa accipere prohibeant, vel tributa in penſiones pro ædibus convertere conentur. Sed unuſquiſque illatis penſionibus fruatur, & permittat ut officinæ conſueta & ſolita contribuant. Sicut enim quilibet ſui curam gerit, ita quoque neceſſe eſt, ut nos quod magnæ huic & regiæ urbi utile eſt & conducit, curemus. Neque enim aliter quæ in commune utilia ſunt, procedent, (25) quam ſi tali onere liberentur, qui hactenus illud ferre coacti ſunt.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac pragmatica ſanctione declarantur, Excellentia tua, & qui poſt te Magiſtratum ſuſcepturus eſt, ubique ſubjecta cohors, nunc & omni futuro tempore (26) inviolata

(21) *quanto*) ὅσῳ παρὰ πλειόνων συλλέγεν. *Hal.* ὅσω παρὰ πλειόνων συλλέγειν. Male.

(22) *Quid enim*) τί γὰρ ἀτοπώτερον ἂν εἴη. *Hal.* τί γὰρ οὐκ ἀτοπώτατον ἂν εἴη. *An vero non multo abſurdiſſimum fuerit.* Senſu eodem.

(23) *qui levati*) ἐλαφρυνομένων. *Hal.* male ἐλαφρυμένων.

(24) *præſides*) προεστῶτας. *Hal.* προστάξαντας, *imperitantes.* Lege προεστῶτας, ut ſupra *h. Nov. n. 11.*

(25) *quam ſi tali onere*) μὴ τῆς τοιαύτης βαρύτητος ἀπαλλαττομένων τῶν μέχρι νῦν αὐτὴν φέρειν ἠναγκασμένων. *Hal.* Μή τις τοίνυν τῆς τοιαύτης &c. τῶν τε μέχρι νῦν αὐτὴν φέρειν ἠναγκασμένων. *Nemo itaque ex his, qui tali hactenus onere liberati quique huc uſque id ferre coacti ſunt.* Vitioſa eſſe hæc quæ *H*aloander habet, ipſe ſenſus probat.

(26) *inviolata*) ἀπαράθραυστα φυλάξει. *Hal.* ἡ τοίνυν σὺ ἐνδείξοις τὰ παραστάντα, τῶν δὲ τῷ θείῳ δηλώματα νόμῳ σὺ τε αὐτὸς φυλάξεις καὶ &c. *imo non ipſe tantum cuſtodies.* Minus recte.

lata cuſtodiet. (27) Dat. XVI. Kal. Jun. Conſtantinop. poſt Biliſar. V. C. Conſ. Ann. I.

TIT. XXIII.

De Tabellionibus, & ut protocolla in chartis (1) relinquant.

CONSTIT. XLIV.

Idem Imperator Johanni iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

Item paulo ante audivimus quæ huic legi occaſionem præbuit. Afferebatur enim a muliere quadam inſtrumentum, quod quidem illius manu non fuit ſcriptum (neſciebat enim literas) a tabellione vero perfectum erat, (2) & per tabularium ſubſcriptionem (3) ejus habebat, & teſtium declarabat præſentiam. Deinde cum dubitatio quædam de eo orta eſſet, dicente muliere a ſe non eſſe mandata ea, quæ charta diceret, is qui cauſam audiebat, rei veritatem a tabellione addiſcere cupiens, tabellionem adduxit. At ille literas quidem inſtrumenti perfecti ſe agnoſcere, nihil autem eorum quæ ſecuta ſunt ſcire dixit: neque enim ab initio id ſibi plane (4) mandatum, ſed cuidam ex ſuis, ut id faceret commiſſum eſſe, neque poſtea cum perficeretur ſe adfuiſſe, ſed alii rurſus id demandaſſe. Ac cum ille, qui perfectioni interfuit, veniret, is quoque nihil ſe ſcire dixit (neque enim inſtrumentum ſcripſerat) ſed ſe præſente id (5) abſolutum eſſe ſolum docuit: nec

 is,

(27) *Dat.*) Julian. *Dat. Kal. Jun. C. P. P. C. Bilis anno I.*

(1) *relinquant*) ἐᾶν. Vet. *dimittant.* Hal. *relinquant.* Ita enim Imperator *cap. 2.* jubet τὸ πρωτόκολλον ἐγκείμενον ἐᾶν. Ex quo loco inſcriptioni huic, ut perfectus illi ſit ſenſus, addi poteſt, καὶ μὴ ἀποτέμνειν, *nec abſcindant.*

(2) *& per tabul.*) καὶ παρά τι ταβουλαρίου. Sic *Cujac.* hunc locum vertendum putat, quem vide.

(3) *ejus*) τὴν αὐτοῦ. Hal. τῆς αὐτῆς.

(4) *mandatum*) ἐπιτετάχθαι. *Hal.* ἐπιτετάχθαι.

(5) *abſolutum*) ἀπολέλυται. Vet. *dimittant*, ut in inſcriptione *h. Nov.* Videtur idem eſſe quod ἀπολύειν. Quando enim in chartam puram rediguntur, complentur inſtrumenta, abſolvuntur expediunturque partibus. *l. Contractus C. d. fid. inſtrum. l. ult. C. d. Contrah. emt. Cujac. h.*

is, cui ab initio mandatum erat, inventus fuit. Adeo ut niſi judex ex teſtibus cauſam potuiſſet (6) cognoſcere, periculum plane fuiſſet, ne undique negotii notitia (7) intercidiſſet. Et illud quidem convenienter examinatum atque deciſum eſt.

CAPUT I.

Nos vero univerſis (8) opem ferendam, & communem omnibus legem ſcribendam eſſe putavimus, ut tabelliones, qui officio præſunt, ipſi per ſe omni modo inſtrumentum ordinent, & cum perficitur, adſint, nec aliter chartam compleant, niſi hæc facta ſint: ut ipſi negotii notitiam habeant, quæque inſecuta ſunt, ſi a judicibus interrogentur, ſcire & (9) reſpondere poſſint: maxime ſi illi, qui hæc mandant, litterarum imperiti ſint, qui facile atque ita ut convinci nequeant, negant ea, quæ revera facta ſunt.

§. 1. Quare ut (10) hæc omnia prohibeamus, hanc legem ſcripſimus, eaque a tabellionibus, ſive in felici hac urbe ſive provinciis ſint, omnino obſervari volumus; ac ſciant, quod ſi contra hæc quid fecerint, omnes (11) ſtationes, uti vocantur, amiſſurus, & qui ab iis miſſus eſt, ut inſtrumentum confici curet, & adeſt, (12) ipſe dominus cum propria poteſtate in ſtatione futurus ſit: atque res commutabitur, ut

(6) *cognoſcere*) ἐπιστῆναι τῷ πράγματι. Quod eſt, *inſtare negotio, cauſæ*: eſt & τὸ ἐπιστῆναι *ſcire*, ſed tum legendum eſſet, ἐπιστῆναι τὸ πρᾶγμα qui ſenſus huic loco magis aptus videtur. Vet. *agnoſcere*.

(7) *interciderit*) διαπεσεῖν. Hal. ἀπεσπεῖν.

(8) *auxiliandum*) βοηθῆσαι. Hal. βοηθῆσειν.

(9) *reſpondere*) ἀποκρίνασθαι. Hal. ἀποκρίνεσθαι.

(10) *hæc omnia*) ἅπαντα ταῦτα. Hal. ταῦτα πάντα.

(11) *ſtationes*) στατιόνων. Βασιλ. βαθμῶν. Vid. *Ant. Aug.* voce *ſtatio*, & *Gloſſ. Jul.* Stationes etiam ſunt manſiones, in quibus officia fiſcalia conſiſtunt, *l. 1. C. d. Compenſ.* Ubi Græci rectiſſime: ὁ δημόσιος ἐν διαδοχῇ ἐπαρχίας ἔχει τὰς προνοίας τῶν αὐτοῦ πραγμάτων, καὶ λέγεται ἑκάστη φροντὶς στατίων. *Cujac. ad l. 1 C. ne fiſcus rem quam.* adde eundem *II. Obſerv. 40.* Gloſſ. Jur. Στατίωνες, τὰ προάστεια τῶν δημοσίων τελῶν.

(12) *dominus*) αὐτὸς κύριος τῆς ἐπὶ τῆς στατίωνος αὐθεντίας ἔσται. Vet. *ipſe dominus ſuper ſtationis autoritate erit*, Κύριος τῆς αὐθεντίας idem eſt quod αὐθέντης qui ſuo jure & poteſtate omnia agit, atque mox προστάτης *primus* dicitur & opponitur τῷ

ut hic quidem impoſterum eundem locum in ſtatione obtineat, quem is, qui ei præerat, tenebat, ille vero ea excidat, atque unus ſit ex (13) ſcribis ejus. Nam cum hic id facere dedignatus ſit, quod ſibi conceſſum erat, ille vero ſecundum hujus voluntatem id fecerit; propterea & nos hanc illis pœnam imponimus, ut metu illius juſti & cautiores ſint circa inſtrumenta, nec remiſſione atque luxuria ſua aliorum facultates evertant.

§. 2. Si vero is, cui poſt hanc legem contra ea, quæ a nobis conſtituta ſunt, (14) inſtrumentum conficiendum mandatur, forte non ſit dignus, qui poteſtatem in ſtatione (15) ſuſcipiat, tabellio quidem plane ea excidat, alius vero in ejus locum ſufficiatur: ita ut ſtationis dominus nullum omnino damnum exinde patiatur, (ſi extraneus aliquis non vero ipſe tabellio ſit,) nec reditibus inde venientibus excidat, ſed ille ſolum qui (16) adulatus, & officium ſuum exequi dedignatus eſt, Præſidatu cadat; reliqua vero omnia jura ſtationis, dominis (17) ejus, quoad tabelliones, qui ita delinquunt, integra ſerventur.

§. 3. Neque tabelliones prætextus fingant, quaſi in morbum forte (18) inciderint, vel alias ejuſmodi occupationes. Nam ſi tale quid contingat, licebit illis accerſere eos, qui mandant, & per ſe ipſos rem (19) perficere: præſertim cum ea, quæ raro contingunt, univerſis nullum impedimentum afferant: quoniam inter homines nihil adeo

ὑπογεγραφότι, *miniſtranti* ut vertit *Vet. Int.* vel *ſcriba* aut *amanuenſis.* In §. ſeq. 2. dicitur ἐξουσίαν παραλαβεῖν τῆς στατίονος. Supra occurrit κύριος χρήσεως, τὸ δικάζον κύριος. *Uſufructuarius, judex.* Confer & *ſeq.* §. 2. & 4.

(13) *ſcribis*) ὑπογραφέντων. Βασιλ. & Hal. ὑπογεγραφότων. Vet. *miniſtranti* qui videtur legiſſe ὑπουργοῦντι.

(14) *inſtrumentum*) συμβόλαιον. Hal. σύμβολον. Vid. de hac voce *Gloſſ. Jur.*

(15) *ſuſcipiat*) παραλαβεῖν. Hal. περιλαβεῖν.

(16) *adulatus*) κομψευσαμένος. Hal. *venuſtulo illo.* Heſych. κομψεύεται, κολακεύει, σεμνύνεται, πιθανολογεῖ. *Vid.* §. 1. *praced. verb. quoniam enim.*

(17) *ejus*) αὐτῆς ſcil. στατίωνος recte. Hal. αὐτοῖς.

(18) *inciderint*) ἀναχωροῦντες. Reſpicit hoc ad præcedens ἀῤῥωστίαις. Vet. *diſcedentes.*

(19) *perficere*) πληρῶσαι. Hal. πληρώσειν.

indubitatum eſt, quod, licet juſtiſſimum ſit, in ſolicitam quandam dubitationem venire non poſſit. Sed neque reditus ſibi propter mandantium frequentiam diminui (20) cauſentur: cum pulchrius ſit pauca ſecure agere, quam in multis cum periculo verſari.

§. 4. Ne tamen iis dura admodum lex videatur, ad humanam naturam reſpicientes (21) conſonas etiam illi leges noſtras ferimus. Nam propter tales eorum forte dubitationes, unicuique facultatem concedimus, ut apud clariſſimum Magiſtrum cenſus felicis hujus urbis aliquem ad acta more ſolito confecta conſtituat: eique poteſtatem det, ut contrahentibus in ſtatione ſua inſtrumenta conficiat, & quando perficiuntur, interſit: neque ulli plane alii ex iis, qui in ſtatione ſunt, vel ab initio hoc committi, vel quando perficiuntur, adeſſe liceat, niſi (22) tabellioni, qui poteſtatem habet, vel illi, qui ab ipſo ad hoc conſtitutus eſt. Si vero contra hæc quid fiat, atque alii mandetur, tum tabellio, qui poteſtatem habet, in pœnam a nobis antea definitam incidat, ipſa tamen inſtrumenta propter utilitatem contrahentium non infirmentur. Scimus autem, quod ipſi, quæ a nobis ſancita ſunt, impoſterum metu legis obſervaturi, & inſtrumenta (23) in tuto futura ſint.

CAPUT II.

Ut tabelliones in protocollo ſcribant, idque cum die & Conſule.

Illud tamen huic legi adjicimus, ne tabelliones in alia charta pura inſtrumenta ſcribant, quam illa, (24) in qua protocollum, ut vocatur,

(20) *cauſentur*) προφασίζεσθωσαν. Hal. προφασίζεσθαι Vet. *occaſionem habentes.* Gloſſ. Cyrill. προφασίζομαι, *cauſor.*

(21) *conſonas*) συμμέτρους. Recte, Vet. *mediocres*, quaſi legeretur μετρίους.

(22) *tabellioni*) πλὴν ἢ ἀπὸ τοῦ συμβολαιογράφου Conſtructio hic mutata eſt. Deberet enim ſcribi πλὴν ἢ τῷ &c. propter præcedens μηδενὶ ἑτέρῳ. Gloſſ. Jur. Ταβελλίων, ὁ τὰ τῆς πόλεως γράφων συμβόλαια, ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομικὸς λεγόμενος, ἅπαντα ἐπιτελῶν τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἔργῳ αὐτῶν οἰκείοις ἐπισφραγίζων γράμμασι.

(23) *in tuto*) ἐν ἀσφαλεῖ κείσονται. Vet. *ſub cautela facient.* Hal. ἐν ἀσφαλείᾳ.

(24) *in qua*) ὃς προκείμενον τὸ καλούμενον πρωτόκολλον ἔχοι. Apud Hal. deeſt τὸ ἔχοι.

Digitized by Google

tut, præmiſſum ſit, quod nomen glorioſiſſimi Comitis ſacrarum noſtrarum (25) largitionum illius temporis, & tempus, quo inſtrumentum factum eſt, & quæcunque in illis (26) ſcribi ſolent, præferat. Nec protocollum hoc abſcindant, ſed inſertum relinquant: multas enim falſitates ex ejuſmodi chartis, & antea & nunc quoque oſtenſas eſſe novimus. Quare ſi charta quædam ſit, ((27) nam & hoc ſcimus) (28) quæ protocollum non ita ſcriptum, ſed aliam quandam ſcripturam habeat, (29) neque illam admittant, tanquam adulteram & ad talia non idoneam, ſed in ea ſolum charta, quam antea diximus, inſtrumenta conſcribant. Quæ vero de chartarum qualitate & abſciſſione protocollorum, uti vocantur, a nobis diſpoſita ſunt, ea in hac (30) ſolum felici urbe obtinere volumus, ubi magna (31) contractuum multitudo, magnaque chartarum eſt abundantia. Et legitimo modo negotiis uti, nec occaſionem quibuſdam dare licet, ut falſum committant, cui ſe obnoxios eſſe demonſtrabunt, ſi quid contra hæc facere auſi fuerint.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua effectui dare ſtudeat. (32) Dat. XVI. Kal. Septemb. Conſtantinop. poſt Baſil. V. C. Conſ. ann. II.

(25) *largitionum*) λαργιτιόνων. Βασιλ. Θησαυρῶν.

(26) *ſcribi ſolent*) Poſt hoc verbum Hal. addit δέχεται, ut ſuppleatur illud ἔχει, quod antea deſiderabatur. *Agylæus* Scrimgeri lectionem planiorem judicat.

(27) *nam & hoc*) καὶ γὰρ δὴ. Hal. νῦν γὰρ δὴ.

(28) *quæ Protoc.*) ἔχων τὸ πρωτόκολλον οὐχ οὕτω &c. Hal. εἰς τὸ πρωτόκολλον &c. Vid. *Gloſſ. & Ant. Aug.* voce *Protocollum.*

(29) *neque illam*) μηδὲ ἐκεῖνον προσίεσθωσαν. Hal. μηδὲ ἐκεῖνον ποιεῖν προϊέσθωσαν &c. *neque illum aut illum præparaſſe, projiciunto eum* &c. minus recte.

(30) *ſolum*) μόνον. Deeſt in Hal. editione.

(31) *contractuum*) συναλλαγμάτων. Hal. συναλλαγμένων, *contrahentium,*

(32) *Dat.*) Sic & Julian. Vet. *Dat. XIX. Kal. Sept.*

TIT. XXIV.

Ne Judæi & Samaritani prætextu religionis, Curiali conditione liberentur, ſed curialibus muneribus obnoxii ſint, privilegiis vero eorum non fruantur. Contra orthodoxos tamen, (1) qui Curiali fortunæ ſubjecti ſunt, ut teſtimonium dicere poſſint, cum & pro Orthodoxa republ. recte teſtentur.

CONSTIT. XLV.

Idem Imperator Johanni iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

(2) REm aliquam nobis Celſitudo tua nuper indicavit, inter Curiales Judæos forte, vel Samaritas, vel Montaniſtas, vel alios deteſtabiles homines eſſe, quos ne nunc quidem recta & impolluta fides noſtra illuminaverit, ſed qui in tenebris ſedeant, nec animis ſuis vera myſteria percipiant. Et quia hæreticos odio habemus eam ob cauſam a curialibus muneribus ſe liberos fore (3) putant, (4) & ut convenit, hæc dijudicari. Mirati itaque ſumus, ſapientiam & ſeveritatem tuam tales eorum ſermones tuliſſe, nec confeſtim eos, qui ita loquuntur, dilaceraſſe. Nam ſi quidam ſunt, qui perquam abſurde illis muneribus ſe dignos putant, quæ maximis ſolum dignitatibus ſervavimus, quis

(1) *qui Curiali*) ὡς ὑποκειμένων βουλευτικῇ τύχῃ. Apud Hal. deeſt τὸ ὡς.

(2) *Rem aliquam*) Ῥῆμά τι πρὸς ἡμᾶς &c. μεμήνυκεν. Hal. ῥήματι. *retulit nuper vivo apud nos ſermone.* Ῥῆμα apud Græcos autores etiam pro *re* uſurpatur, ut notum eſt. *Vid. l. 13. C Th. d. Judæis.*

(3) *putant*) οἴονται κατὰ ταύτην τὴν πρόφασιν ἐλεύθεροι βουλευτικῶν εἶναι λειτουργημάτων. Hal. ὅτι κατὰ ταύτην πρόφασιν ἐλεύθεροι βουλευτικῶν εἶναι λειτουργημάτων ἐξήτησαν, *quod per hanc cauſam & prætextum petierint curialibus ſe liberari muneribus.* Cum Scringero dilucidius legi autumat *Agylæus.*

(4) *& ut convenit*) καὶ ὡς προσήκει τὰ περὶ τούτων διακρίνεσθαι. Vet. *& quæ competunt his declinare.* Hal. & *quomodo conveniat ea, quæ illo pertinent, diſcernere.* Heſych. διακριθήσεται, διακριθῆναι χωρισθῆναι.

Digitized by Google

quis non eorum miſeriam, (5) & ſtultitiam oderit? Quare (6) omnes illi Curiales ſint, licet multum lamententur, & tam cohortalibus, quam Curialibus muneribus, prout antea lege ſancitum eſt, ſubjaceant, neque ulla religio hac conditione eos eximat (nihil enim horum aut in veteri aut in nova lege dictum eſt) curiali tamen honore indigni ſint. Et quoniam leges multa privilegia Curialibus dederunt, tum (7) ne verberentur, tum etiam ne (8) ſiſtantur, nec in aliam provinciam ducantur, atque infinita alia, horum nullo fruantur. Sed ſi quid de Curialibus ſcriptum eſt, quod illis privilegium non confert, hoc etiam in illis obtineat, & tam corporalia quam pecuniaria munera exſequantur, neque eos ulla lex iis eximat: honore autem nullo fruantur, ſed quoad conditionem in ignominia ſint, in qua etiam animam ſuam eſſe voluerunt. Atque ita hac de re diſpoſitum eſto.

CAPUT I.

ILlud quoque ad nos detuliſti, quæſtione tua dignum. Quoniam enim Orthodoxis inter ſe litigantibus, hæreticos a teſtimonio perhibendo prohibuimus, concedentes illis conſtitutione noſtra, ſi inter ſe miſceantur & litigent, ac uterque tam actor (9) quam reus hæreticus ſit, ut teſtari poſſint, cum ſe invicem digni ſint, tam litigantes, quam teſtes: rurſus ſi hæreticus ſit & orthodoxus, ut contra hæreticos etiam (10) pro orthodoxis teſtimonium plane dicere poſſint, contra orthodoxum non item: orthodoxis vero litigantibus ad teſtimonium nullus plane illis aditus ſit. Certiores itaque nos feciſti, orthodoxos quoſdam negare ſe Curialis eſſe conditionis, atque neceſſe eſſe, ut

(5) *& ſtultitiam)* καὶ ἄνοιαν. Abſunt hæc ab Hal. editione.

(6) *omnes illi &c.)* οἱ τοιοῦτοι πάντες, καὶ μάλα ὀδυρόμενοι, καὶ ταῖς βουλευτικαῖς ὑποκείσθωσαν λειτουργίαις. Hæc non habentur in Cod. Hal.

(7) *ne verberentur)* περὶ τε τὸ μὴ τύπτεσθαι. Vet. *ut non cædantur.* Julian. *ut loramentis non ſubjiciantur.*

(8) *ſiſtantur)* παρίστασθαι. Deeſt apud Vet. Hal. *ne velut ſordidati rei ſiſtantur judicio.*

(9) *quam reus)* ὅτι ἐναγόμενος. Deeſt hic, ut ſenſus ſit plenus, *& actor*, quod habent *Vet. Interpr.* & Hal. qui legit ὅτι ἐνάγων, ὅτι ἐναγόμενος.

(10) *pro orthodoxis)* ὑπὲρ ὀρθοδόξων. Non habet id Haloander.

ut genere illis juncti, vel etiam alii, qui conditionem eorum ſciunt, ad teſtimonium dicendum veniant, & cum lex hæreticorum teſtimonia contra orthodoxos prohibeat, propterea judices eos admittere noluiſſe. At vanum habent timorem, qui hæc teſtimonia accipere recuſant. Nam primum pro orthodoxis feruntur, (hoc enim hæreticos facere leges non prohibent,) deinde ſi quis eos, qui Curiales ſunt, & conditionem ſuam recuſant, in Curiam trahat, & hæreticos ad teſtimonium vocet, quomodo hoc non pro noſtra republica facit? cum reſpublica litigans ſit (11) orthodoxa, & maxime ex quo Deus nobis imperium illius dedit: qui autem eo nomine teſtantur, pro orthodoxis teſtimonium dicant. Noſtra etenim (12) Reſpublica recta eſt, & orthodoxam fidem amplectitur, omnemque aliam hæreſin merito odio habet.

EPILOGUS.

(13) EMinentia igitur Tua hoc cuſtodiat, (14) legem noſtram cognoſcat, quod reipublicæ expedit, (15) procuret, ſemperque ſciat, nos operam dediſſe ut ea faceremus & ſanciremus, quæ Reipublicæ noſtræ conducunt. (16) Dat. XV. Kal. Septemb. Conſtantinop. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

COLLATIO QUINTA.

TIT. I.

De Eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione & ſolutione, (1) exceptis iis, quæ Conſtantinopoli ſunt.

CON-

(11) *Orthodoxa*) ὀρθοδοξοῦσαν. *Hal.* ὀρθόδοξον οὖσαν.

(12) *reſpublica*) πολίτευμα. Vet. *noſtra converſatio.*

(13) *Eminentia*) Epilogus deeſt in Hal. editione.

(14) *legem*) Vetus *mentem*, νοῦν.

(15) *procurans*) μνηστεύων, quod eſt *affectiones concilians, comparans.* Vet. *commemorans.*

(16) *Dat.*) Sic & Vet. & Jul.

(1) *exceptis &c.*) δίχα τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει. Non legit hæc *Vet. Interpr.*

CONSTIT. XLVI.

Idem Imperator Johanni iterum Præfecto (2) Prætorio, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

IN legum ſtudio, cæteriſque omnibus ideo quotidie verſamur, ut utilitatem ſubditorum noſtrorum promoveamus, id quod effuſum atque immoderatum eſt coercentes, optimum vero & quod modum habet, in ejus locum introducentes. Ac ſæpe de induſtria legem, quia antea modum non habebat, etiam ultra modum contraximus, ut cohibendo id quod ante redundabat, æqualitatem hac ratione impoſterum introduceremus. Nuper itaque omnibus ſanctiſſimis Eccleſiis, Monaſteriis & reliquis ſacris domibus legem tulimus, ne immobiles res alienandi poteſtatem habeant. Videbamus enim rem eſſe effuſam, atque paulatim Eccleſiaſticas poſſeſſiones, nec æquo pretio ſoluto, nec inevitabili (3) neceſſitate cogente alienatas, in alios transferri, ſed & contra leges jam latas mille circumventiones fieri. Quare priore via ſublata effecimus, ut nemini [illegible] ad eas circumveniendas aditus pateret. Sed ea res utplurimum poſſeſſionibus ſanctiſſimarum Eccleſiarum & reliquarum ſacratum domorum utilis quidem fuit, cum nemo illas diminuere auderet. Occurrit tamen difficultas quædam. Debita enim vel longo tempore contracta, vel etiam poſtea ex neceſſitate aliqua, & maxime occaſione fiſci ſuperveniente, ſacras domus ad alienationis neceſſitatem deducebant. Nam quoties mobilia bona ſufficientia non aderant, periculum erat, ne Præſules eorum in extremam neceſſitatem venirent, cum non poſſent (4) reddere, nec haberent unde debita diſſolverent. Verum ut pro debitis poſſeſſiones Eccleſiaſticæ in ſolutum dari poſſint, (ſolutione tamen cum decente diligentia & obſervatione facta) jam ſæpe permiſimus, quemadmodum nec id lege noſtra manifeſte antea (5) ſuſtulimus.

Iii

(2) *Præfecto*) Vet. [illegible] *Sacrorum per Orientem* [illegible]

(3) *inevitabili*) [illegible] χρ[illegible]. Vet. [illegible] *opere.*

(4) *reddere*) ἀποδοῦναι. Vet. *rende-re.* Neceſſitas [illegible] oriebatur, quod nec habebant, unde ſolverent, nec ex bonorum venditione pecuniam parare poſſent.

(5) *ſuſtulimus*) ἀνελόντες. Vet. *permiſimus.*

limus. Si vero non adſit privatus aliquis creditor, ſed fiſcus inmineat, & debita exigat, penuria autem pecuniæ ſit, nec fiſcus immobilem poſſeſſionem accipere poſſit, (6) tum de ſubtilitate legis aliquid remittendum duximus, & ſi talis quædam neceſſitas adſit, etiam alienationem permittere placuit.

CAPUT I.

SAncimus igitur, ſi quis ſanctiſſimarum Eccleſiarum, vel reliquarum venerabilium domuum fiſcales debeat reditus, nec habeat unde eos ſolvat, ut tum omnes Clerici, tum etiam Deo amantiſſimus urbis il lius & præterea Metropoleos Epiſcopus conveniant, & in medio im poſita ſacra ſcriptura cauſam examinent, & ſi nullus reditus, quo abſque alienatione debitum fiſcale ſolvi poſſit, appareat, tum poteſtas illis competat (ſententia tali procedente, & decreto a Præſide Provinciæ [illegible]) res immobiles attingendi, easque ad debitum ſolvendum alienandi. Ac emtores quidem fiſco ſolvant, (7) apochis inde accipiant [illegible] debitum fiſcale ſuſcipiant [illegible] habeant, nec legem a nobis antea latam metuant. (8) [illegible] vero culpa, quantum ad legem, careant, & publicæ apochæ [illegible] ſuccen tur, quique eas fecerunt, deponant, ut a ſanctiſſimis Eccleſiis manifeſta probatio ſervetur, & publica tributa ſoluta, & omnia ſecundum legem noſtram geſta [illegible] nec quidam (9) publicum [illegible] fingere, atque ita res immobiles alienare poſſint. Ideo etiam decretum fieri permiſimus, ut (10) publicum fuiſſe debitum conſtet, & a quo tempore veniat, & quod illud non pecunia ſolutum ſit, ſed [illegible] alienationis venerit: quo veritas undique teſtata ſit, [illegible] coram ſanctis Evangeliis peragantur, cum Epi-

(6) *tum de* Vet. [illegible] *relaxare aliquid* &c.

(7) *apochas* Vet. *de* [illegible] *percipie tibus.* [illegible] Vid. *Ant. Aug.* voc. [illegible] *talis ſint*

(8) [illegible] Hoc [illegible] Vet. non habet.

(9) [illegible] *δημόσιον* [illegible] Vet. [illegible] Julian. *publicum.* Vid. [illegible] *Jul.* voce *publicum.*

(10) *publicum* Vet. [illegible] *de fiſc* [illegible] *geſtorum.*

Epiſcopi, Clerici, ac præterea reliqui omnes ſciant, Deum omnia, quæ ab illis fiunt, videre, & ſi quid dolo, vel lucri cauſa, vel machinatione fecerint, illud ſe in animabus ſuis tam viventes, quam morientes recepturos eſſe.

CAPUT II.

Si vero privatus aliquis creditor fuerit, is immobiles poſſeſſiones titulo pro ſoluto accipere poterit, decretum vero etiam hic fiat, & pro modo earum rerum, quæ vere illis debentur, poſſeſſiones illi adjudicentur. Si vero publicum ſit debitum, ad alienationem immobilium venire poterunt, ſecundum priorem obſervationem, ita ut nihil neque ad juſtitiam, neque communem utilitatem deſit.

CAPUT III.

His vero omnibus ſanctiſſimam magnam Eccleſiam felicis hujus urbis, & circumjacentem regionem, & domus orationum (quarum illa curam ſuſcepit) plane eximimus, iis, quæ jam a nobis ſancita ſunt, in ſuo robore manentibus. Quod ſi etiam Monaſteria quædam ſanctiſſimæ majori Eccleſiæ ſubſint, nec illa huic legi ſubjicimus, ferentes eam ſolum extraneis provinciis in quibus magna eſt pecuniæ inopia, ob quam ſanctiſſimæ Eccleſiæ debita ſua ſolvere pecunia non poſſunt.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, ea Celſitudo tua cognoſcens, cuſtodiat, ut ſecundum rerum alienationes ſecundum ea fiant. (11) Dat. XV. Kal. Sept. Conſtantinop. poſt Beliſ. V. C. Conſ.

TIT. II.

Ut nomen Imperatoris Inſtrumentis & actis præponatur, & ut tempora quæ latinis literis ſignificantur, apertius ſcribantur.

(11) *Dat.* [illegible] Vet. *Dat. XIV. Kalend. Septemb.* &c. *anno ſecundo.* Julian. | *Dat. XVIII. Id. Sept. Conſulatu Beliſarii.*

CONSTIT. XLVII.

Idem Imperator Johanni iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

ILlud omnium graviſſimum exiſtimandum eſt inſtrumentum & monumentum, & quicquid ad temporis memoriam ab hominibus inventum eſt, quod ipſa etiam Imperatoris memoria ornatur. Conſules enim & indictiones, (1) & ſi quid aliud apud nos tempora indicat, (2) illa quidem, quæ quis vult, forte declarant, neque nos quicquam eorum tollimus, ſed magis additamentum iis damus, ut majoribus (3) & perfectioribus temporis curſus deſignetur. Nam ſive quis ad antiquiſſima & vetuſta Reipublicæ reſpiciat, (4) Æneas Rex Trojanorum reipublicæ initium dedit, & nos ab illo Æneadæ vocamur: ſive quis etiam ſecunda initia comtempletur, quibus (5) Romanum nomen inter homines clare exſplenduit, illa Reges conſtituerunt Romulus & Numa, quorum ille civitatem condidit, hic vero eam ordinavit atque exornavit legibus: ſive etiam tertia ſumat Imperii principia, (6) Caſarem illum magnum, & Auguſtum Venerandum, etiam ſic Rempublicam quæ nunc floret (7) utinam immortalis eſſet) (8) ab illis profectam inveniet. Abſurdum igitur eſt, in inſtrumentis, (9) atque illis quæ in Judiciis aguntur, & plane in omnibus, (10) in quibus temporum quadam ſit mentio, Imperatorem non præponi.

CA

(1) & [illegible] χεὶ εἴπ περ [illegible] ἴγμα τῶν χεἰτων ὅλως [illegible]. Hal. καὶ εἴ τι παράδειγμα τῶν χεόνων [illegible] & quicquid om[illegible] argumentum &c. [illegible]

(2) *illa*) τοῦτον. *Hal.* τούτων.

(3) & *perfecti*[illegible] καὶ πλειοτέρων. *Hal.* καὶ πλε[illegible]ρων.

(4) *Æneas*] Αἰν[illegible] ὁ [illegible]. Βασιλ. [illegible] Vet. *nobis*. Sic & [illegible] ἡμῖν ἐξευρή-σει.

(5) *Romanum*] Ῥωμαϊκόν. *Hal.* Ῥωμαίων.

(6) *Caſarem*] καίσαρα τὸν μέγαν καὶ Ἄυγουστον τὸν Σεβ[illegible] *Hal.* καίσαρα τὸν μέγαν καὶ Ἄυγουστον καὶ Σεβῆρον. [illegible] & S[illegible]erum.

(7) *utinam immortalis*] εἰ δὲ ἀθάνατ[illegible] *Hal.* [illegible] ἀθάνατος.

(8) [illegible] ἐξ ἐκείνων. Hal. ἐξ ἐκείν[illegible] M[illegible]

(9) [illegible] καὶ τοῖς ἐν δικα[illegible] [illegible] &c. Hal. [illegible] ἐν τοῖς [illegible] & [illegible] hac in [illegible] &c.

(10) *in quibus*] [illegible] μα τις χρόνων χε[illegible]

CAPUT I.

Quare ſancimus, ut & illi, qui actis inſerviunt, ſive in judiciis, ſive ubi (11) acta conficiuntur, & tabelliones, & quicunque inſtrumenta quælibet forma ſcribunt, (ſive in magna hac urbe, ſive aliis gentibus, in quis Deus nobis imperium dedit) in hunc fere modum inſtrumenta inchoent: Sacratiſſimi illius Auguſti & Imperatoris anno imperii illo. Deinde nomen Conſulis, qui eo anno eſt, ſcribant, tertio indictionem cum menſe & die. Sic enim per omnia tempus ſervabitur, & Imperatoris memoria, atque ordo Conſulatus, & reliqua obſervatio inſtrumentis inſerta, ne ſpuria ſint plerumque efficiet.

§. 1. Si vero apud eos, qui Orientem verſus habitant, vel alios homines, obſervatio quædam in civitatum temporibus cuſtoditur, neque hanc invidemus: ſed præmittatur Imperator, ſequatur vero, ut dictum eſt, Conſul, indictio, menſis, dies, quo ea, quæ geſta ſunt, fiunt & ſcribuntur: tunc vero annus civitatis omni modo inſeratur. Neque enim quidquam eorum, quæ antea fuerunt, tollimus, ſed Imperiali additamento rem augemus. Atque ſtatim a prima indictione, quæ Deo Duce veniet, incipiant, ita (12) ſcribentes: Juſtiniani ſacratiſſimi Auguſti & Imperatoris Imperii anno undecimo, poſt Conſulatum Clariſſimi Flavii Beliſarii anno ſecundo, die ante tot & tot Kalendas: & ita in omnibus tum noſtri Imperii, quoad illud Deus (13) prorogaverit, tum ſequentium Imperatorum (14) anni nominentur: manifeſtum enim eſt, quod nunc quidem (15) undecimum Imperii noſtri annum, incipiente vero primo die menſis Aprilis, quo Deus Reipublicæ Romanorum nos præfecit, duodecimum annum ſcripturi ſint, & ſic porro quoad Deus nobis imperium prorogaverit: ut una cum legibus, ea-

χ[illegible] *memoria* tempus [illegible] bene.

(11) *ubi*) πράξεις. Baſil. πράσεις.

(12) *ſcribentes*) γραφόντων. Hal. γραφόντων.

(13) *Anni*) τὰ τῆς βασιλείας ἔτη. Baſil. ταύτης τῆς.

(14) *prorogaverit*) μηκύνοι. Hal. μηκύνῃ.

(15) *undecimum*) ἔτους ἑνδεκάτου. Hal. ἔτος ιά.

rumque latione, hæc etiam res perpetuo (16) immortalis maneat, in omni re atque tempore imperii mentione (17) facta.

CAPUT II.

ILlud quoque adjicimus, ut cum illi, qui tempus in judiciis deſignant, id incertis illis & antiquis literis declarent, in omni judicio obſervent, ut poſt antiquas illas literas alias ſubjiciant, ſcil. communes illas, & omnibus notas, quæque ab omnibus facile legi poſſint, & tempus eorum, quæ acta ſunt ſignificent: ne illi qui tempus quærunt, (18) vagentur atque incerti (19) exſpectent, donec in hominem aliquem incidant, qui literas illas recte intelligat. Quod ſi ea quæ poſt præſcriptas illas obſcuras literas ſequuntur, Græcæ linguæ ſint, Græcis quoque literis tempus ſubjiciatur: ſin vero totius chartæ latinus ſit contextus, latinis quidem literis tempus (20) ſubjectis illis obſcuris elementis ſubſcribatur, clariorem tamen literarum ordinem habituris, & quem omnibus, qui ſyllabarum Latinarum non prorſus ignari ſunt, legere liceat.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & per ſacram hanc legem declarata ſunt, Excellentia tua tam in magna hac urbe, quam omnibus provinciis, (21) quibus præeſt, manifeſta faciat; ut nemo aliter tempus numerare, aut reliqua agere audeat, quam antea definivimus. (22) Dat. prid. Kal. Sept. Imp. Dn. Juſtin. PP. Auguſti, ann. poſt Beliſ. V. C. Conſ.

Tit,

(16) *immortalis*) ἀθάνατον ſcil. πρᾶγμα. Hal. ἀθάνατα.

(17) *facta*) συμπαραγγελομένης. Hal. συμπαραγγελομένης.

(18) *ne vagentur*) ἵνα μὴ περινοστῶσιν ἀναζητοῦντες. Hal. ἵνα μὴ πλανῶνται καὶ ἀναζητοῦντες &c. *ne qui tempus quæritans, aſſiſtant* &c. Scrimgeri lectionem probabiliorem putat *Agylæus*.

(19) *expectent*) μένωσιν. Hal. μένωσι.

(20) *ſubjectis*) ὑποκειμένοις. Hal. ὑποκείμενον, *ſubjectum ſcil. tempus obſcurioribus literis*. Vet. *interpoſitis*. Haloandri lectio recipienda videtur; præcedit enim μετὰ τὴν προγραφήν. & initio h. cap. μετ' ἐκεῖνα τὰ γράμματα.

(21) *quibus præeſt*) ὧν ἄρχει. Hal. ὧν ἄρχη.

(22) *Dat. prid.*) Vet. *Dat. Kalend. Conſtantinop. imperante Juſtiniano per-*

TIT. III.

De jurejurando, quod defunctus de ſubſtantiæ ſuæ modo præſtitit.

CONSTIT. XLVIII.

Idem Imperator Johanni iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

VNus hic nobis ſcopus ſemper (1) fuit, ut defunctorum diſpoſitiones firmæ ſint, ſi (2) legi non repugnent, neque iis manifeſte contrarientur, quæ (3) huic placent. Scimus igitur quod reipſa contigit, & (4) nunciatum nobis eſt, teſtatorem quendam jurejurando interpoſito omnem ſubſtantiam ſuam dixiſſe, ſeque eam ſolam hæredibus ſuis relinquere; poſtea vero hæredes quoſdam ea (5) recuſare, facientes quod non juſtum eſt: quia in bona quidem illius ſuccedunt, (6) & hoc ipſo iis, quæ ab ipſo diſpoſita ſunt, obediunt: quæ vero jurejurando addito dixit, rata non eſſe, nec ut decet, ſervare volunt. Cum tamen legibus noſtris una quodammodo perſona videatur hæredis, & illius, qui hæreditatem in eum tranſmittit: adeo ut nemo dixerit, eum cum ſe ipſo pugnare, & quod dixit atque ratum fore juravit, id nolle valere, ſed propria verba impugnare.

CA-

petuo Auguſto, anno undecimo poſt Conſulatum Beliſ. Viri Clar. anno ſecundo. Julian. *Dat. prid. Kal. Sept. C. P. Imp. Dn. Juſtin. PP. A. Ann. XI. poſt Beliſar. V. C. Conſ.*

(1) *fuit*) πεποιήμεθα. *Hal.* ποιούμεθα, & ſic quoque Vet. s. *Unam habemus intentionem.* Non male.

(2) *legi repugnant*) εἰ μὴ μάχοιντο νόμῳ. Vet. *niſi reſultent legi.*

(3) *huic plac.*) τοῖς ἐκείνῳ δοκοῦσι. *Hal.* τὰ ἐκείνοις δοκοῦντα, *placita illorum.* Vet. *iis, quæ illi placent.* Quod præferendum.

(4) *nunciatum*) προσηγγελμένον. *Hal.* προσαγγέλλεσθαι.

(5) *recuſare*) πρὸς ταῦτα ἀνατείνειν. Vet. *ad hoc reſultant.*

(6) *& hactenus*) καὶ τέως. *Hal.* melius καὶ ἐν τούτῳ. Vet. *& in hoc.* Idem mox pro παραπλήσιος legit [illegible].

CAPUT I.

SAncimus igitur, ſi quis inventarium fecerit, ſive propria manu, ſive ab aliis quidem ſcriptum, a ſe autem ſubſcriptum, vel in teſtamento ſuo ſubſtantiæ ſuæ modum declaraverit, (hæredibus forte quibusdam abſentibus, quibuſdam vero præſentibus, vel etiam omnibus præſentibus,) ut non liceat hæredibus hæc recuſare, neque dicere quendam ex hæredibus præter ea, quæ a defuncto dicta ſunt, bona occultaſſe. Sed ſi defunctus jusjurandum præſtitit, vel in teſtamento ſuo ſe præter ea nihil aliud habere juraverit, id amplectantur hæredes, ſive liberi, ſive extranei ſint, (7) nec curioſe inquirant, nec cohæredes ſuos calumnientur, nec ſervos interrogent, (8) & tormentis ſubjiciant, atque ejus generis alia perveſtigent & perſcrutentur, quæ ad contentionem ſolum, nec quicquam aliud faciunt: cum ſubſtantia tanta videatur, quantam teſtator juravit, (9) quamque ſolam inter hæredes dividi voluit.

§. 1. Et hæc quidem in hæredibus, (10) qui iidem cum defuncto quodammodo eſſe videntur, obtinere volumus: non vero & in creditoribus id ratum eſſe: cum a legibus noſtris dictum ſit, quæcunque quis pro ſe dixerit aut ſcripſerit, ea nihil ipſi prodeſſe, neque creditoribus præjudicare: ſed liceat illis, quo velint modo, omnia perveſtigare, hæredes vero ea obſervent, quæ a teſtatore dicta ſunt. Atque hujus rei hæc pœna in hæredes ſtatuta ſit, (11) ut, qui his contrariatur, ſibi relictis nullo modo frui poſſit: (12) & neceſſitas immineat vel omnibus obediendi, vel omnia aſpernandi, non autem illa quidem

(7) *nec curioſe*) μὴ πολυπραγμονεῖν. Vet. *neque tergiverſari.* Gloſſ. Cyril. πολυπραγμονῶ, *ſciſcito, percontor.*

(8) *& tormentis,* καὶ εἰς βασάνους ἄγειν. Vet. *ſervos quærere ad tormenta deducere,* qui τὸ καὶ non videtur legiſſe, ſenſu paulo clariore.

(9) *quamque ſolam*) Vet. *hanc ſolam apud hæredes inveniri voluit.*

(10) *qui iidem quodammodo*) εἶναι ταυτὸν δοκοῦσι &c. Vet. *qui curioſi videntur eſſe in defuncti ſubſtantia.* Quem ſenſum textus non admittere videtur.

(11) *ut qui his*) τὸ τὸν ἐναντιούμενον λήγειν. *Hal.* τὸν ἐναντιούμενον &c.

(12) *neceſſitate*) ἀνάγκης ἐπιούσης. *Hal.* ἀνάγκης ὑπιούσης. Neutrum male.

(13) *a ſucceſſ.*) ὑπὸ τῶν αὐτοῦ διαδόχων. *Hal.* τῶν δὲ αὐτοῦ διαδόχων.

Digitized by Google

dem eligendi, hæc vero impugnandi: ſed defuncti voluntas (13) a ſucceſſoribus ſuis ita cuſtodiatur, (14) ut in nulla re illi contrariari quis audeat. Atque hæc omni futuro tempore & in omni cauſa in judicium nondum deducta, nec judiciali ſententia, vel amica (15) conventione decisa obtineant.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia Tua cognoſcens, more ſolito per programmata ſua omnibus nota faciat. (16) Dat. XV. Kal. Sept. Conſtantinop. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

TIT. IV.

(1) De reis, qui appellationem interponunt, & de (2) chirographis a reo prolatis; & de jurejurando (3) cauſæ, ut illud jungatur cum jurejurando (4) calumniæ;

(14) *ut &c. audeat*) ὡς &c. θαῤῥεῖν. *Hal.* ὡς &c. θαῤῥοῦν.

(15) *conventione*) συμβάσει. *Hal.* συμβιβάσει, ut ſupra *Nov.* 19. *n.* *Heſych.* συμβάσεις, ἐπάνοδος εἰς εἰρήνην ἢ φιλίαν. Συμβίβασις, πεῖσις, διδαχὴ, ὁ ἰπος. Συμβιβάζει, εἰς φιλίαν ἄγει, ὁ συλλαλεῖ. Suidas. Σύμβασις, φιλία, καταλλαγή. Συμβιβάσαι, ὡς συμβίβασιν καὶ ὁμολογίαν ἐλθεῖν περὶ τινός.

(16) *Dat.*) Vet. *Datum X Kalend. Sept. Conſtantinop. poſt Conſulatum Beliſ. V.C. anno ſecundo.* Jul. *Dat. XV. Kalend. Septemb.* C. P. Poſt Biliſarii V. C. Conſ. ann. II.

(1) *De reis*) Vet. *de his qui ingrediuntur appellationem: & quando per ſcripturam manus propriæ fiat collatio literarum, & de jurejurando dilationis & ut conjungatur jusjurando calumniæ.*

(2) *chirographis*) ἰδιοχείρων, id eſt inſtrumentis propria manu ſcriptis.

(3) *cauſa*) ὑποθέσεως. Sic Cod. Vaticanus. *Hal.* ὑπερθέσεως. *Dilationis.* Vet. *dilationis.* Ut hic ἡ ὑπερθέσεως in ὑποθέσεως ex Scrimgero mutetur ratio non patitur. AGYL. Apud Cujacium in Indice Novellis præmiſſo, *inſcribitur de jurejurando dilationis jurejurando calumniæ cooptando.* Julian. *jusjurandum dilationis* vocat. Quod & textui convenit in *cap. 3.* ubi jurisjurandi illius formula traditur, quod nempe κατὰ ἀπάτην ὑπερθέσεως vel ἀναβολῆς ἕνεκα quis probationes non exigat. *Inſcriptio* tamen *c. 3.* habet ὑποθέσεως, quod eſt *cauſa*, *lis*, ut in fin. *princ. d. c. 3.*

(4) *calumniæ*) περὶ calumnias, *Hal.* & βασιλ. τῆς συκοφαντίας.

mniæ; (5) ut ſemel tantum ad omnem probationem juretur.

CONSTIT. XLIX.

Idem Imperator Johanni iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

FLuxa illa rerum humanarum conditio, quæ (6) in eodem nunquam poteſt conſiſtere, ſed ſemper quidem eſt, nunquam vero manet, legibus perturbationem aliquam affert: & quod recte ſe habere, atq; firmiter collocatum, ac diligenti obſervatione munitum videtur, emergentium cauſarum varietas ſæpe turbat. Scimus enim nos id, quod male & (7) doloſe in appellationibus factum eſt, nuper correxiſſe: quoniam appellantes eo ſolum contenti, ut appellationem in judicio interponerent, & ſemel perſonam ſiſtentes (8) ſive altera parte abſente, ſive etiam cauſa cognita (id enim perinde eſt) cauſam deſerebant: & victori plane (9) ſine fine lis erat: (10) cum neque judicatis propter appella-

(5) *ut ſemel*) ἵνα ἅπαξ μόνον ὑπὲρ πάσης ἀποδείξεως ὀμνύητε. *Hal.* ὃν ἅπαξ μόνον ὑπὲρ πάσης ἀποδείξεως ὀμνύοιτε, *quod ſemel tantum pro omni probatione præſtare ſolet.* Codex etiam Vaticanus habet ἀποδείξεων ut & edit. Steph. Scrimgeri lectionem probabiliorem judicat *Agylaus.* Lege tamen, ſi vis pro ὑπὲρ πάσης ἀποδείξεως, ἐπὶ πάσης ὑποθέσεως. Ita enim Imper. in *§. 1. cap. 3. h. t.* βουλόμενοι πολλάκις ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ὅρκους παρέχειν.

(6) *in eodem*) ἐπὶ ταυτοῦ. *Hal.* ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. Et mox pro οὐδέποτε, οὐδαμῶποτε. Non male: præcedit enim μηδέποτε.

(7) *doloſe*) δολερῶς. *Hal.* edit. Pariſ. δολερῶς.

(8) *vel altera*) ἢ κατὰ μίαν μοῖραν ἢ καὶ κατὰ διάγνωσιν. Vet. *aut per unam partem aut etiam per cognitionem. Hal. ſive ex una parte ſive cognitionaliter.* Κατὰ μίαν μοῖραν, idem eſt quod μονομερῶς, una ſolum parte præſente, *ex una poſtulatione.* Ut ait. *l. 4. C. de Accuſ.* vid. *& Nov. 53. cap 4. §. 1.* Ubi Interpr. vertit, *ſecundum unam partem.* Julian. *reo abſente.* Κατὰ διάγνωσιν idem eſt, quod infra *n. 10.* Imperator dicet συνάδων, id eſt *utraque parte præſente, cauſa cognita.* Vid. *Cujac. ad h. Nov. & IV. Obſ. 32. & XX. Obſ. 11. & XII. Obſ. 28.*

(9) *ſine ſine*) ἀδιεξόδευτα. *Hal.* ἀδιεξόδευτα. Forte legendum ἀδιέξοδα. Nam ἀδιέξοδος eſt, *quod exitum non habet.*

(10) *cum neque &c. poſſet*) μὴ δυναμένων. *Hal.* μὴ δυναμένη. Recte. Vet. *non valenti.*

appellationem frui, neque efficere poſſet, ut de appellatione propter abſentiam (11) appellantis cognoſceretur.

§. 1. Hæc nuper lata lege correximus, illi, qui appellationem interponit, (12) ſive ipſe ſolus, ſive altera etiam pars præſens ſit, annum præſtituentes, intra quem litem peragat & jus ſuum obtineat, nec eam indeciſam relinquat: deinde alium etiam annum ex humanitate adjecimus, ſi culpa judicis, vel alia quadam inevitabili cauſa appellatio protrahatur: eoque elapſo, ſi litem non (13) finiverint, ſancivimus ut victori firma maneat ſententia. Hæc igitur nobis placuerunt, & in commune lege ſcripta ſunt, atque tam legem hanc, quam obſervationem ejus valere volumus.

§. 2. Verum multi nos adierunt, dicentes, (14) ſe quidem denuntiaſſe judici appellationis & voluiſſe, ut cauſa cognoſceretur, ſed forte propter inevitabiles quaſdam occupationes judicum copiam non fuiſſe. Alii ventorum vehementiam, quodq; ex provincia ventis adverſum tenentibus navigare non licuerit, propter inopiam vero pedibus iter metiri non potuerint: vel cum inſulani forte eſſent, aliter quam navi venire nequiverint, ideoque ne ſecundo quidem anno cauſam ad finem uſque perſequi potuerint. Alii inclementiam aeris, alii morbos inevitabiles cauſabantur: quæ omnia re ipſa nobis (15) annuntiata eſſe ſcimus. Quare merito hæc nos commoverunt, cum & legem violari nolimus, & illis, qui ejuſmodi fortuito caſu læſi ſunt, quoad ejus fieri poteſt, auxilium ferre cupiamus. Quid ergo aliud faciendum erat, quam ut ad aliam legem reſpiceremus, quæ, ut decet, rei mederetur? CA-

(11) *appellantis*) τοῦ ἐφέντος. *Hal.* τοῦ ἑνὸς τούτων, *alterius partis.* Dilucidius Scrimgerus *Provocatoris* habet. AGYL.

(12) *ſive ipſe*) εἴτε αὐτῷ, καθ' αὑτὸν εἰσελθόντι, εἴτε καὶ συστάδην. Vet. *ſive ipſi ſecundum ſe ingredienti, ſive communiter. Hal. ſive ſeorſim, ſive conſiſtente etiam altera parte.* Legit autem ille pro εἰσελθόντι, ἐπελθόντι. & pro καὶ συστάδην, καὶ κατὰ συστάδην, non recte. Senſus eſt, ut ſupra *n. 6. ſive ſolus ſubeat appellationem, ſive ita ut altera parte præſente, diſceptatio quæ-*

dum fiat. Nam συστάδην eſt *cominus,* unde συστάδην μάχεσθαι, *pugnare conferta manu.* Vid. *Cujac. XX. Obſ. 12.*

(13) *finiverint*) πληρώσωσιν. *Hal.* περαιώσωσι.

(14) *ſe quidem*) αὐτοὶ μὲν προσαγγεῖλαι. Vide an legendum ſit αὐτῷ. Et mox pro μὲν, μέντοι. Item pro ἀνεχομένων, ἀσχολουμένως. δοτὸς eſt judex appellationis Cujac. in Expoſ. h. Nov.

(15) *annunciata*) προσηγγελθέντα. *Hal.* προσηγγέλθαι. Minus recte.

CAPUT I.

Ut biennii fine imminente cauſa appellationis tractetur.

Reliqua igitur (16) dictæ a nobis legis obſervatio, ſicut ante diximus, per omnia cuſtodiatur. Si vero re vera inevitabile quid contingat, & qui cauſam appellationis agit, non permaneat, & licet eam die fatali introduxerit, non compareat, ac periculum ſit, ne biennii tempus elabatur, tunc victori confirmetur ſententia (quemadmodum prior noſtra lex dicit,) ſed cum quadam (17) limitatione, quam impræſentiarum adjicimus. Cum enim victoribus auxilium tulerimus, (18) nimium illud tempus contrahentes, illis qui appellant, & conſtituto die appellationem introducunt, nec tamen certamen ſubire volunt, vel in medio etiam certamine illud deſerunt: propterea exiguum quiddam victoribus auferentes, pulchre, quo decet, (19) collineabimus. Volumus enim, ut ille, qui in cauſa vicit, ſi vere ſententiam confirmari velit, non ex inſidiis, nec poſt tempus aliquod, ſed cum ipſa rerum veritate, ſi cauſam deſerat is, qui appellavit, compareat, & de hoc ipſo conqueratur, deſertoremque quærat: & ſive eum invenire potuerit, ſive is non appareat, (20) jura ſua in medium proferat: durante ſcilicet adhuc biennio, circa finem tamen ejus, ita ut unus forte menſis cauſæ ſuperſit. Et ſiquidem ſuperior videatur, ſententia firma ſit: ſi vero inferior in certamine evadat, & qui appellavit, quique conſtituto die appellationem introduxit, non permaneat, cauſa ſecundum jura decidatur: hoc ſolum addito, ſive cauſam vincat, qui ante quoque vicerat, ſive etiam ea inferior ſit, ut expenſas ingreſſus poſt appellationem deſertor illi omnino præſtet. Sive enim cauſam obtineat quoad expenſas, hoc ipſo

(16) *dicta*) ῥηθεὶς ὑμῖν νόμος. *Hal.* ῥηθέντος ἡμῶν νόμου. Et *Vetus*: *prædicta legis noſtræ.*

(17) *limitatione*) ὑποδιαιρέσεως. *Hal.* διαιρέσεως, *diſtinctione.*

(18) *nimium iſtud*) τὴν ἀμετρίαν τοῦ χρόνου συνάψαντες, τοῖς ἐφιεμένοις δοῦσιν, καὶ κατὰ κυρίαν &c. *Hal.* τοῖς ἔφεσιν μὲν καὶ κατὰ κυρίαν &c. *his qui fatali die ad exercendam appellationem introducti* &c. Minus bene.

(19) *collineabimus*) στοχασόμεθα. *Hal.* στοχασόμεθα.

(20) *jura ſua*) τὰ ἑαυτοῦ δίκαια. *Hal.* τὴν ἑαυτοῦ δίκην.

Digitized by Google

ipſo quod jure vicit, juſtum etiam eſt ut expenſas accipiat: ſive etiam inferior ſit, quoniam ille plane litem deſeruit, & deſerenti etiam vincere contigit, expenſas quidem ſolvat, ubi vero ſententiam obtinuit, Deo & præſenti legi gratias agat, quæ ad hunc modum jus illi cuſtodit, eumque ſola impenſa multat, (21) qua non lex, ſed ipſe ſeſe abſens multavit. Quod ſi neuter neque victor, neque victus compareat (qui conſtituto etiam die appellationem introducens, deinde abfuit,) ſententia victoris rata maneat, cæteræque leges omnes, quæ (22) de appellationibus ſcriptæ ſunt, tum quoad terminos, tum quoad reliqua, firmæ ſint. Hanc enim legem expreſſe de iis ferimus, qui poſtquam die conſtituto appellationem introduxerunt, judicium deſerunt: nihilque ex reliquis legibus, aut temporibus appellationis neque abrogamus, neque mutamus, ſed potius hac etiam lege eas confirmamus.

§. 1. Illud quoque ut definiamus bonum eſt, ſi victores (23) ſententiam, quæ ipſis victoriam confirmat, conſecuti ſint, ut illa fruantur: nihil enim eorum, quæ jam deciſa ſunt, movemus: ſi vero biennio durante & nondum præterlapſo, ac ſententia nondum confirmata, huc uſque pendeat, hæc quoque idem ſortiatur examen, atque ita victores ſententiis fruantur, ſi eas recte ſe habere oſtenderint.

CAPUT II.

Ut ex ſolis inſtrumentis publicis comparationes fiant, nequaquam vero ex privatis, quibus adverſarius pro ſe utitur.

ILlud etiam huic legi (24) adjiciendum putavimus. Quoniam enim jam legem ſcripſimus, quæ vult ut ex inſtrumentis propria manu ſcri-

(21 *qua non*) εἴπερ οὐχ ὁ νόμος. Præſtat ſcribere ὅπερ. ſcil. ζημιοῖ.

(22) *de appellat.*) ἐπὶ ταῖς ἐφέσεσι γεγραμμένων νόμων κυρίων ὄντων. Recte. *Hal.* ἐπὶ τῶν ἴσων ἐγγεγραμμένων νόμων κυρίων. *Scriptis legibus in ſuo robore durantibus.* Corrupte.

(23) *ſententiam*) ἴσθαν ἤδη ψῆφον τυχεῖν, κυρίας ἀποφαινούσης φύλοις τὰς νίκας, τούτων αὐτοὺς ἀπολαύειν. Quæ poſt ἴσθαν hic a nobis exhibentur, abſunt a Codice Haloandri. Agylæus ea ita vertit: *Ut ſiquidem victores ſententiam jam conſecuti ſint, quæ ipſis victorias ratas & firmas eſſe denunciet, his fruantur.*

(24) *adjiciendum*) τοῦτο χρῆναι προσθεῖναι. Βασιλ. τοῦ δεχθῆναι.

ſcriptis nulla fiat comparatio, (25) ſed ex ſolis publicis, videmus vero rerum (26) experientiam conveniente correctione legis egere, idque ex ipſo litigantium experimento invenimus, ſecundum hanc formam (27) eam emendare volumus. Sæpe enim prolato ab aliquo (28) inſtrumento propria manu conſcripto, atque ex eo vel actione, vel juris ſui probatione deſumta, cum pars adverſa literas ejuſdem manus protuliſſet, & ex illis, quæ ipſe adverſarius illi protulerat, legitimam probationem fieri voluiſſet, hic utebatur lege, quod ex publicis inſtrumentis, non vero ex propria manu conſcriptis comparationes fieri debeant.

§. 1. Sancimus igitur, ſi forte aliquid tale contingat, & quis velit literarum ab adverſario prolatarum examen inſtitui, ne id tanquam non recte factum traducatur. Cui enim ipſe (29) fidem habet (30) quodque protulit, & ex quo jura ſua fluunt, id non calumnietur, neque comparationem literarum (31) cum illo fieri prohibeat, (32) quamvis privata ſcriptura ſit. (33) Neque enim ipſe ſecum pugnabit, & quæ affirmat, calumniabitur.

§. 2. Si

(25) *ſed ex ſolis*) Ante hæc verba in Haloandri Codice ſequentia leguntur inſerta: εἰμὴ ἄρα τριῶν μαρτύρων ὑπογραφὰς ἔχοιεν τὰ χειρόγραφα, καὶ αὐτοὶ οἱ μάρτυρες ὁμολογήσωσιν ὅτι ὑπέγραψαν, ἢ ἀρνούμενοι περὶ τῆς ἰδίας χειρὸς ἀπὸ συγκρίσεως τῶν ἰδίων γραμμάτων ἐλεγχθῶσιν; *niſi* ut ille vertit) *trium teſtium ſubſcriptiones habeant, & ipſi teſtes profiteantur, aut ſi propriam inficientur manum, ex collatione literarum ab ipſis deſcriptarum convincantur.* Summa *l. 19 C. d. fid. Inſtr.* ita locum habet, ut quanquam neque Scrimgerus neque Vetus translatio illam habeat, non tamen removendam eſſe putem. AGYL. Extant eadem verba Haloandri quoque in Baſilicis.

(26) *experientiam*) πεῖραν. *Hal. periculum*, quod rebus imminet vertit. Vet. *experimentum*. πεῖρα ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη καὶ ἐμπειρία. Ammon. περὶ ὁμ. Gloſſ. Cyr. πεῖρα, *experimentum*.

(27) *eam*) αὐτόν. Baſil. αὐτήν, & mox pro ἰδιόχειρον ἰδιόγραφον.

(28) *inſtrumento*) συμβόλαιον. *Hal.* σύμβολον, ut & paulo poſt. Julian. *Chartulam ſine tabellione conſcriptam.* Vid. *Gloſſ.* & *A. A.* voce *Chartula*.

(29) *credit*) πιστεύει. *Hal.* πιστεύει.

(30) *quodque prot.*) Vet. *& quod protulit contra quem & ex quo ſuas affirmat allegationes.*

(31) *cum illo*) πρὸς αὐτό. Vet. *ad eum.*

(32) *quamvis*) κἂν εἰ τύχοι καθιστάς. *Hal.* καθιστάμενος.

(33) *non enim*) Vet. *neque ipſe ſibi reſiſtit.*

§. 2. Si vero ex publicis etiam (34) Archivis charta proferatur, (35) veluti apocha menſæ glorioſiſſimorum præfectorum, (nam & de eo quæſitum eſſe ſcimus,) vel ex publicis Archivis quid prolatum ſit, vel publicum habeat teſtimonium, (36) etiam hoc ad comparationes admittendum eſſe ſancimus. Cum enim ubique crimen falſi odio habeamus, (37) ut illi, qui literas conferunt, jusjurandum præſtent, conſtituimus, atque ut comparatio ex ſolis publicis inſtrumentis fiat, introduximus. Quare per omnia lex illa valeat, atque præſens diſtinctio (38) illi addita ſit, & jusjurandum ab illis, qui conferunt literas, omnimodo (39) præſtetur.

CAPUT III.

De jurejurando præſentis cauſæ cum jurejurando calumniæ jungendo.

QUoniam vero ad (40) metum litigantibus incutiendum, ſtatim initio

(34) *Archivis*) Julian. *ſcriniis.* de qua voce vid. *Ant. Aug.*

(35) *veluti apocha*) οἷον ἀπόδειξις τῆς τραπέζης. Sic & Cod. Vaticanus ubi tamen eſt ἀπέδειξις, manu recentiore emendatū & mutatum in ἀπόδειξις. MS. Flor. ἀπὸ manu vero ſimiliter recentiore additū eſt ἀπόδειξις. Hal. οἷον ἀπὸ τῆς τραπέζης &c. *puta ſi a menſa &c. proferatur.* Vet. *velut de ſuſcepto deſcriptio menſæ* &c. Julian. *ſi apocha prolata fuerit a menſa*: &c. Ut pro ἀπὸ ἀπόδειξις recipiam, induci nequeo, ut Haloandri lectionem conſtare judicem. AGYL. De *menſa PP.* vide Gloſſ. & A. Aug. Putem vero τὸ ἀπόδειξις recte ſe habere, & idem eſſe quod *apocha*. Sic enim ἀποδείξεις χειρῶν de *ſuſcepta* vertit *Vetus Interpr.* quod eſt *apocha Nov. 10. Præfat.* & *Nov. 17.* ſupra *cap. 8. apocham* ſine dubio ſignificat. Unde illud ἀπὸ ſit quod *Hal.* habet apparet ex ſcriptura MS. Florentini.

(36) *etiam hoc ad*) καὶ τοῦτο δεκτὸν εἶναι πρὸς τὰς συγκρίσεις τίθεμεν. Vet. *etiam ſuſceptibile hoc eſſe ad collationes manuum ponimus.* Hal. *ut & hoc ad comparationes recipiatur, proponimus.*

(37) *ut illi*) καὶ τὸν ὅρκον διδόναι τοὺς ἀντεξετάζοντας τὰ γράμματα νενομοθετήκαμεν. Vet. *& jusjurandum prebere diſcutientes & eximentes literas ſancimus.* Ἀντεξετάζω eſt *comparo.* Vid. Ant. Aug. verb. *Comparator.*

(38) *illi addita*) ἐπιτεθεῖσα αὐτῷ. *Hal.* ἐπιτιθεμένης αὐτῷ.

(39) *præſtetur*) διδόσθω. *Hal.* γενέσθω. Vet. *prohibendo*, quod ſenſui repugnat. Paulo ante n. 37. eſt ὅρκον διδόναι.

(40) *metum*) εὐλαβείας. Vet. *pro reverentia.* *Hal. ad majorem reverentiam*

initio litis, (41) actores quidem jurare voluimus, ſe non per calumniam litem inſtituere: reos vero (42) ſe juſte non vero contentionis cauſa defendere: atque communem hanc legem omnibus tulimus, nemini id ullo modo permittentes: illud quoque (43) addidimus, ut ſi quis ſermonum aut literarum ſuarum probationem ab aliquo exegerit, prius juret ſe non dilationis cauſa id facere. Multi enim ad ſolam contumeliam, maxime in mulieribus honeſtioribus, ſive literarum, ſive alterius cujuscunque cauſæ probatio (44) opponatur, ſtatim ad hoc jusjurandum decurrunt, adeo ut in uno caſu ſæpius juramenta præſtentur.

§. 1. Sancimus igitur, injuriam hanc tollentes, atque nolentes in eadem cauſa (45) ſæpius jusjurandum præſtari, ut utraque pars, ubi hæc quidem jusjurandum calumniæ præſtiterit, illa vero, quod putet ſe juſtam contradicendi cauſam habere, (46) addat, ſe in tota lite, ſi forte probationes ab adverſario ſuo exegerit, non propter dilationem hoc facere, ſed quia probationem revera putet ab adverſario faciendam ſibi neceſſariam eſſe. Et ſi hoc jusjurandum juraverit, nullo modo, etſi ſæpius probationes requirantur, ab altera parte jusjurandum amplius exigatur: ſed probationes afferantur, nec ſæpius juramenta quædam præſtare cogantur, generali illo jurejurando ſemel (47) præſtito.

EPI-

& *formidinem*. Eſt vero ἐκπλάξαι καν-τω, quæ ſignificatio videtur huic loco non male convenire.

(41) *actores*) τοὺς μὲν διώκοντας. Hal. ἐὰν διαζομένους τοὺς μὲν διώκοντας. Sic & Vetus: *jurare litigantes: actores quidem* &c. Non male:

(42) *quod juſte*) ὡς οὐδὲν τι ἰδίᾳ ἀπολογίαν, &c. Hal. ὡς εἰδέναι τὴν ἀπολογίαν. *quod putent ſe defenſionem* &c. Sic quoque Vetus Interpr. *quia credunt*. Et Imperat. §. 1. *ſeq.* adeo ut hæc ſcriptura præferenda videatur.

(43) *addidimus*) προςτεθείκαμεν. Hal. προςτεθήκαμεν.

(44) *opponatur*) ἀντιτεθείη. Hal. ἀντιτεθείη.

(45) *ſæpius*) πολλάκις &c. ὅρκους παρέχεσθαι. Hal. πολλοὺς &c. ὅρκους παρ. Vet. *crebro*. In fine hujus §. eadem phraſis recurrit, ubi Hal. habet πολλάκις: ſed ibidem eſt ἐν πολλάκις ἐπιζητήσειεν ἀποδείξεις. Ubi Hal. ἐν πολλοῖς &c.

(46) *addat*) προςτεθεῖναι. Hal. προςτεθῆναι.

(47) *præſtito*) διδομένου. Vet. *prohibito*, ut paulo ante *cap. 2. in fin.*

Digitized by Google

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia Tua Edictis ab ipſa tranſmittendis omnibus manifeſta faciat, ut omnes cognoſcant, quæ (48) a nobis ſancita ſunt. (49) Dat. XV. Kal. Sept. Conſtant. Poſt Biliſ. V. C. Conſ.

Tit. V.

(1) Conſtitutio hæc ad Bonum (2) Quæſtorem Exercitus (3) diſponit de appellationibus in quinque provinciis, Caria, Cypro, Cycladibus inſulis, Myſia & Scythia, quis de iis cognoſcere debeat.

CONSTIT. L.

Idem Imperator Bono, Exercitus Glorioſiſſimo Quæſtori Juſtinianeo.

SCimus nos antea ſacram conſtitutionem feciſſe, qua gloriæ Tuæ quinque provincias tradidimus, Cariam, Cyprum, & circumjacentes inſulas, adhæc Myſiam & Scythiam, ut gloriæ Tuæ (4) ſubditæ eſſent. Addidimus quoque, (5) ut appellationes, quæ in dictis provinciis

LII

(48) *a nobis*) παρ' ἡμῶν, deeſt in editione Haloandri.

(49) *Dat.*) Sic *Vet.* & *Julian.*

(1) *Conſtitutio*) Hæc Novella inter *Ha*loandrinas eſt quadrageſima prima, & in ejus inſcriptione pro Βόνῳ legitur Μόνῳ. Contius eam Latine vertit. *Si Scrimgero credimus quinquageſima Conſtitutio eadem prorſus cum quadrageſima altera eſt, quod mirari ſatis nequeo AGYL.* In Libr. Βασιλικῶν *Tom. I. pag. 487.* Novella hæc extat fere integra a verbis ὥστε τῶν μὲν ἐκ Σκυθίας &c. uſque ad Epilogum, numero Nov. 41. ad marginem adſcripto. Anton. Auguſtinus hanc Nov. Latinam ejuſque initium fuiſſe ait: *Recte nobis*, quod ſuo loco relinquimus.

(2) *quæſtorem Exerc.*) κυαίστωρ exercitus. Hal. ἐξερ. ἰτυ. More antiquo duplex erat quæſtorum magiſtratus, & unus quidem circa latus Principis erat, alter vero exercitui præerat. *Julian. Epit.*

(3) *diſponit*) τάττει. Hal. τάττεται non male.

(4) *ſubditæ eſſent*) ὑφ' ᾧ τελεῖν αὐτάς. Contius, *ut functiones ſuſcipiant.* Τελεῖν eſt *inter ſubditos cenſeri.* Vid. *Nov. 1. præfat.*

(5) *ut appellationes*) ὥστε περὶ τὰς ἐκκλήτους γινομένας δίκας &c. Cont. *ut evoca-*

Digitized by Google

vinciis fiunt, non amplius ad glorioſiſſimos noſtros præfectos, ſed ad magnificentiam Tuam transmitterentur. Quoniam igitur multi ex Caria, (6) Rhodo & Cypro nos adierunt, indignantes (7) atque dicentes, ſæpius & hyemis tempore ſe cogi in Scythiam & Myſiam, ubi commoraris, venire, ibique appellationes, nec ob magnam forte pecuniam, (8) proſequi, & magna (9) maria trajiciendo, ac in terras a barbaris infeſtatas proficiſcendo periclitari: propterea viſum nobis eſt legem hanc ad gloriam Tuam ſcribere, ut lites quidem Scythiæ & Myſiæ, quia propinquæ ſunt, Eminentia Tua ipſa cognoſcat, reliquas vero, id eſt, quæ ex Caria & dictis inſulis, ac Cypro deferuntur, ſiquidem ab initio apud glorioſiſſimos noſtros Præfectos actæ ſunt, ſecundum ſacram noſtram juſſionem Præſidi provinciæ traditæ, ſi ipſe in Regia hac urbe verſeris, apud te moveantur, atque una cum glorioſiſſimo Quæſtore ſacri noſtri palatii in ſacro auditorio examinentur, (prout etiam lex de appellationibus lata id (10) exponit.)

§. 1. Si vero ipſe in Scythia & Myſia commoreris, ad eum, qui locum tuum in felici hac urbe ſuſtinet, appellationes fiant, (11) qui tamen ſemper una cum glorioſiſſimo noſtro Quæſtore, ſecundum formam talium (12) cognitionum, cauſam audiat, neque homines dictas

tas factas lites &c. Hal. *provocatione ſuſpenſa lite.*

(6) *Rhodo*) *Hinc Cujacius in l. 6. C. d. Off. Rect. Prov.* pro civitas Phodiorum legit civitas Rhodiorum. *XVI Obſ. 6.*

(7) *atque dicentes &c.*) καὶ φάσκοντες ἀναγκάζεσθαι πολλάκις καὶ χειμῶνος ἄρα γίνεσθαι κατὰ τῶν Σκυθῶν &c. Cont. *dicentes cogi ſæpe & hyemis tempore fieri ſecundum Scytharum* &c. Adde *l. 6. C. de Off. Rect. Prov.*

(8) *proſequendi*) ἐγγυμνάζειν. Hal. γυμνάζειν.

(9) *maria*) πελάγη διαπερῶντες μακρά. Hal. πελάγους διαπερῶντας μακρὰ. Contius, *maria peragrantes longa.*

(10) *exponit*) ὑφηγεῖται. Cont. *introducit.* Hal. *explanat.* Vide quæ ſupra.

(11) *qui tamen*) πάντως μέντοι γινόμενον αὐτὸν ἅμα τῷ ἐνδοξοτάτῳ &c. Cont. *omnino ſiquidem factum ipſum una cum glorioſiſſimo* &c. *Hal. omnino tamen in ſocietatem audientia adhibito glorioſiſſimo* &c.

(12) *cognitionum*) ἐξετάσεων. Deeſt id verbum apud *Haloandrum*, ut & commate ſeq. τὸ ὑπομένειν, & paulo ante ἐξ ἀρχῶν.

ctas moleſtias ſuſtineant, ſed (13) ab ipſis ſecundum ea, quæ a nobis ante dicta ſunt, una decidantur, propterea quod nobis ita legem ferre (14) placuit, ut majore cum diligentia & auctoritate cauſæ agantur.

§. 2. Sin autem in provinciis antea dictis ipſe judicem dederis, is, qui officio tuo in felici hac urbe fungitur, cauſam audiet, ſicut etiam (15) apud glorioſiſſimum Præfectum fieri ſolet. Quod ſi apud gloriam tuam, ſi hic ut par eſt inveniatur, litem inchoari, deinde vero ob militares impenſas Te emigrare contingat, illa ſine mora ab eo, qui locum tuum obtinet, eodem modo decidat, quemadmodum ipſe eam audiviſſes. Si vero ab initio non ad glorioſiſſimos Præfectos ex quibusdam provinciis, ſed ad aliud judicium appelletur, antiqua plane non innovamus.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege expoſita ſunt, gloria Tua effectui dari atque in perpetuum cuſtodire ſtudeat. (16) Dat. XV. Kal. Sept. Conſtant. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XI. poſt Biliſ. V. C. Conſ. ind. I.

Tit. VI.

(1) Ne a ſcenicis mulieribus fidejuſſor, aut jusjurandum (2) perſeverantiæ exigatur.

(13) *ab ipſis*) ὑπ' αὐτοῖς κοινῇ &c. Hal. ὑπ' αὐτῶν. Cont. *ſub ipſis in communi &c. judicari.*

(14) *placuit*) διὸ τὸ παρεστῆναι ἡμῖν. Hal *placuit.* Cont. *quod præbuerunt nobis cauſam.* In omnibus fere Epilogis Novellarum τὸ παρεστῆναι ponitur pro *placere, videri*, & ſic etiam *Vetus Interpres* vertit.

(15) *apud glorioſiſſimum*) παρὰ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ. Hal. παρὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου.

(16) *Dat.*) Julian. *Kal. Julias. Indictione quinta decima P. C. Beliſarii.*

(1) *Ne a ſcenicis*) περὶ τοῦ τὰς ἐπὶ σκηνῆς &c. *Hal.* habet σαπρῶν & vertit: *quæ ſe proſtituunt.* Apud *Vet. Interpr.* inſcriptio talis legitur: *Scenicas non ſolum ſi fidejuſſores præſtent, ſed & ſi jusjurandum dent ſine periculo diſcedere.*

(2) *perſeverantiæ*) προσεδρείας. Hal. *quod hoc genus vitæ deſerturæ non ſint.* Gloſſ. Cyr. προσεδρεία, *ſedulitas.*

Digitized by Google

CONSTIT. LI.

Idem Imperator Johanni (3) per Orientem iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

(4) SCimus nos antea legem tuliſſe, quæ prohibet, ne cui a mulieribus (5) in ſcenam prodeuntibus fidejuſſores exigere liceat, quod (6) perſeveraturæ & impiam operam præſtituræ ſint, tempus ad (7) pœnitentiam non habentes: illisque pœnas graviſſimas nos minitatos eſſe, qui fidejuſſores ab iis exigunt: Inſuper ut & ipſi fidejuſſores non obligentur, nec ulla iis imponatur neceſſitas (8) perſonas illas exhibendi. Sed impræſentiarum invenimus gravem aliquam nec ferendam injuriam caſtitati inferri, quam magno ſtudio colimus. Nam cum illos (9) fidejuſſores accipere prohibuerimus, aliam invenerunt viam, quæ ad majorem impietatem ducit. Jusjurandum enim ab illis exigunt, quod nunquam ab impia illa & turpi opera ſint ceſſaturæ: miſeræ vero mulieres, atque hoc pacto miſere deceptæ, (10) pie ſe agere putant, quando pietatem lædunt, & juramentum ut ſervent, pudicitiam ſuam proſtituunt: cum tamen ſcire deberent, quod (11) ejuſmodi tranſgreſſiones Deo magis placeant, quam juramentorum obſervatio. Neque enim ſi quis jusjurandum a quodam accipiat, quod aliquem forte occiſurus,

(3) *per Orientem*) τῆς ἕω. Hal. τῆς ἑώας.

(4) *ſcimus*) Ἴσμεν πρώην πεποιημένοι νόμον. Sic & Hal. In Baſil. *lib. 60. Tit. 38.* initium hujus Novellæ tale eſſe dicitur: Ἴσμεν πρῶτον πεποιηκέναι. Sed minus bene.

(5) *in ſcenam*) Vid. *Ant. Aug.* voce *Scena.*

(6) *perſeveraturæ*) ὡς προσκαρτερήσουσι. Vide quæ ſupra de hoc verbo. Vet. *quia obſervabant.* Senſus illius explicatur infra verſ. *Juramentum*, verbis, *quod nunquam ſint ceſſaturæ ab impia illa & turpi opera.* Julian. *quod nunquam meretrices eſſe deſinant.*

(7) *pœnitentiam*) μεταμέλο. *Hal.* μεταμελείας, quod magis in uſu.

(8) *perſonas illas*, τῆς ἰδίων προσώπων ἰδίων παραστάσεως. Vet. *perſonarum harum præſentationis.* *Hal.* *ut perſonas haſce ex promiſſione ſiſtant.* Παράστασις eſt *exhibitio ejus, pro quo quis fidejuſſit.* Gloſſ. Cyr. παράστασις, *præſentatio, exhibitio.* Add. Nov. 53. ubi ſæpius occurrit.

(9) *fidejuſſores*) ἐγγυητὰς. Hal. ἐγγυτὰς.

(10) *pie ſe*) εὐσεβεῖν. Edit. *Hal.* Pariſ. habet. ἀσεβεῖν.

(11) *ejuſmodi*) αἱ τοιαῦται παραβάσεις. Hal. καὶ αἱ τοσαῦται. &c.

Digitized by Google

ciſurus, vel adulterium commiſſurus, (12) vel ejus generis abſurdi quid facturus ſit, (13) adeo turpe, abſurdum & ad perniciem ducens jusjurandum ſervare oportet. Quare præſtito quamvis ejuſmodi jurejurando, mulieri a jurisjurandi acerbitate recedere, atque ſine periculo, imo majore cum pietate caſte vivere liceat, pœna perjurii (ſi modo eſt quædam pœna) illi qui jusjurandum exegit, inferenda.

CAPUT I.

QUare & nos pœnam (14) decem librarum auri ſtatim imponimus, ab illo eam exigentes, qui ejuſmodi jusjurandum accipere auſus fuerit: atque ſancimus, ut hæc quantitas miſeræ illi mulieri ad reliquam vitam honeſte agendam præbeatur, a Præſide provinciæ exigenda eique danda. Et ſciat Magiſtratus, ſi negligens fuerit, quod depoſito Magiſtratu tam ipſe illi devinctus ſit futurus, quam hæredes ejus, & ſucceſſores, & facultates ipſius, quia piam actionem patrare neglexit.

§. 1. Si vero ipſe Præſes provinciæ jusjurandum exegerit, etiam ab illo dicta decem librarum auri pœna exigatur, ſi modo militaris magiſtratus in illa provincia ſit, ab illo, ſicut dictum eſt, mulieri danda. Si vero nullum habeat militarem Magiſtratum, tam Epiſcopus Metropolis illius provinciæ ejus rei curam gerat, eamque ad nos, ſi viſum fuerit, referat, quam etiam ex vicinia major Magiſtratus: ut ubivis is, qui id fecit, ſive Magiſtratus ſive privatus ſit, dicta pœna coerceatur, atque hæc ei detur, quæ, quantum ad illum, ne pejeraſſe videatur, (15) caſte amplius vivere nequit.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & hac lege expoſita ſunt, Celſitudo Tua mandatis ſuis omnibus manifeſta faciat, ut Imperatoris (16) erga caſti-

(12) *vel ejus*) ἤ τι πράξειν τοιοῦτο ἄτοπον. Hal. ἤ τι πράττοι τοιοῦτον.

(13) *adeo turpe*) οὕτως αἰσχρόν τι &c. Hal. εἶτα δὲν οὕτω ὄν τι αἰσχρὸν &c.

(14) *decem librarum*) Hal. δέκα λιτρῶν χρυσοῦ.

(15) *caſte*) σωφρονεῖν. Hal. σωφρονίζειν. Male.

(16) *erga caſtitatem*) περὶ σωφροσύνην. Hal. περὶ σωφροσύνης.

Digitized by Google

caſtitatem ſtudium intelligant. Dat. Kal. Sept. Dn. Juſtin. PP. Aug. (17) Biliſ. V. C. Conſ.

TIT. VII.

(1) Ut neque perſonæ neque rei, neque pecuniæ pigneratio fiat, ſed quadruplum pignerato (2) reddatur. Neve alius pro alio, qui vel percuſſit, vel læſit, percutiatur, aut aliter (3) lædatur: neve donatio a privato Imperatori facta inſinuatione egeat.

CONSTIT. LII.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

ILliberales pignerationes & exoſas (4) earum exactiones, multæ quidem & aliæ leges odio habent, præcipue vero quæ a nobis ſunt. Neſcimus tamen, quomodo res, tot licet legibus punita (5) adhuc committatur & in uſu ſit, majoremque vim, quam legum neceſſitas habeat.

CAPUT I.

De pigneratione.

(6) PRopterea ſancimus, ut nulla oppigneratio in noſtra republica valeat, neque in nundinis, (id quod maxime hic commiſſum in-

(17) *Biliſ.*) Vet. *Ann. XI. poſt Biliſ. V. C. Conſ. ann. II.* Julian. *poſt Conſ. Biliſ. iterum.* In Baſilic. loco ſupra citato dicitur hæc conſtitutio *menſe Septembri* promulgata *poſt Conſ. Biliſ.*

(1) *Ut nec perſ.*) Vet. *ut non fiant pignorationes pro aliis perſonis: & ut ſicut Principum donationes non egent geſtis monumentum, ſic nec a privatis Imperatoribus facta donationes indigeant.*

(2) *reddatur*) ἀναδίδοσθαι. Hal. ἀποδίδοσθαι. Quo verbo & Imp. utitur in cap. 1.

(3) *lædatur*) ἐπηρεάζεσθαι. Hal. ἐπηρεάσεσθαι.

(4) *earum*) ἐπὶ τούτοις. Hal. ὑπὸ τούτοις.

(5) *adhuc committatur*) ἔτι τολμᾶται. Hal. ἐπιτολμᾶται.

(6) *propterea*) Repreſſaliarũ uſus prohibetur hic, quod & multis aliis legibus cautum eſſe *Cujacius* ait, *ut l. 1. C. ut nul-*

Digitized by Google

invenimus,) neque in agris, neque in urbibus, neque in (7) vicis, neque in civibus, (8) neque in vicaneis, neque in agricolis, neque ullo alio, quocunque modo aut tempore, ſed is, qui ab altero ſecundum formam oppignerationis, pecuniam vel aliud quid ab altero exigere audet, quadruplum illi, cui vis illata eſt, reddat, actionem etiam, quam habet adverſus illum amittat, cujus nomine exactionem (9) fecit. Nullam enim rationem habet, ut alius ſit debitor, ab alio vero exigatur: vel ut alius moleſtia afficiatur pro alio qui invaſit vel injuriam intulit, & quia (10) vicaneus eſt illius, torqueatur, ignominia afficiatur, ac quippiam, quod non decet, patiatur: vel plane pro alio abſque legitima cauſa injuriam aliquam ferat, aut pœnam corporalem a Præſidibus provinciarum ſuſtineat: ſcientibus quod ſi id non fecerint, ſed in provincia, cui præſunt, pignerationes fiant, nihil ſit futurum, quod eos, e manibus noſtris eripere poterit.

CAPUT II.

Donationes a privato homine in Imperatorem collatas inſinuatione non egere.

ILlud quoque huic legi adjicere viſum eſt, ut ſicut donationes ab Imperatore aliis factæ inſinuatione non egent, ſed ex ſe vim habent: ita nec illæ, quæ a privatis Imperatori fiunt, ſi modo reverâ publice (11) a tabellionibus perficiantur, & ſubſcriptionem illius, qui eas fecit, atque teſtium, reliquamque obſervationem donationum habeant, inſinuatione, cujuſcunque fuerint quantitatis, (12) non indigeant: Neque enim conſentaneum eſt, ut Imperator non eadem a privatis conſequatur, quæ ipſe illis concedit. Inæqualitas vero hæc contigit ex novitate illa, quam Zenonis piæ memoriæ conſtitutio introduxit, Imperiales donationes non egere

lus ex vic. pro al. Sed refutatur a Gothofr. *ad l. 1. C. Th. de Patroc. Vic.* quia lex illa agit de Tributis.

(7) *vicis*) Vid. *A. Aug.* verb. *vicus*.

(8) *neque*] μήτε ἐπὶ κωμήταις. Apud Hal. iſta non leguntur.

(9) *fecit*] ἐποίει. Hal. ἐποίησεν.

(10) *vicaneus*] συγκωμήτης ἐκείνου. *Hal.* συγκωμήτης ἐκείνῳ.

(11) *a tabellionibus*] παρὰ συμβολαιογράφων. Hal. παρὰ συμβολαιογράφου.

(12) *non indigeant*] *non cogantur publicis monumentis intimare.* Vid. *Ant. Aug.* verbo *intimare.*

egere inſinuatione. Quoniam igitur hoc negotium antea (13) imperfectum apparuit, propterea nos perfectionem illi (14) imponentes, ab utraque parte, tam in donationibus ab Imperatore in privatos, quam a privatis in Imperatorem factis, illud obtinere volumus, ut ex æqualitate negotio juſtitia tribuatur.

EPILOGUS.

QUæ igitur ſacra hac conſtitutione ſancita ſunt, Excellentia Tua per propria mandata more ſolito (15) omnibus manifeſta facere ſtudeat. Dat. XV. Kal Sept. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno XI. poſt Biliſ. V.C. (16) Conſ.

Tit. VIII.

(1) Ut is, qui in provinciis ad judicium extraneum vocat, (2) fidejuſſorem det, quod niſi cauſam vincat, daturus ſit, quantum judex eum, qui calumniam paſſus eſt, accipere definiverit. Et ut ille, qui libellum accipit, viginti dierum terminum habeat, ut ſtatuat, an litigare, vel datum judicem (3) admittere velit. Et quod ille, qui poſt cautionem juratoriam abeſt, omne damnum actori reſarcire, ac impoſterum fidejuſſore dato cauſam agere, & pignus dare debeat. (4) Et de pauperibus,

(13) *imperfectum*] ἀπλῶς. *Hal.* ἀτελῶς. Male.

(14) *imponentes*] ἐπιθέντες. Hal. ἐπιτιθέντες.

(15) *omnibus*] πᾶσι. Deeſt in Hal. editione.

(16) *Conſ.*] Vet. addit *anno ſecundo.*

[1] *Ut ille qui*] Vet. aliam plane & quidem prolixiſſimam exhibet inſcriptionem, quam vide. In noſtra ὁ παριστῶντα, eſt *actor* qui reum alibi exhiberi petit, vid. *cap* 2. Παρίσταμαι hac Nov. idem eſt quod ἀπάγειν δίκην. Vid. Præfat. in fin. & c. 2. Hinc παράστασις paſſim hac *Nov.* idem quod ἀπαγωγὴ ut c. 1. explicatur.

[2] *fidejuſſorem*] ἐγγύην. *Hal.* *cautionem.*

[3] *admittere*] ἀνέχεται. Recte *Hal.* ἀνέχεσθαι. Rectius forte legeretur καὶ ἀνέχεσθαι quam ἢ ἀνέχεσθαι.

[4] *Et de pauper.*] Quæ ſequuntur, deſiderantur in textu Græco *Holoandri*

bus, qui ſine dote, vel donatione propter nuptias præmortuo juncti fuerunt matrimonio: vocatis in quartã partem ſubſtantiæ illius, ſive liberi adſint, ſive non.

CONSTIT. LIII.

Idem Imperator Johanni per Orientem, (5) iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

(6) MUlti nos adeuntes potentiam noſtram docent, quod a quibuſdam (7) in jus ducantur, atque ad alias etiam provincias vel per ſacram noſtram juſſionem, vel etiam ſententiam judicialem trahantur: (8) quodque hoc modo miſere ſecum agatur, & juſſionibus illis, vel ſententiis coacti abducantur: deinde vero, qui eos ducunt, & cautionem acceperunt, quod ab iis poſtulati intra certum tempus ad determinatum judicium venturi ſint, in provincia maneant, relinquentes

Mmm

omnia. In verſione vero illius ita leguntur. *Inſuper de hypothecis militiarum, quæ ex caſu vocantur, quæ perſonæ & quando hoc jus habeant. Poſtremo & de indotatis uxoribus, ut & ipſæ quartam partem in ſubſtantia viri habeant, & item vir in ſubſtantia uxoris, quando inops eſt, qui ſuperſtes manſit.* De his *Agylæi* judicium tale eſt: quæ in inſcriptione tertiæ & quinquageſimæ, poſt datis fidejuſſoribus habet, cum in Græco ſuo exemplari non habuerit, procul dubio ex veteris translatione atque conſtitutionis ſenſu tranſumſit. Ita autem ut retineri jure optimo poſſint. Apud Scrimgerum *oppignerationis militarium* nulla eſt mentio; quod autem reliquum, meo judicio non ſincerum habet, ita verti poſſit: *Poſtremo & de his, qui citra dotem donationemve propter nuptias matrimonium inierunt, ut inops conjux in divitiis conjugis præmorientis quartam bonorum partem vocetur, ſive liberi adſint, ſive non.* Hæc *Agylæus*; In textu Græco tollendum eſt τὸ εὐπόρων & comma poſt καλυμμένων. Vel ſi illud retinendum videatur, legi debet εὐπόρῳ & jungi vel præmitti τοῦ προτελευτήσαντος.

(5) *iterum*) καὶ τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων. Illud καὶ delendum videtur, nam Vetus verſio id habet, nec Haloander, nec id patiuntur ea quæ ſupra Nov. 1. num. 3. ex *Alemanno ad Procopium* notavimus.

(6) *Multi*) πολλοί. *Hal.* πολλοὶ μὲν.

(7) *in jus ducantur*) ὡς ἀγώγιμοι γίνονται. *Hal.* ὡς ἀγώγιμοι γενόμενοι, *quod ducendi ab aliquibus in jus.*

(8) *quodque*, ἢ καὶ ταλαιπωροῦνται, *Hal.*

Digitized by Google

tes eum, qui ſe ſtitit, (9) vel adductus eſt, (10) in peregrina terra ſumtibus atterendum.

CAPUT I.

De reis (11) ab uno loco ad alium trahendis.

CUm igitur hujus rei miſereamur, ſancimus, ſi tale quid contingat, & tempus elapſum ſit, quod in cautione judicio ſiſtendi, (12) vel in jus ducendi cauſa actor præfinivit, deinde reus quidem judicio ſe ſiſtat, actor vero abſens ſit, nec intra decem dies, poſtquam in provinciam venit, actor compareat, ut reus, qui judicem adiit & hæc probavit, confeſtim dimittatur, atque de omnibus ſumtibus, quos in itinere & dum in peregrina terra commoratus eſt, fecit, ex jurejurando ejus judicetur, atque in eos judex temere in jus vocantem condemnet. Et quoniam moris eſt, ne quis aliter in jus vocetur, vel ſiſtatur, quam ſi actores in certam quantitatem fidejuſſores dent, ſe litem proſecuturos, & ſententiam accepturos, quantitas illa ab iis omnino exigatur, eique detur, qui ſine cauſa calumniam paſſus eſt. Si vero jurejurando aliquid amplius declaraverit, (certa tamen quantitate a (13) judice definita, quam leges taxationem vocant,) etiam hoc inſuper exigatur, ut (14) aliorum facultatibus non illudere, ſed judicia, quæ in provincia ſunt, eligere, ibique cum adverſariis ſuis litigare diſcant.

CAPUT II.

De cautione fidejuſſoria ab illis præſtanda, qui reos ex provincia ſua trahunt.

QUoniam vero ſcimus (15) fidejuſſores ab actoribus plerumque pro exhiben-

καὶ παλαιταρῶντα. Illud ἢ ſuperfluum eſt hic & in præced. ἢ καὶ ὡς ἐνέχει ἀπάγοντι χώρας.

(9) *vel adductus eſt*) ἢ διαχθέντα. *Hal.* ἢ διωχθέντα, *aut judicio poſtulatus eſt.* Illud retinendum.

(10) *in peregrina*) ἐν ξένῃ. Hal. ἐν ξίναις. Minus bene.

(11) *ab uno*) In Amſtel. edit. legitur, ἐφ' ἑνὸς. Legendum forte ἀφ' ἑνὸς.

(12) *vel in jus duc.*) ἢ τῆς ἀπαγωγῆς. Hal. ἢ ἀγωγῆς. Illud recurret poſt non multa, & retinendum.

(13) *judice*) Julian. *calculo judicis.* Vid. *Ant. Aug.* verbo *calculus.*

(14) *aliorum*) παίζειν εἰς βίους ἀλλοτρίους. Julian. *deſinant in alienam ludere vitam.* Vet. *ut cognoſcant non illudere vitas alienas.*

(15) *fidejuſſores*) ἐγγύας. *Hal.* ἱππέας.

exhibendis perſonis hic dari: ſi vero in aliam forte provinciam vocentur, eos hanc obſervationem effugere: ſancimus, ut judex hujus loci, vel glorioſiſſimus noſter Quæſtor, qui a ſacris noſtris literis eſt, ſi quid tale facere juſſus eſt, non aliter reum in aliam provinciam vocet, quam ſi actor in judicio, in quod reum (16) vocaturus eſt, fidejuſſorem dederit, ſe tantum pecuniæ (17) pro diſtantia locorum daturum, quantum reo decretum fuerit, ſi ipſe litem non proſequatur, vel cum proſecutus eſſet, victoriam non (18) obtineat: ibique omnia fiant, quæ de exhibitione conſtituimus, & definita pecunia a fidejuſſoribus exigatur, eique detur qui in jus vocatus eſt, jusjurandum etiam ab eo usque ad taxationem præſtetur: ut ſi juret ſe plus expendiſſe, etiam hoc recipiat, atque lex noſtra omni ex parte perfecta appareat.

CAPUT III.

Ut reo in jus vocato (19) poſt datum libellum conventionis, viginti dierum terminus detur.

ILlud quoque antiquitas bene quidem diſpoſuit, nunc vero de induſtria dolos ſtruunt, qui ex humanitate legum noſtrarum occaſionem injuriæ ſumunt. Cum enim antiquitas voluerit, ut is, qui (20) libellum conventionis accepit, intra decem dies jus deliberandi habeat, (21) quo in cauſam inquirat, (22) & forte agnoſcat (23) ac tranſigat, poſt decem vero dierum ſpatium miſſo libello ſubſcribat, (24) & judiciali-

bus

(16) *vocabit*) μέλλει ἄγειν. Lege μέλλει cum *Hal.* Vet. *in quod futurus eſt reum deducere.*

(17) *pro diſtantia*) περὶ τὸ τῶν τόπων διάστημα. Hal. περὶ τὸ τῶν τόπων διάστασιν.

(18) *obtineat*: κρατήσει. *Hal.* κρατήσῃ.

(19) *poſt libellum*) μετὰ τὴν τοῦ βιβλίου ἐπίδοσιν. Videtur ſcribendum μετὰ τὴν τοῦ βιβλίου αἰτιάσεως δόσιν. Nam βιβλίον αἰτιάσεως eſt *libellus conventionis*, in textu huj. cap. *Vetus* habet, *poſt libelli donationem.*

(20) *libellum*) βιβλίον. Hal. βίβλον.

(21) *ut in*) ἐφ' ᾧ καὶ ἀνερευνῆσαι. *Hal.* ἐφ' ᾧ ἂν καὶ &c.

(22) *& forte*) καὶ ἴσως ἐπιγνῶναι ſcil. τὸ ὄφλημα, *debitum*, ut Imper. loquitur in *§. ſeq. Hal.* καὶ ἴσως καὶ ἐπιγνῶναι.

(23) *& tranſigat*) καὶ ἀπαλλαγῆναι. Addit Imper. *§. ſeq.* φιλικῶς πρὸς τὸν ἀντίδικον. *Hal. & diſſolvere.*

(24) *& judicialibus*) Hal. *& prætoriis ſtipulationibus ſatisfaceret.*

bus cautionibus ſatisfaciat: quidam ad leges noſtras reſpicientes, quæ poſt litem conteſtatam nec judicem recuſare, nec ut alius judex adjungatur, petere permittunt, dolum hac in re moliuntur, executoribus maxime talia doloſe excogitantibus: (25) & ſimul ac citatio quædam oblata fuerit, ſæpe nec libello dato, nec ulla judiciali cautione præſtita, hominem invitum ad judicem datum ducunt, omniumque rerum plane ignarum ad litem conteſtandam compellunt; ut lite ſemel conteſtata obligetur, nullamque habeat vel recuſandi judicem, vel ut alius judex adjungatur, petendi facultatem, licet judex forte ſuſpectus ſit. Atque ita quæ volunt agunt, hominemque artibus ſuis ſubjicientes, quo volunt modo res illius (26) diſtrahunt.

§. I. Sancimus igitur, ut (27) cum quis citatur, omnino libellus offeratur, nec, ut olim, citatus decem ſolum dierum ſpatium, ſed (28) duplicatum, id eſt viginti habeat: ut ſive judicem recuſare, ſive, ut alius adjungatur, petere, vel etiam debitum forte agnoſcere, & amice cum adverſario ſuo tranſigere velit, (29) id liberum ei ſit: nec per improbitatem, aut circumventionem (30) ſub judice ſit forte ſuſpecto, & forte ſibi minus grato, (31) ſæpe etiam reo non bene volenti:

(25) *& ſimul*) καὶ ἅμα προσεπιτυχεῖν. Hal. οἱ καὶ ἅμα &c.

(26) *diſtrahunt*) σπαράττουσι. Hal. πράττουσι. Σπαράττουσι ſcriptum fuiſſe credibilius eſſe docet *Agylæus*, idque interpretandum *lacerant aut vellicant*. Vet. cum Haloandro vertit, *quo volunt modo de eo agunt*. Agylæi tamen ſententia defendenda videtur, quia paulo ante dixit Imp. *eos, quod volunt, agere*: ut probabile non ſit illum eadem verba bis ſcribere voluiſſe: Etſi forte nec hoc omni exceptione majus ſit.

(27) *cum*) ἐπειδὰν. Hal. ἐπειδ᾽ ἄν.

(28) *duplicatum*) διπλασίαν. Hal. & Baſil. διπλασίας, *duplum*. Vet. *duplicem*, quod & convenit numero dierum expreſſo in ipſo textu, verb. *id eſt viginti*, τουτέστιν εἴκοσιν. Hal. τοῦτ᾽ ἔστιν εἴκοσιν. Operarum fortaſſe culpa διπλασιασίαν apud Scrimgerum legi autumat *Agylæus*.

(29) *id facere*) τοῦτο ποιεῖν. Hal. τοῦ ποιεῖν.

(30) *ſub judice*) ὑπὸ δικαστῇ. Hal. ἐπὶ δικαστῇ.

(31) *qui ſæpe etiam*) πολλάκις δέ τι καὶ οἰκεῖον ἐπὶ τῷ φεύγοντι διοικουμένῳ. Vet. verbum verbo reddens, *plerumque autem aliquid etiam proprium contra eum diſpenſante*. Hal. nonnunquam *erga reum peculiariter etiam male affectum*. Legit enim πολλάκις δέ τι καὶ οἰκεῖον ἐπὶ τῷ φεύγοντι διακειμένῳ. Baſil. καὶ μὴ οἰκείως ἐπὶ τῷ φεύγοντι διακειμένῳ. Recte, niſi quod

Digitized by Google

volenti: illo, cui lis infertur, nullum tempus habente, ut cognoſcat, quo nomine conventus comparere debeat.

§. II. Cum vero libellum accepit, ſola perſonali fidejuſſione (32) ab eo præſtita, & ſportulis ſecundum ſacram noſtram conſtitutionem datis, libellum, quem (33) antibiblon vocant, ſubſcribat, qui tempus etiam, quo illi libellus datus eſt, declaret, ne circa hoc quoque dolus quidam committatur. Ubi autem apud judicem lis conteſtanda eſt, interrogetur reus, an viginti illi dies deliberationis præterierint: ac ille quidem veritatem dicat, verum etiam ex die libelli, ejusque ſubſcriptione probetur. Et ſi numerum viginti dierum præteriiſſe dicat, tum litis conteſtatio fiat. Interim vero judicem recuſare, & alium petere, vel qui ſimul judicet accipere, vel etiam amice illi tranſigere liceat: neque ullum damnum interim patiatur, neque ab executoribus turbetur, ſed judicialem cautionem præſtet, quemadmodum illis, qui iſta judicant, viſum fuerit, & viginti dierum deliberationem habeat. Quod ſi hæc non obſerventur, etſi litis quædam conteſtatio facta videatur, ea pro nulla habeatur, & poſt ejuſmodi litis conteſtationem, intra præfinitos viginti dies, ita omnia agere liceat, ac ſi nulla plane litis conteſtatio facta fuiſſet.

CAPUT IV.

De cautionibus juratoriis.

SI vero quis ſemel repudiato judice alium accipiat, non concedimus illi, ut quem petiit, rurſus recuſet. Quemadmodum enim illius curam gerimus, ita etiam (34) ut per dilationem aliquid contra actores fiat, omnimodo averſamur. Quod ſi quidam ſe affuturos jurent, antequam vero litis conteſtatio facta ſit, magna hac urbe diſcedant,

pro διοικουμένῳ legendum videatur cum *Hal.* διακειμένῳ. Igitur οἰκείως διακεῖσθαι idem eſt quod οἰκείως ἔχειν τινί. *Familiariter aliquo uti, benevolo erga eum eſſe animo.*

(32) *ab eo*) παρ' αὐτῷ. *Hal.* παρ' αὐτῷ. Male.

(33) *antibiblon*) Vet. *reſponſionis*. Julian. *contradictionis libellus*. *Hal.* ἀντίβιβλον *exemplum libelli*. Vid. *Cujac. Expoſ. 61. Nov.*

(34) *ut per dilationem*) τὸ δι' ἀναβολῶν πράττεσθαί τι. *Hal.* πράττεσθαί τινα, vertens, &c. *in detrimentum*. Vet. *per dilationem*. Recte, *ut Nov. 49. cap. 3. pr.*

actori etiam non facta litis conteſtatione judicem (35) deſignatum adire, & hæc denunciare liceat. Ille vero ſi quidem Magiſtratus ſit, reum, tanquam perjurum, & fere ſui accuſatorem per fugam factum quavis ratione adduci jubeat; ſin vero non Magiſtratus, ſed ab aliquo judex datus ſit, vel ex ſacra ſorte ſanctione, vel juſſione, vel etiam a quodam judice, id illi indicet, ut ab eo adducatur, (36) neque actori cauſa undique inexplicabilis maneat: judice nihil agere valente, cum apud ipſum litis conteſtatio nondum facta ſit, & is legem & jusjurandum ſuum contemſerit, actoremq; omni legitimo auxilio deſtitutum reliquerit.

§. I. Ne igitur latente eo & dilata exhibitione, cauſa in ſuſpenſo maneat, judex obiter examinet, quorſum abiiſſe dicatur, & certum diem det, intra quem niſi compareat (modo liberam hujus rei facultatem habeat, non autem forte ab actore data opera impediatur, vel venire prohibeatur) tunc una parte præſente cauſam examinet, (37) & in poſſeſſionem bonorum illius actorem mittat, pro modo debiti declarati: ita ut ille in poſſeſſionem miſſus, debiti ſervandi cauſa res habeat: & tunc ſi ille compareat, prius omne damnum huic reſarciat, atque ita res recipiat, & fidejuſſore dato cauſam agat.

CAPUT V.

De hypothecis militiæ ex caſu; quæ perſonæ & quando (38) hoc jus habeant.

PUlchrum quoque erit propter dubia quædam, de quibus quæri ſolet, etiam hoc communi lege definire. Primum enim multum dubitatum fuit, utrum militias hypothecæ vinculo conſtringi, an vero eas ab his liberas eſſe oporteat. Sed hoc quidem lege jam definitum & (39) manifeſtum eſt, militias, (40) quia vendi, ideo etiam oppignorari

(35) *deſignatum*) ἀφωρισμένον. *Hal.* ἀφορισθέν.

(36) *neque actori cauſa*) Vet. *ne cauſa maneat actori undique deſolato.*

(37) *& in poſſeſſionem*) Hæc ad finem uſque capitis deſunt in Hal. editione.

(38) *hoc jus*) τοῦτο κρᾶτος ἔχει. Illud κρᾶτος hic pro jure accipi debet, etſi hoc ſenſu vix alibi id occurrat.

(39) *manifeſtum*) πρόδηλον. Hal. πρόδηλα.

(40) *quia vendi*) ἐπειδὴ διὰ τὸ πιπράσκεσθαι. *Hal.* ἐπειδὴ πιπράσκεσθαι

rari poſſe. Nos vero rem diligentius conſiderantes, ſcimus antiquis temporibus in militiis pignus (41) non fuiſſe: ſed nomina quædam plane antiqua, quæque evanuerunt, in iis ferebantur. Paulatim autem Imperatores miſerati creditores interpellantes, ea conceſſerunt: quanquam omnis militia eſſet publica, nec ullum alium reditum, (42) præterquam ex Imperiali liberalitate haberet.

§. I. Quamobrem ſancimus, (43) ut militiæ ex caſu, uti vocantur, non omnibus temere oppignorentur, niſi creditor ſit, qui ad hoc ipſum mutuum dedit, ut militia potiretur. Reliquis enim creditoribus non temere hoc concedimus. Sed ſi defunctus liberos, vel conjugem habeat, hos omni modo (44) præferimus, ita ut nos adeant, eaque ſecundum juſſionem noſtram accipiant, (45) non tanquam patris hæreditatem, (ſi quoad reliqua inops ſit,) ſed tanquam Imperialem liberalitatem: ut & iis, qui bona relinquunt, & qui nihil habent, opem ut decet, feramus. Quod ſi illis nulli ſint liberi, nec uxor, nec creditor, qui in militiam credidit; tunc & aliis creditoribus hoc concedimus,

καὶ &c. *quæ vendi & ut pignori opponi poſſint.* Vet. *quæcunque vendi aut obligari* &c.

(41) *non fuerit*) οὐκ ὂν ἐπὶ ταῖς στρατείαις &c. *Hal.* οὐκ ἂν ἐπὶ ταῖς στρατείαις.

(42) *præterquam*) ἢ λὸν ἐκ βασιλικῆς &c. *Hal.* εἰμὴ τὸν ἐκ βασιλ. &c.

(43) *ut militiæ*) τὰς ἐκ τοῦ καλουμένου κάσου στρατείας μὴ παντὶ προχείρως ὑποκεῖσθαι. *Hal. ut militiæ, quæ ex caſu vocantur, non cuivis* &c. Non ſat accurate: dicitur enim ἐκ τοῦ καλουμένου κάσου, *militias ex caſu ita vocato*, id eſt ea, quæ ſunt ex caſu, qui appellatur militiæ, id nimirum quod mortuo milite hæredes vel ejus liberi aut uxor a Principe capiunt. *l. omni modo §. f. C. d. inoff. teſtam.* dicitur caſus militiæ *ſcolæ placitum.* Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* verb. *Caſus militiæ* & *Scholæ placitum.* Vid. *Cujac. h. & in l. 3. §. ſi quid min. ff. d. minor.* Militia ſeu officium quæſtoris pretio vendi potuiſſe docet *Pancirol. ad Not. Imp. Or. cap. 72.* Eaſque eſſe illas militias, quæ apud JCtos leguntur vendi tradit ibidem. *Caſus* pro morte ſæpe ponitur. Vid. *Cod. Theod. Lib. I. p. 25.* Cadere in caſum vid. in *l. 5. Cod. d. delator.* Vid. & *Cod. Theod. Lib. IX. p. 432.*

(44) *præferimus*) προκρίνομεν. *Hal.* προκρίνεσθαι.

(45) *non tanquam paternam*) οὐχ ὡς πατρῷον κλῆρον οὐχὶ τὰ ἄλλα ἄπορος εἴη. Vet. *non tanquam paternam hæreditatem ſi in aliis inops ſit.* *Hal.* οὐχ ὡς πατρῷον κλῆρον, οὐχὶ τὰ ἄλλα ἀμοιρεῖ, vertit tamen nobiſcum, *non quaſi paternam hæreditatem* ſi alioqui inops ſit.

mus, ne inhumanum quid agere, (46) nec pietatis ſtudiò, & ut Deo placeamus, legem ferre videamur. (47) Privilegia vero, quæ in militia ſpectabilibus (48) Silentiariis ſpecialiter illis data & largita ſunt, in ſuo robore maneant.

CAPUT VI.

De muliere inope indotata.

(49) QUoniam vero ad humanitatem tota noſtra lex accommodata eſt, quoſdam autem mulieribus abſque dote matrimonio jungi, deinde eos mori videmus, & liberos (50) ex lege ad paternam hæreditatem vocari, uxores vero, (51) etſi perpetuo tanquam legitima conjux cohabitaverint, tamen quia nec dos, nec donatio propter nuptias facta ſit, nihil habere poſſe, ſed in extrema neceſſitate vivere: propterea ſancimus, ut & his in ſucceſſione defuncti proſpiciatur, atque ejuſmodi uxor cum liberis vocetur. Et quemadmodum legem ſcripſimus, quæ vult, ut ſi vir ſine dote uxorem dimiſerit, quartam partem ſubſtantiæ ejus accipiat, ita etiam hic, ſi forte plures vel pauciores ſint liberi, mulier quartam ſubſtantiæ partem accipiat, ſive plures ſive pauciores ſint liberi. Si tamen maritus legatum aliquod illi relinquat, quod minus ſit quarta parte, id expleatur: ut ſicuti illis læſis opem tulimus, quando indotatæ a maritis dimittuntur, ita eadem providentia, ſi ſemper apud eos maneant, fruantur: omniaque (52) ad imitationem illius

(46) *nec pietatis*) καὶ ὁ δι' εὐσεβῶν πρᾶξιν. Βασιλ. ὑδὲ νοσβῶ.

(47) *Privilegia*) τῶν περὶ στρατείας &c. προνομίων &c. *Hal.* τὸν περὶ στρατείας &c. προνομίων.

(48) *ſilentiariis*) Vid. *Gloſſ. Jul.* & A. Aug. verb. *ſilentiarii.*

(49) *Quoniam vero*) Integrum hoc caput uſque ad Epilogum deſideratur in *Hal.* editione.

(50) *ex lege*) ἐκ τῦ νόμυ. Βασιλ. ἐκ τῦ νόμυ.

(51) *etſi perpetuo*) κἂν εἰ μυριάκις ἐν τάξει νομίμης γαμετῆς συνῴκησαν. Vet. *licet decies millies in ſtatu legitima conjugis manſerint.* Μυριάκις eſt *ſæpius*, ut paſſim ſupra, vel *perpetuo, conſtanter*, phraſinque illam Imperator mox ita explicat, εἰ μένοιεν μέχρι παντὸς παρ' αὐτοῖς, *ſi perpetuo maneant apud eos.* N. 93. c. 2. κἂν εἰ μυριάκις τῆς δικαίας χώρας &c. Agyl. *tametſi vel maxime legitima conjugis locum obtinuerint.*

(52) *ad imitationem*) κατὰ μίμησιν.

Digitized by Google

illius conſtitutionis noſtræ, quæ quartam illis determinat, æqualiter tam in viris, quam in mulieribus etiam hic obtineant. Hanc enim legem, quemadmodum & priorem, communem illis ferimus.

§. 1. Quod ſi uxor res quaſdam proprias, in domo viri, vel alibi ſitas habeat, harum exactionem & retentionem (53) nulla ratione imminutam habeat: & debitis viri nullatenus ſubjaceant: niſi quatenus ex hac lege jurium illius forte hæres extiterit.

§. 2. Hæc vero dicimus, ſi altero ex conjugibus dotem vel donationem propter nuptias non conſtituente, vel vir, vel mulier inopia laboret: ita ut defunctus vel defuncta quidem dives, ille vero, vel illa, quæ ſuperſtes eſt, inops ſit. Nam ſi aliunde forſan (55) dives ſit, juſtum non foret, ut illa, quæ dotem non conſtituit, vel ille, qui donationem propter nuptias non dedit, liberos ſucceſſione conjugis gravet: quia alia eſt lex noſtra, qua illa, quæ dotem non dedit, bona viri propter donationem ante nuptias ſibi vindicare non poteſt; quod & hic obtinere volumus: niſi ipſe vir legatum, vel (56) partem inſtitutionis ei reliquerit. Hoc enim quin fiat nullo modo invidemus, ut leges per omnia conſonæ nobis ſerventur, (57) & inopia conjugis unius divitiis alterius levetur.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, Eminentia Tua operam det, ut obtineant & effectui dentur, & per mandata propria omnibus manifeſta faciat, ut illi ſecundum hæc vivant & regantur. (58) Dat Kal. Octobr.

Vet. *ſecundum inſtar illius noſtræ conſtitutionis* &c.

(53) *nulla ratione*) παντὶ τρόπῳ ἀμείωτον. Vet. & Agyl. *omnibus modis imminutam*, pro *non minutam* Ita enim eo verbo utitur *Vetus Interpres*, ut & *JCtus in l. 44. ff d. bon. libert.* Plura notavit *Duckerus de Latin. Vet. JCt.* in notis, quem vide.

(54) *Hæc vero*) Multa ex his omiſſa ſunt in Baſil.

(55) *dives ſit*] εὐπορεῖν. *Hal.* ἀπορεῖν.

(56) *partem*] μέρος τῆς ἐνστάσεως. Baſil. ὑποστάσεως.

(57) *& inopia*] alia hic leguntur in Baſil.

(58) *Dat. Kal.*] Vet. & Julian. *Dat. X. Kal.* &c.

Octobr. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. An. XI. Poſt. Biliſ. V. C. Conſ. Ann. II.

TIT. IX.

(1) Ut conſtitutio de adſcriptitiis lata valeat ex eo tempore, quo publicata eſt. Et ut omni oratorio aliique loco pio immobiles poſſeſſiones, decreto interpoſito, cum ſimilibus permutare liceat.

CONSTIT. LIV.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

EX quadam noſtrarum conſtitutionum nihil obſcuritatis habente, quæſtiones motæ ſunt, nonnullis de induſtria & ad ſcopum ſuum obſcuritatem ei inducentibus. Cum enim libertatis ſimus amantes, nuper legem tulimus, ſi ex adſcriptio & libera perſona ſoboles nata fuerit, ut illa plane non ſequatur, quemadmodum olim, adſcriptitiam fortunam: ſed ſicuti in ſervis obſervatur, ita & de adſcriptitiis ſervetur, & ventris ſtatum conditio partus ſequatur. Ex libera enim matre ſervilem partum lex noſtra provenire (2) recte noluit. Quare in lege diximus, ſive quidam uxores ducant, ſive etiam duxerint, liberoſque procreaverint, ut in liberis pari modo lex valeat. Quidam autem adeo ſtulte vel doloſe legem interpretari auſi ſunt, ut etſi quidam ante conſtitutionem nati fuerint, licet etiam ſenes ſint, eos liberari putent, tanquam modo natos, & qui non longe legem præceſſerint: cum tamen hæc fuerit mens noſtra, ut, ſive quidam uxoribus jam juncti ſint, & poſt legem liberos procreent, ſive non duxerint uxores, poſtea vero ducant, poſt legem nati, ex lege datam libertatem haberent.

CA-

(1) *Ut conſtitutio*] Vet. aliam habet inſcriptionem, quam vide.

(2) *recte*] εὐνοϊκῶς. Vet. *noſtra beneficiens voluit lex.* Agyl. *pro benignitate ſua merito noſtra lex noluit.*

CAPUT I.

Ut natus ex adſcriptitio & libera liber ſit.

NE igitur arte uti & dolos ſtruere, prædiorumque dominos ejusmodi interpretationibus lædere liceat, (3) ſancimus, ut omnes, qui nati ſunt a tempore legis, iique ſoli ab adſcriptitia conditione liberi ſint, ſi quidam ex liberis mulieribus nati fuerint: omne vero quod præteriit, antiquæ legi ſervetur.

CAPUT II.

Venerabilium locorum Oeconomos res Eccleſiæ permutare poſſe, excepta Eccleſiæ Conſtantinopolitana.

CUm autem nuper legem ſcripſerimus, qua Eccleſiaſticis alienationibus aliquo modo medemur, & volumus, ut ſi quidem publicum ſit debitum, poſſint illæ, legibus tamen exactiſſime obſervatis, alienari: ſin vero privatum ſit debitum, res immobilis in ſolutum dari, neque in ullo latam legem, quæ omnem alienationem prohibet, videri offendere: etiam hoc adjicimus, (4) ſi ex inevitabili aliqua cauſa,

(3) *ſancimus*] Edita fuit hæc Novella anno Imperii Juſtiniani XI. illamque anno XII. Apione Conſule ſecuta eſt alia de eadem re [*eſt Nov. 162.*] qua declaratur ex adſcriptitio & libera, liberum quidem, ſed tamen & colonum naſci. Anno ſequenti id eſt XIV. Juſtino Conſule more ſuo mutata ſententia Juſtinianus ad jus antiquum rediit. Et hac de re Latinam conſtitutionem Juſtiniani apud me habeo ad Dominicum Præf. Præt. Illyr. (ad quem illa quoque poſterior Novella) ſcriptam: quam ut non obtinuiſſe exiſtimem Juſtini Conſtitutio facit, qua is quaſi in Illyrico adhuc obtinente Nov. Juſtiniani conſcripta anno XIII. idem ut in Africa obſervetur, conſtituit. *CUJAC.* *IV. obſ. 28.* ubi & verba *conſtit. Juſtin.* & ratio annorum ſubducitur.

(4) *ut ſi*] ὥστε εἰ κατά τινὰ ἀπαραίτητον συμφοράν. &c. Ἀνακόλουθον eſt in hac oratione. Nihil enim eſt in ſeqq. quod τοῦ, ὥστε εἰ reſpondeat. Inferendum vero eſſet, (ante verba *ἄδειαν δίδομεν licentiam concedimus*) *res quadam permutandæ ſint*, ut τὸ εἰ habeat quo referatur: deinde pro ἄδειαν δίδομεν τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν ſcribendum forte, ἄδειαν ἔχειν τοὺς προεστῶτας αὐτῶν. *licentiam habeant præſides eorum* &c. Sic enim & illud ὥστε non fruſtra poſitum videri poſſet, & ſenſus inde talis orirentur. *Etiam hoc adjicimus, ut ſi ex inevitabili aliqua cauſa &c. res quadam permutandæ ſint, licentiam ha-*

ſa, quæque & illi, qui dat, & oratorio, quod accipit, utilis ſit, id eſt, vel Eccleſiæ & Eccleſiæ, aut Ptochio & Ptochio, aut Xenodochio & Xenodochio, & ſimpliciter piæ domui & alii venerandæ domui, id eſt, vel Eccleſiæ & Ptochio, vel Monaſterio & Oratorio, vel Xenodochio, vel noſocomio, vel illis & Eccleſiæ, vel ſibi invicem, vel uni eorum quæ antea a nobis enumerata ſunt, vel alii cuicunque piæ domui, nos per hanc legem Præſulibus eorum licentiam concedere permutationem faciendi, & hoc valere. Nec ſolus Imperator, ſicuti prior lex dicebat, permutandi licentiam habeat, ſed etiam ſacræ domus, quæ Deo omnium regi dedicatæ ſunt: ita tamen ut etiam decretum cum omni diligentia & jurejurando præſtito interponatur, atque apud loci illius Metropolitanum hæc cognoſcantur: & ſi id utrique parti utile eſſe revera probatum fuerit præſtito jurejurando, fiat, valeat, & obtineat, nec ſpeciali juſſione, aut (5) ſacra pragmatica ſanctione indigeat. Qui vero ad hoc veniunt, illos magnus Deus judicabit, ſi id quod decet tranſgrediantur, vel ſi quæ (6) colluſio fiat, vel (7) præter utilitatem utriuſque partis quid geratur. Nam & terribiles execrationes illis impendent, & quas ſacra eloquia peccantibus inferunt. (8) Quod ſi quid eorum, quæ nunc diſpoſita ſunt, violatum & deinde doloſe factum probatum fuerit, pro non facto erit.

§. 1. Excipimus vero ab hac etiam lege, ſicut etiam a priore, ſanctiſſimam

beant præſules eorum per hanc legem permutationem faciendi &c. Sic loquitur Imper. Nov. 49. cap 3. καὶ τοῦτο μεταδίδο-προσαποδείξομεν, ὡς εἴπερ αὐτὸ ἔχει ἀπαι-τεῖν τινὰ &c. ὀμνύντας πράττειν αὐτὸν ὡς ἐκ &c. *Vetus* interim *Interpres* textum Græcum ſequitur, niſi quod illud is non agnoſcat. Paſſim vero reperies conſtructionem mutaſſe Imperatorem, poſt parentheſes præcipue longas, quaſi ſermonis capti immemorem.

(5) *ſacra*] θείου πραγματικοῦ τύπου. Vet. *typo*, alias *forma pragmatica*, quam ſupra *legem pragmaticam* dici, ipſe Imperator notat.

(6) *colluſio*] συμπαιγνία. Vet. *colludium*. Agyl. *aut colludant.*

(7) *præter*] παρὰ τὸ συμφέρον. Vet. *propter utilitatem.*

(8) *quod ſi quid*] τῶν τι τῶν διατεταγμένων εἶτα παραβαθῆναι &c. Vet. obſcure hæc vertit: *& quæ nunc eis diſpoſita ſunt; ſi quid autem prætermittatur & poſtea demonſtratur maligne factum: pro non facto erit.*

Digitized by Google

ctiſſimam magnam Eccleſiam. Volumus enim ut quoad illam prima prohibitio alienationum maneat, quoniam ipſis etiam præſulibus ejus, ſanctiſſimis viris, id ita videtur.

EPILOGUS

QUæ igitur nobis bene & ſancte viſa, atque ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia Tua in omnibus gentibus, quibus præeſt, per præcepta more ſolito manifeſta faciat. (9) Dat. XV. Kal. Septemb. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. An. XI. Poſt. Beliſ. V. C. Conſ. Ann. II.

TIT. X.

(1) De permutatione rerum Eccleſiaſticarum & Emphyteuſi.

CONSTIT. LV.

(2) *Idem Imperator Menæ Sanctiſſimo Archi Epiſcopo felicis hujus urbis & Patriarchæ univerſali.*

PRÆFATIO.

LEgem jam tulimus, quæ Eccleſiaſticas quidem permutationes prohibet, ſolam vero permutationem ſanctiſſimis Eccleſiis, & inſuper ſanctiſſimæ majori Eccleſiæ, quæ in felici hac urbe eſt, permittit, quando Imperator a venerabili quadam domo accipere quid voluerit. Poſtea igitur aliam legem ſcripſimus, qua ſanctiſſimam majorem Eccleſiam eximimus, permittentes quaſdam alienationes, quas lex illa refert. Quoniam autem ſcimus, prioris conſtitutionis caput, (3) quod de permutatione diverſarum rerum inter venerabiles domos & Imperatorem facienda ſcripſimus, nonnullos in fraudem legis vertiſſe, & ut illas a ſanctiſſima Eccleſia acceptas, ipſis daremus petiiſſe, inde-

(9) *Dat.*] Sic. Vet. & Julian.

(1) *De permutatione*) Vid. inſcriptionem Vet. Interpr.

(2) *Idem Imper*) Vet. *Imperator Juſtinianus Auguſt. Mennæ Archiepiſcopo Conſtantinop.*

(3) *quod de*) Vet. obſcure: *quod de permutatione competentium rerum ſanctiſſimis domibus ad Imperium ſcripſimus.*

indeque multos ejuſmodi petitionibus uſos, ſacram conſtitutionem circumſcribere annixos eſſe: ideo volumus, ut quæ a nobis ad hunc uſque diem facta ſunt, in eo, quo nunc ſunt ſtatu, maneant, nihilque eorum, quæ a nobis cum ſanctiſſima Eccleſia in ejuſmodi contractibus, vel cum iis, qui hæc a nobis acceperunt, geſta ſunt, infirmetur.

CAPUT I.

IMpoſterum vero ſancimus, ut nemini plane liceat tale quid agendi, ſed illæ ſolum permutationes valeant, quæ cum Imperiali domo ita celebratæ ſunt, ut perpetuo apud Imperatorem maneant, nec ad privatum transferantur, nec dominii ejus fiant, (4) per Imperatorem ad eum venientes. Sed ſi tale quid fiat, licentiam damus religioſiſſimis Oeconomis, res illas vindicandi, eaſque ad ſanctiſſimam Eccleſiam rurſus trahendi, tanquam in iis nulla plane fuiſſet cum Imperatore facta permutatio. Obſervetur autem hæc forma in perpetuum, initio a præſenti die facto, omniaque, quæ (uti antea diximus) poſt priorem legem dicto modo jam facta ſunt, firma maneant: quod illa quæ ita facta ſunt, a viris ſunt geſta, (5) qui nulla machinatione aut dolo utentes id egerunt, ſed a nobis etiam ad hoc excitati venerunt. Nunc vero quidam illorum exemplo utentes, & nobis moleſti eſſe, & ſanctiſſimam Magnam Eccleſiam felicis hujus urbis, circumvenire volunt, quod nullo tempore ulla ratione fieri volumus. Sed & ſi quacunque ſpecie id fiat, etiam hoc irritum ſit, & a ſanctiſſima Magna Eccleſia in perpetuum vindicari poſſit, nulla temporis præſcriptione in ea re objicienda.

CAPUT II.

Ut Eccleſiis inter ſe perpetuos contractus Emphyteuticos facere liceat.

ILlud quoque ſancimus, ut reliqua omnia, quæ de Emphyteuſibus, & in ſanctiſſima Magna Eccleſia, cœteriſque omnibus piis domibus ſancita ſunt, ſuam vim habeant, & licentia ſit ſanctiſſimis Eccleſiis, ac

(4) *per Imperatorem*) διὰ μέσης τῆς βασιλείας. Agyl. *per regiam mediam.* Vet. *per medium imperium.*

(5) *qui nulla*) Hæc uſque ad finem periodi deſunt in veteri verſione.

ac piis domibus, perpetuas emphyteuſes inter ſe faciendi, decreto ſcilicet hac etiam in re interponendo. Sanctiſſima autem Magna Eccleſia & hic excipiatur, atque (6) emphyteuſis ita celebretur, ut ad privatam perſonam extendi plane nequeat.

EPILOGUS.

Beatitudo igitur Tua, quæ nobis placuerunt, ſervet, & Metropolitanis ſub Te conſtitutis manifeſta faciat, ut & illi, quæ nobis placuerunt intelligentes, nihil horum tranſgredi audeant. Omnibus enim judicium & pœna divina imminebit, ſi adverſus hæc vel ipſi quid fecerint, vel fieri permiſerint. (7) Dat. XV. Kal. Novembr. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. An. XI. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

TIT. XI.

Ut ea, quæ (1) emphaniſtica Clericorum vocantur, in Magna quidem Eccleſia dentur, in aliis autem Eccleſiis non dentur.

CONSTIT. LVI.

(2) *Idem Imperator Mena Sanctiſſimo Archiepiſcopo Regia hujus urbis & Patriarcha Univerſali.*

PRÆ-

(6) *emphyteuſis*) Hæc apud veterem Interpr. male diſtincta leguntur, ubi & pro *in hac* legendum *in hoc*.

(7) *Dat. XV.*) Vet. *Dat. III. Non. Novembr. C. P.* &c. addito in fine *indictione prima*.

(1) *Emphaniſtica*) ἐμφανιστικά, quæ in cap. 1. *emphaneſima dicuntur. Significatur hac voce, quod introitus nomine* (ut ita dicam) *datur, quaſi pro declaratione & in numerum relatione ab* ἐμφανίζω *Vetus interpres* inſinuativa *vertit, voce ad eum intellectum ſi bene expendatur, non minus commoda quam ſit Græca. AGYL.* Vide *præfat. & cap. 1.* ubi Imperator non obſcure docet, quæ illa ſint emphaniſtica. Adde & *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* verb. *emphaniſtica*. Solenne etiam fuit, ut in ſcholam vel ordinem recepti ſportulas pro introitu ſolverent. Sic qui in municipiis Magiſtratum inibant decurionibus. Sacerdotes quoque ſenatores & milites pro introitu quid dabant. Vid. *Gothofred. ad l. 3. C. Th. d. domeſt & protector.* Adde & *Meurſ. Gloſſ.* verb. ἐμφανιστικά.

(2) *Idem Imper.*) Vet. *Imperator Ju-*

PRÆFATIO.

(3) CUm multi nos adeant, hanc legem ad Beatitudinem Tuam mittere juſtum exiſtimavimus. (4) Clerici enim, qui a Tua Pietate in Sanctiſſimis Eccleſiis (excepta tamen Sanctiſſima Magna Eccleſia,) creantur, omnium graviſſima patiuntur, dum Clerici, qui ibi ſunt, eos non ſuſcipiunt, antequam tantum pecuniæ, quantum voluerint, accipiant. Atque hoc ſcimus ex frequentibus interpellationibus, quæ ea de re nobis factæ ſunt.

CAPUT I.

SAncimus igitur, ut Beatitudo Tua hoc diligentiſſime cuſtodiat, & ſi quid illi, qui in Sanctiſſima Magna Eccleſia creantur, dare ſolent, id præbeant. Nihil enim in iis, quæ Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ data ſunt, innovamus. Hac vero excepta in reliquis omnibus, nemini ex Clericis, qui in ea ſunt, pro iis, quæ emphaneſima vocantur, aliquid accipere ullo modo liceat, [ſed ſi quis tale quid fecerit, illi Sacerdotium auferatur, quique miſſus eſt, in illius locum ſuccedat, & hanc ille inſatiabilis cupiditatis mercedem ferat. Obſervent vero etiam hoc piiſſimi defenſores Sanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ, & pœnam decem librarum auri metuant, ſi quid horum neglexerint,] ſed gratis omnia fiant: Domini enim Dei ſervitia & miniſteria non per venditionem vel negotiationem quandam, ſed ſancte (5) & nullis datis muneribus præſtari volumus. Ita enim re illa digni erunt, ſi nulla venditio aut negotiatio fiat.

EPILOGUS.

BEatitudo igitur Tua, & qui poſt Te Archiepiſcopi futuri ſunt, ea quæ a nobis præcepta & ſacra hac lege declarata ſunt, effectui dare ſtudeat. Dat. III. Kal. Nov. Conſtantinop. Imper. Dn. Juſtin. Aug. Ann. XI. poſt Belis. V. C. Conſ. Ann II.

TIT.

ſtinianus Auguſt. Mennæ Archiepiſcopo regiæ civitatis Conſtantinopolitanæ.

(3) *cum multi*) Vet. *plurimas aditiones ſuſcipientes*. Agyl. *cum a multis interpellemur.*

(4) *Clerici*) Vet. *Eccleſiis.*

(5) *& nullis*) καὶ ἀδωροδοκήτως. Vet. *ſine redemtione.*

(1) De Clericis, qui ab Eccleſia ſua diſcedunt, & de his, qui oratoria ædificant.

CONSTIT. LVII.

Idem Imperator (2) Menæ Sanctiſſimo (3) Archiepiſcopo Regiæ hujus urbis (4) & Patriarchæ Univerſali.

MUltis ſæpe Clericis, qui in quibuſdam oratoriis verſantur, (5) vel etiam a quibuſdam antea forte conſtituti ſunt, ſoliti ſumtus (6) ſuppeditantur, deinde a divinis myſteriis (7) propter cauſas, quas ipſi norunt, ſeſe plane ſeparant, vel etiam quocunque prætextu a ſanctiſſima, in qua conſtituti ſunt, Eccleſia diſcedunt.

CAPUT I.

De Clericis in deficientium Clericorum locum ſurrogandis.

SAncimus igitur, ne id ſacro miniſterio impedimento ſit, ſed ut alii a Piiſſimis Epiſcopis, ſub quibus Eccleſiæ illæ ſunt, conſtituantur, illique hæc accipiant. Nolumus enim quibuſdam concedere, ut quæ ab ipſis & per ipſos in Sanctiſſimas Eccleſias erogata ſunt, lucrifaciant, ((8) neque enim fas eſt, ut ex aliorum fraudatione alii (9) lucrum capiant,) ſed quæ ab initio erogata ſunt, ſemper præſtentur, nec ea re ſacrum miniſterium corrumpatur. Neque liceat, poſtquam in locum

Ooo prio-

(1) *de Clericis*) Aliam inſcriptionem habet Vet. Interpr.

(2) *Mena*) Vet. *Menna.*

(3) *Archiepiſcopo*) Ἀρχιεπισκόπῳ. *Hal.* Ἄρχοντι Ἐπισκόπων.

(4) *& Patriarchæ*) Vet. *& univerſi ejus tractus Patriarchæ.*

(5) *vel etiam &c. forte*) ἢ καὶ ἴσως. *Hal.* ἤδη ἴσως. Vet. *aut etiam forte.* In ſeqq. deeſt apud *Hal.* τὸ πρότερον. Vet. autem id habet.

(6) *ſuppeditantur*) χορηγοῦνται τῶν νενομισμένων χορηγιῶν. Vet. *miniſtrantur eis ab aliquibus ſolennes expenſæ.* quod non ſatis convenit illi, quod præcedit, *plurimi Clerici.*

(7) *propter cauſas*) δι' ἃς αὐτοὶ γινώσκουσιν αἰτίας. Hal. δι' ἃς γινώσκουσιν αἰτίας, *quas ob cauſas melius ipſi noverunt.*

(8) *neque enim fas*) ἐπειδήπερ οὐδὲ θεμιτὸν. *Hal.* ἐπειδήπερ οὐ βουλόμεθα, *quoniam non volumus.*

(9) *lucrum capiant*) κέρδος τινὰς ποιεῖν. *Hal.* κέρδη τινὰ ποιεῖν. Minus recte.

priorum Clericorum vel a Sanctiſſimo Patriarcha vel ab Epiſcopis Pro- vincialibus aliqui ſubſtituti ſunt, (10) diſcedentibus iterum redire & ſubſtitutos expellere, atque eos, qui erogationem illam faciunt, ad (11) duplum præſtandum cogere, (12) quo illis, qui ſubſtituti ſunt, & qui redire rurſus volunt, detur; (13) ſed quando redeunt, non ſuſci- piantur, iis vero, qui prioribus diſcedentibus ſurrogati ſunt, (14) an- nonæ dentur, nec ullum exinde lucrum erogantibus obveniat: quique talia lucrari (15) tentaverint, tam ipſi, quam hæredes eorumque ſuc- ceſſores (16) ex illorum bonis annonas & expenſas omnes iis, qui a ſe conſtituti ſunt, omnino præbeant: ſcientes, quod ſi poſtea quoque fraudem commiſerint, certa poſſeſſio ex eorum ſubſtantia ſacris noſtris privatis aſſignanda ſit, ut illis exinde erogatio fiat.

CAPUT II.

Ut illis, qui Eccleſias ædificarunt, Clericos non conſtituere, ſed præſen- tare ſolum liceat.

(17) Illud quoque in honorem & reverentiam Tuæ ſedis definimus, ut ſi quis Eccleſiam ædificet, vel etiam alio modo in ea miniſte- ria obeuntibus annonas ſuppeditet, & Clericos quoſdam in illa velit con- ſtituere, non habeat is facultatem (18) quos vult auctoritate ſua ad Pietatem Tuam adducendi, ut abſque judicio & examine creentur: ſed qui adducti ſunt, a tua ſanctitate examinentur, atq; ex voluntate tua, & il- lius,

(10) *ut diſcedentes*) αὖθις τοὺς ἀναχωρή- σαντας. *Hal.* καὶ αὖθις. τὸ αὖθις ſuper- fluum eſt. Julianus, *deſtitutores* appel- lat τοὺς ἀναχωρήσαντας. De qua voce vid. *Gloſſ. Jul.*

(11) *duplum*) διπλᾶ χορηγεῖν. Βασιλ. διπλᾶς χορηγίας.

(12) *quo &c. detur*) ὥστε δίδοσθαι καὶ &c. *Hal.* δίδοσθαι τε καὶ τοῖς &c. Vet. *dare et- iam ſubrogatis.* Neutrum male.

(13) *ſed*) ἀλλ' ἐκείνους μὲν. *Hal.* ἀλλ' ἁπλῶς ἐκείνους μὲν &c.

(14) *annonæ*) σιτήσεις. *Hal.* ἐπιστασίους. Vet. *emolumenta.* Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *annonæ & dona Eccleſ.*

(15) *nituntur*) ἐγχειροῦνται. *Hal.* ἐπι- χειροῦνται. Recte. Conf. *Nov. 61. n. 9.*

(16) *ex illor. bonis*) ἐκ τῆς αὐτῶν πε- ριουσίας τοῖς θείοις ὑμῶν πριβάτοις &c. Βασιλ. τῇ ἰδίᾳ ὑμῶν περιουσίᾳ, ὥστε ἐντεῦθεν τὴν χορηγίαν αὐτοῖς γίνεσθαι.

(17) *Illud quoque*) Integrum hoc ca- put deſideratur in Hal. editione.

(18) *quos vult*) οὓς βούλεται κατ' ἐξουσίαν. Hal. οὓς βούλεται κατεξουσίως. Vet. *quos vult per poteſtatem.*

Digitized by Google

lius, qui ſacerdotio præerit, illi, qui Beatitudini Tuæ & ſucceſſoribus Tuis idonei eſſe Deique miniſterio digni videbuntur, ſemper creentur: ne ſacra Dei (id quod ſacris elogiis ſancitur) profanentur, ſed intacta, ineffabilia & tremenda cum ſint, ſancte, pie & reverenter (19) habeantur.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & per ſacram hanc legem declarata ſunt, ut Beatitudo Tua perpetuo ſervet ſancimus: cum ſciamus ea, quæ ſanctiſſimis Eccleſiis conducunt, non minori (20) nobis curæ eſſe, quam ipſam vitam. Dat. XV. Kal. Nov. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. Aug. poſt Biliſ. V. C. Conſ. Ann. III.

Tit. XIII.

(1) Ne in privatis domibus ſacra myſteria celebrentur.

CONSTIT. LVIII.

(2) *Idem Imperator Johanni ſacro per Orientem Prætorio iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio.*

ET veteribus legibus ſancitum eſt, ut nemini plane liceat domi (3) ſanctiſſima celebrare, ſed ut publice (4) ſacra & Dei cultum

peragi

(19) *habeantur*) διαχαρίζεσθαι. Melius Hal. διαχειρίζεσθαι. Vet. *venerande tractari.*

(20) *nobis*) ὑμῖν quidem legitur in textu, ſed *Hal.* ἡμῖν habet, quod & legi debet, ut ſupra, ubi eadem eſt clauſula.

(1) *Ne in priv.*) Sic & *Vet.* In Gr. eſt μυσταγωγίαν, quod eſt *initiatio in ſacris.* Gloſſ. Cyrill. μυσταγωγὸς, *iniciator.*

(2) *Idem Imper.*) Vet. *Imp. Juſtin. Auguſt. Mennæ Archiepiſcopo regiæ civitatis Conſtantinopolitanæ.* Quæ inſcriptio textui non convenit, cum Imperator illi, ad quem ſermonem dirigit, tribuat *imperium, cingulum*, ἀρχὴν & *cohortem*, τάξιν, quæ de *Præfecto* recte dicuntur. Scripſiſſe autem Imperatorem ad *Patriarcham* quoque *Conſtantinop.* ex Epilogo patet, unde hic error natus videtur.

(3) *ſanctiſſima*) τὰ ἱερώτατα. Vet. *ſacratiſſima.* Videtur *miſſa* intelligi.

(4) *ſacra*) τὴν ἁγιστείαν καὶ τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν. Vet. *incredulitatem*, quaſi ἀπιστίαν legiſſet.

peragi ſinat (ſecundum ſanctiones, quæ hac de re ſacris actis traditæ ſunt) & nos quoque impræſentiarum hanc legem ferimus, quam firmiſſime valere volumus. Omnibus enim magnæ hujus civitatis, quin & totius noſtræ ditionis incolis interdicimus, in domibus ſuis oratoria habere, & in illis ſacra myſteria celebrare, ibique ea fieri, quæ a Catholica & Apoſtolica doctrina (5) abhorrent. Sed ſi quidam ſacras domus in ædibus ſuis ſe omnino putant habere debere, id illis ad preces ſolum, & ne quidquam aliud eorum, quæ ad divinum miniſterium pertinent, agatur, permittimus. Neque enim invidendum illis eſt, ſi domus aliquas (6) præter illas habere, in iiſque tanquam ſacris orare, ab aliis vero omnibus abſtinere velint: niſi tamen Clericos quoſdam ad illas invitare velint, qui hic quidem ex voluntate ſanctiſſimæ Eccleſiæ & ſanctiſſimarum domuum, quæ ſub ea ſunt, & inquiſitione ſanctiſſimi Archiepiſcopi, in provincia vero ex voluntate piiſſimorum Epiſcoporum conſtituantur. Nulla tamen novatio throno ejus beatitudinis per hanc noſtram legem fiat quoad jura, quæ illa in creationibus & adminiſtrationibus vel hic, vel in provinciis quocumque modo habet: ſed omnia quæ illi quocumque modo aut tempore data ſunt, nunc & in omne reliquum tempus rata ſerventur. Sancimus autem ut Gloria Tua hæc cuſtodiat, & per proprias literas omnibus manifeſta faciat, quo hæc lex per omnia obtineat. Id enim & glorioſiſſimo Præfecto felicis hujus urbis, & ſanctiſſimo Archiepiſcopo atque Patriarchæ Univerſali præcepimus, ut civili & ſacerdotali potentia hæc perpetuo cuſtodiantur. Nam & ipſi domuum domini ſciant, quod ſi hæc non obſervaverint, (7) ſub Imperiali motu ſint futuri, domus vero, in quibus aliquid tale agitur, publicandæ & in ſanctiſſimum noſtrum ærarium redigendæ ſint. Si vero quidam in domibus ſuis tale quid jam habent, ſciant,

(5) *aliena)* ἀλλότρια. Vet. *extranea.*

(6) *præter illas)* τούτων χωρίς. Vet. *circa hæc.* Puto *præter* rectius verti, vel *ſeparatas domus.*

(7) *ſub Imper.)* ὑπὸ βασιλικὴν γενήσονται κίνησιν. Vet. *ſub imperiali fient motu*, & mox *ſub prædicta pœna fient.* l. 54. *C. Th. d. Curſu publico. Motum in ſe noſtræ manſuetudinis excitabit.* l. 9. d. pœnis ibidem: *ſeveritatis congruæ motum excipiat.*

ſciant, quod ſi intra tres menſes, ex quo tempore hæc lex publicata fuerit, ea non emendaverint, & ad formam a nobis datam compoſuerint, dictæ pœnæ ſubjiciendi ſint. Hæc autem revera, non per calumniam agi volumus: ſolius enim veritatis ſumus amatores. Hæc ut Celſitudo Tua cuſtodiat, & nihil ejuſmodi fieri permittat, ſancimus. Scias enim, quod ſi tale quid Tibi denunciatum fuerit, & nec Te, nec eos, qui Tibi in Magiſtratu ſuccedent, id prohibuiſſe didicerimus, ipſe quinquaginta librarum auri pœnam ſoluturus, quique Tibi ſucceſſores in Magiſtratu futuri ſunt, & cohors, quæ Tibi paret, eandem pœnam ſubituri ſint: quia ut (8) res quæ nobis curæ eſt, & quæ ſanctiſſimæ Eccleſiæ unitatem conſervat, atque ea, quæ publice interdicta ſunt, clam facere prohibet, violaretur, pati voluit: quoad ipſum etiam Magiſtratum in periculo futurus, inſuperque domus ipſa, in qua tale quid agitur, publicanda & in ſacratiſſimum ærarium redigenda ſit.

EPILCGUS.

SCripſimus autem ad ſanctiſſimum etiam Patriarcham felicis hujus urbis, ut & ille hujus rei (9) curam gerat. Nam (10) & a ſacerdotibus & Magiſtratibus hæc cuſtodita in reliquum tempus (11) immota manere volumus. Dat. III. N. Nov. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XI. poſt Biliſ. V.C. Conſ.

Tit. XIV.

(1) De impenſis, quæ in exequias (2) defunctorum faciendæ ſunt.

(8) *res quæ*) Vet. *rem nobis ſtudioſam.*

(9) *curam*) Vet. *ponat providentiam.*

(10) *a ſacerdot.*) ἱερατικῶν τε καὶ ἀρχικῶν φυλαττόμενα. Supra dixit ἐκ τε τῆς πολιτικῆς ἔκ τε τῆς ἱερατικῆς ἰσχύος φυλάττεσθαι &c.

(11) *immota*) ἀκίνητα. Vet. *immutilata.*

(1) *De impenſis*) περὶ τῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι δαπάνης. Hal. περὶ τῆς ἰδίας ὀφειλούσης γίνεσθαι, *de exequiis* &c. Vet. *de impenſa. Sumtibus*, rectius legi putat Agylæus: ſequitur enim κηδείας.

(2) *defunctorum*) τελευτώντων. Hal. τετελευτηκότων.

CONSTIT. LIX.

Idem Imperator Johanni ſacro per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

QUælibet bona opera (3) vel a nobis, Deo volente, initium accipere, (4) vel, ſi bona ab aliis facta (5) corruptio quædam ſequatur, (6) eam a nobis corrigi & in priſtinum ſtatum reduci oportet: ita ut vel ipſa effectione vel correctione rei operam demus, ut bonas actiones (7) perpetremus. Cum itaque in exequiis defunctorum non recte quid factum ſit, id emendare, hominibuſque largiri volumus, ne duplicem difficultatem ſuſtineant, dum & (8) ſuos amittunt, & illorum nomine damno afficiantur. Quod autem a Conſtantino piæ memoriæ recte excogitatum & conſtitutum, ac poſtea ab Anaſtaſio piæ memoriæ, qui etiam reditum cauſæ adjecit, confirmatum eſt, id (9) nos ipſi, cum periculum eſſet ne intercideret, inſtaurare & dare cogimur, cum omni ſecuritate (10) & juramentis convenientibus, ut immortale id maneat efficientes. Cum enim Conſtantinus piæ memoriæ nongentas & quinquaginta officinas ex diverſis collegiis felicis hujus urbis a tributis immunes ſanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ dederit: Anaſtaſius vero piæ memoriæ officinis illis non ſolum centum & quinquaginta addiderit, ſed etiam certum reditum duabus pragmaticis ſanctionibus largitus

(3) *vel a nobis*) ἢ παρ' ἡμῶν. *Hal.* εἰ παρ' ἡμῶν, *ſi quidquid uſquam eſt bonorum operum.* &c.

(4) *vel ſi bona*) ἢ κἂν εἴ τις τοῖς ἀφ' ἑτέρων &c. Hal. κἂν τοῖς ἀφ' ἑτέρων &c. *ſi his immineat exitium.* Minus recte. Vet. *aut ſi qua.* Recte.

(5) *corruptio*) παραφθορά. *Hal.* φθορά.

(6) *eam*) ταύτην ἐπανορθοῦσθαι. Hal. ταυτα. Vet. *hanc.*

(7) *perpetremus*) περὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις σπουδὴν ἔχειν ἀεὶ μετουσίαν. *Hal.* μετουσίας. Vet. *ſtudeamus habere ſemper participium.*

(8) *ſuos*) τοὺς ἑαυτῶν. Vet. *quæ ſua ſunt.* Male.

(9) *nos ipſi*) ἡμεῖς αὐτοί. Apud *Hal.* deeſt τὸ αὐτοί, ſed in Vet. extat.

(10) *& juram.*) καὶ ὅρκων προσηκόντων. Sic & *Hal.* ſed Vet. *& terminis competentibus*, quaſi ὅρων legiſſet, quod magis probamus.

gitus ſit, ut pecunia, quæ ex illo reditu percipitur, in ea verſatur, quæ a piiſſimis Oeconomis iis dantur, qui hac in re operam præſtant: multi ex variis locis nos adierunt, dicentes, nullam in ea re æqualitatem ſervari, neque defunctorum exequias ſine mercede fieri, ſed acerbe exigi, multa etiam nomina & collegia foris inveniri, quæ & a lugentibus invitis exigant, & eos, qui non habent, dare cogant. Hæc omnia ut convenienti correctione dignaremur, juſtum exiſtimavimus.

CAPUT I.

PRimum igitur ea, quæ ab officinis multas inſidias & diminutionem paſſa ſunt, ſanctiſſimæ Magnæ Eccleſiæ plene (11) reſtituimus. hac de re ſacram legem ad Præfectum urbi ſcribentes, ut ille una cum cohorte, quæ illi paret, omni modo mille & centum officinas piiſſimis defenſoribus & Oeconomis dictæ ſanctiſſimæ Eccleſiæ tradat: octingentas quidem officinas (12) in ipſis corporibus piiſſimis defenſoribus præbeat, trecentas vero Dei amantiſſimis Oeconomis: ut piiſſimi Oeconomi (13) trecentas officinas & reditum ab Anaſtaſio piæ memoriæ donatum habeant, neque amplius (14) numerum integrum non eſſe querantur, ſed ſupplementum ex datione trecentarum officinarum habeant, & decanis reliquiſque ordinibus menſtrua ſuppeditent: Dei vero amantiſſimi defenſores octingentas officinas habeant, & lecticarios, ut vocantur, præbeant, & reliquum miniſterium præſtent, quod defunctorum (15) exequiæ requirunt, ut hoc modo damna a (16) lugentibus auferantur.

CA-

(11) *reſtituimus*) ἀποκατεστήσαμεν. Recte. Hal. ἀπηρτίσαμεν, *ad integrum numerum reparavimus.*

(12) *in ipſis*) ἐν σώμασιν ἐργαστήριον, *Officinam in corporibus*, putamus opponi illis quæ non corpora perſonarum ſed pecuniam præſtabant, ut ex cap. 2. colligimus. In cap. 6. dicitur, *corpora decanorum.*

(13) *trecentas*) τριακόσια. Sic & *Hal.* Vet. *quadraginta.*

(14) *quod num.*) ὡς ἐλλιπὴς εἴη. Hal. ὡς ἐλλιπεῖς εἶεν. *ob diminutum querentes numerum.*

(15) *exequiæ*) ὅσια. Suid. ὅσια, κηδεία, τὰ ἐπὶ νεκροῖς νόμιμα.

(16) *lugentibus*) τῶν πενθούντων. Hal, τελευτησάντων, *defunctorum.* Malc.

CAPUT II.

QUamobrem dictas illas mille & centum officinas Dei amantiſſimis Oeconomis & defenſoribus perpetuo a tributis liberas, nec imminutas ſervari, atque a Glorioſiſſimo Præfecto felicis hujus urbis, ſi quæ ullo modo intercidat, vel mutatio (17) ſtatus aut negotiationis circa eas contingat, ſuppleri oportet; ut Deo chatiſſimi Oeconomi prædiorum, quæ ſepulturis deſtinata ſunt, adminiſtrationem habentes, item trecentas officinas a tributis immunes, defenſores vero octingentas habentes, exequias (18) defunctorum dirigant. Quod igitur ex prædiorum reditu provenit, a piiſſimis Oeconomis in ſepulturas impendatur, quemadmodum infra dicemus, (19) adjecto etiam ex trecentis ergaſteriis additamento, quod ipſum ut re ipſa acciperent, petierunt. Quoniam vero ex mille & centum officinis, quo in felici hac urbe ſunt, plurimæ interciderunt, præcipimus, ut illæ impræſentiarum ſuppleantur, (20) & mille atque centum harum officinarum numerus non diminutus & a tributis immunis ſecundum modum a nobis dictum, Dei amantiſſimis Oeconomis & piiſſimis defenſoribus ſervetur: ut tamen non pauciores (21) Decani & (22) Copiatæ piisſimis defenſoribus ſint dati quam octingenti; pro trecentis vero illis, qui dati ſunt Dei amantisſimis

(17) *ſtatus*) τῆς τούτων ὄψεως. Vid. infr. num. 33. & ſupra Nov. 7. n. 45.

(18) *defunctorum*) τελευτώντων. Hal. τετελευτηκότων. Vet. *lugentium*, quod convenientius videtur Agylæo. Nos τὸ τελευτώντων retinendum putamus. Sic enim in *præfat.* κηδεία τῶν τελευτώντων. & infra hoc cap. ὁσίαν τῶν τελευτώντων, & ſupra quoque.

(19) *adjecto*) προστιθεμένης. Hal. προστιθέμεναι.

(20) *& mille*) καὶ τὸν τῶν χιλίων ἑκατὸν ἐργαστηρίων ἀριθμὸν διατηρούμενον ἀμείωτόν τε καὶ ἁπλῶς. Hal. καὶ τὸν τῶν χιλίων ἑκατὸν ἐργαστηρίων ἀριθμὸν ἀμείωτον καὶ ἁπλῶς διατηρούμενον. *mille & centum officinarum numerus indeminutus & ſimpliciſſime diviſus conſervetur.* Vet. *& horum mille centum ergaſteriorum numerum imminutum conſervatum & ſine tributo, diviſum.* Lege καὶ τὸν τῶν χιλίων ἑκατὸν ἐργαστηρίων ἀμείωτόν τε καὶ ἀτελῆ διατηρούμενον &c. & confer *initium* hujus *capitis.*

(21) *Decani*) Meurſ. Gloſſ. eos Conſtantinopoli lectores fuiſſe, & cadaverum quoque humandorum curam habuiſſe docet ex Corippo & aliis, quem vide. Vid. & *Alciat. 1. Parerg. 50.*

(22) *copiatæ*) Decani lecticarii ſive viſpelliones etiam nuncupantur. *Nov. 43.*

Digitized by Google

tiſsimis (23) Oeconomis, iiſdem Dei amantiſsimis viris, ſi velint (24) trecentas illas officinas vel omnes, vel quaſdam ex illis in corporibus accipere, aut pro (25) excuſatis, uti vocantur, ſive omnibus, ſive quibuſdam officinis pecuniam accipere liceat. Et (26) pecuniam illam, qua hucuſque caruerunt, (ſicut illi potentiam noſtram docuerunt) in exequias defunctorum expendant: adeo ut (27) & ex hac ipſa pecunia, & ex reditibus prædiorum diſtributio fiat inter Decanos, & aſcetrias, & Canonicas & (28) acoluthos, quemadmodum (29) deinceps conſtituemus. Cum enim ipſi piiſſimi Oeconomi nos (30) docuerint, quod impoſterum eundem reditum ex prædiis (31) perci-

& 59. l. 4. C. d. Sac. Eccleſ. l. ſi qua C. d. Epiſc. & Cler. l. 15. C. Th. eod. l. 1. C. Th. d. luſ. col. qui definiuntur ab *Epiphanio* ad fin. *lib. 3.* ſive *Tom. 7. contra hæreſes.* οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων. *CUJAC. ad l. un. d. Collegiat.* Conſtantii ſeculo inſtituti fuerunt, etſi Conſtantino M. eorum inſtitutionem adſcribat. Imperator *h. Nov.* Clericis annumerantur in *l. 12. C. Th. d. Veteran.* Dicti & *foſſarii* quaſi operarii ἀπὸ τοῦ κόπου vel ἀπὸ τῆς κοπίας, a quiete. *GOTHOFRED. ad l. 1. C. Th. d. luſtr. conlat.* Decani ſeu Lecticarii erant, qui lectis impoſitos mortuos efferebant. Dicti Decani forte quod in decades eſſent diviſi. A Conſtantino M. ſunt inventi, ut gratuitam exportandis defunctis operam præſtarent, eamque ob cauſam Majori Eccleſiæ Conſtantinop. 950. ergaſteria donavit, ex quorum penſionibus ſumtus fiebant. Ferebant cadaver, ſepulchrum extruebant, & in aliis hujuſmodi laborabant, unde κοπιαταὶ *laborantes* dicti. *PANCIROL. ad Not. Imper. Or. cap. 28.*

(23) *Oeconomis*) Hæc uſque ad *amantiſſimis* deſunt in *Cod. Hal.*

(24) *trecentas*) λαμβάνειν τὰ τριακόσια ἐργαστήρια. *Hal.* λαμβ. τὰ τῶν ἐργαστηρίων.

(25) *excuſatis*) ἐξκουσσάτων. Hal. ἐξκουσάτων.

(26) *pecuniam*) Deſunt hæc in edit. Hal. Pariſ. ad *expendant.*

(27) *& de hac*) ἐκ τε τούτων τῶν χρημάτων καὶ ἐκ τῶν προσόδων τῶν χωρίων. *Hal.* ἐκ τούτων τῶν προσόδων καὶ ἐκ τῶν χρημάτων. Vet. *ex his pecuniis & ex reditibus prædiorum.*

(28) *acoluthos*) καὶ ἀκολούθοις καθάπερ ἂν &c. *Hal.* καὶ ἀκολούθοις καὶ ἄλλοις καθάπερ ἂν &c. *Acoluthis & aliis* &c. In vetere verſione illud *aliis* non legitur.

(29) *deinceps*) ὑποκαταβάντες διαταξώμεθα. *Hal.* ὑποκαταβάντες, ut & ſupra ſcriptum erat. Pro διαταξώμεθα idem legit διατάξωμεθα. Lege διαταξόμεθα. Vet. *ſicut deſcendentes ordinavimus.*

(30) *docuerint*) διδαξάντων. *Hal.* διαταξάντων, *digeſtis in ordinem rationibus oſtenderint*, ut ille vertit.

(31) *percipere*) ἀποκομίζεσθαι. *Hal.* παρακομίζεσθαι.

pere impoſſibile ſit, merito nos trecentarum officinarum additamentum huic parti dedimus, ut quod hactenus illis, qui mortuis efferendis occupantur, inculpate datum eſt, etiam impoſterum detur, hoc eſt (32) per ſingulos menſes quadringenti ſolidi, inter Decanos & acoluthos & aſcetrias (33) & canonicas ſecundum conſuetudinem, quæ apud ipſos hucuſque obtinuit, dividendi: hoc eſt decanis quidem (34) per ſingulos menſes centum octoginta duo ſolidi, (35) aſcetriis vero nonaginta ſolidi, & canonicis (36) triginta ſex ſolidi, (37) collecti quidem ab ipſis Dei amantiſſimis Oeconomis, ſingulis vero ſex menſibus illis, qui accipere conſueverunt, (38) ſolvendi.

CAPUT III.

Illa vero auri pars, quæ (39) religioſiſſimis aſcetriis competit, a piiſſimis Oeconimis intra dictos terminos danda eſt Eugenio piiſſimo Diacono, & (40) ad Samſon ſacræ memoriæ, (41) hoſpitiique a nobis

(32) *per ſingulos*). Hæc Latina verba Græco textui inſerta leguntur. *Hal.* ἀνὰ ἕκαστον μῆνα; & ſic quoque in ſequentibus. τὸ quadringentos ſolidos & τὸ μεριζομένων, quod mox ſequitur, deeſt apud Haloandrum.

(33) *& canonicis*) καὶ κανονικαῖς κατὰ τὸ μέχρι νῦν &c. *Hal.* καὶ κανονικαῖς καὶ ἄλλοις κατὰ &c.

(34) *per ſingulos*. *Hal.* ἀνὰ ἕκαστον μῆνα τ'β νομίσματα, *ſolidos 72.*

(35) *aſcetriis vero*) *Hal.* ταῖς δὲ ἀσκητρίαις καὶ ταῖς ἀκολούθοις ϟ &c. Vid. *Gloſſ. Jul.* voce *Aſcetria.*

(36) *triginta ſex*) Hal. λϛ'. νομίσματα.

(37) *collecti*) ἀθροιζομένων. *Hal.* ἀθροιζομένοις.

(38) *ſolvendi*) καταβαλλομένων ἐπὶ τοὺς εἰωθότας κομίζεσθαι κατὰ ſex menſes. *Hal.* καταβαλλομένοις κατὰ τοὺς. &c. ἓξ μῆνας. Lege καταβαλλομένων, & paulo ante ἀθροιζομένων. Præcedit enim μεριζομένων.

(39) *religioſ.*) ταῖς εὐλαβεστάταις ἀσκητρίαις. *Hal.* ταῖς ἄλλαις ἀσκ. Vet. reverendiſſimis aſſiſteriis.

(40) *ad Samſon*) τοῦ κατὰ Σαμψὼν τὸν τῆς &c. *Hal.* τοῦ κατὰ Σαμψὼν τὸν τῆς ὁσίας &c. *& ipſius Sampſorum religioſæ memoriæ Xenonis* &c. Vet. *Xenodocho Samſonis ſanctæ memoriæ Xenonis.* Mallent fortaſſe non multi legere, & Xenonis, qui prope Samſonem religioſæ memoriæ ſitus eſt, ejus etiam qui a nobis conſtructus eſt Xenodocho. AGYL. De Samſone Procopius lib. 1. περὶ κτισμάτων ait: ἦν δέ τις ξενὼν ἀνθρώποις ἀνειμένος ἀπερριμμένοις τε καὶ νοσοῦσι τοῦτον ἀνήρ τις θεοσεβὴς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐδείματο Σαμψὼν ὄνομα. Et *Alemannus ad Procop.* Ἀνεκδ. *pag. 16.* inquit: Longe antiquiorem Juſtiniano

nobis conſtituti Xenodocho, item illis, qui poſt eum Dei amantiſſimi Xenodochi dictorum hoſpitiorum futuri ſunt, propterea quod aſcetriæ, quæ huic neceſſitati miniſtrant, (42) ſub iis, qui eo tempore ſunt dictorum ſacrorum hoſpitiorum Xenodochi, conſtitutæ ſunt: (43) altera autem acoluthis & religioſiſſimis Canonicis, ſimiliter a piiſſimis Oe-

Ppp 2 conomis

Sampſonem credit Cardinalis *Baronius* in *Notis ad Martyr.* & vacillare fidem hiſtoriæ illius putat, quæ habeat, Noſocomium Sampſonis eodem rogante a Juſtiniano creatum; cum Procopius dicat reſtauratum, quod jam antea idem Samſon ædificaſſet. Verum adeo exiguum fuit primum illud Sampſonis ædificium, tam illuſtre vero tamque magnificum ab Juſtiniano factum, ut nihil veritati detraxiſſe Metaphraſtes in vita Sancti Samſonis *Patricii* Romani videri poſſit, quod addit de conflagratione ejus Noſocomii, quam tum contigiſſe arbitratur, cum ſub Anaſtaſio Sanctæ Sophiæ templum exuſtum fuit, clarum eſt in hiſtoriis non ſemel illud templum incendiis obnoxium fuiſſe; Juſtiniani vero anno quinto illud Noſocomium incenſum eſſe idem *Procopius* refert. *lib. 1. Ædific. & 1. Bell. Perſ & Theophanes* ad annum quintum Juſtiniani. Fortaſſe majoris momenti ſit in hac re, quod Procopius de Samſonis ætate ait: ἀνὴρ τις διαπέφυκε ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Σαμψὼν ὄνομα. *Vir qui dam pius, qui ſuperioribus annis floruit.* At hoc etiam nihil eſt, nam *Procopius* librum illum de ædificiis, ubi hoc habet, extremo Juſtiniani Imperio ſcripſit, nempe ſex & triginta atque amplius annos poſt mortem Samſonis. Vigebat tamen adeo ejus memoria, ut *Juſtinianus Nov. 59. & 131.* ubi de Sampſone loquitur ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Σαμψὼν dicat, ſanctæ memoriæ Sampſon. Quod (ut obiter dicam) cum in antiquis manuſcriptis, litteris ſingularibus S. M. notatum eſſet, male in Latinis editionibus *Nov. 131.* exceptum Sanctæ Mariæ Sans. Quod autem in Metaphraſte corrigendum plane cenſeo eſt ratio temporis vitæ Samſonis & annorum Imperii Juſtiniani; nam Antiſtiti Menæ Samſonem ſuperfuiſſe haud bene Metaphraſtes narrat, cum ante conſulatum Beliſarii obiiſſe ex *Nov. 59.* perſpicue conſtet. Porro ejuſdem Novellæ publicatio [illegible]ue electio Menæ fere in idem tempus incidunt; nempe circa annum Juſtiniani undecimum; at vero ante annum ejus quintum mortuum Samſonem fuiſſe nemo dubitat. Ad hunc calculum revocanda ſunt, quæ de incendio Noſocomii a Metaphraſte narrantur. *Hæc ALEMAN. d. l. Vid. & Alciat. 5. Parerg. 2.*

(41) *& a nobis*] καὶ τῷ παρ' ἡμῶν συστάντος. *Hal.* καὶ τῶν παρ' ἡμῶν συστάντων, *aliorumque illi a nobis commendatorum.* Vet. *& ejus, qui per nos conſtitutus eſt.*

(42) *ſub iis*] ὑπὸ τοὺς ξενοδόχους τελοῦσι. *Hal.* ὑπὸ τῶν ξενοδόχων &c. Sed illud magis in uſu. Præcedit ὑπουργοῦσι, pro quo *Hal.* ὑπουργοῦσαι.

(43) *altera autem*] τὸ δὲ ἕτερον τοῖς τε

conomis danda eſt, (44) tum his, qui nunc illis præſunt, tum etiam quibus illo tempore principatus inter eos traditus eſt, ut per eos antea dictis & ſub illis conſtitutis aſcetriis, canonicis, ac præterea acoluthis diſtribuatur. Si vero piiſſimi Occonomi ſolutioni moram fecerint, idque manifeſtum ſit, (45) intra ſex menſes poſt ſecundum ſemeſtre elapſos nulla ſolutione facta, tum omne quod poſt prius ſemeſtre debetur, a Dei amantiſſimis Oeconomis ſemper exigatur cum uſuris tertiæ partis legitimæ centeſimæ temporis poſt ſemeſtre currentis: curam hujus rei gerente ſanctiſſimo illo tempore Archiepiſcopo & Patriarcha ſanctiſſimæ magnæ Eccleſiæ felicis hujus urbis.

CAPUT IV.

SI vero alter quoque annus tranſeat, & ne ſic quidem Dei amantiſſimi Occonomi religioſiſſimis fœminis, vel dictis Decanis quid ſolvant, liceat ſanctiſſimo illius temporis Patriarchæ, non ſolum a piiſſimis œconomis debitum cum dicta uſura exigere, verum etiam eos cogere, ut omnia, quæ definita ſunt, præſtent: & (ſi ſanctiſſimus Patriarcha velit) a cura prædiorum eos (46) expellere, & (47) faciem eorum exigere, qualis nunc apud eos eſt. Atque horum omnium curam

ἀναλίσκοιτο &c. *Ita & Cod. Vaticanus. Hol.* melius δὲ εἰ ἐπέλθοι λῆξίς τι, *alterum vero illam quæ non competit* MS Flor. τὸ δὲ ἐπιὸν τῆς δὲ ἀναλώσεως &c. Pro ἐπέλθοι ex Scrimgero ἀρέσοι non libenter receperim ait *Agylæus*. Vet. *quod autem contingit.*

(44) *tum his qui*] τοῖς τε νῦν ἐφεστῶσιν αὐτοῖς. *Hal.* ἐφεστῶσιν αὐταῖς quod haud dubie operarum culpa Haloandrum habere aſſerit *Agylæus*, ipſam vero verſionem caſtigatione non indigere. Vertit enim, *qui & modo illis præfecti ſunt.*

(45) *intra ſex*] εἴσω ἓξ μηνῶν. *Hal.* ἔσω ἓξ μηνῶν, *forte ſex alteris jam menſibus &c. decurrentibus.* Male. Vet. *intra ſex menſes.* Præcedit καὶ τοῦτο φανερὸν καταστῇ. ubi *Hal.* καὶ κατὰ τοῦτο.

(46) *expellere*] καὶ ἐξῶσαι. Inter duo hæc verba Haloander aſteriſcum ponit, & vertit: *ut etiam ſollicitudine fundorum eos ejiciat.* Vet. *expellere eos a gubernatione prædiorum.*

(47) *& exigere*] καὶ ἀπαιτεῖν τὴν ὅλων ὄψιν καθὰ νῦν παρ' αὐτοῖς ἐστι. *Hal. & repetat horum inſpectionem, quemadmodum modo apud ipſos eſt.* Vet. *& exigere horum faciem puram ab eis, qualis eſt.* Ὄψις ſupra ponitur ſemper pro *aſpectu, facie*, unde & hic eodem retinendum videtur ſenſu, ut ſcil. illi teneantur reſti-

Digitized by Google

ram gerat beatiſſimus hoc tempore Archiepiſcopus, & univerſalis Patriarcha, cui & piiſſimi Oeconomi & univerſus Clerus & totus Sanctiſſimæ Eccleſiæ ordo ſubſunt.

§. 1. His ita factis, nemo plane ab invito (48) pro cadavere ſepeliendo quicquam accipiat. (49) Ut autem omnia diſcernantur, ſancimus, ut unicuique (50) feretro gratis dato unum detur aſcetriarum vel canonicarum (51) aſceterium, non paucioribus quam octo mulieribus feretrum præcedentibus & canentibus, & tribus acoluthis, qui nihil omnino accipiant. Si tamen quis eorum, qui defunctum cognatione attingunt, & funus faciunt, ſponte ſua, nemine cogente, aliud adhuc aſceterium vel unum, vel duo, aut plura aſſumere voluerit, id quidem liberalitatis ipſius ſit: veruntamen nec hoc indefinitum relinquimus, volentes, ut etiam hic eadem ſit menſura aſcetriarum ſeu canonicarum & acoluthorum, qui ex liberalitate aſſumuntur, quam ſuperius definivimus: ut non pauciores quam octo aſcetriæ & canonicæ ex quolibet aſceterio, & tres acoluthi ex unoquoque aſceterio aſſumantur.

CAPUT V.

Ascetriis vero ſeu Canonicis, quæ ad hoc ipſum, ut gratis miniſterium præſtent, aſſumuntur, ſiquidem intra (52) novos muros

tuere rem, in quo nunc eſt ſtatu. Vet. videtur καθαρὸν legiſſe pro καθὰ νῦν.

(48) *pro cadavere*] ὑπὲρ νεκροῦ σώματος κηδευομένου. Vet. *pro mortuo corpore tutato*. Hal. *pro curato demortui corpore*. Notum eſt κηδεύειν eſſe *funerare, funus exhibere*.

(49) *Ut autem*] ὥστε δὲ διακρίνεσθαι. Hal. ὥστε διακρίνεσθαι.

(50) *feretro*] κλίνῃ. Hal. *feretro*, Vet. *lecto*. Vid. *Gloſſ. Jul.* verbo *lectus*.

(51) *aſceterium*] Vet. *aſſiſterium*, *aſſiſteriis*, pro *aſceterio*, *aſcetriis*, hic & ante & in ſeqq. ponit.

(52) *novos muros*] Vid. *Gloſſ. Jul.* & Ant. Aug. verb. *murus novus*. Conſtantinopoli circa annum D. 412. vel 413. murus novus ad munitionem urbis extrui cœpit a Theodoſio juniore ſtudio ac proviſione Anthemii P. V. (non ut Cujacius notavit Cyri *P. P.*) Eum murum quia per privatorum quorundam terras celebrari, duci, extrui oportebat, Theodoſius velut contractu quodam permutationis inito, turres ejus muri privatorum illorum uſui deinceps deputandas duxit: ut diſcere eſt ex *l. 51. d. oper. publ.* Mentio ejus muri fit apud *Zonaram Tom. 2. Chron. Alex.*

felicis hujus urbis exequiæ fiant, (53) tres ſolidi dentur: acoluthi vero nihil plane ex his accipiant, neque illos cum religioſiſſimis aſceteriis aut canonicis dividant: ſed acoluthi, qui poſt illos tres gratis miniſtrantes aſſumuntur, ſi quidem alii tres ſint, tribus (54) ſiliquis (55) contenti ſint, ſin vero ſex ſint, ſiliquis ſex, & ſic porro ſecundum hunc modum etiam (56) illa adminiſtrentur. Manifeſtum autem eſt, ſi major diſtantia ſit, & decani, qui feretro inſerviunt, plures ſint, & plura aſceteria, quod propter onus illud etiam his exiguum quid dabitur, (57) ad ſimilitudinem eorum, qui in aſceteriis (58) circa exequias occupati ſunt, (58) ut pro modo laboris ipſi quoque ſolatium aliquod exinde habere videantur. Videantur autem intra muros novos (59) & trajectum Juſtinianarum ſeu Sycorum, quoniam non longe diſtat, (60) ne-

A. 439. Marcellinus Chronico A. 447. *GOTHOFR. ad l. 14. d. Metat. C. Th.* Adde eundem ad *l. 51. C. Th. d. oper. publ.* ubi ex Socrate & Nicephoro probat Anthemium muros illos ædificaſſe. Cedrenus in loco ſupra citato Cyro attribuit cum *Cujac.* Adde *l. 18. C. Juſtin. d. oper. publ. l. 7. C. d. Metat.*

(53) *tres ſolidi*] ἄχει *trium ſolidorum.* Hal. ἄχει τριῶν νομισμάτων. Julianus corrupte *tremiſſem* pro *treſſem.* *CUJAC. h.* Adde *Gothofr. h.*

(54) *ſiliquis*] *Gloſſ. Jul.* verb. *ſiliqua.* Siliqua vigeſima quarta pars ſolidi eſt. *Nov. 130. GOTHOFR. ad l. 1. C. Th. d. Uſuris.* Gloſſ. Cyr. κεράτιον, *ſiliqua.*

(55) *contenti*] ἀρκούμενοι. Hal. ἀρκοῦντων.

(56) *illa*] τὰ περὶ αὐλῶν. Hal. τὰ περὶ αὐλῆς.

(57) *ad ſimilitudinem*) καθ' ὁμοιότητα τῶν περὶ τὰ ἀσκητήρια τῆς κηδείας πονουμένων. Hal. καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀσκητριῶν τῶν τῆς κηδείας ὑπὲρ πονουμένων, *ad ſimilitudinem aſcetriarum, quæ circa funerationem laborem ſuſtinent.* Vet. *ſecundum ſimilitudinem ad aſceteria diſciplinæ laborantium.* Haloandri lectionem præferendam credimus.

(58) *circa exeq.*) τῆς κηδείας. Vet. *diſciplina*, qui παιδείας legiſſe videtur. Utrum amplectendum ſit, Lector judicet. Hal. τῆς κηδείας ὑπὲρ πονουμένων, ex quo illud ὑπὲρ omnino retinendum.

(58) *ut pro ratione*) ὥστε τῇ διαφορᾷ τοῦ κόπου δοκεῖν &c. *Hal.* ὥστε τῇ διαφορᾷ τῆς κοπιάσεως δοκεῖν, *ut propter diſtantiam & ipſi copiaſtæ videantur* &c. *Vet.* nobiſcum legit.

(59) *& trajectum*) καὶ τὸ πέραμα Ἰουστινιανῶν &c. Hal. τὸ πέραμα Ἰουστινιανοῦ, *& terminum Juſtinianeum.* Vet. *& tranſitus Juſtinianarum.* Cujacius *tractum maritimum.* Julian. *ad Sucas autem tranſitus.* Vid. *Ant. Aug.* verb. *Sycorum tranſitus.* Hodie Piræum ſeu Galatinum appellari fertur. *Stephanus* ſive *Hermolaus de urbibus* ſic ſcribit: Συκαὶ καθ'

Digitized by Google

(60) neque eget majori tempore aut labore, (61) ut illo veniatur. Si vero extra novos muros felicis hujus urbis, vel in aliis (62) tranſmarinis locis, quam dictum eſt, exequiæ fiant, tunc aſcetriæ ſeu canonicæ (63) dimidiam partem ſolidi accipiant, neque hic acoluthi ullam plane partem capiant: ſed ipſi acoluthi in unoquoque aſceterio (64) quatuor ſiliquas, & (65) præterea nihil, ſecundum dictam diviſionem accipiant. (66) Aſceterium vero feretrum gratis datum ſequatur cum tribus acoluthis, idque omnino præſens ſit cum octo aſcetriis, vel canonicis & tribus, ut dictum eſt, acoluthis, (67) & nihil plane accipiant, neque pro datis ceteis quid exigant, vel alium modum alio prætextu inveniant.

CAPUT VI.

HÆc tamen omnia definimus in his, qui non ex magnificentia duos illos (68) magna feretra, quæ in ſacro illo (69) loco, ubi res pre-

ἡμῶν Ἰυστινιανοὶ ἀνοικοδομηθῆναι. Πέραμα eſt tractus maritimus. Male *Haloander terminum*. Vid. *Cujac. h.* Juſtinianum Sycarum ruinas excitaſſe & inſtauratis ibi theatro mœnibuſque Juſtinianopolin vocaſſe teſtis eſt *Joh. Malala in Juſtiniano.*

(60) *neque &c. eget*] μηδὲ δεῖ τι. Legi poſſet μηδὲ vel μὴ δεῖσθαι, & pro δοκεῖν in præced. δοκεῖ, quam lectionem præcedentia & ſubſequentia firmant. Sed Julian. Epit. *Ad Sucas autem tranſitus intra novos muros videatur eſſe.* Quem ſi ſequamur vulgata lectio retineri, & τὸ ἀκεῖν ad αὐτῇ præcedens referri deberet.

(61) *ut illo*] πρὸς τὸ ἀφῖξιν τὴν ἐκεῖσε. Hal. melius ἀφῖξιν. Vet. *ad veniendum ibi.*

(62) *tranſmarinis*] ἢ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις περάμασι. Vet. *aut etiam in alios tranſitus.* Julian. recte, *in alio tranſmarino loco.* Vid. *Gloſſ. Jul. & Ant. Auguſt.* verb. *tranſmarinus locus* Hal. πέραμα terminum vertit, ſed trajectum maritimum ſignificat hic. *CUJAC. h.* verbo Σύκαι.

(63) *dimidiam part. ſolid.*] Hal. ἥμισυ νόμισμα.

(64) *quatuor ſiliquas*] Hal. τέσσαρα κεράτια.

(65) *præterea*] πέρα τούτων. *Hal.* παρὰ τοῦτον.

(66) *aſceterium*] Julian. *unum autem aſceterium, quod ex neceſſitate ante cadaver pſallit* &c. Vid. Gloſſ. & A. Aug. verbo *pſallere.*

(67) *plane nihil*] καὶ οὐδὲν παντελῶς. Hal. καὶ οὐδὲ παντελῶς &c. Vet. nihil.

(68) *magnos lectos*] μεγάλας ταύτας κλίνας. Apud Hal. ταύτας non legitur. Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *maximi lecti.*

(69) *loco, ubi*] κοιμητηριοφυλακείῳ. *Hal.* κοιμηλίων φυλακείῳ.

(70) *Sindis*] *Hic* monaſterium condidit, quod ab ipſo nomen accepit. Sui-

pretioſæ reconduntur, poſita ſunt, (70) Studii ſcilicet glorioſæ memoriæ & Stephani magnificæ memoriæ, deſiderant. Nam ſi quis ea habere velit, ut quæ multis hominibus & majore cuſtodia opus habent, & (71) alia quoque curioſitate indigent, id cum ante dictis non connectimus, (72) ſed quantum ex magnificentia decanis, vel religioſiſſimis aſcetriis, aut canonicis pro labore dare promiſit, tantum præbeat, ita tamen ut duodecim ſolidorum quantitatem in duobus feretris Studii & Stephani excedere non poſſit: (73) pro deaurato vero, quod poſitum eſt in Sanctiſſima Magna Eccleſia, (74) uno quippe ſolo in ejus locum forte conficiendo, quatuor ſolidorum: aſcetriæ vero & canonicæ & acoluthi duplum illius, quod antea ipſis definivimus, accipiant: (75) aſceterio ſcilicet ipſo, ſeu canonicis, qui gratis alia feretra præeunt,

das, ςύδι@ δυνάςης. ὃς καὶ τὴν περίβλεπτον μονὴν ἔκτισεν. *Hinc Hegumenus Studii* apud *Paul Diac.* Vid. *Meurſ. Gloſſ.* verb. ἡγύμενος. Ambroſii Epiſtolæ quædam extant ad *Studium Lib. I X. Ep. 76 Theodorus Lector* refert, *Hiſtor. lib. I.* Gennadii temporibus Studium Eccleſiam Sancti Johannis exſtruxiſſe, & Monachos ex Acœmitenſibus in ea collocaſſe. Vid. & Suidam voce Στύδι@.

(71) *alia quoque*] καὶ ἄλλης τινὸς περιεργ. χρῇζ. Hal. καὶ ὅλως τινὸς &c. Vetus quoque, *& omnimoda curioſitate gentes.*

(72) *ſed quantum*] ἀλλ' ὡς φιλότιμον ἀναλαβόμενος γνώμην. Vet. *ſed tanquam magnificam exhibens voluntatem.* Confer initio capitis verba τῶν μὲν καλὰ φιλοτιμίαν ἐπιζητούντων τὰς κλίνας. quæ *Jul.* vertit, *ad honorem defunctum lectos accipere.*

(73) *In deaurato*] Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *deauratus lectus.*

(74) *uno quippe ſolo*] οἷα ἑνὸς μόνου ἀντ' αὐτῆς εἰς οἶκον κατασκευασθησομένου. Sic & Cod. Vaticanus. Vet. *vel uno ſolido pro eo forſan faciendo quatuor ſolidorum.* *Hal. ſiquidem uno ſolo in ejus locum* [*ut probabile eſt*] *apparando, quatuor ſolidos.* Ad marginem *Veteris* notavit *Contius*: *Hic* locus nunc noſtra opera lucem accipit, cujus obſcuritati nullum ſe remedium invenire poſſe, nec ex Græcis quidem Scrimgeri fatetur ingenue Agylæus. Subſtituit autem ille pro *uno ſolo, uno ſolido*; quod an obſcuritatem tollat, in medio relinquimus. Agylæus hic notavit: ut aſteriſcum [qui eſt in *Hal.* verſione poſt *ſiquidem*] non relinquam, non equidem poſſum, ſenſum quidem aliquo modo aſſequi videor, ſed non ita ut publicare debeam.

(75) *Aſceterio*] δηλαδὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀσκητηρίου ἤτοι κανονικῶν. *Hal.* δηλαδὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀσκητηρίου ἀσκητριῶν ἢ κανονικῶν. Vet. *quippe ipſo aſſiſterio ſeu canonicis.*

præeunt, eandem quantitatem cum reliquis aſceteriis accipientibus. Atque id ipſum quoque in acoluthis, ſicuti diximus, obſervetur, ut & illi duplum eorum, quæ jam a nobis conſtituta ſunt, conſequantur. Quando autem id, in quo funus ducitur, unum eſt ex tribus illis feretris, hoc volente (76) eo, qui id facit, piiſſimis deſenſoribus neceſſitas incumbat, ut corpora decanorum ex octingentis ergaſteriis, quæ illis aſſignavimus, & feretra quoque exhibeant, ſumtus vero nullos faciant: ſed Dei amantiſſimi Oeconomi ex reditu ab Anaſtaſio ſacræ memoriæ relicto, & (77) trecentis ergaſteriis omnem ſumtum, quem diximus, in dictas perſonas faciant, ſecundum diviſionem a nobis in omnibus conſtitutam. Ita nihil erit indefinitum, quique mediocres ſepulturas fieri volunt, hac diſpoſitione fruentur, & qui ad liberalitatem reſpiciunt, non magno damno afficientur, ſed cum mediocritate liberales erunt.

CAPUT VII.

HÆc igitur in ergaſteriis, reditibus atque exequiis, tam quæ gratis, quam quæ per munificentiam fiunt, definivimus. Ut autem ergaſteriorum numerus ſemper integer ſervetur, cuſtodes conſtituimus non ſolum Glorioſiſſimum Præfectum felicis hujus urbis, & cohortem, quæ illi paret, ſed multo magis Celſitudinem Tuam, quique ſemper huic Magiſtratui, (78) cui nunc ipſe præes, præfuturi ſunt. Pœnam inſuper (79) quinquaginta librarum auri in cohortem tuam, (80) ſi quis negligens fuerit, ſtatuimus, & duplicem in eos, qui ſemper tuum thronum occupaturi ſunt: ne (81) mille & centum dictorum ergaſteriorum numerum ſecundum dictam a nobis diviſionem unquam deficere patiantur. Sed ſi (82) vel ipſe hac de re edoctus fueris, vel ſuc-

 ceſſores

Quæ lectio defendi poteſt. Sequitur ἐπὶ τῶν ἄλλων κλινῶν. ubi *Hal.* ὑπὸ.

(76) *eo qui*] τοῦ ταύτην ἐπιτελοῦντος. *Hal.* ἐπιμελοῦντος. Vet. *qui hoc celebrat.*

(77) *trecentis*] τριακοσίων. *Hal.* τῶν τ. ἐργαστηρίων.

(78) *cui nunc*] ὃ νῦν ἡγέσαι. *Hal.* ᾗ &c.

(79) *quinquaginta*] *Hal.* ν' λιτρῶν &c.

(80) *ſi quis*] εἰ τις ῥᾳθυμήσοι. Apud Hal. illud τις non legitur nec ap. Vet. Interpr.

(81) *mille & cent.*] Hal. αρ'. ἐργαστηρίων.

(82) *vel ipſe*] ὁ αὐτὸς. Hal. ὡς τοῦτο ὁ αὐτὸς &c.

ceſſores tui, hujus rei omnem curam geratis atque efficiatis, ut in nullo diminutus, nullo onere gravatus, & a machinatione tum a Celſitudine tua, tum omni alia perſona liber (83) maneat: ne hinc occaſio quædam oriatur, ut merces aliqua præter id quod a nobis definitum eſt, pro exequiis alicujus perſonæ detur: neque ulla differentia inter perſonas defunctorum, an divites ſint an pauperes, fiat: niſi tamen, ſicuti diximus, unum ex tribus illis feretris velint, in quibus ea, quæ decent, definivimus. Illa quoque ſecundum hunc modum obtinere & immota atque immortalia eſſe volumus: & ſacra hæc pragmatica lex perpetuo valeat, donec homines ſunt, donec magnum & celeberrimum Chriſtianorum nomen inter homines exiſtit, & quotidie per clementiam Domini Dei augebitur. Curam vero hujus rei præ reliquis omnibus gerat ipſe Sanctiſſimus Patriarcha felicis hujus urbis, ut cum pontificali poteſtate in hac re verſetur, nec permittat, ut ab ulla perſona, ſive ſacerdotali, ſive (84) Magiſtratu, ſive ulla alia, quæ a nobis conſtituta ſunt violentur. Quin etiam ipſum Imperatorem jubemus, ut ad magnum (85) Deum tanquam ſempiternum ſceptrorum Dominum reſpiciens, vigilanter hujus rei curam gerat. Neque enim ſolum ad mortuorum, ſed etiam ad viventium & maxime imperantium ſalutem facit, ut piæ actiones in effectum deducantur, nec bona opera eorum, (86) qui olim illis operam dederunt, ſucceſſorum negligentia pereant. Quemadmodum vero mille & centum ergaſteria non diminuta & a tributis immunia ſervari diſpoſuimus, ita etiam reliqua omnia ergaſteria tributis obnoxia eſſe ſancimus: nec quiſquam omnino licentiam habeat eximendi illa a tributis, ſive ad venerabiles domus, ſive Xenonas, ſive aſceteria, ſive monaſteria, ſive alium quemcunque, neque etiam ſi ad (87) regiam noſtram domum, vel eos qui in Magiſtratu aut poteſtate

(83) *maneat*] μένῃ. *Hal.* ἐῶμ. Vet. perdurare.

(84) *Magiſtratu*] ἄρχοντας αὐτῶν. *Hal.* ἀρχῶν.

(85) *Deum*] θεόν. *Hal.* θεῖον *Agylæus* cum Scrimgero legendum putat.

(86) *qui ante lab.*] προπεπονηκότων. Hal προτεθνηκότων, *præmortuorum*; in verſione autem ejus id omiſſum. Utrumque locum habere poteſt, *Haloandri* tamen lectio amplectenda magis videtur, propter ea quæ præcedunt.

(87) *regia noſtra*] τοῦ βασιλικοῦ ἡμῶν

Digitized by Google

teſtate conſtituti ſunt, pertineant; ſed omnia ergaſteria æqualiter tributa agnoſcant, ne dum paulatim ſingula ſe excuſant & ſua allevant, reliquis, quæ pauca ſunt, totum onus imponatur, & magnum exinde damnum, quod illi ferre nequeant, patiantur.

EPILOGUS.

CElſitudo igitur Tua, quique poſt Te idem imperium ſuſcepturi ſunt, & cohors, quæ Tibi paret, quæ ſacra hac pragmatica ſanctione nobis placuerunt, nunc & omni futuro tempore cuſtodiant. (88) Dat. III. Nov. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. An. XI. poſt Biliſ. V. C. Conſ. Ann. II.

TIT. XV.

Ne defuncti, ſeu reliquiæ eorum injuria afficiantur a Creditoribus: neve (1) aſſeſſores ſine judicibus cognitiones ſuſcipiant, (2) nec litem conteſtentur, nec ſententias ferant.

CONSTIT. LX.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo per Orientem iterum Præfecto (3) Prætorio, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

QUi animum ad veritatem rerum intendunt, non facile ad querelas veniunt, ſi veritatem (4) examinaverint. Veriſimile enim eſt, quoſdam multitudinem legum, quæ quotidie a nobis (5) feruntur, re-

Qqq 2 prehen-

εἶναι. *Hal.* βασιλικῶν ἡμῶν εἶναι. Prius probat *Agylæus.*

(88) *Dat.*] Vet. *Dat. III. Non. No. C. P.* &c. Julian. *Dat. XV. Kal. Sept. C. P.* poſt *Biliſ. V. C. Conſ.*

(1) *Aſſeſſores*] πάρεδροι. Vet. *Conſiliarii.*

(2) *nec litem*] Deſunt hæc & ſequentia in editione Hal.

(3) *Prætorio*] *Hal. & Vet.* addunt *ſacro*, τῶν ἱερῶν, & ille pro τῶν ἀναλογιῶν habet τῆς ἑῴας.

(4) *examinaverint*] ἐπεξετάζοιεν. Hal. ἐξετάζοιεν, *ſi vere & recto judicio explorent.*

(5) *feruntur*] νομοθετοῦνται. *Hal.* ποιο-

prehendere, non perpendentes, quod neceſſitate ſemper urgente leges rebus conſonas ferre cogamur, cum ea, quæ ſemper præter opinionem accidunt, ab iis, quæ jam ſcriptæ ſunt, ſanari nequeant. Tale quid nuper etiam cognitum eſt. Cum enim quidam, qui ſibi ab aliquo quid deberi diceret, hominem (6) morti proximum eſſe cognoviſſet, congregatis militibus & ſervis aliiſque plurimis, moriturum adiit. Hic vero indigne id tulit & clamavit, donec vi oppreſſus animam efflavit. At ille propria auctoritate, nemine ex Magiſtratu præſente, nec ullo legitimo & civili ordine ſervato, ſigna rebus impoſuit. Neque ſic quidem deſtitit, ſed defuncto etiam contumeliam inferre non dubitavit, & primum quidem ne ſepultura fieret, reſtitit, deinde cum defunctum domo efferri vix conceſſiſſet, feretro apprehenſo (7) publice elationem ſtitit, & ſe permiſſurum negavit, niſi debitum ipſi ſolveretur. Tandem fidejuſſore accepto, defunctum ſepeliri permiſit. Ac hæc quidem ſpecies, in quo hæc admiſſa ſunt, ut oportet, deciſa eſt: exiſtimavimus autem generali etiam lege hæc corrigenda eſſe, non permittentes, ut illa rurſus committantur, ſi ſemper lege indefinita maneant.

CAPUT I.

De creditoribus, qui mortuis debitoribus imminent.

SAncimus igitur, ſi quis ſuperſtite adhuc eo, quem ſibi debere quid putat, domum ejus occupet, atque homini ſuperſtiti, & domeſticis ejus (uxori ſcilicet, liberis ac domui (8) plane) moleſtus ſit; vel etiam ſigna propria auctoritate imponere audeat, decreto & legitimo ordine poſt mortem illius, qui debere quid dicitur, (9) non prius ſervato, actione quidem omnino cadat, ſive juſtam habeat, ſive non: (10) quantum vero ſibi deberi dicit, illius alterum tantum ab eo (11) in-

προκειμένων, *propoſitarum.* Illud retinendum.

(6) *morti proximum*] ἐπιθάνατον. *Hal.* ἐπὶ θανάτῳ. *Heſych.* ἐπίθανος (lege ἐπιθάνατος) προσδοκώμενος ἀποθανεῖν. Sic & θνῆσκειν. Dicitur & ἐπιθάνατος.

(7) *publice*] δημοσίᾳ. *Hal.* δημοσίαν; *publicam.*

(8) *plane*] ὅλως. *Hal.* ὅλοι.

(9) *non prius*] μὴ πρότερον. Baſ. μὴ πρότερον.

(10) *Quantum*] ὅσον δὲ ὀφείλεσθαι λέ-

(11) inſuper exigatur, & hæredibus (12) ejus, qui injuria affectus eſt, detur, publicationem quoque tertiæ partis bonorum ſuſtineat, (ſicut Marcus Philoſophus Imperator in legibus ſuis (13) ſcripſit) & infamia notetur. Qui enim naturam hominis non reveretur, dignus eſt, ut bonis, exiſtimatione, & reliquis omnibus mulctetur.

§. 1. Si vero etiam mortuo aliquo (14) circa ſepulturam defuncti quid peccet, & elationem funeris prohibeat, jam quidem a patre noſtro lex quædam (15) de his ſcripta eſt, veruntamen per nos etiam major pœna delicta ſequatur, atque iiſdem pœnis ſubjaceat, (16) quas hæc lex iis irrogat. qui in vita tale peccatum, quale diximus, commiſerunt: hujuſque rei curam præcipue gerat Glorioſiſſimus Præfectus felicis hujus urbis, ((17) cui harum rerum emendatio curæ eſt,) nec minus (18) glorioſiſſimus ſacro noſtro Prætorio Præfectus, & glorioſiſſimus Magiſter ſacrorum noſtrorum officiorum, & cohortes, quæ ſemper illi parent. Cum enim communes ſint illæ injuriæ, quæ contra naturam fiunt, communis etiam prohibitio & vindicta in his (19) a Magiſtratibus fieri debet. Atque hæc non ſolum in felici hac urbe obtineant, ſed etiam in omnibus gentibus, quarum imperium nobis Deus vel ab initio dedit, vel adjecit, vel adhuc dabit, (uti quidam ex

γει. Hal. ἐσείσεσθαι ἑαυτῷ λ. Et ſic quoque Vet. Nec male.

(11) *inſuper exig.*] ἔπειτα προσπραττέσθω. *Hal.* ἄλλον ὑπὲρ ἐκδικείσθω.

(12) *ejus qui*] διδότω τοῖς τε ἀδικουμένου. Recte. *Hal.* διδόσθω τοῖς ἠδικημένου κληρονόμοις.

(13) *ſcripſit*] γέγραπται. Recte. *Hal.* γέγραπται.

(14) *circa ſepulturam*] περὶ τὴν ταφὴν ἁμάρτοι τι. Baſil. περὶ τὸν νεκρόν. Fabrot. tamen *ſepulturam* vertit. Hal. ἁμάρτοιτο τι. Vet. peccet.

(15) *de his*] περὶ τούτων. *Hal.* περὶ τούτου. Vet. *ſuper hoc.* Non male.

(16) *quas hæc*] οἷς ὁ παρὼν ὑπάγει νόμος τοὺς ἐν ζωῇ τοιοῦτό τι ὁποῖον ἔφαμεν πλημμελοῦντας. Hal. οἷα ὁ παρὼν ὑπάγει τοὺς εἰς τοὺς ζῶντας τοιοῦτό τι, ὁποῖον ἔφημεν, πλημμελοῦντας. Senſu eodem manente.

(17) *cui harum*] ᾧ τῆς τῶν τοιούτων ἐπανορθώσεως μέλει. *Hal.* ἐπανορθώσεων. Sic quoque Vetus *talium emendationum.* Utrumque dici poteſt. Noſtra tamen ſcriptura retinenda.

(18) *glorioſiſſ.*] Sic & Vet. Haloander vero τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων, *glorioſiſſimorum præfectorum.*

(19) *a Magiſtratibus*] παρὰ τῶν ἀρχόντων. Baſil. παρὰ τῷ ἄρχοντι.

majoribus noſtris ait) & judices provinciarum, ſive militares, ſive civiles, hujus rei curam gerant. Pœna enim (20) viginti librarum auri judibus, qui hic ſunt, eorumque cohortibus, (21) ſi quid horum neglexerint, (22) incumbet: provincialibus vero quinque, ſi neque ipſi id faciant, ubi denunciatio quædam vel hic, vel in provincia facta fuerit.

CAPUT II.

Ne conſiliarii vel aſſeſſores cauſas cognoſcant ſine Magiſtratibus.

(23) ILlud quoque recte ſe habere viſum eſt, ut non permittamus, (quemadmodum Zenonis etiam piæ memoriæ conſtitutio & noſtra quoque dicit) ut aſſeſſores Magiſtratuum cauſas audiant, quæ apud Magiſtratus, vel datos a nobis judices aguntur. Multo enim (24) melius & perfectius coram ipſis Magiſtratibus, (25) illis præſentibus, cauſæ

(20) *viginti*) Hal. ἀνὰ πεντήκοντα λιτρῶν χρυσίου ποινὰ.

(21) *ſi quid*) εἰ μὴ ῥᾳθυμήσωσι τούτων. *Hal.* εἰ περὶ θυμήσωσιν αὐτῶν. Ut Nov.59. Vet. *ſi quid horum* &c.

(22) *incumbet*) ἐπίσει. Hal. ἐπέσθω, *ſequatur*. Bas. ἐπεσθαι. Quod & Contius edidit. *Hoc* tamen minus probandum; ἐπίσει vero memini ſæpius legiſſe. Vet. *ſequitur*.

(23) *Illud quoque*) Vid. ad h. l. *Vaconium a Vacuna. declarat. lib. 6. cap. 83.* ubi Conſiliarios Aſſeſſores & Pedaneos judices idem fere ſignificare tradit, illosque non habere juriſdictionem nec propriam nec mandatam. ANT. AUG. ad *Modeſtinum* Aſſeſſorem appellat συγκάθεδρον, antiquus Modeſtini interpres *Collegam*, quod improbat *Auguſtinus* & minorem judicem ſignificari putat; eum hos in conſiliis adhibere ſoliti ſint, & his cauſis delegare, quos neſcire ſe dicit, an aliquando *pedaneos* appellatos putemus, a quorum ordine nihil differre dicuntur. *Nov. 60. §. illud.* quamvis pedaneos datos aut delegatos judices ſignificare exiſtimet ad unam atque alteram cauſam, Aſſeſſores perpetuo ſuis præſidibus ſervire, quibus cauſæ partem committi Juſtinianus permittit, illis totam. *Nov. 82. §. judices.* Sic ille. Judices pedanei, qui ad pedes præſidis ſtarent, & ex ejus delegatione deinde cognoſcerent: aliqui & *ἀρχυτὰς pedaneos* interpretantur *§. ſedebant in Auth. d. Jud.* quibus non omnino aſſentior. *ALCIAT. I. Parerg. 41.*

(24) *pulchrius*) κάλλιόν τε καὶ τελειότερον ἐπ' αὐτοῖς. Hal. ἄμεινόν τε καὶ τελειότερον παρ' αὐτοῖς, *melius & perfectius.*

(25) *illis præſentibus*] παρόντων ἐκείνων, ὡς ὑποθέσεις κινοῖντο, *præſentibus illis* ſcil. *aſſeſſoribus*, ut puto. *Hal.* παρόντων αὐτῶν, ὧν αἱ ὑποθέσεις κινοῦνται, *his præſentibus, inter quos contro-*

Digitized by Google

cauſæ agentur, cum metus quidam apparitoribus & teſtibus, qui forte præſentes ſunt, inferatur, & tota plane cauſa gravitatem ſuam habeat, quam ſi pedanei judices eas dijudicent, quod Aſſeſſores ab illorum ordine nihil differunt. Quoniam vero Magiſtratus, qui ſemper apud nos ſunt, rerum & juſſionum noſtrarum occupationibus detenti, ad hanc neceſſitatem feruntur, oportet hanc legem conſonam & congruam rebus facere.

§. 1. Sancimus igitur, ut litis conteſtationes omni modo apud ipſos Magiſtratus fiant, ſive majores, ſive minores ſint: ſed & in medio quoque litis cauſa apud ipſos omnino rurſus introducatur, (26) ut illi ſciant, quæ antea acta ſint. Si vero definitiva ſententia ferenda eſt, nullo modo aſſeſſores abſque judicibus cauſam cognoſcere audeant, ſed cum decente gravitate, quam antea definivimus, ſacris eloquiis propoſitis, ipſi Magiſtratus omnia quæ diſceptantur ordine, cognoſcant, cauſas dijudicent, & appellationes, ſi quis appellaverit, ſine ulla dilatione, ubi lex hoc fieri permittit, accipiant. Rurſus judices appellationis omni modo cauſas ipſi audiant, nec quiſquam aliter agere audeat. Sed ſi tale quid fiat, ipſi quidem Magiſtratus (27) viginti librarum auri pœnam metuant, aſſeſſores vero, qui tale quid perpetrare auſi ſunt, ſi quidem advocati ſunt, ex Advocatorum eloquentiſſimorum numero eximantur. Si vero non advocati ſed alii quidam ſint, cingulum etiam, ſi quod habent, illis auferatur, (28) & decem librarum auri pœna mulctentur. (29) Neque enim illi, qui & Zenonis piæ memoriæ conſtitutionem, & priorem illam noſtram, & præſentem contemſerunt, putent, quod (30) ſimulando haſce pœnas effugient. Curam

verſia conſiſtunt. Vet. *præſentibus illis, quorum intereſt.* Nil mutandum videtur in noſtro.

(26) *ut illi*] ὥστε αὐτοὺς τὰ πεπραγμένα μαθεῖν. *Hal. ut quæ prius in probatione m deleta ſint, perdiſcant.*

(27) *viginti*] *Hal.* κʹ. λιτρῶν χρυσίου δεδιέναι ποινήν. In noſtro textu eſt ὡρισμένων.

(28) *& decem*] *Hal.* καὶ ιʹ. λιτρῶν χρυσοῦ &c.

(29) *Neque enim*] οὐδὲ γὰρ δὴ ἐκεῖνοι &c. *Hal.* & Baſil. οὐδὲ γὰρ δεῖ τοὺς καὶ &c. *non oportet.* Recte.

(30) *ſimulando*] τῷ παρασυσκευάζεσθαι *Hal. fingendis nectendisque falſis cauſis.* Vet. *ut unquam falſitatis hujus fugiant pœnas.*

Digitized by Google

tam enim geret glorioſiſſimus hoc tempore ſacrorum privatorum Comes, ut huic rei provideat, pœnas exigat, & ſi tale quid committatur, fiſco inferat: atque ipſe ſciat, quod (31) fiſco, ex bonis ſuis ſatisfacturus ſit, ſi hujus rei, (32) ut decet, curam non gerat.

§. 2 Sed hæc quidem in Magiſtratibus decernimus, quibus publicæ & circa juſſiones noſtras ſuſceptæ occupationes veniam concedunt, ut ipſi non omnia cognoſcant. In reliquos autem omnes Judices, qui (33) nullum quidem Magiſtratum gerunt, ſed lites noſtro juſſu audiunt, ſive in felici hac urbe, ſive in aliis tale quid faciant, & illos, qui tanquam Aſſeſſores una cum ipſis cognoſcunt, graviores adhuc pœnas (34) ſtatuimus, ſi per totam litem ipſi cum ſuis aſſeſſoribus cauſas non cognoſcant. (35) Nam & dignitatum amiſſionem ipſis minitamur & pœnam viginti librarum auri: eorumque aſſeſſoribus, ut ex urbe, in qua illa fecerunt, ejiciantur, (36) atque inſuper exiſtimationem ſuam amittant.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis viſa, & ſacra hac lege declarata ſunt, Celſitudo Tua more ſolito mandatis in provinciis utens, (37) omnibus manifeſta faciat, ut nulla gens quidquam eorum, quæ a nobis ſancita ſunt, ignoret. Nam in felici hac urbe glorioſiſſimus noſter præfectus hæc proponet. (38) Dat. Kal. Decembr. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. An. XI. poſt Baſil. V. C. Conſ. Ann. II.

Tit.

(31) *fiſco*] τὸ δημόσιον ἀποπληρώσει. *Hal.* τῷ δημοσίῳ.

(32) *ut decet*] προσήκουσαν, *competentem*, deeſt in *Hal.* editione.

(33) *nullum quidem*] μηδεμίαν μὲν ἀρχὴν ἄρχοντες. Baſil. ἀρχὴν ἔχοντες.

(34) *ſtatuimus*) μένομεν. *Hal.* μένομεν.

(35) *Nam &*) καὶ ἀξιωμάτων γὰρ Apud *Hal.* τὸ γὰρ non legitur.

(36) *atque inſuper*) καὶ πρός γε καὶ αὐτοὺς τῆς οἰκείας &c. *Hal.* καὶ πρός γε καὶ αὐτοὺς τῆς &c. Vet. *etiam ipſos proprio.* Non male.

(37) *omnibus*) ἅπασι ποιείτω &c. *Hal.* ἅπαντα. Sed illud ſemper in Epilog. reperies.

(38) *Dat*) Sic *Vet.* & *Jul.*

Digitized by Google

Tit. XVI.

Ut res immobiles donationis (1) antē nuptias neque pignori obligentur, neque a viro, ne conſentiente quidem muliere, ullo modo alienentur: niſi (2) poſtea uxori ſatisfiat. Et ut eadem in dote quoque obtineant.

CONSTIT. LXI.

Idem Imperator Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

CUm in cauſa (3) coram nobis ipſis agitata rem miſerandam committi cognoviſſemus, eam quidem convenienti modo emendavimus, generali vero lege ejuſmodi ſpecies, ut ſolemus, (4) complectimur.

CAPUT I.

Ne res immobiles donationis propter nuptias aut obligentur, aut plane alienentur.

ET ſancimus, ſi quis donationem ante nuptias, ſeu propter nuptias, conſcripſerit, (ita enim eam appellandam eſſe ſancivimus,) ſive ipſe pro ſe hoc faciat, ſive alius ſcribat, vel pater, vel mater, vel cognati, vel etiam forte extranei (5) ſcribant; ſi quis igitur hoc (6) fecerit, & donationem ſcripſerit, in qua immobiles quoque res ſunt, interdicimus ei, ne rem in donationem ante nuptias datam impoſterum vel pignori obliget, vel plane alienet. Quod enim ſemel vinculis donationis ante nuptias conſtrictum eſt, alienare non decet: ut mulier, obveniente forte lucro, quod illi donationem ante nuptias confert, indi-

(1) *ante*) πρὸ γάμου. *Hal.* πρὸ γάμων.

(2) *poſtea*) μετὰ ταῦτα. *Hal.* μετὰ ταύτην.

(3) *coram.*) ἐφ' ὑμῖν αὐτοῖς. Hal. ὑφ' ἡμῖν αὐτοῖς. In Edit. Pariſ. eſt ὑμῖν.

(4) *complectimur*) μέτιμεν. Hal. μέτιμεν, ut Nov. præcedenti; vertit autem *proſequimur.* Vet. *emendamus.*

(5) *ſcribant*) γράφοιτο. Hal. γράφαιτο.

(6) *fecerit*) πράξειεν. *Hal.* ποιήσειεν.

gnetur, ſi rem non in bonis mariti, ſed vel alienatam, vel aliis, iiſque potentibus forte obligatam, inveniat, ut propter ejuſmodi cauſas vel ad vindicationem (7) aditus illi plane non pateat, vel ea difficilis ſit & judiciis egeat: (8) cum illi ex ipſa re auxilium ferre liceat.

§. 1. Quapropter hoc obſervetur, & qui impoſterum contraxerit, ſciat, ſive emtionem ſive hypothecam habeat, nullam omnino ex his rebus utilitatem habiturum, ſed pro non ſcriptis & non dictis (9) habenda eſſe, quæ de hoc ſcripta vel conventa ſunt: & mulieri lucrum ſervetur. Neque enim abſurde quidam ex judicibus noſtris egiſſe viſi ſunt, (10) qui ipſam actionem in rem mulieribus ſoluto matrimonio in donatione ante nuptias dederunt: quod recte (11) factum poſtea ab inſequentibus, (12) ſupervacanea quadam ſubtilitate neglectum eſt. (13) Neque vias quaſdam inveniant illi, qui arte quadam conſtitutas hypothecas accipiunt, (14) efficientes ut mulieres conſentiant, atque ita juribus ſuis excidant. Conſenſus enim ejuſmodi rebus, vel hypothecæ, vel emtioni, (15) vel alii alienationi datus, accipientem nihil plane juvet, ſi vel maxime conſenſus adſit. Sed quemadmodum (16) de interceſſionibus ſcripſimus, biennio elapſo aliam rurſus

ſus

(7) *aditus*) ἄβατον. Vet. *inadibilis.*

(8) *cum &c. liceat*) ἐξ ὧν αὐτόθεν ἑαυτῇ βοηθῆσαι. Hal. ἐξ ὧν αὐτόθεν ἑαυτῇ βοηθήσειεν. *ex quibus ſibi ipſi auxilium quarat.* Vet. *dum ex hoc ipſo ſit adjuvanda.*

(9) *habenda eſſe*) ἴσαι τὰ ἐπὶ τούτῳ. Hal. ἴσω τὰ ἐπὶ τούτῳ. Illud rectius.

(10) *qui ipſam*) οἵπερ καὶ αὐτὴν τὴν in rem ταῖς γυναιξὶ μετὰ τὴν &c. *Hal.* οἵπερ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀγωγὴν ταῖς γυναιξὶ μετὰ τὴν &c. *qui & ipſi mulieribus ad petendam donationem ante nuptias, actionem dederunt.* Baſil. εἴπερ καὶ αὐτὴν τὴν ἀγωγήν. Vet. *qui etiam ipſam in rem actionem mulieribus* &c. Lege οἵπερ.

(11) *factum*) ἐγχειρηθὲν. Hal. ἐπιχειρηθὲν, *attentatum.* Vet. *inchoatum.* Conf. *Nov.* 57. *n.* 14.

(12) *ſupervacanea*) ὑπὸ περιττοτέρας δῆθεν &c. *Hal.* & *Baſil.* ὑπὲρ περιττοτέρας &c. *pro ſupervacua.*

(13) *Neque vias*) Vet. *& non quaslibet vias & artificioſas inveniant ſumentes hypothecas* &c. *Hal.* *Neque qui per fraudem & exquiſitis artibus pignora capiunt, vias aliquas inveniunto.*

(14) *efficientes, ut mulieres*) τῷ παρασκευάζειν. *Hal.* παρασκευάζων, *dando operam ut mulieres* &c. Vet. *præparando mulieres* &c.

(15) *vel alii*) ἢ εἰς ἄλλην ἐκποίησιν. *Hal.* ἢ εἰς ἄλλην. Vet. *in aliam.*

(16) *De interceſſionibus*) ἐπὶ τῶν interceſſιόνων. *Hal.* ἐπὶ φανήσεων.

ſus confeſſionem ſcribendam eſſe, quæ conſenſum confirmet, & tum ratum eſſe, quod factum ſit: ita hic quoque (17) fiat.

§. 2. Et ſi mulier (18) interceſſioni conſentiat, illa omnino indemnis ſit: niſi, uti antea diximus, ſecundum conſenſum dederit. Multa enim primo ſtatim auditu peccantur, muliere vel metu mariti, vel deceptionibus facile inducenda, & jura ſua negligente: quæ ſi longiore tempore (19) negotium conſideret, cautior forte futura eſſet.

§. 3. Verum tamen neque hoc ſimpliciter concedimus, ſed mulierem damno, quod ex ſecundo conſenſu oritur, tum demum ſubjicimus, quando aliæ res adſunt, ex quibus mulieri ſatisfieri poſſit, ſi res (20) quæ in donatione ante nuptias continetur, vel res immobiles alienationis aut obligationis nomine ab alio detinentur. Alioquin ſi nil aliud (21) ſuperſit, ne ſic quidem permittimus, ut mulier damnum ſuſtineat. Quin licet bis, (22) aut ſæpius conſenſerit, cauſa ad rationem interceſſionis referatur, & lucrum illi omnino (23) in tuto poſitum ſit, ſi nil aliud ſupereſſe appareat, quod ad quantitatem donationis ante nuptias ſufficiat. Et hæc dicimus non ſolum ut mulieribus proſpiciamus, ſed multo magis etiam viris, qui talia faciunt: ſi quidem in multis & fere plurimis caſibus res donationis ante nuptias communibus liberis ſervantur: ac rurſus in ſubſtantia viri & ſucceſſione ejus (24) per hanc obſervationem maneant, ut lex & viro & mulieri hac ratione utilis ſit. Atque hæc multo magis in dote obtineant, ſi quædam de dote alienaverit. Satis enim hæc jam elaborata & ſancita ſunt.

 §. 4. Sed

(17) *fiat*) γινέσθω. *Hal.* γίνεσθαι.

(18) *interceſſionum*) Hal. ἰντερκεσσιόνων.

(19) *negotium*) ὑπόθεσιν. Hal. ὑποθήκην. Male.

(20) *quæ &c. continetur*) τοῦ περιεχομένου. Baſil. περιεχομένου.

(21) *ſuperſit*) περιλείποιτο. *Hal.* ἐπιλείποιτο.

(22) *aut ſæpius*) καὶ εἰ πολλάκις. Baſil. ἢ πολλάκις. *Hal.* ἀλλὰ κἂν δὶς ἢ καὶ πολλάκις.

(23) *in tuto*) ἐν ἀσφαλεῖ. Hal. ἐν ἀσφαλείᾳ. Vet. *ſub cautela.* qui videtur legiſſe ἐπ' ἀσφαλείᾳ.

(24) *per hanc obſerv.*) καὶ ταύτης τῆς παρατηρήσεως. Hal. ἐκ ταύτης τῆς παρατηρήσεως, *ex hac obſervatione.* Quod & *Vet. Interpres* habet, & noſtræ lectioni

§. 4. Sed nec ipſos contrahentes plane negligimus. Licet enim (25) in his obligationem, quantum ad mulieres, pro non dicta & ſcripta eſſe volumus, (26) maritos tamen in reliquis ipſorum rebus ex alienatione vel hypotheca teneri (27) ſancivimus: mulieribus quidem jus (28) in ipſis rebus immobilibus donationis ante nuptias, ſine innovatione ſervantes, illis vero jus, quod ex inſtrumentis ipſis competit, in aliis ipſorum rebus: omnibus privilegiis, quæ doti a nobis data ſunt, (29) in ſuo robore manentibus, ſi mulier agat. Nemini enim ex reliquis, excepta muliere, illud privilegium aut ab initio dedimus, aut nunc damus.

EPILOGUS.

TUa igitur Eminentia, quæ nobis placuerunt, & hac ſacra lege declarata ſunt, (30) omnibus manifeſta faciat, more ſolito edictis in provinciis utens: ut nullam gentem lateant, quæ a nobis ſancita ſunt. Nam in felici hac urbe Glorioſiſſimus Præfectus hæc (31) proponet. (32) Dat. Kal. Dec. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XI. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

TIT. XVII.

De Conſultationibus.

CONSTIT. LXII.

De Ordine Senatorum (ut in quibuſdam libris inſcribitur) ſeu de conſultationibus, (ut in meis Manuſcriptis Novellis) ſeu, (ut Anton. ***Augu-***

præferendum. Baſil. καὶ τῇ ἐκείνου διαδο-χῇ, ἐκ ταύτης τῆς πραξ.

(25) *in his*) ἐπὶ τούτοις. Hal. ἐπὶ τού-των.

(26) *maritos*) ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς ἄνδρας. Baſil. ἤτοι αὐτοὺς τοὺς ἄνδρας. Hal. οὕτως καὶ αὐτοὺς &c.

(27) *ſancivimus*) θεσπίζομεν. *Hal.* βου-λόμεθα. Vet. *Volumus.*

(28) *in ipſis*) τὸ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἀκινήτοις. Baſil. τὸ ἐπὶ τοῖς ἀκινήτοις.

(29) *in ſuo*) ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν μενόντων &c. *Hal.* αὐτῶν.

(30) *omnibus*) ἅπασι. *Hal.* ἅπαντα. ut Nov. præced.

(31) *proponet*) προθήσει. Vet. *proponet.* In *Plantin. edit.* legitur προσθήσει.

(32) *Dat. Kal.*) Caret hac ſubſcriptione *Vet. Interpreſ.* julian. *Dat. Sept. CP. Imp. Juſtin. PP. A. Anno XI. poſt Biliſ. V.C. Conſ.*

Digitized by Google

Auguſtinus ex Florentino Codice refert,) (1) de Senatoribus. Epitome partim ex Haloandri, partim ex Juliani epitomis collecta per Antonium Contium. Nam apud Scrimgerum nihil ejus extat præter nudum titulum.

Antiquis temporibus. *Al.* Ante de his ipſis.

Fuit Latina lingua edita hæc Novella, cujus amiſſa præfatione ſententia hæc eſt apud Julianum & Haloandrum.

HÆc conſtitutio jubet provocationes (2) in conſultationibus, non tantum in ampliſſimis Magiſtratibus, ſed etiam omnibus Senatoribus induci, ut totus Senatus cauſas appellationum audiat & conveniat, quamvis (3) ſilentium tantum ſine conventu Senatoribus denunciatum fuerit. Silentio enim conventum ineſſe videri. Audiant itaque provocationes Sanctis Evangeliis propoſitis, & quod ſibi viſum fuerit, Imperatori referatur, ut ex divina ſententia ejus, Senatus calculus confirmetur.

§. 1. (4) Agat autem Senatus (4) conventus in Hippodromis.

§. 2. (5) Urbicaria præfectura omnibus aliis præſideat dignitatibus, id eſt, ante ſedeat. Et poſt præfectum cæteri (6) patricii numerentur: & conſules quidem, & qui inter eos conſularibus inſignibus decorantur, ſecundum conſularem ordinem & prærogativas con-

 ſulatus

(1) *De Senatoribus*) *Hanc* conſtitutionem appoſite magis ex Scrimgeri editione *De Senatoribus* inſcribemus, atque eam cum idem non inveniri ſcribat, oportebit, quod mutilum nobis *Haloander* reliquit, eo contenti ſimus. AGYLÆUS.

(2) *in conſultat.*) Conſultatio fit convocato Senatu ad appellationem factam ad Principem, *l.2. C. ut. lit. pend CUJAC. XII. Obſ 3. Gr.* ſυνίκευνε. Gloſſ. Cyrill. *ſυνέλευσις, convencio, conventus.*

(3) *ſilentium*) Vid. *Gloſſ.* verb. *ſilentium.*

(4) *Agat*) Hæc ex Haloandro tranſcripſi & addidi quæ deerant in Juliani Epitoma. *Cont.*

(4) *Conventus*) Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* hoc verbo.

(5) *Urbicaria Præfectura*) Vid. *Ant. Aug.* hoc verbo.

(6) *Patricii*) Vid. Gloſſ. Jul.

ſulatus ſui ſedeant, ut tamen anteponantur (7) ordinarii conſulares (8) honorariis conſularibus. Et poſt hos præfectorum & magiſtrorum militum & illuſtrium virorum ordo ponatur. Omnes autem iſti habeant facultatem in Senatu ſententiam dicere. Qui autem propter (9) cingulum Magiſtratus a Senatoribus honoratur, etiam poſt depoſitionem cinguli ſui, inter (10) Senatores connumeretur. Liceat autem illuſtribus Viris patriciatus codicillos accipere, quamvis neque conſulares, neque præfecti facti ſunt. Quod non ſolum in futuro tempore, ſed etiam in præterito conſtitutio relaxavit.

§. 3. Illud autem certum eſt, quod tertiam partem ſportularum in ingreſſu dignitatis dare compellantur, omnibus aliis ex conſuetudine ſportulis dandis in quavis promotione in ſua firmitate durantibus. Qui autem præſentem conſtitutionem non obſervaverint, pœna quinquaginta librarum auri plectentur. Quæ pœna non ſolum ipſis violatoribus conſtitutionis imminebit, ſed etiam aliis, qui eam violari conceſſerint. Dat. CP. poſt conſulatum Beliſarii iterum Conſ. Al. in editione Haloand. PP. Menſe Januario poſt conſulatum Beliſarii. V. C. Anno ſecundo.

Tit. XVIII.

(1) De novis operibus proſpectui in mare officientibus.

CONSTIT. LXIII.

Idem Imperator Longino (2) Præfecto felicis hujus urbis.

Præ-

(7) *ordin. conſulares*) Vid. *Gloſſ.* verbo *ordinarii*, & verb. *conſulares*, & *Ant. Aug.* iiſdem verbis.

(8) *honorariis*) Vid. *Ant. Aug.*

(9) *cingulum*) Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* eo voce.

(10) *Senatores*) Vid. *Gloſſ.* hoc verbo.

(1) *de novis*) περὶ καινοδομιῶν. Vet. de novi operis nunciatione. Καινοδομία eſt *res nova, innovatio.* Ut putem rectius verti *novum opus* quam *nunciationem operis.* Gloſſ. Cyr. καινοτομία, *novacio, innovacio.* In *Baſilic. lib. 58. Tit. 10.* καινοτομία eſt *novum opus*, & παραγγελία, *nunciatio.* Suidas, καινοτομεῖ, καινουργεῖ.

(2) *Præfecto urbis*) Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *Præfect. urbis.*

Digitized by Google

PRÆFATIO.

REm, quæ in (3) regia hac civitate (4) in ædificiis exſtruendis doloſe fit, cohibere atque emendare juſtum exiſtimavimus. Cum enim Zenonis piæ memoriæ conſtitutio dicat, ut certis ſpatiis domus a ſe invicem diſtarent, & nos quoque tale quid ſanciverimus, (5) atque adjectum ſit, ut nemo in regia hac civitate intra centum pedes proſpectui in mare, rei omnium jucundiſſimæ, officere poſſit: quanquam (6) ex majore etiam forte menſura adſpectus apertus eſſe, neque illi offici oportebat: tamen & hoc mira quadam arte eluſum eſt. Quidam enim ſpatio centum pedum relicto, vel etiam exiguo aliquo addito, (7) deinde nil aliud quod ibi ædificent habentes, ſed tanquam (8) velum aliquod extendentes, ubi (9) proſpectum illum in mare cum omni licentia abſtulerunt, non repugnantes legi propter diſtantiam centum pedum, (10) intus impune ædificant. Et poſtquam id, quod quærunt, aſſecuti ſunt, tollunt quod propter utilitatem ab illis (11) excogitatum eſt: atque ita (12) hoc ſchema excogitantes, (13) omni voluptate poſſeſſo-

(3) *regia hac Civit.*) Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* verb. *regia urbs.*

(4) *in ædificiis*) περὶ τὰς οἰκοδομάς. Baſil. οἰκοδομίας. Gloſſ. Cyrill. οἰκοδομὴ, *ædificium, ædificatio.*

(5) *atque adjectum*) ἐπῆκται δὲ. *Hal.* ἐπιτέτακται δὲ, *præterea appoſitum ſit.* Baſilic. ἐπιτέτραπται, *permiſſum.* Lege ἐπιτέτακται.

(6) *ex majori*) καὶ ἐκ πλείονος. *Hal.* ἢ ἐκ πλ.

(7) *deinde nil*) εἶτα οἰκοδομεῖν ἐκεῖσε οὐδὲν ἕτερον ἔχοντες. Sic & Cod. Vaticanus. *Hal.* & Baſil. & MS. Flor. εἶτα οἰκοδομοῦσιν ἐκεῖσε οὐδὲν ἕτερον ἔχοντες. *deinde ædificant quaſi velum quoddam prætendentes.* Non parum lucis huic conſtitutioni accedet, ſi legatur: *cum nihil aliud illic ædificare poſſint, ſaltem quaſi velum quoddam prætendunt, ac deinde ſimul atque* &c. AGYLÆUS.

(8) *velum*) παραπέτασμα. *Hal.* παραπέτασμα.

(9) *proſpectum*) ἐντεῦθεν ἀφέλωνται. Baſil. καὶ ἐντεῦθεν &c. Sequitur ἄποψιν. pro quo *Hal.* ὄψιν.

(10) *intus ædific.*) ἔνδον οἰκοδομοῦσι. Baſil. ἀνοικοδομοῦσιν.

(11) *excogitatum*) ἐπινενοημένον. Hal. ἐπινοούμενον.

(12) *hoc ſchema*) καὶ οὕτω τὸ σχῆμα σοφιζόμενοι. Vet. *ſed ita ſchema circumvenientes.* Puto Imperatorem reſpicere ad id quod ante dixit: καὶ τοῦτο παραδόξῳ ποὶ σεσοφισμαμηχάνηνται τέχνῃ. & mox κατὰ τὸ παραστείναντες. Vide & initium *cap. ſeq.*

(13) *omni volupt.*) πάσης τέρψεως ἀλ-

poſſeſſorum domos privant: quod impoſterum nullo modo fieri volumus.

CAPUT I.

Sed ſi quis tale quid (14) facere & doloſe moliri velit, non eo modo ludat: (15) ſed ſi revera ea re indigeat, totam domum ædificet, & uſque ad totum illud ſpatium, centum ſcilicet pedum, procedat, eaque ædificia exſtruat, quæ ipſi neceſſaria & inevitabilia futura ſunt: non vero (16) ad vicini læſionem parietes exſtruat, & velut in quadam pictura talem extendens (17) machinationem proſpectum eripiat. (18) Quemadmodum enim eos, qui aliena rapiunt, merito averſamur, & pœna

τελείως τὰς τῶν κεκτημένων καθιστῶσιν οἰκίας. Vet. *omni voluntate extraneas conſtituunt domus.* Hal. *deſtituunt domos.* Baſil. καθιστᾶσιν.

(14) *facere*, σχεδιάζειν. *Heſych.* σχεδιάζειν, ἐγγίζειν ἐκ παρατυχόντος, ἐξ ἑτοίμου λέγειν, λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ταχέως ποιεῖν. Gloſſ. Cyrill. σχεδιάζω, χειρονομῶ, παραχρῆμα λέγω. *ex tempore dico.*

(15) *ſed ſi revera*) ἀλλ' εἴπερ τούτου δέοιτο ταῖς ἀληθείαις. Vet. *ſed ſi hoc egerit, pro veritate domum totum ædificet.* In Baſil. deeſt τὸ ὅλον.

(16) *ad vicini*) διὰ τὴν τοῦ γείτονος ἐπιβουλὴν διὰ τοῦτο σχεδιαζέτω τοῖχον. *Hal.* διὰ τοῦ γείτονος ἐπιβουλὴν τοῦτο σχεδιαζέτω, τοῖχον καὶ ὥσπερ ἐπὶ πινὸς &c. Illud διὰ τοῦτο ſuperfluum videtur. Nec Vetus Int. id habet.

(17) *machinationem*) τὴν τοιαύτην ἐκτείνας σκαιωρίαν. *Hal.* σκευωρίαν, *hujuſmodi molitione prætenſa.* Vet. *talem extendens machinationem.* Baſil. σκαιωρίαν. Ubi Fabrot. *extenſa ejuſmodi machinatione.* *Heſych.* σκαιωρία, ὄρχησις, χορεία, καιρία, παιδεία καὶ τὰ ὅμοια. Sed σκευωρία, [quod *Haloander* habet] κατασκευή. Suidas. ἐσκευώρησεν, ἐπεβούλευσεν, ἐξ οὗ καὶ σκευωρία ἡ ἐπιβουλή. Inſidiatus eſt, unde etiam σκευωρία inſidiæ. Suidas. Σκαιωρία ἡ κακοβουλία. Σκευωρία, κατασκευὴ ἐπιβουλὴ βλάβη. Procop. Hiſt. Arc. οὕτω τε τῆς σκαιωρίας ἁπάσης ἐς φῶς ἐνεχθείσης τὴν συκοφαντίαν πεπονθέναι ξυνέβη. *Sic vero totius rei ſcena detecta* &c. Utraque lectio locum habere poteſt. Nam σκαιωρία, *luſum & dolum*, κακουργίαν notat. Unde & Vet. *machinationem* vertit, qui ſenſus verbis Imperatoris convenit, quando ait: *ne velut in pictura dolum quendam aut luſum extendat*, pro quo in principio hujus capitis dixit, μὴ τοιαῦτα παιζέτω, *non ita ludat.* Τὸ σκευωρία cum per κατασκευὴν, *effectionem* aut *conſtructionem exponatur* & præterea idem ſit quod σκευώρημα, *inſidioſa molitio* & *inſidiæ*, ſenſum quoque non incommodum præbet.

(18) *Quemadmodum enim*) Hanc periodum *Julianus* ſic exponit: *alioqui ſi ſolum parietem erexerit, non ut cuſto-*

pœna dignos putamus: ita eos quoque, qui hæc (19) machinantur, illis, qui aliena rapiunt, (20) quoad malitiam, non inferiores putamus. (21) Quare ſi illum, qui vel exiguam rem aliquam per modum rapinæ auferre audet, vi bonorum raptorum actio quadrupli pœna recte (22) ulciſcitur: cur non is quoque, qui tale quid fecit, cogendus eſt, ut tollat, quod factum eſt, & majori aliqua pœna, hoc eſt, decem libris auri multetur (23) theatralibus Excellentiæ tuæ inferendis? ne quis malus vicinus ((24) ut dicitur) factus, legem irridens abeat, ut quæ ſuis diſpoſitionibus eum ſubjicere non potuerit.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarantur, Celſitudo tua una cum cohorte, quæ illi paret, in felici hac urbe ef-

diat præcepta legum, ſed ut fraudem legibus faciat: primum quidem ex ejusmodi improba machinatione nullum inveniet commodum, nam ædificium dictum deponit, quia depretiari videtur domus, quæ conſpectum maris perdidit aut in locando aut in vendendo: deinde qui auſus eſt contra legem alienam voluptatem rapere &c. Videntur ex hac Juliani Epitome in Græco textu quædam deſiderari. Non enim probabile eſt cum ex ingenio tot verba voluiſſe addere, cum textum contrahere ſoleat. De verbo *depretiari* quod eſt in *Julian. Epit.* vide *Gloſſ. Jul.*

(19) *machinantur*] τεχνωμένους. Hal. melius τεχναζομένους.

(20) *quoad malitiam*] οὐδὲν ἐλάττονας εἰς κακίαν ἴσων καὶ τοῖς ἄλλα πράγματα ἁρπαζόντων νομίζομεν. Vet. non bene hæc interpretatur: *ita & hæc molientes nihilominus in malitiam eorum, qui alienas res abripiunt, æſtimavimus.*

(21) *Quare*] ὥστε εἰ καὶ τῷ σμικρόν τι πρᾶγμα λαβεῖν. *Hal.* ὥστε ἐκεῖνος εἰ καὶ τὸ μικρὸν πρᾶγμα.

(22) *ulciſcitur*] ἔπεισι. *Hal.* μέτεισι, qui & pro τετραπλασίας. *quadrupli*, habet τριπλασίας, *tripli*. Vet. *conquadruplatur pœna*. Utrumque defendi hic poſſe affirmat *Agylæus*, taleque interdum & in Latinis incidere; Haloandrum autem ita vertere, nihil ut deſideres. Verſio illius ita ſe habet. *Unde ſi ipſa vi bonorum raptorum actio merito & recte pro officio ultra rei æſtimationem pœna tripli perſequitur eum, qui vel parvum &c.*

(23) *Theatralibus*] Sic *Vet.* Gr. τῇ θυμελικῇ. Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* verb. *Arca Theatralis.*

(24) *ut dicitur &c.*] [τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου] γενόμενος ἄπεισι καταγελῶν. *Hal.* [τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου γενόμενον] ἄπεισι καταγελῶν &c. [*quod in proverbio eſt*] *abeat & legem derideat.*

ſectui dare, & in perpetuum ſervare ſtudeat: eadem pœna (nempe decem librarum auri) etiam illis incumbente, qui hæc violant, vel violari permittunt. (25) Dat. VII. Id. Mart. Conſtant. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XI. Johanne V. C. Conſ.

Tit. XIX.

(1) De Olitoribus.

CONSTIT. LXIV.

Idem Imperator Longino Glorioſiſſimo Præfecto felicis (2) & regiæ hujus urbis.

Præfatio.

MUltæ undique querelæ a multo tempore adverſus felicis hujus urbis & ſuburbiorum ejus olitores ad nos deferuntur, omnibus malitiam eorum graviter ferentibus. Quæ autem delata ſunt, ita ſe habent.

CAPUT I.

DIcunt ex collegio olitorum etiam (3) æſtimatores plerumque eſſe, & rem indignam committi. Cum enim horti dominus olitori, (4) qui conduxit, eum tradit illos nihil aliud quam olera in ipſo plantata (5) æſtimare, eamque æſtimationem olitori, qui eum accipit, ſeu (6) conductori (7) imponere: finito vero tempore ubi conductor eum red-

(25) *Dat.*] Sic *Vet.* & *Jul.*

(1) *De Olitoribus*] Περὶ τῶν κηπουρῶν. Sic & *Hal.* Contius, qui hanc Novellam interpretatus eſt, addit, *Conſtantinopolitanæ civitatis.* Eſt enim hæc conſtitutio localis, ut *Julianus* ait.

(2) *& regiæ*] Hæc verba deſunt in editione *Haloandri.*

(3) *æſtimatores*] διατιμητάς. Cont. *pretiorum æſtimatores ſeu cenſitores.*

(4) *qui conduxit*] τῷ ἐπὶ μισθῷ ὑπεισελθόντι. Hal. εἰσελθόντι. *conductionem ſubeunti.* Cont. *mercedem ſubeunti*, quaſi legeretur μισθὸν. Gloſſ. Cyrill. μισθωσις, *conductio.*

(5) *æſtimare*] ἀποτιμᾶσθαι. *Hal.* ἀποτιμᾶσθαι. Forte ἀποτιμᾶν.

(6) *conductori*] μισθωτῇ. Hal. μισθωτῷ.

(7) *imponere*] ἐπικλῶσι. Hal. ἐπιλαλεῖσθαι. Cont. *taxant.* *Hal. in gratiam accipientis hortulani ſive conductoris ejus æſtimationem tantum utcunque conglomerare & celebrare veluti per averſionem.* Haloander de ſuo addidit illa ver-

reddere debet, tum eos accuratam oleris æſtimationem facere, (8) eamque ad ſextuplum & ultra augere: & ſiquidem ille quinquaginta aureorum olus habeat, illud non minus trecentis, interdum etiam pluris æſtimare. Nec uſque eo ſolum hujus rei aviditatem ſubſiſtere, (9) ſed illos ſæpe etiam majorem eam efficere, dicentes ſe ſtercoraſſe ſolum, & meliorationes quaſdam exinde habere: atque ita pro lubitu æſtimationem extollere, & pro æſtimatione arborum, quas forte ſeverant, alia augmenta addere: quamvis cum hortos a dominis acciperent, nulla illius pretii ratio habita ſit, olitores etiam ut plurimum in pactis confiteantur, quod & arbores poſitas cuſtodire, & alias ſerere velint: æſtimatorem vero, cum & ſibi ipſi eandem rem paulo poſt contingere putet, merito pro ſe ipſo talem inſatiabilem cupiditatem inducere: ut ſi miſer ille dominus ex imperitia ejuſmodi damnum ſibi inferri ſuaque accipere (10) ſuſtineat, alii vero olitori hortum locet, & rurſus ab illo idem patiatur, (11) ac inſuper in tertio forte, aut quarto æqualem avaritiam experiatur, periculum ſit, ne ipſo plane horti dominio excidat, & res ſuas amittat; illi vero majorem adhuc abſurditatem committant. Nam ſi olitor, qui poſtea ſuccedit, priori reditui quid addat, & ipſe a conductione illa diſcedens æſtimationem exigit, tanquam ex meliorationibus ſuis faciendam: etſi nulla acceſſio (12) ipſius ſedulitate facta, ſed ab initio forte vel præcipitantia eorum, qui locarunt, (13) vel negligen-

Sss 2

ba, *celebrare veluti per averſionem. ANT. AUG. lib. 3. Emend. cap. 6.* Gloſſ. Cyrill. ἐπαλῶ, *infrango, infligo, irrogo.* ἐπικλῶ, ἐπινέμω, *indico*

(8) *eamque*] ἑξαπλασίονα καὶ πολλαπλασίονα φέρειν. Infra dicet ἐξαίρειν ὅσον ἂν βουληθεῖεν τὴν τιμήν: *extollunt pretium.*

(9) *ſed &*] ἀλλὰ καὶ μείζω ποιεῖν αὐτὴν κατὰ πολύ. *Hal.* ἀλλὰ καὶ μείζονα ποιεῖν κατὰ &c. Lege μείζονα ſcil. ἀπληστίαν, ut paulopoſt μείζονα προσθήκην.

(10) *ſuſtineat &c.*] ἀνάσχοιτο ἐξ ἀπειρίας τοσαύτην δοῦναι ζημίαν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ λαβεῖν. Hal. mendoſe, ἀνάσχοιτο ἐξ ἀπειρίας ταύτην δοῦναι, καὶ ζημίαν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ λαβεῖν. *Ut ſi per imperitiam miſer ille dominus hanc perſolvere, & una cum re ſua diſpendium recipere ſuſtineat.* Cont. *ut ſiquidem miſer ſuſtineat dominus ex imperitia tantum ſibi inferri damnum & ſua recipere.*

(11) *ac inſuper*] καὶ προσέτι ἐν τρίτῳ τυχὸν ἢ τετάρτῳ. *Hal.* καὶ προσέτι ἐν τούτῳ &c.

(12) *ipſius*] ἐκείνου. *Hal.* ἐκείνης, *ſedulitate illa.*

(13) *aut per neglig.*] ἢ κατὰ ῥᾳθυμίαν,

gligentia, minoris quam par erat locatio facta ſit. Quæ omnia nobis omnem malitiam & audaciam ſuperare videntur, quam a Celſitudine tua ad ſacram hanc pragmaticam legem attendente (14) coerceri volumus. Et quemadmodum olitor hortum a poſſeſſore accepit, (15) ita eum quoque reddat: & ſi quidem olus habuerit, cum olitor eum acciperet, & æſtimatio illius facta ſit, eodem etiam modo quando redditur, ſolius oleris accurata æſtimatio fiat: ſin vero non habuerit, ſed nudum hortum acceperit, ſive (16) ſtercoratum (17) ſive non, ita quoque (18) reſtitutio fiat. Atque ita in olitore reddente ſimpliciter hujus rei ratio ſervetur, qualis fuit, cum acciperet, nullumque aliud damnum domino inferatur. Æſtimatio vero olerum fiat non ſolum ab olitoribus, (19) ſed & a ſummariis, uti vocantur, atque illis, qui earum rerum periti ſunt, ſacris ſcilicet eloquiis propoſitis. Nolumus enim, ut poſſeſſiones, propter conductorum malitiam & aviditatem, poſſeſſoribus inutiles ſint. Quamobrem illis congregatis (20) definies, nec ullam læſionem inferri poſſeſſoribus permittes ſed ex omni parte eos illæſos indemneſque conſervabis. Volumus enim ea, quæ a dominis ad olitores, quæque ab olitoribus ad dominos veniunt, æqualem menſuram habere: quoniam ubivis æqualitas nobis curæ eſt, & ut nulla pars injuria afficiatur.

CA-

ἐπ' ἐλάττοσιν ὅπερ ἐχρῆν. *Hal.* ἢ κατὰ ῥαθυμίαν ἐπιλαβοῦσιν ὥσπερ ἐχρῆν &c. (Vel ut Parif. edit. habet ἐπελαττοῦσιν * ὅπερ) *vel etiam ſocordia depauperantibus (ſi modo convenit) elocatione facta.* Noſtra lectio ſana eſt. Nam iſtud ἐπιλαβοῦσιν ortum videtur ex ἐπ' ἐλάττοσιν.

(14) *coerceri*] ἀνασταλῆναι. *Hal.* ἀναστεῖλαι.

(15) *ita eum*] οὕτως αὐτὸν καὶ ἀποπαραδιδόναι. *Hal.* οὕτως αὐτὸν ἔχοι καὶ ἀποπαραδοῦναι.

(16) *ſtercoratum*] Julian. *ſtercolinum.* Vide *Ant. Aug.* verb. *ſtercolinum.*

(17) *ſive non*] εἴτε καὶ μή. *Hal.* εἴτε ὁ μή.

(18) *reſtitutio*] ἀποπαραδιδόσθω. *Hal.* ἀποπαραδίδωσιν.

(19) *ſed & a ſumm.*] ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν καλουμένων ſummariων. *Hal.* ἀλλὰ καὶ τῶν παρακαλουμένων συμμαρίων, *ſed una cum his, quos ſummarios appellant.* Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* verbo *ſummarius.*

(20) *definies*] ὁρεῖς. *Hal.* ὁρίσεις.

Digitized by Google

CAPUT II.

SI vero quis terram incultam locaverit, & hic eam excoluerit, mercedem pro cultura & æſtimationem oleris, quod ibi eſt, accipiat: atque ita ſine negotio diſcedat, nulla avaritia, neque doloſe excogitata fraude ne hac quidem in re admiſſa: ut per ſacram hanc pragmaticam legem, & diſpoſitionem ſecundum illam ab Excellentia tua faciendam, impoſterum ab ejuſmodi rebus nulla moleſtia afficiamur, (21) nec ad reliquas noſtras pro Republica curas, ejuſmodi etiam curæ (22) accedant: cum neque parva neque magna quædam Reipublicæ noſtræ pars (23) a nobis negligatur, qui omnia oculis animi perluſtramus, & nihil inornati neque inordinati neque dubii manere volumus. Pœnam etiam (24) quinque librarum auri, illis qui in poſterum tale quid faciunt, vel fieri permittunt, minaberis. (25) Dat. XVI. Kal. Aug. Conſtantin. Imp. Dn. Juſtin. P. P. Aug. Ann. XI. Johanne V. C. Conſ.

TIT. XX.

(1) Ut terræ, vel domus, vel vineæ ſanctiſſimæ Eccleſiæ Myſiæ ad redemtionem captivorum, vel alimenta pauperum relicta alienari poſſint, ſecundum diſtinctionem, quæ in conſtitutione continetur.

CONSTIT. LXV.

Integra deeſt apud Scrimgerum præter ſuperiorem titulum. Et primitus Latina fuit. Ejus epitome Græca apud Haloandrum. Latina apud Julianum extat.

(21) *nec ad rel.*] καὶ μὴ τοῖς. Hal. καὶ μὴ καί.

(22) *accedant*] ἐπεισίωσιν. Hal. ὑπεισίωσιν.

(23) *a nobis*] μερίμνας. Hal. φροντίδος.

(24) *quinque libr.*] *Hal.* πεντελίτρων χρυσίον.

(25) *Dat. XVI*] Sic & *Julian.* Vet. *Dat. C. P Johanne Conſule*

(1) *Ut terræ.*] *Hal.* Περὶ τῶν καταλελειμμένων τῇ Ἐκκλησίᾳ Μυσίας. De iis quæ Eccleſiæ Myſiæ relicta ſunt.

Gravitas itaque Tua, quæ per hanc ſpecialem legem noſtra decrevit æternitas, tam effectu mancipare quam obſervare procuret.

Epitome Haloandri.

* *De his, quæ Eccleſiæ Myſiæ relicta ſunt.*

Scimus antea legem &c. Dicit vero relicta Eccleſiæ Myſiæ ad redemtionem captivorum vel pauperum alimenta relicta vendenda eſſe, ſi in domo vel vinea conſiſtant, quæ procul abſint ab eo loco, quo is, qui ea reliquit, juſſit erogationem fieri ex venditione eorum quæ relicta ſunt. Reus ſi non compareat, condemnetur, malam ſcilicet cauſam fovens, ſi litem conteſtatus, & legitime vocatus non obtemperaverit. Publicata menſe Aprili, Anno XII. Imperii ſub Johanne.

TIT. XXI.

(1) Ut novæ conſtitutiones poſt alios duos menſes, quam inſinuatæ fuerint, valeant.

CONSTIT. LXVI.

Idem Imperator Johanni ſacro (2) *per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo Exconſuli & Patricio.*

SEmper nobis legum occaſionem præbent cauſæ, quæ in judicio agitantur. Cum enim multi propter conſtitutiones noſtras, (3) quas de

* *Περὶ τῶν καταλελειμμένων τῇ Ἐκκλησίᾳ Μυσίας.*

Scimus antea legem &c. Λέγει δὲ ὡς τὰ καταλελειμμένα τῇ Ἐκκλησίᾳ Μυσίας εἰς λύτρωσιν αἰχμαλώτων, ἢ ἀποτροφὴν πενήτων πιπράσκεσθαι, ἐὰν ἐν οἴκῳ, ἢ ἐν ἀμπελῶνι, ὅτι μακρὰν διάγωσιν, ἔνθα καὶ ὁ καταλιπὼν ἐπέτρεψε γίνεσθαι τὴν χορηγίαν ἀπὸ τῆς πράσεως τῶν ἐαθέντων. Ὁ ἐναγόμενος, εἰ ἀπολειφθῇ, καταδικαζέσθω, δηλονότι κακὸν πρᾶγμα ἔχων, καὶ προκαταρξάμενος, καὶ κληθεὶς νομίμως, καὶ μὴ ὑπακούσας. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλίῳ τῷ ιβ΄. ἔτους τῆς βασιλείας ὑπὸ Ἰωάννου.

(1) *Ut novæ*] Addit huic inſcriptioni quædam *Vet. Interpres*, quæ *Agylæi* judicio *pro conſtitutionis ratione rectius eſſent, ſi omitterentur. Haloander* quoque verſioni ſuæ illa addidit, cum in Græco ejus textu non legantur.

(2) *per orientem*] τῆς ἑῶ. Hal. τῆς ἑώας.

(3) *quas de*] ἃς ἐπὶ διαδοχαῖς ἐγράψα-

Digitized by Google

de ſucceſſionibus conſcripſimus, nos adierint ((4) veluti quod teſtator propria manu heredis nomen ſcribere debeat: item quot unciæ in Falcidiam, quam parentes liberis relinquunt, computandæ ſint, an tres, an quatuor, an etiam plures) & multa teſtamenta ob eam rem (5) in periculo ſint, ne eo deveniant, ut quæ in illis ſcripta ſunt, non impleantur, (6) quod licet factæ ſint leges, non tamen vel in provinciis, vel etiam hic notæ ſint, forte nondum propoſitæ nec manifeſtæ factæ: brevi lege ea definienda eſſe duximus.

CAPUT I.

SAncimus igitur, ut ex illo tempore conſtitutiones noſtræ de teſtamentis valeant, ex quo in commune manifeſtæ factæ ſunt, (7) & tempus exinde computetur, id eſt, hic quidem, ex quo omnibus declaratæ ſunt: in provinciis vero, ex quo miſſæ & metropolibus notæ ſunt redditæ, vel etiam poſtea (8) reddentur: ne (9) homines, prout antea obtinuit, teſtamenta facientes & viventes, ignorantia legum legem violare videantur. (10) Ut autem res apertius declaretur, ſancimus,

mus. *Hal.* ἃς ἐπὶ πολὺ καὶ ἐπὶ ταῖς διαδοχαῖς ἐγράψαμεν διατάξεσι, *quas de certis caſibus ſucceſſiones concernentibus deſcripſimus.*

(4) *veluti*] Quæ parentheſi hac incluſa leguntur, non extant in *Hal.* editione.

(5) *in periculo*) κινδυνευουσῶν διαθηκῶν ἐντεῦθεν εἰς τὸ μὴ πληρωθῆναι, *multis propter hoc periclitantibus teſtamentis cadere, ne &c.* *Hal.* minus recte, κινδυνευουσῶν διαθηκῶν διὰ τὸ ἐντεῦθεν εἰς τὸ μὴ &c. *& periculum ſit, ne pleraque teſtamenta eo decidant, ut quæ in illis ſcripta ſunt, non impleantur.*

(6) *eo quod*) διὰ τὸ καὶ εἰ γέγραπται &c. *Hal.* κἂν εἰ γέγραπται &c. *propter ea quod tametſi &c.*

(7) *& tempus*) Verba hæc & ſequentia uſque ad *in provinciis autem*, non habet *Vet. Interpres.* Pro συλλογίζεσθαι *computentur* in Baſilic. legitur λογίζεσθαι.

(8) *reddentur* γένωνται. Hal. γένοιντο.

(9) *homines &c. Teſtamenta*) τὰς διαθήκας ἄνθρωποι τιθέντες καὶ πολιτευόμενοι &c. *Hal.* ἄνθρωποι πολιτευόμενοι, *ſub noſtra degentes republica homines.* *Agylæus* vertit: *homines dum teſtamenta condunt & faciunt.* Ad *marg. verſ. Haloandri* notatum, *ne dum homines more ſolito teſtamenta condunt, reſque ſuas alias inſtituunt.* In Baſil. deeſt τιθέντες καὶ. Vet. omittit τὸ ἔξω πολιτευόμενοι, quod referri debet ad præcedens κατὰ τὸ πρὶν κεκρατηκός.

(10) *autem*) ἵνα quod eſt in Textu, omittit *Haloander.*

ſulatus ſui ſedeant, ut tamen anteponantur (7) ordinarii conſulares (8) honorariis conſularibus. Et poſt hos præfectorum & magiſtrorum militum & illuſtrium virorum ordo ponatur. Omnes autem iſti habeant facultatem in Senatu ſententiam dicere. Qui autem propter (9) cingulum Magiſtratus a Senatoribus honoratur, etiam poſt depoſitionem cinguli ſui, inter (10) Senatores connumeretur. Liceat autem illuſtribus Viris patriciatus codicillos accipere, quamvis neque conſulares, neque præfecti facti ſunt. Quod non ſolum in futuro tempore, ſed etiam in præterito conſtitutio relaxavit.

§. 3. Illud autem certum eſt, quod tertiam partem ſportularum in ingreſſu dignitatis dare compellantur, omnibus aliis ex conſuetudine ſportulis dandis in quavis promotione in ſua firmitate durantibus. Qui autem præſentem conſtitutionem non obſervaverint, pœna quinquaginta librarum auri plectentur. Quæ pœna non ſolum ipſis violatoribus conſtitutionis imminebit, ſed etiam aliis, qui eam violari conceſſerint. Dat. CP. poſt conſulatum Beliſarii iterum Conſ. Al. in editione Haloand. PP. Menſe Januario poſt conſulatum Beliſarii. V. C. Anno ſecundo.

TIT. XVIII.

(1) De novis operibus proſpectui in mare officientibus.

CONSTIT. LXIII.

Idem Imperator Longino (2) *Præfecto felicis hujus urbis.*

PRÆ-

(7) *ordin. conſulares*) Vid. *Gloſſ.* verbo *ordinarii*, & verb. *conſulares*, & *Ant. Aug.* iiſdem verbis.

(8) *honorariis*) Vid. *Ant. Aug.*

(9) *cingulum*) Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* eo voce.

(10) *Senatores*) Vid. *Gloſſ.* hoc verbo.

(1) *de novis*) περὶ καινοδομιῶν. Vet. de novi operis nunciatione. Καινοδομία eſt *res nova, innovatio.* Ut putem rectius verti *novum opus* quam *nunciationem operis.* Gloſſ. Cyr. καινοτομία, *novacio, innovacio.* In *Baſilic. lib. 51. Tit. 10.* καινοτομία eſt *novum opus*, & παραγγελία, *nunciatio.* Suidas, καινοτομεῖ, καινουργεῖ.

(2) *Præfecto urbis*) Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *Præfect. urbis.*

PRÆFATIO.

REm, quæ in (3) regia hac civitate (4) in ædificiis exſtruendis doloſe fit, cohibere atque emendare juſtum exiſtimavimus. Cum enim Zenonis piæ memoriæ conſtitutio dicat, ut certis ſpatiis domus a ſe invicem diſtarent, & nos quoque tale quid ſanciverimus, (5) atque adjectum ſit, ut nemo in regia hac civitate intra centum pedes proſpectui in mare, rei omnium jucundiſſimæ, officere poſſit: quanquam (6) ex majore etiam forte menſura adſpectus apertus eſſe, neque illi offici oportebat: tamen & hoc mira quadam arte cluſum eſt. Quidam enim ſpatio centum pedum relicto, vel etiam exiguo aliquo addito, (7) deinde nil aliud quod ibi ædificent habentes, ſed tanquam (8) velum aliquod extendentes, ubi (9) proſpectum illum in mare cum omni licentia abſtulerunt, non repugnantes legi propter diſtantiam centum pedum, (10) intus impune ædificant. Et poſtquam id, quod quærunt, aſſecuti ſunt, tollunt quod propter utilitatem ab illis (11) excogitatum eſt: atque ita (12) hoc ſchema excogitantes, (13) omni voluptate poſſeſſo-

(3) *regia hac Civit.*) Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* verb. *regia urbs.*

(4) *in ædificiis*) περὶ τὰς οἰκοδομάς. Baſil. οἰκοδομίας. Gloſſ. Cyrill. οἰκοδομή, *edificium, edificacio.*

(5) *atque adjectum*) ἐπῆκται δὲ. *Hal.* ἐπιτέτακται δὲ, *præterea appoſitum ſit.* Baſilic. ἐπιτέτραπται, *permiſſum.* Lege ἐπιτέτακται.

(6) *ex majori*) καὶ ἐκ πλείονος. *Hal.* ἐκ τοῦ πλ.

(7) *deinde nil*) εἶτα οἰκοδομεῖν ἐκεῖσε οὐδὲν ἕτερον ἔχοντες. Sic & Cod. Vaticanus. *Hal.* & Baſil. & MS. Flor. εἶτα οἰκοδομοῦσιν ἐκεῖσε οὐδὲν ἕτερον ἔχοντες. *deinde ædificant quaſi velum quoddam prætendentes.* Non parum lucis huic conſtitutioni accedet, ſi legatur: *cum nihil aliud illic ædificare poſſint, ſaltem quaſi velum quoddam prætendunt, ac deinde ſimul atque* &c. AGYLÆUS.

(8) *velum*) παραπέτασμα. *Hal.* περιπέτασμα.

(9) *proſpectum*) ἔπειτα ἀφέλωνται. Baſil. καὶ ἔπειτα &c. Sequitur ἀπόψιν. pro quo *Hal.* ὄψιν.

(10) *intus ædific.*) ἔνδον ἀνοικοδομοῦσι. Baſil. ἀνοικοδομοῦσιν.

(11) *excogitatum*) ἐπινενοημένον. Hal. διηγούμενον.

(12) *hoc ſchema*) καὶ οὕτω τὸ σχῆμα σοφιζόμενοι. Vet. *ſed ita ſchema circumvenientes.* Puto Imperatorem reſpicere ad id quod ante dixit: καὶ τοῦτο παραδόξῳ τινὶ σεσοφισμεμηχάνηται τέχνῃ. & mox παρα-πις τὸ παραπετάσαντες. Vide & initium *cap. ſeq.*

(13) *omni volupt.*) πάσης τέρψεως ἀλ-

poſſeſſorum domos privant: quod impoſterum nullo modo fieri volumus.

CAPUT I.

Sed ſi quis tale quid (14) facere & doloſe moliri velit, non eo modo ludat: (15) ſed ſi revera ea re indigeat, totam domum ædificet, & uſque ad totum illud ſpatium, centum ſcilicet pedum, procedat, eaque ædificia exſtruat, quæ ipſi neceſſaria & inevitabilia futura ſunt: non vero (16) ad vicini læſionem parietes exſtruat, & velut in quadam pictura talem extendens (17) machinationem proſpectum eripiat. (18) Quemadmodum enim eos, qui aliena rapiunt, merito averſamur, & pœna

λοιρίας τὰς τῶν κεκτημένων καθιστῶσιν οἰκίας. Vet. *omni voluntate extraneas conſtituunt domus.* Hal. *deſtituunt domos.* Baſil. καθιστῶσι.

(14) *facere*, σχεδιάζειν. Heſych. σχεδιάζειν, ἐγγίζειν ἐκ παρατυχόντος. ἐξ ἑτοίμου λέγειν, λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ταχέως ποιεῖν. Gloſſ. Cyrill. σχεδιάζω, χειρισμῷ, παρεγχείρημα λέγω. *ex tempore dico.*

(15) *ſed ſi revera*) ἀλλ' εἴπερ τούτου δέοιτο ταῖς ἀληθείαις. Vet. *ſed ſi hoc egerit, pro veritate domum totum ædificet.* In Baſil. deeſt τὸ δέοιτο.

(16) *ad vicini*) διὰ τὴν τοῦ γείτονος ἐπιβουλὴν διὰ τοῦτο σχεδιαζέτω τεῖχος. Hal. διὰ τοῦ γείτονος ἐπιβουλὴν τοῦτο σχεδιαζέτω, τεῖχος καὶ ὥσπερ ἐπί τινος &c. Illud διὰ τοῦτο ſuperfluum videtur. Nec Vetus Int. id habet.

(17) *machinationem*) τὴν τοιαύτην ἐκτείνας σκαιωρίαν. *Hal.* σκευωρίαν, *hujuſmodi moliſione pratenſa.* Vet. *talem extendens machinationem.* Baſil. σκαιωρίαν. Ubi Fabrot. *extenſa ejuſmodi machinatione.* Heſych. σκαιωρία, ὄρχησις, χορεία, καιρία, παιδεία καὶ τὰ ὅμοια. Sed σκευωρία, [quod *Haloander* habet] κατασκευή. Suidas. ἐσκευώρησεν, ἐπεβούλευσεν, ἐξ οὗ καὶ σκευωρία ἡ ἐπιβουλή. Inſidiatus eſt, unde etiam σκευωρία inſidiæ. Suidas. Σκευωρία ἡ κακόβουλος. Σκευωρία, κατασκευὴ ἐπιβουλὴ βλάβη. Procop. Hiſt. Arc. οὕτω τε τῆς σκαιωρίας ἁπάσης ἐς φῶς ἐνεχθείσης τὴν συκοφαντίαν πεπαῦσθαι ξυνέβη. *Sic vero totius res ſcena detecta* &c. Utraque lectio locum habere poteſt. Nam σκαιωρία, *luſum & dolum*, κακουργίαν notat. Unde & Vet. *machinationem* vertit, qui ſenſus verbis Imperatoris convenit, quando ait: *ne velut in pictura dolum quendam aut luſum extendat*, pro quo in principio hujus capitis dixit, μὴ τοιαῦτα παιζέτω, *non ita ludat.* Τὸ σκευωρία cum per κατασκευὴν, *effectionem* aut *conſtructionem exponatur* & præterea idem ſit quod σκευώρημα, *inſidioſa molitio* & *inſidiæ*, ſenſum quoque non incommodum præbet.

(18) *Quemadmodum enim*) Hanc periodum *Julianus* ſic exponit: *alioqui ſi ſolum parietem erexerit, non ut cuſto-*

Digitized by Google

pœna dignos putamus: ita eos quoque, qui hæc (19) machinantur, illis, qui aliena rapiunt, (20) quoad malitiam, non inferiores putamus. (21) Quare ſi illum, qui vel exiguam rem aliquam per modum rapinæ auferre audet, vi bonorum raptorum actio quadrupli pœna recte (22) ulciſcitur: cur non is quoque, qui tale quid fecit, cogendus eſt, ut tollat, quod factum eſt, & majori aliqua pœna, hoc eſt, decem libris auri multetur (23) theatralibus Excellentiæ tuæ inferendis? ne quis malus vicinus ((24) ut dicitur) factus, legem irridens abeat, ut quæ ſuis diſpoſitionibus eum ſubjicere non potuerit.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, & facta hac lege declarantur, Celſitudo tua una cum cohorte, quæ illi paret, in felici hac urbe ef-

 fectui

diat præcepta legum, ſed ut fraudem legibus faciat: primum quidem ex ejusmodi improba machinatione nullum inveniet commodum, nam ædificium dictum deponit, quia depretiari videtur domus, quæ conſpectum maris perdidit aut in locando aut in vendendo: deinde qui auſus eſt contra legem alienam voluptatem rapere &c. Videntur ex hac Juliani Epitome in Græco textu quædam deſiderari. Non enim probabile eſt cum ex ingenio tot verba voluiſſe addere, cum textum contrahere ſoleat. De verbo *depretiari* quod eſt in *Julian. Epit.* vide *Gloſſ. Jul.*

(19) *machinantur*] τεχνωμένους. Hal. melius τεχναζομένους.

(20) *quoad malitiam*] οὐδὲν ἔλαττον εἰς κακίαν ἴσων καὶ τὰ ἄλλα πράγματα ἁρπαζόντων νομίζομεν. Vet. non bene hæc interpretatur: *ita & hæc molientes nihilominus in malitiam eorum, qui alienas res abripiunt, æſtimavimus.*

(21) *Quare*] ὥστε εἰ καὶ τῷ σμικρῷ τι πρᾶγμα λαβεῖν. *Hal.* ὥστε ἐκεῖνος εἰ καὶ τὸ μικρὸν πρᾶγμα.

(22) *ulciſcitur*] ἔπεισι. *Hal.* μέτεισι, qui & pro τετραπλασίας, *quadrupli*, habet τριπλασίας, *tripli.* Vet. *conquadruplatur pœna.* Utrumque defendi hic poſſe affirmat *Agylæus*, taleque interdum & in Latinis incidere; Haloandrum autem ita vertere, nihil ut deſideres. Verſio illius ita ſe habet. *Unde ſi ipſa vi bonorum raptorum actio merito & recte pro officio ultra rei æſtimationem pœna tripli perſequitur eum, qui vel parvum &c.*

(23) *Theatralibus*] Sic *Vet.* Gr. τῷ θεατρικῷ. Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* verb. *Arca Theatralis.*

(24) *ut dicitur &c.*] [τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου] γενόμενος ἄπεισι καταγελῶν. *Hal.* [τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου γενόμενον] ἀπίῃ καταγελῶν &c. [*quod in proverbio eſt*] *abeat & legem derideat.*

ſectui dare, & in perpetuum ſervare ſtudeat: eadem pœna (nempe decem librarum auri) etiam illis incumbente, qui hæc violant, vel violari permittunt. (25) Dat. VII. Id. Mart. Conſtant. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XI. Johanne V. C. Conſ.

TIT. XIX.

(1) De Olitoribus.

CONSTIT. LXIV.

Idem Imperator Longino Glorioſiſſimo Præfecto felicis (2) & regia hujus urbis.

PRÆFATIO.

Multæ undique querelæ a multo tempore adverſus felicis hujus urbis & ſuburbiorum ejus olitores ad nos deferuntur, omnibus malitiam eorum graviter ferentibus. Quæ autem delata ſunt, ita ſe habent.

CAPUT I.

Dicunt ex collegio olitorum etiam (3) æſtimatores plerumque eſſe, & rem indignam committi. Cum enim horti dominus olitori, (4) qui conduxit, eum tradit illos nihil aliud quam olera in ipſo plantata (5) æſtimare, eamque æſtimationem olitori, qui eum accipit, ſeu (6) conductori (7) imponere: finito vero tempore ubi conductor eum red-

(25) *Dat.*] Sic *Vet.* & *Jul.*

(1) *De Olitoribus*] Περὶ τῶν κηπουρῶν. Sic & *Hal.* Contius, qui hanc Novellam interpretatus eſt, addit, *Conſtantinopolitana civitatis.* Eſt enim hæc conſtitutio localis, ut *Julianus* ait.

(2) *& regia*] *Hæc* verba deſunt in editione *Haloandri.*

(3) *æſtimatores*] διατιμητάς. Cont. *pretiorum æſtimatores ſeu cenſitores.*

(4) *qui conduxit*] τῷ ἐπὶ μισθῷ ὑπεισελθόντι. Hal. ὑπελθόντι. *conductionem ſubeunti.* Cont. *mercedem ſubeunti*, quaſi legeretur μισθόν. Gloſſ. Cyrill. μισθωμα, *conductio.*

(5) *æſtimare*] ἀποτιμήσονται. *Hal.* ἀποτιμήσασθαι. Forte ἀποτιμᾶν.

(6) *conductori*] μισθωτῇ. Hal. μισθωτῷ.

(7) *imponere*] ἐπικλῶσι. Hal. ἐπικλῶσαι. Cont. *taxant.* *Hal. in gratiam accipientis hortulani ſive conanctoris ejus æſtimationem tantum utcunque conglomerare & celebrare veluti per averſionem.* Haloander de ſuo addidit illa ver-

Digitized by Google

reddere debet, tum eos accuratam oleris æſtimationem facere, (8) eamque ad ſextuplum & ultra augere: & ſiquidem ille quinquaginta aureorum olus habeat, illud non minus trecentis, interdum etiam pluris æſtimare. Nec uſque eo ſolum hujus rei aviditatem ſubſiſtere, (9) ſed illos ſæpe etiam majorem eam efficere, dicentes ſe ſtercoraſſe ſolum, & meliorationes quaſdam exinde habere: atque ita pro lubitu æſtimationem extollere, & pro æſtimatione arborum, quas forte ſeverant, alia augmenta addere: quamvis cum hortos a dominis acciperent, nulla illius pretii ratio habita ſit, olitores etiam ut plurimum in pactis conſiteantur, quod & arbores poſitas cuſtodire, & alias ſerere velint: æſtimatorem vero, cum & ſibi ipſi eandem rem paulo poſt contingere putet, merito pro ſe ipſo talem inſatiabilem cupiditatem inducere: ut ſi miſer ille dominus ex imperitia ejuſmodi damnum ſibi inferri ſuaque accipere (10) ſuſtineat, alii vero olitori hortum locet, & rurſus ab illo idem patiatur, (11) ac inſuper in tertio forte, aut quarto æqualem avaritiam experiatur, periculum ſit, ne ipſo plane horti dominio excidat, & res ſuas amittat; illi vero majorem adhuc abſurditatem committant. Nam ſi olitor, qui poſtea ſuccedit, priori tedituі quid addat, & ipſe a conductione illa diſcedens æſtimationem exigit, tanquam ex meliorationibus ſuis faciendam: etſi nulla acceſſio (12) ipſius ſedulitate facta, ſed ab initio forte vel præcipitantia eorum, qui locarunt, (13) vel negligen-

ba, *celebrare veluti per averſionem. ANT. AUG. lib. 3. Emend. cap. 6.* Gloſſ. Cyrill. ἐπιλῶ, *infrango, infligo, irrogo.* ἐπιλῶ, ἐπιτίθημι, *indico*

(8) *eamque*] εἰς ἑξαπλασίονα καὶ πολλαπλασίονα φέρειν. Infra dicet ἐξαίρειν εἰς ὅσον ἂν βουληθῶσι τὴν τιμήν: *extollunt pretium.*

(9) *ſed &*] ἀλλὰ καὶ μείζω ποιεῖν αὐτὴν κατὰ πολύ. *Hal.* ἀλλὰ καὶ μείζονα ποιεῖν κατὰ &c. Lege μείζονα ſcil. ἀπαιτησίαν, ut paulo poſt μείζονα προσθήκην.

(10) *ſuſtineat &c.*] ἀνάσχοιτο ἐξ ἀπειρίας τοσαύτην δοῦναι ζημίαν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ λαβεῖν. Hal. mendoſe, ἀνάσχοιτο ἐξ ἀπειρίας ταύτην δοῦναι, καὶ ζημίαν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ λαβεῖν. *Ut ſi per imperitiam miſer ille dominus hanc perſolvere, & una cum re ſua diſpendium recipere ſuſtineat.* Cont. *ut ſiquidem miſer ſuſtineat dominus ex imperitia tantum ſibi inferri damnum & ſua recipere.*

(11) *ac inſuper*] καὶ πείσῃ ἐν τρίτῳ τυχὸν ἢ τετάρτῳ. *Hal.* καὶ πείσῃ ἐν τῷ &c.

(12) *ipſius*] ἐκείνου. *Hal.* ἐκείνης, *ſedulitate illa.*

(13) *aut per neglig.*] ἢ κατὰ ῥᾳθυμίαν,

gligentia, minoris quam par erat locatio facta ſit. Quæ omnia nobis omnem malitiam & audaciam ſuperare videntur, quam a Celſitudine tua ad ſacram hanc pragmaticam legem attendente (14) coerceri volumus. Et quemadmodum olitor hortum a poſſeſſore accepit, (15) ita eum quoque reddat: & ſi quidem olus habuerit, cum olitor eum acciperet, & æſtimatio illius facta ſit, eodem etiam modo quando redditur, ſolius oleris accurata æſtimatio fiat: ſin vero non habuerit, ſed nudum hortum acceperit, ſive (16) ſtercoratum (17) ſive non, ita quoque (18) reſtitutio fiat. Atque ita in olitore reddente ſimpliciter hujus rei ratio ſervetur, qualis fuit, cum acciperet, nullumque aliud damnum domino inferatur. Æſtimatio vero olerum fiat non ſolum ab olitoribus, (19) ſed & a ſummariis, uti vocantur, atque illis, qui earum rerum periti ſunt, ſacris ſcilicet eloquiis propoſitis. Nolumus enim, ut poſſeſſiones, propter conductorum malitiam & aviditatem, poſſeſſoribus inutiles ſint. Quamobrem illis congregatis (20) definies, nec ullam læſionem inferri poſſeſſoribus permittes ſed ex omni parte eos illæſos indemneſque conſervabis. Volumus enim ea, quæ a dominis ad olitores, quæque ab olitoribus ad dominos veniunt, æqualem menſuram habere: quoniam ubivis æqualitas nobis curæ eſt, & ut nulla pars injuria afficiatur.

CA-

ἐπ' ἐλάττοσιν ὅπερ ἐχρῆν. *Hal.* ἢ κατὰ ῥᾳθυμίαν ἐπιλαβοῦσιν ὥσπερ ἐχρῆν &c. (Vel ut Pariſ. edit. habet ἐπιλαττοῦσιν * εἴπερ) *vel etiam ſocordia depauperantibus (ſi modo convenit) elocatione facta.* Noſtra lectio ſana eſt. Nam iſtud ἐπιλαβοῦσιν ortum videtur ex ἐπ' ἐλάττοσιν.

(14) coerceri] ἀνασταλῆναι. *Hal.* ἀναστεῖλαι.

(15) ita eum] οὕτως αὐτὸν καὶ ἀντιπαραδίδοσθαι. *Hal.* οὕτως αὐτὸν ἔχοι καὶ ἀντιπαραδοῦναι.

(16) ſtercoratum] Julian. *ſtercolinum.* Vide *Ant. Aug.* verb. *ſtercolinum.*

(17) ſive non] εἴτε καὶ μή. *Hal.* εἴτε ἢ μή.

(18) reſtitutio] ἀντιπαράδοσιν. *Hal.* ἀντιπαραδῶσιν.

(19) ſed & a ſumm.] ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν καλουμένων ſummariων. *Hal.* ἀλλὰ καὶ τῶν παρακαλουμένων συμμαρίων, *ſed una cum his, quos ſummarios appellant.* Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* verbo *ſummarius.*

(20) definies] ὁρίσεις. *Hal.* ὁρίσεις.

Digitized by Google

CAPUT II.

SI vero quis terram incultam locaverit, & hic eam excoluerit, mercedem pro cultura & æſtimationem oleris, quod ibi eſt, accipiat: atque ita ſine negotio diſcedat, nulla avaritia, neque doloſe excogitata fraude ne hac quidem in re admiſſa: ut per ſacram hanc pragmaticam legem, & diſpoſitionem ſecundum illam ab Excellentia tua faciendam, impoſterum ab ejuſmodi rebus nulla moleſtia afficiamur., (21) nec ad reliquas noſtras pro Republica curas, ejuſmodi etiam curæ (22) accedant: cum neque parva neque magna quædam Reipublicæ noſtræ pars (23) a nobis negligatur, qui omnia oculis animi perluſtramus, & nihil inornati neque inordinati neque dubii manere volumus. Pœnam etiam (24) quinque librarum auri, illis qui in poſterum tale quid faciunt, vel fieri permittunt, minaberis. (25) Dat. XVI. Kal. Aug. Conſtantin. Imp. Dn. Juſtin. P. P. Aug. Ann. XI. Johanne V. C. Conſ.

TIT. XX.

(1) Ut terræ, vel domus, vel vineæ ſanctiſſimæ Eccleſiæ Myſiæ ad redemtionem captivorum, vel alimenta pauperum relicta alienari poſſint, ſecundum diſtinctionem, quæ in conſtitutione continetur.

CONSTIT. LXV.

Integra deeſt apud Scrimgerum præter ſuperiorem titulum. Et primitus Latina fuit. Ejus epitome Græca apud Haloandrum. Latina apud Julianum extat.

(21) *nec ad rel.*] καὶ μὴ τοῖς. Hal. καὶ μὴ ταῖς.

(22) *accedant*] ἐπεισίωσιν. Hal. ὑπεισίωσιν.

(23) *a nobis*] μερίμνης. Hal. φροντίδος.

(24) *quinque libr.*] *Hal.* πεντελιτρῶν χρυσίον.

(25) *Dat. XVI*] Sic & *Julian.* Vet. *Dat. C. P Johanne Conſule*

(1) *Ut terra.*] *Hal.* Περὶ τῶν καταλελειμμένων τῇ ἐκκλησίᾳ Μυσίας. De iis quæ Eccleſiæ Myſiæ relicta ſunt.

SCimus antea promulgaſſe legem. Hæc conſtitutio localis eſt, nam promulgata eſt de Eccleſia Myſiæ, & jubet, ut ſi quis rem immobilem eidem Eccleſiæ dederit, vel reliquerit certum reditum habentem: & adjecerit, ut (2) incontinentia pauperum reditus adminiſtretur, (*addit Haloander*, vel ad redemtionem captivorum) hujuſmodi legatum vel hereditas vel donatio nullo modo alienetur. Quod ſi incertus reditus eorum ſit, domus autem relicta vel vinea procul a civitate fuerit, in qua eccleſia ſita eſt, cui legatum vel donatio facta ſit, tunc liceat tales poſſeſſiones vendere. Sin autem domus vel agri aut intra civitatem aut circa muros ejus fuerint, teſtator autem voluerit venundari ea, & ex pretio eorum redemtiones vel alimonias fieri, tunc ſecundum tenorem verborum teſtatoris, & in his venditio celebretur. Talis enim rei actus (3) firmiſſimus eſt. Qui judicio conventus fuerit, ſi deſtiterit, condemnator, quippe malam cauſam habens, & prius in jus vocatus, & conteſtatus, & vocatus legitime, & non obtemperans. Emiſſa menſe Aprili XIV. Anno imperii JUSTINIANI ſub JOHANNE (CONS.)

De alienatione rerum Eccleſiæ Myſiæ relictarum pro captivorum redemtione & alimentis pauperum.

(4) SCimus antea legem promulgaſſe, per quam omnes alienationes eccleſiaſticas inhibuimus. Sed poſtea alia lege proſpeximus, quatenus liceat pro ſolutione Eccleſias, vel alias, quæ piis domibus deputatæ ſunt, perſolvere. Sed & hoc in noſtra venit memoria, quod Martino viro Sanctiſſimo, Epiſcopo (5) Clinate civitatis, firmam & ante legem noſtram dedimus prohibentem eum eccleſiaſticas res vendere, neque ex potentioribus, neceſſitatem ei imponant ſecundum ſuum propoſitum res eccleſiaſticas alienare. Sed & in noſtra venit memoria alia res, quam

pro

(2) *incontinentia*] Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* verbo *Continentia.*

(3) *firmiſſimus eſt*] Hactenus *Julianus*: quæ ſequuntur ſunt apud *Haloandrum*, de quibus *Contius* in margine judicat: adjectionem illam ad ipſam conſtitutionem non videri pertinere.

(4) Hanc conſtitutionem integram ut extat edidit P. Pithæus.

(5) *Clinate*) Legendum exiſtimo Ciſtenæ quæ eſt vel Myſiæ, ut conſtat ex Plinio lib. 5. c. 30. & Pomp. Mela lib. 1.

Digitized by Google

pro divinis fecimus vaſis, pro quibus omnibus abdicavimus, ne cui liceat ſacroſancta vaſa vel venundare, vel obligare, niſi tantummodo in redemtionem captivorum: quia animæ redemtio aliis omnibus rebus pretioſior eſt. Sed hæc quidem antea. Subſecuta ſunt, quæ * nam ratione neceſſaria nobis fuit ad præſentis legis memoriam. Venit etenim in præſenti memoratus ſanctiſſimus vir in hanc ſanctiſſimam civitatem, & edocuit nos, multas terras ſine reditu, vel domunculas, vel vineas relinquere ad redemtionem captivorum, vel pauperum alimonias, & alienatione prohibita memoratos actus, licet piiſſimi ſint, attamen inhiberi, competens ſibi, permitti legem hoc facere. Sancimus itaque, ſi quis reliquerit ad redemtionem captivorum, vel pauperum alimonias, res immobiles, ſi quidem certus reditus eſt ex relictis rebus colligendus, manere legatum vel hereditatem, vel donationem, nulla alienatione mutilanda, cum poſſit ex reditibus redemtio vel ſuſtentio fieri. Si autem vel certus reditus non eſt, vel domus pene diruta, & longe ab Eccleſia poſita, vel vineæ, quarum fructus non ſemper ſimiles ſed varii colliguntur, & incurſionibus forſitan Barbaricis dediti, in his tantum modo ſpeciebus permittimus venditionem hac ſpeciali lege in memorata provincia fieri, ſi tamen domus intra fines Eccleſiæ vel vineæ juxta muros civitatis minimæ poſitæ ſint: ita ut in venditionis inſtrumento ipſa verba teſtatoris exprimantur, ut ei placuit venditionem fieri, & redemtionem ex his captivorum vel alimonias pauperum celebrari. Et ſi hoc ita ſubſecutum fuerit, habeat venditio firmitatem, liceat ſine metu alterius legis, & œconomis eccleſiaſticis, & viro ſanctiſſimo Epiſcopo vendere, & emptoribus habere eaſdem res firmo jure. Habebunt autem Dei Omnipotentis crimen Oeconomi eccleſiæ, ſi pretia, quæ acceperint, in aliam cauſam conſumſerint, licet piiſſima ſit, & non in prædictas duas tantummodo cauſas, ad imitationem legis, quæ ſuper ſacroſanctis vaſis alienandis lata eſt. Sic enim venditio neceſſaria procedat, ne actus piiſſimi exinde fraudentur, & animæ hominum inde pereant, cum & terrarum poſſeſſio & rerum immobilium non talem habeat curam, nec ita ſit neceſſaria, ut captivorum redemtio & vita egentium, quæ & animas ſalvant, & Deo omnipotenti placabiles ſunt.

Gravi-

Digitized by Google

Gravitas itaque Tua, quæ per hanc ſpecialem legem noſtra decrevit æternitas, tam effectu mancipare quam obſervare procuret.

Epitome Haloandri.

* *De his, quæ Eccleſiæ Myſiæ relicta ſunt.*

i.

Scimus antea legem &c. Dicit vero relicta Eccleſiæ Myſiæ ad redemtionem captivorum vel pauperum alimenta relicta vendenda eſſe, ſi in domo vel vinea conſiſtant, quæ procul abſint ab eo loco, quo is, qui ea reliquit, juſſit erogationem fieri ex venditione eorum quæ relicta ſunt. Reus ſi non compareat, condemnetur, malam ſcilicet cauſam fovens, ſi litem conteſtatus, & legitime vocatus non obtemperaverit. Publicata menſe Aprili, Anno XII. Imperii ſub Johanne.

Tit. XXI.

(1) Ut novæ conſtitutiones poſt alios duos menſes, quam inſinuatæ fuerint, valeant.

CONSTIT. LXVI.

Idem Imperator Johanni ſacro (2) per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo Exconſuli & Patricio.

SEmper nobis legum occaſionem præbent cauſæ, quæ in judicio agitantur. Cum enim multi propter conſtitutiones noſtras, (3) quas de

* *Περὶ τῶν καταλελειμμένων τῇ Ἐκκλησίᾳ Μυσίας.*

Scimus antea legem &c. Λέγει δὲ ὡς τὰ καταλελειμμένα τῇ Ἐκκλησίᾳ Μυσίας εἰς λύτρωσιν αἰχμαλώτων, ἢ ἀποτροφὴν πτωχῶν πιπρασκέτωσαν, ἐὰν ἐν οἴκῳ, ἢ ἐν ἀμπελῶνι, ὅτι μακρὰν διάγωσιν, ἔνθα καὶ ὁ καταλιπὼν ἐπέτρεψε γίνεσθαι τὴν χορηγίαν ἀπὸ τῆς πράσεως τῶν ἐαθέντων. Ὁ ἐναγόμενος, εἰ ἀπολειφθῇ, καταδικαζέσθω, δηλονότι κακὸν πρᾶγμα ἔχων, καὶ προκαταρξάμενος, καὶ κληθεὶς νομίμως, καὶ μὴ ὑπακούσας. Ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλίῳ τοῦ ιβ΄. ἔτους τῆς βασιλείας ὑπὸ Ἰωάννου.

(1) *Ut novæ*] Addit huic inſcriptioni quædam *Vet. Interpres*, quæ *Agylæi* judicio *pro conſtitutionis ratione rectius eſſent, ſi omitterentur*. *Haloander* quoque verſioni ſuæ illa addidit, cum in Græco ejus textu non legantur.

(2) *per orientem*] τῆς ἕω. Hal. τῆς ἑώας.

(3) *quas de*] ἃς ἐπὶ διαδοχαῖς ἐγράψα-

de ſucceſſionibus conſcripſimus, nos adierint (4) veluti quod teſtator propria manu heredis nomen ſcribere debeat: item quot unciæ in Falcidiam, quam parentes liberis relinquunt, computandæ ſint, an tres, an quatuor, an etiam plures) & multa teſtamenta ob eam rem (5) in periculo ſint, ne eo deveniant, ut quæ in illis ſcripta ſunt, non impleantur, (6) quod licet factæ ſint leges, non tamen vel in provinciis, vel etiam hic notæ ſint, forte nondum propoſitæ nec manifeſtæ factæ: brevi lege ea definienda eſſe duximus.

CAPUT I.

SAncimus igitur, ut ex illo tempore conſtitutiones noſtræ de teſtamentis valeant, ex quo in commune manifeſtæ factæ ſunt, (7) & tempus exinde computetur, id eſt, hic quidem, ex quo omnibus declaratæ ſunt: in provinciis vero, ex quo miſſæ & metropolibus notæ ſunt redditæ, vel etiam poſtea (8) reddentur: ne (9) homines, prout antea obtinuit, teſtamenta facientes & viventes, ignorantia legum legem violare videantur. (10) Ut autem res apertius declaretur, ſancimus,

Ttt cimus,

mus. *Hal.* ὡς ὅτι περὶ καὶ ἐπὶ ταῖς διαδοχαῖς ἐγράψαμεν ὑποθέσεσι. *quas de certis caſibus ſucceſſiones concernentibus deſcripſimus.*

(4) *veluti*] Quæ parentheſi hac incluſa leguntur, non extant in *Hal.* editione.

(5) *in periculo*) κινδυνευουσῶν διαθηκῶν ἐκπεσεῖν εἰς τὸ μὴ πληρωθῆναι, *multis propter hoc periclitantibus teſtamentis cadere, ne* &c. *Hal.* minus recte, κινδυνευουσῶν διαθηκῶν διὰ τὸ ἐκπεσεῖν εἰς τὸ μὴ &c. *& periculum ſit, ne pleraque teſtamenta eo decidant, ut quæ in illis ſcripta ſunt, non impleantur.*

(6) *eo quod*) διὰ τὸ κἂν εἰ γεγράφθαι &c. *Hal.* κἂν εἰ γεγράφθαι &c. *propter ea quod tametſi* &c.

(7) *& tempus*) Verba hæc & ſequentia uſque ad *in provinciis autem*, non habet *Vet. Interpres*. Pro συλλογίζεσθαι *computentur* in Baſilic. legitur λογίζεσθαι.

(8) *reddentur*. γένωνται. Hal. γενήσονται.

(9) *homines &c. Teſtamenta*) τὰς διαθήκας ἄνθρωποι τιθέντες καὶ πολιτευόμενοι &c. *Hal.* ἄνθρωποι πολιτευόμενοι, *ſub noſtra degentes republica homines. Agylaus* vertit: *homines dum teſtamenta condunt & faciunt.* Ad *marg. verſ. Haloandri* notatum, *ne dum homines more ſolito teſtamenta condunt, reſque ſuas alias inſtituunt.* In Baſil. deeſt τιθέντες καὶ. Vet. omittit τὸ καὶ πολιτευόμενοι, quod referri debet ad præcedens κατὰ τὸ πρὶν κεκρατηκός.

(10) *autem*) ἵνα quod eſt in Textu, omittit *Haloander*.

Digitized by Google

cimus, ſi talis lex ſcribatur, ut illa poſt duos menſes, quod tempus illi conceſſum eſt, & in felici hac urbe & in provinciis obtineat & in uſu ſit: cum hoc tempus poſt inſinuationem ſufficiat, ut omnibus manifeſta fiat, & tabelliones vim ejus cognoſcant, ſubditique eam (11) percipiant, & legem ſervent. Ita enim nemo plane excuſationem habebit, quare legem noſtram non (12) obſervet. (13) Neque enim defunctorum voluntates ſubverti volumus, cum omnibus modis operam demus, ut illæ ratæ ſint. Nam cur eos accuſemus qui ſanctiones noſtrarum conſtitutionum ignorarunt, ſi forte paulo poſt, quam lex ſcripta eſt, quæ tamen adhuc ignorabatur, teſtamenta confecta ſint, & propterea in teſtamentis nomina hæredum propria manu non ſcripſerint, vel quadrantem ſolum, non vero trientem, filio reliquerint; dum legem vel non latam eſſe contigit, vel cum lata eſſet, quia nondum propoſita erat, juſte ignorabatur?

§. 1 Igitur hactenus etiam, quamvis antiqua ſit conſtitutio, & in libro conſtitutionum, qui a nobis nomen habet, poſita, quæ diſpoſuit, ut propria manu nomen hæredis ſcribatur, multi tamen eam latam eſſe ignorantes, contra mentem illius teſtati ſunt: & ejus generis alia hucuſque neglecta poteſtati noſtræ annuntiantur. Atque nos quidem omnibus, qui talia petierunt, veniam ſemper dedimus, quod illæ nondum manifeſtæ factæ fuerint, ſacraſque de his ſanctiones fecimus, juſtam ipſis veniam largientes. Ne autem quotidie ex his rebus moleſtiam capiamus, & reſcripta dare cogamur, ſancimus, ut, quemadmodum dictum eſt, antiquior illa lex in Juſtinianeo Codice poſita obtineat: & hæc quidem ex eo tempore, quo publicata eſt, in provinciis vero, ex quo tranſmiſſa & unicuique metropoli, aliiſque civitatibus manifeſta facta eſt. Cum enim multum temporis præterlapſum, & Codex noſter ubivis miſſus ſit, non juſte ignorabitur.

§. 2. Altera vero noviſſima, quæ inter conſtitutiones poſt Codicem

(11) *percipiant*) γινωσκέτωσαν. Baſilic. διαγινωσκέτωσαν.

(12) *obſervet*, φυλάττειν. *Hal.* φυλάσσεσθαι.

(13) *Neque enim volumus*) Quæ hic ſequuntur ad *Epilogum* uſque deſunt omnia in *Haloandri* Codice.

dicem editas extat, atque id, quod liberis relinquendum eſt, deſinit, tum in felici hac urbe, tum in provinciis poſt duos menſes inſinuationis, ſicuti antea diximus, obtineat: quoniam (14) duo exempla conſtitutionum de modo inſtituendi liberos a nobis facta ſunt, quarum una Græca lingua conſcripta eſt, quia multitudini id convenit, altera vero Romanorum, quæ & ipſa propter formam reipublicæ maxima auctoritate pollet: ac illa quidem Calendas Martias habet, & eo tempore ſcripta, non vero tunc ſtatim publicata eſt: hæc vero, quæ Romanorum lingua ad Salomonem glorioſiſſimum in Africa ſacro Prætorio Præfectum ſcripta eſt, Calendas Aprilis adſcriptas habet.

§. 3. Quia vero neque illa, quæ Græca lingua conſcripta eſt, ante publicata fuit, quam ea, quæ Romanorum lingua compoſita eſt, facta & emiſſa fuit: & tandem illa ad glorioſiſſimos Præfectos ſacro noſtro Prætorio ſcripta, (de Græca loquimur) menſe Majo in dicaſterio illorum publicata & emiſſa eſt: ideo ſancimus, ut conſtitutio, quæ de modo inſtitutionis liberorum diſſerit, hic quidem obtineat ex Calendis illis Maji, ut duos menſes illi ſervemus; in provinciis vero, ex quo manifeſta facta eſt, etiam ibi duobus illis menſibus poſt inſinuationem ſervandis. Quod ſi ne nunc quidem in omnes provincias miſſa ſit, quam celerrime & ipſa & reliquæ, quæ forte nondum miſſæ ſunt, & quas poſtea Deo duce faciemus, mittantur, vel emittendæ ſunt, ut noſtræ conſtitutiones in Metropolibus gentium ſint vel fiant manifeſtæ. Provinciarum vero Præſides, mittant eas in omnes urbes in quavis provincia conſtitutas, ut nemo impoſterum ullam ignorantiam prætendat.

§. 4. Quare præterita juſtam habeant veniam, & defunctorum diſpoſitiones, licet in urbe factæ, valeant, prout illi eas fecerunt: quam-

Ttt 2 vis

(14) *duo quidem*) Idem factum a Theodoſio Jun. *l. 4. C. Th. d. his qui ad Eccleſ. conf.* Cauſam hic reddit Imperator. In publicis ſane conventibus Romana quoque lingua peroraverunt Impp. quomodo Conſtantinus M. in Concilio Niceno licet Græce noſſet. Sententias quoque Impp. in Conſiſtorio Latine dicebant, partibus licet Græce loquentibus. *l. 1 C. Th. d. his qui adminiſtr. l. 2. C. d. Excuſ. mun.* Julianus Græce dixit in *l. 5. C. Th. d. fid. Teſt.* ubi vid. *Gothofr.*

vis non ſecundum leges, quæ olim obtinuerunt, propria manu hæredum nomina ſcripſerint, nec teſtibus eam manifeſtas fecerint, aut tres uncias nec amplius liberis reliquerint. Neque enim defunctorum voluntates, ſicuti ante diximus, ſubverti volumus, ſed eas per omnia ratas declaramus. Quare licet proxime poſt legem latam teſtamenta ſcripta, conſtitutiones vero nondum publicatæ, nec viventibus teſtatoribus forte mutatæ ſint, etiam ſic inſtitutiones maneant, quæ ab initio ſecundum leges tum notas factæ ſunt, & propriam vim habeant, nec accuſentur, quod eo tempore, quo illi vixerunt, eas non mutaverint. Neque enim omnia in noſtra poteſtate ſunt, nec ſemper aliquis tempus teſtandi habet. Nam ſæpe mors repente homines opprimit, iiſque facultatem teſtandi adimit. Quare quod ab initio recte factum eſt, ob eam rem, quod non mutatum eſt, nullo modo poſtea imminuendum vel ſubvertendum eſſe putamus, ſed inconcuſſum maneat, & voluntas, quæ defuncto tum placuit, firma ſit. Abſurdum enim eſſet, id quod recte factum eſt, ab eo, quod nondum erat, poſtea ſubverti.

§. 5. Ut igitur in ſumma dicamus, liberi tres uncias, ſi ita contingat, a parentibus ipſis relictas, ex teſtamentis, ſive ante, ſive poſt legem latam ita factis, accipiant, antequam illa Magiſtratibus inſinuata ſit. Si vero teſtamentis adiectum ſit, ut quod ipſis deeſt ſuppleatur, tum quod ſecundum leges debetur, id ſecundum veteres leges accipiant: adeo ut ſi quid tribus unciis deſit, id expleatur, non vero ad quatuor uſque uncias, quod poſtea quidem lege ſancitum, nondum tamen cognitum erat.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Celſitudo tua omnibus manifeſta faciat, tum illis qui in magna hac urbe, tum qui extra eam ſunt: ut omnibus innoteſcant, quæ a nobis in omnium ſecuritatem ſancita ſunt. (15) Dat Kal. Maji, Conſtantinop Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno XI. Johanne V. C. Conſ.

T12.

(15) *Dat. Kal.* Vet. *Dat Kal. Mart.* *XI. Joan. V. C. Conſ.* Julian. *Kal. Ma. Conſtantinop Do. Juſti. PP. Aug. Anno CP.* &c.

Digitized by Google

TIT. XXII.

Ut nemo ſine conſenſu Epiſcopi oratorium ædificet. Et ut prius definiantur ea, quæ ad curam & ſtatum oratorii ædificandi pertinent. Item ne Epiſcopi eccleſias ſuas deſerant: & de alienatione rerum immobilium.

CONSTIT. LXVII.

Idem Imperator (1) Mena ſanctiſſimo & beatiſſimo Epiſcopo Univerſali & Patriarcha.

PRÆFATIO.

QUanquam multis legibus ea, quæ ad ſanctiſſimas Eccleſias pertinent, complexi ſimus, alia tamen adhuc egemus, quæ ad emergentia & denuo renaſcentia negotia ſufficiat. Multi enim nominis cauſa ad Eccleſias ſanctiſſimas ædificandas accedunt; deinde iis exſtructis nullam curam gerunt, quo neceſſarios ſumtus & ad lucernas accendendas, & ad alimenta eorum, qui ibi degunt, & ad ſacrum miniſterium illis aſſignent, ſed vix ædificatas deſerunt, vel rurſus diſſolvendas, vel omni ſacro miniſterio privandas.

CAPUT I.

ILlud itaque ante omnia fieri ſancimus, ut nemini liceat neque Monaſterium, neque Eccleſiam, neque Oratorium incipere ædificare, antequam Dei amantiſſimus illius Civitatis Epiſcopus adſit, & preces in loco fundat, & publice ibi (2) procedens crucem figat, omnibuſque rem notam faciat. Multi enim cum oratoria ædificanda ſuſcipiunt, morbis ſuis inſerviunt, nec orthodoxarum Eccleſiarum, ſed illicitarum ſpeluncarum ædificatores fiunt.

(1) *Mena*) Vet. *Menna, ſanctiſſ. & beatiſſ. Archiepiſcopo Conſtantinopolitano & univerſi ejus tractus Patriarcha.*

(2) *procedens*) προϊών. *Hal.* προϊών. Vet. & *Hal. proceſſum.* Agylæus preſſius ſenſa reddi putat, ſi ponatur *publica illuc ſupplicatione inſtituta:* Quod tum ex ipſa re, tum etiam ex Scrimgeri editione, quæ προϊών habet, intellectu facilimum fit. Julian. *publice in eodem loco procedens.* Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *Epiſcopus procedens.*

CAPUT II.

Ut illi, qui Eccleſias ædificant, prius definiant, quæ ad ſtatum & curam earum pertinent.

DEinde ut ille non aliter (3) novam Eccleſiam ædificet, quam cum Dei amantiſſimo (4) Archiepiſcopo locutus fuerit, atque definierit, quantum ipſe ad lucernas accendendas, ad ſacrum miniſterium, ad domum ſactam tectam (5) conſervandam, & ad alimenta eorum, qui ibi verſantur, aſſignet. Et ſi illud ſufficere videbitur, prius donet ea, quæ aſſignanda ſunt, atque ita domum ædificet. Quod ſi quis ad hoc non ſufficiat, & tamen nomen concupiſcat, quo ædificator Eccleſiæ vocetur, ac (6) tale quid facere velit, multæ ſunt tam in regia hac urbe, quam in provinciis Eccleſiæ, in quibus convenienter quidem miniſteria peraguntur, periculum tamen eſt, ne præ vetuſtate collabantur, vel etiam exiguæ ſunt, nec ſatis ornatæ ex deſiderio illorum, qui in illis miniſtrant: & liceat ei unam ex illis Eccleſiis ſumere, eamque ædificare: hac etiam re ſecundum voluntatem Deo amabilis orthodoxorum (7) Epiſcopi peragenda. Ita enim & ſacræ domus conditor appellabitur, & nihil de ſuo erogabit, cum expenſæ ſolitæ ad eam rem jam (8) aſſignatæ ab illis eroganda ſint, qui antea quoque eas ſubminiſtrabant.

CAPUT III.

De Epiſcopis non reſidentibus in propriis Eccleſiis.

(9) ILlud quoque ſancimus, ut ſecundum legem a nobis jam latam, Dei amantiſſimi Epiſcopi in Eccleſiis ſuis maneant, nec eas deſerant, & longo tempore hic morentur, & œconomos, qui in provincia ſunt, cogant, ut ipſis ſumtus ex ſanctiſſima Eccleſia mittant: ſed ibi

cos

(3) *ab integro*) ἐκ νέου. *Hal.* ἐκ νέας.

(4) *Archiepiſc.*) Ἀρχιεπισκόπου. *Hal.* Ἐπισκόπου. Sic & Vet.

(5) *conſervandam*) σώζεσθαι. Hal. τηρεῖν.

(6) *tale quid*) τὸ τοιοῦτο. Hal. τοῦτο.

(7) *Epiſcopi*) Ἐπισκόπου. *Hal.* Ἐπισκόπων.

(8) *aſſignata*) ἀφωρισμένων. Hal. ἀφωρισμένον.

(9) *Illud quoque*) Cap. *III.* & *IV.* deeſt in *Haloandri* editione *Baſil.* ſeu cum *Pariſienſi* extant.

eos conſumant, hic vero diu commorari non audeant. Sancimus igitur, lege a nobis jam lata in ſuo robore manente, ſi Dei amantiſſimus Epiſcopus Eccleſiam ſuam per longius tempus deſerat, ut ipſi ex provincia nulli ſumtus mittantur, ſed in pias cauſis & ſanctiſſimam Eccleſiam expendantur, ipſe autem dum hic vagatur ſanctiſſimam Eccleſiam ſumtibus non gravet: cum manifeſtum ſit, quod ſi per longum tempus illam deſerat, ea, quæ jam a nobis hac de re ſancita ſunt, vim ſuam ſint habitura.

CAPUT IV.

De alienatione immobilium rerum Eccleſiaſticarum.

QUoniam vero jam ſancivimus, ut, ſi alienatio quædam immobilis rei Eccleſiaſticæ in provinciis facienda ſit, hæc decreto interpoſito celebretur, (quemadmodum olim a nobis edita conſtitutio dicit) & decretum non ſolum præſente (10) Dei amantiſſimo urbis Epiſcopo & Clero ejus, ſed etiam Epiſcopo Metropoleos fiat: illud tamen ſancitum non eſt, ſi ſanctiſſimus Metropoleos Epiſcopus vel ſanctiſſimæ illius Eccleſiæ religioſiſſimi œconomi, venditionem facturi ſint, quid tum fieri debeat. Hoc igitur addimus, ut duo ex ſynodo piorum Epiſcoporum ſub ipſo conſtituta, (11) quoſcunque elegerit, interſint, atque reliquis omnibus, quæ a nobis diſpoſita ſunt, obſervandis, præſentia duorum Dei amantium Epiſcoporum addatur, ut ipſe per ſe cum ſua ſynodo rem conficere videatur. Et ſicut ipſe fidem & robur rei tribuit, dum ei, qui ſub ipſo conſtitutus eſt, præſens eſt, ita & ſynodus, quæ illi ſubeſt, per duos ex Dei amantibus Epiſcopis rem confirmare videbitur, quæ a ſacra hac ſynodo teſtimonium accipit.

EPILOGUS.

HAnc autem legem noſtram ad thronum Beatitudinis Tuæ reliquosque (12) ſanctiſſimos Patriarchas miſſam, ipſi per literas veſtras Metropolitanis, qui vobis ſubſunt, manifeſta (13) faciatis. Hi vero

eam

(10) *Dei*) θεοφιλεστάτῳ. *Hal.* θεοφιλεῖ, ut mox in noſtro θεοφιλεῖ

(11) *quoſcunque*) ὃς ἂν ἐκεῖνος. *Hal.* οἳ ἂν &c.

(12) *ſanctiſſimos*) Non habet id Haloander.

(13) *faciatis*) ποιοῦντι. Hal. ποιήσωσι.

eam palam facient Epiſcopis ſub ſe conſtitutis, ut nihil lateat eorum, quæ a nobis conſtituta ſunt. (14) Dat. Kal Maji Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XII. Johanne V. C. Conſ.

Tit. XXIII.

Ut conſtitutio Piiſſimi Imperatoris, quæ in ſucceſſionibus lucrorum (1) Tamiacorum, ſi liberi non extent, lucra introducit, in iis factis obtineat, quæ poſt conſtitutionem (2) acciderunt: in illis autem, quæ ante eam contigerunt, Leonis conſtitutio locum habeat.

CONSTIT. LXVIII.

Idem Imperator Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

Præfatio.

NOvimus conſtitutionem Leonis piæ memoriæ, de iis, qui ſecundas nuptiis contrahunt, ſive viri, ſive mulieres ſint, ſcriptam eſſe, quæ nuptiale lucrum liberis illius matrimonii ſancte ſervat, atque eum, ad quem lucrum venit, ſolius uſusfructus dominum conſtituit, illis vero dominium ſervat; ita ut ſi liberi & nepotes moriantur, nec quisquam porro adſit, per quem ille, qui ſecundas nuptias contrahit, dominio privetur, irrevocabiliter & in ſolidum apud eum, qui lucratus eſt, etiam utilitatem ex dominio manere velit.

CA-

(14) *Dat.*) Sic Vet. & Julian.

(1) *Tamiacorum*) ταμιακῶν. Contius qui hanc *Nov.* interpretatus eſt, (non enim extat apud *Hal.* nec apud *Vet. Interpr.* nec in Baſil. Sed apud *Julian. Epit.*) vertit: *nuptialium*, quod legendum eſſe ipſa res docet. *Agylaus* γαμικῶν pro ταμιακῶν ſcribendum judicat. *Julian.* pacta dotalia.

(2) *acciderunt*) συμμεῖναν. Agyl. legendum putat συμβᾶσι aut συμβεβηκόσι, *inciderint*, Cont. *acciderunt* Julian. *in caſibus* &c. *qui provenerunt.*

Digitized by Google

CAPUT I.

HAnc nuper correximus, alia diſponentes & volentes, ut hæredes defunctorum liberorum vel nepotum (ſive parentes ſint, ſive alii quidam) inde aliquod auxilium habeant, atque id ſolum quod poſt mortem ex pacto, ſi liberi non extent, competit, etiam quoad dominium apud lucrantem maneat, reliquum vero ad hæredes filiorum vel nepotum defunctorum tranſeat, ratione uſusfructus nullatenus innovata.

§. 1. Hæc igitur & nunc & in omne tempus obtinere volumus, niſi liberi, antequam hæc conſtitutio facta erat, mortui fuerint. Nam cum omne lucrum ad eum, qui ſecundas nuptias contraxit, liberis ante legem mortuis, jam pervenit, lex noſtra non laboret circa ea, quæ præveniens lex Leonis piæ memoriæ ſub poteſtatem ſuam redegit. Quare liberis vel nepotibus non ſuperſtitibus, non ſolum ea ſecure habebunt, quæ lucrati ſunt, ſed etiam ſi quid horum apud alios exiſtit, pro jure dominis competente, vindicabunt.

§. 2. Hæc igitur brevi lege comprehendentes, ejuſmodi dubitationes tollimus, ne perpetuam moleſtiam a ſupplicantibus ſuſtineamus, ſed hæc communi legi inſerentes ejuſmodi moleſtiis liberemur, qui formam, quæ ante legem noſtram fuit, ab eo, qui ante illam beneficio affectus eſt, cuſtodiri volumus.

EPILOGUS.

TUa igitur Excellentia, quæ nobis hoc modo placuerunt, edictis & mandatis ſuis omnibus manifeſta faciat. (3) Dat. VIII. Kal. Jun. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XII. Johanne V. C. Conſ.

TIT. XXIV.

Ut omnes obtemperent (1) & pareant Magiſtratibus provinciarum tam in criminalibus quam pecuniariis cauſis.

(3) *Dat.*) Sic *Vet.* & *Julian.*

(1) *& pareant*] καὶ πείθεσθ. *Hal.* id non legit, vult tamen addi *Agylaus*.

cauſis. Et ut ibi cauſæ examinentur, nec quiſquam privilegio aliquo, niſi ſacra pragmatica ſanctione, excipiatur.

CONSTIT. LXIX.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Conſtantinopolitanis.

PRÆFATIO.

VNa inter homines (2) omnium perfectiſſima virtus, quæ jus ſuum cuique tribuit, cenſenda eſt, juſtitia ſcilicet, quæ ex re ipſa nomen traxit. Niſi enim quamlibet ex reliquis virtutibus bona ejus ſequantur, nihil eorum fiet, quæ conveniunt. Itaque nec fortitudinem, quæ juſtitiæ conjuncta non eſt, laudabimus: (3) etſi patria lingua ſolum robur, quod in armis eſt, virtutem nominet. Nam ſi quis juſtitiam illi demat, delictorum ſolum, non vero boni alicujus cauſa erit. Hanc in provinciis noſtris cum (4) neglectam videamus, lege Deo placente corroborandam & ad rectum robur deducendam putavimus. Multi enim partim ſacras literas, partim privilegia, partim pragmaticas ſanctiones, partim juſſiones Magiſtratuum, partim alios ex aliis prætextus invenientes, delicta quidem in provinciis perpetrant, extra eas vero judicari (5) volunt. Nam qui in loco aliquo malo quodam afficitur, vel quid rerum ſuarum amittit, (6) aut de finibus terræ, vel de dominio,

(2) *omnium*] πασῶν. Recte. *Hal.* πᾶσι *omnibus.*

(3) *etſi patria*] *Virtutis* nomen ſoli fortitudini tanquam proprium & peculiare Latino ſermoni tribui diſertis verbis tradit *Plutarchus in Coriolano.* Plura quoque alia teſtimonia ex Latinis & Græcis congeſſit P. *Fab. Semeſt. lib. 1 cap. 19.* quem vide.

(4) *neglectam*] παρεωραμένην. Hal. Rectius. παρεωραμένην.

(5) *volunt*] περιπατεῖσθαι. Deeſt hoc apud *Haloandrum.*

(6) *aut de finibus*] In Gr. ſic legitur ἢ περὶ ὅρων, γῆς διαζόμενος. Sic & Cod. Vaticanus. Hal. ἢ περὶ ὅρων γῆς διαζόμενος; cum quo facit *Vet. Interpres*, qui habet *aut de terminis terræ litigat.* Id vero cum magis huic loco conveniat, retinere voluimus. Nam & Imperator *cap. 1. pr.* ita loquitur, εἴτε ἐπὶ γῆς ὁρίων &c. Cæterum ex hoc loco Cujac. & Gothofr. *in l. 8. C. Th. d. Juriſd.* pro *fimum* legunt *finium.* Vid. Gothofred. ibid.

Digitized by Google

minio, vel de poſſeſſione, vel de pignore, vel de alia quadam re litigat, quomodo is in alio loco probationes eorum, quæ paſſus eſt, exhibere (7) poterit? Nam qui talia agunt, potentiam ſolum & robur aliquod, quod (8) juſtitiæ non paret, oſtentantes, hæc machinantur. Atque id faciunt homines, quod credant ſe perpetuam potentiam habituros: neque ad multa illa ac infinita exempla reſpiciunt. Nam raro & difficulter ac in perſonis facile numerandis vidimus ex potentibus potentes, & ex divitibus divites procedere: ut plurimum vero ex potentibus impotentes, ex divitibus pauperes fere proveniunt, parentum iniquitate liberos ſequente. Nec cogitant, neque reputant, id quod ipſi in ſuum commodum poteſtate ſua utentes machinantur, contra (9) liberos ſuos forte agere, ſi illos eadem potentia non ſequatur.

CAPUT I.

HÆc conſiderantes legem hanc ferendam eſſe exiſtimavimus. Omnibus itaque (10) præcipimus qui in provinciis habitant, quotcunque (11) ſceptris noſtris per omnem ditionem noſtram, quæ tam orientem quam occidentem ſolem ſpectat, quæque ab utroque eſt latere, obediunt, ut unusquiſque in provincia, in qua deliquit, vel in qua pecuniæ vel criminis reus eſt (ſive de finibus terræ, ſive de dominio, ſive de poſſeſſione, aut hypotheca, aut alia quacunque cauſa agatur) ibi quoque judicium accipiat, ((12) id quod & ab anterioribus legislatoribus varie quidem dictum eſt, etſi non pure, nec ſicut nos illud excogitavimus,) non vero (13) extra terminos provinciæ litigare ſtudeat.

(7) *poterit*] ἰσχύσουσι. Hal. ἰσχύσει.

(8) *juſtitiæ*] ἐν τῷ δικαίῳ πιστεύουσι. Vet. *ita juſte credentes*, qui legit, οὕτω δικαίως πιστεύοντας. Sed noſtra oratio probanda eſt, loquitur enim de illis qui juſtitiam a robore & potentia ſejungunt.

(9) *liberos*] γενομένους ἐξ αὐτῶν. *Hal.* γεγονημένους.

(10) *ſceptris*] σκήπτρῳ. Lege σκήπτροις, quod & *Hal.* habet.

(11) *præcipimus*] προσαγορεύομεν. Baſil. προσηγορεύσαμεν. Sic legendum.

(12) *quod ſcilicet*] quæ ſequuntur uſque ad verſ. *quod enim prius erat*, deſunt in Baſil. deſiderantur & quædam in *fin.* §. 1.

(13) *extra terminos*] μηδὲ ζητεῖν ὑπερορίως πλεονεκτεῖν. Lege ὑπερορία, quod *Hal.* habet. *Heſych.* ὑπερόριος, ἐκτὸς τῶν ὅρων. Vet. *& ultra terminos litiga-*

§. 1. Sive enim magna ſint delicta, vel contractus, omni modo eorum delatio & accuſatio, ſi opus fuerit, & examinatio in provincia propter facilem (14) probationem facienda eſt: ſive quis ſimiliter in parvo (15) delinquat, (16) majus adhuc delictum fieret, ſi neque in exiguis rebus jus conſequatur, ſed exſpectet, donec in aliam provinciam veniat, ibique eum conveniat & de his litiget, (17) quem nec præſentem, nec in provincia forte propter illius potentiam vel propter infirmitatem ſuam commode convenire poterat. Quid enim pejus, quam eum, qui vel per ablationem bovis forte, vel equi, vel jumenti alicujus, vel pecudis, vel (ut (18) minimum dicam) gallinæ domeſticæ læſus eſt, cogi, ut non in ea provincia, in qua illi res ablata eſt, litiget, ſed alio currat, ibique probationes eorum, quæ illi acciderunt, exigantur, & vel multo plures ſumtus, quam res valet, faciat, vel cum gemitu inopiam ferat? Hinc magna quotidie nos interpellantium multitudo; & plerumque in ejuſmodi cauſis ob res exigui momenti moleſtamur, magnam ſuſtinentes moleſtiam, & videntes magnam virorum magnamque mulierum multitudinem ſedibus ſuis (19) excitari, & ad felicem hanc civitatem venire, quorum plurimi mendicantes etiam & ſtipem colligentes hoc agunt, interdum etiam hic moriuntur.

CAPUT II.

De reis præſentibus.

SI igitur ambo & actor & reus in provincia ſint, nullo modo in aliam provinciam, aut in felicem hanc urbem, neque ex privilegio aliquo,

re non quærat. Hal. *neque extra ejus provinciæ terminos meliore loco & conditione eſſe affectet.* Πλεονεκτεῖν eſt *plus poſſidere, ſuperiorem eſſe, circumvenire, vi agere, aliena diripere.*

(14) *probationem*] ἐλέγχων. *Hal.* ἀποδείξεων.

(15) *deliquat*] πλημμελοίη. *Hal.* πλημμελοῖ.

(16) *majus*] μεῖζον ἐπ. *Hal.* ἢ μεῖζον ἐπ, quod ſenſum turbat.

(17) *quem*] ἔνγε. *Hal.* ὅγε, forte ὅγε.

(18) *minimum*] τὸ λάχιςον. Hal. τὸ ἐλάχιςον.

(19) *excitari*] ἐξανιςάμενον. ſcil. πλῆθος. *Hal.* ἐξανιςαμένον, & mox ἀφικνούμενον pro ἀφικνούμενον. Vet. *plurimamque mulierum ex propriis locis agitatus &c. & venientes.* Sequitur, ὧν οἱ πλεῖςοι. Ubi Hal. ὧν οἱ πολλοί.

Digitized by Google

quo, neque ex juſſione, cauſa trahatur, ſed ibidem (20) decidatur. Sin autem unus quidem adſit, alter vero abſit, & qui præſens eſt (21) ex domo abſentis injuria afficiatur, omni modo ille, qui injuſtitiam fecit, conveniatur, ſive curator ſit, ſive conductor, ſive quicunque alius ex illis, qui ad eum pertinent. Liceat vero illi ſecundum provinciæ diſtantiam (juxta communem legem olim latam) terminum accipere & quæ geruntur illi indicare, ad quem res ſpectat. Et ſi quidem provincia, in qua hoc agitur, propinqua ſit, una aut duabus provinciis (22) interjectis, quatuor menſium tempus illi detur: ſi major ſit diſtantia, ſex: ſin autem ex Palæſtina forte, vel Ægypto, vel remotioribus gentibus, octo menſes ad hoc ſufficiant. Quod ſi ex occidentalibus vel (23) ſeptentrionalibus gentibus, vel illis, quæ (24) in Libya ſunt: tum id tempus, quod legiſlatoribus, qui ante nos fuerunt, ſufficiens viſum eſt, novem ſcilicet menſium (25) conſtituatur: ut ille, ſi quidem ei, qui indicavit, fidem habet, hanc litem illi committat: ſin vero ſequius de eo cogitat, alium mittat, qui omni modo actionem ſuſcipiat, & omnino judicatum ſolvat, niſi appellatio ſecuta fuerit, ſive ex magna ſive ex parva cauſa. Quod ſi hic quidem indicaverit, ille vero non committat, & tempus præfinitum tranſeat, judex cauſæ eum, qui conventus eſt, (26) tanquam legitimum procuratorem, pro abſente, etiam invitum judicio ſuo ſiſtat, atque cauſa examinata (27) veluti

(20) *decidatur*] τέμνεσθαι. *Hal.* τεμνέσθω. Ut ante ἑλκέσθω. Sed paulo poſt pro διδόσθω *Hal.* habet δίδοσθαι.

(21) *ex domo*] ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ μὴ παρόντος. Hal. ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ ἀπόντος.

(22) *interjectis*] ἐν μέσῳ καθεστωσῶν. *Hal.* καθεστώσων.

(23) *ſeptentrionalibus*] Julian. *in arctois locis*. Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* verb. *Arctoa*.

(24) *in Lybia*] ἐπὶ Λιβύης. *Hal.* ἐπὶ Λιβύῃ.

(25) *conſtituatur*] ὁριζέσθω. Hal. ὁρίεσθω.

(26) *tanquam legitimum*] ὡς δὲ κυρίως πράττοντα τὸν ὑπαμένον &c. Hal. ὡς δὲ κύριον πράττοντα &c. qui totum hunc locum ita vertit: *tunc qui ei cauſa audientiam accommodat, eum, qui in crimen vocatus eſt, pro abſente perſona, quaſi is ipſe dominus ſit, qui fecit, vel invitum ſuo judicio ſiſtito.* Κύριος eſt cum *poteſtate*. *Heſych.* Κύριος, βέβαιος, ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστής. Ὁ πράττων eſt Procurator. Ut *Nov. 1. cap. 2. §. 1.* ὁ πρός γε ὑπὲρ αὐτοῦ πράττοντος.

(27) *Veluti*] ὡς παρόντος. Illud ὡς deeſt apud *Hal.* & *Vet. Interpretem*.

uti præſente eo, qui actionem ſuſtinet, illum condemnet, ſi reus probetur, & præterea eum qui poſt talem admonitionem in provinciam aliquem mittere noluit, ſi modo eum ſontem eſſe plane appareat. Ac ſi dives ſit, ipſe ſolvat judicatum: ſin autem inops ſit, nec ad totam condemnationem ſufficiat, tum (28) ex abſentis etiam bonis victori damnum reſarciatur.

CAPUT III.

De reis abſentibus.

SI vero nec ille compareat, qui dominum litis, vel eum, qui pro illo legitime agit, ſiſtere juſſus eſt, tum quidem voce legis citetur: ſi vero non obediat, abſens quoque condemnetur, ſecundum formam quæ (29) eremodicium appellatur. Qui enim temeritate quadam judicium deſerit, in nullo inferior habebitur eo, qui præſens eſt. Si tamen hic quidem forte adſit, aut miſerit quendam, accuſator vero deſerat, tunc & reum dimittat, & calumniatorem illi damnum reſarcire cogat. Ita (30) enim omnes moderati erunt, ita peccare (31) deſinent, ita non putabunt (32) divitias juſtitiam vincere poſſe.

§. 1. Neque nos latet forte nec hoc ſufficere ad cauſam perfecte ſanandam, cum judices potentioribus magis, quam iis, qui juſtiora volunt & in provincia ſunt, gratificentur. Simul tamen ſcimus maximam partem injuſtitiæ nos hac lege (33) ſanaturos eſſe: imo quantum in nobis eſt, totum ſanatum erit. Cum enim non aliter Magiſtratus conferamus, quam ſi illi, qui eos ſuſcipiunt, jusjurandum prius præſtent (34) ſe juſte judicaturos, & puras manus ſervaturos eſſe,

(28) *ex rebus*] ἐκ τοῦ ἀπόντος. Hal. ἐκ τῶν τοῦ ἀπόντος. Recte.

(29) *Eremodicium*] Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* illa voce.

(30) *enim*] γὰρ deeſt ap. Hal. & Vet.

(31) *deſinent*] παύσονται. *Hal.* παύσωνται.

(32) *divitias*] δοκεῖν τὸ πλοῦτον τοῦ δικαίου κρατεῖν. In Baſil. deeſt τὸ δύνασθαι.

(33) *ſanaturos*] θεραπεύσοντες. Omiſſum hoc in *Hal.* editione, qui proinde vertit; *ſcimus tamen bonam maleficiorum partem hac legiſlatione imo (quoad nos) quicquid uſquam eſt, ad ſanationem eſſe perductum.*

(34) *ſe juſte*] ἀεὶ τὸ δίκαιον &c. *Hal.* non habet illud ἀεὶ. Nec *Vet. Int.*

Digitized by Google

eſſe, on alia, credo, adjectione poſt hanc legem (35) indigebimus, mos illi juſte judicent, ad legem ſimul & jusjurandum reſpicientes.

CAPUT IV.

De fori præſcriptione tollenda.

NEmo vero a Magiſtratu provinciali delinquentes eximat, aliquo privilegio, aut poteſtate, aut ſanctione utens: niſi forte ſacra noſtra (36) pragmatica ſanctio occaſione publicæ cauſæ emiſſa, aliquem hic conveniendum eſſe præcipiat, vel lex, ut in appellationibus, id faciat: quanquam etiam hoc magna ex parte ſanavimus, multos majorum Magiſtratuum, qui in provinciis ſunt, judices appellationum (37) conſtituentes, ut apud illos potius (ſi (38) de maximo quodam negotio quæſtio non ſit) quam in felici hac civitate appellationis cauſa agatur.

§. 1. Hanc igitur legem juſtitiæ dedicatam, juſtiorem adhuc efficiemus, ſi nemini permittemus, ut contra eam (39) privilegium aliquod habeat, neque ab hac lege ullo privilegio eximatur, nec ſi id ſanctiſſimæ alicui Eccleſiæ, vel ſacro cuidam Xenodochio, vel in univerſum venerabili cuidam domui, vel alicui ex regiis domibus, vel ſacro (40) patrimonio, vel ſacris privatis, (quæ merito poſt ſummum honorem ſecundo loco ſunt poſitæ) nec ſi quibuſdam ex Magiſtratibus, vel poteſtatem habentibus, vel denique cuidam ex ſubjectis nobis hominibus conceſſum ſit; ſed omnes legi (41) obediant, & legi juſtitiæ ſubjecti

(35) *nos egere*] δεησόμεθα. *Hal.* δεηθησόμεθα.

(36) *pragmatica ſanctio*] πραγματικὸς τύπος. Hal. πραγματικὸς νόμος. Illud convenientius legi arbitratur *Agylæus.* Attamen πραγματικὸν τύπον Imperator ſupra expreſſe νόμον appellari dixit.

(37) *conſtituentes*] καθιστῶντες. *Hal.* καθιστῶντες.

(38) *de maximo*] περὶ μεγίστου τινός. Hal. περὶ μεγίστου τινός.

(39) *aliquod*] ἔχειν κατ' αὐτοῦ προνομίαν. *Hal.* addit τινὰ προνομίαν. Vet. habet, *quædam privilegia.* τινὰ προνόμια. Sequitur μηδὲ ἐξαιρεῖσθαι τοῦ νόμου τούτου μηδ' ὁποῖον προνόμιον. Vet. *quolibet privilegio.*

(40) *patrimonii*] Vid. *Gloſſ. Jul.* ea voce.

(41) *obediant*] ὑπακούειν. *Hal.* ὑπακούσειν.

Digitized by Google

ſubjecti eam honorent, atque in (42) perpetuum validam exiſtiment. Neque ad ſe ipſos ſolum reſpiciant, ſed & ad ſequentes ſucceſſiones, ac ſciant nihil fere eorum, quæ in terra ſunt, in eodem ſtatu manere, ſed naturam ſemper fere fluxam eſſe, & ad multas atque inopinatas mutationes delabi, quas nec prævidere, nec prædicere facile licet, cum ſolus Deus & poſt Deum Imperator hæc (43) moderate & juſte gubernare poſſit.

§. 2. Si vero quis ſacris etiam quibuſdam ſanctionibus, ſive pragmaticis, ſive aliis, de ejuſmodi re ipſi præbitis utatur, omnino irritæ erunt, Magiſtratibus magnam pœnam ſolventibus, ſi ſoli eas ſuſceperint. Neque illi ſolum, quod factum eſt, ſed & illi, quod futurum eſt medemur. Nam ſi poſtea tale quid cuidam ex noſtris ſubditis præbeatur, vel alii cuidam ex illis, quibus prius interdiximus, (in quibus, uti dictum eſt, Eccleſias, ſacra Monaſteria, ſacras noſtras domus, ſacra privata & ſacrum patrimonium comprehendimus,) nec illa omnino valebunt. Atque hæc lex ubique ſuam virtutem (44) juſte extendat, ac futura non minus certa conſtituat, quam præteritis medeatur.

§. 3. Scitote igitur omnes ſubditi, quoſcunque Deus majoribus noſtris & nobis donavit, nos hanc legem vobis dare, omnemque ſecuritatem præbere: (45) nec longum iter facietis, nec propter potentiores lachrymas fundetis, nec nos, quod hæc non ſanemus, culpabitis, ſed quilibet e propinquo pœnam in eos, a quibus forte læditur vel damno afficitur, ſtatutam videns, (46) & ad hanc ſanatam reſpiciens, magnum & bonum Deum laudabit, qui nos illuſtravit, ut hæc pulchre & juſte ſanciremus. Pœna vero Magiſtratuum, qui hæc delin-

(42) *perpetuum*] διὰ πάντων ἄγοιεν ἰσχυρῶς. Vet. *& per omnia habeas fortem.* Lege *fortem.*

(43) *moderate*] μετρίως. Vet. *mediocriter.*

(44) *juſte*] δικαίως. *Hal. juſtam δικαίαν.* Vet. *juſte.*

(45) *nec longum*] καὶ οὔτε ὁδοιπορήσετε μακράν. *Hal.* ὁδοιπορήσαντες.

(46) *& ad hanc*] καὶ ταύτην θεραπευομένην βλέπων. Vet. *& hanc curam videns.* Videtur ille θεωρῶν legiſſe vel ſimile quid, quod loco huic magis convenit. Senſus enim quem noſtra præfert ſcriptura non ſat rectus eſt.

Digitized by Google

delinquunt (47) aut negligunt, ſit tum amiſſio Magiſtratus, tum & decem auri librarum multa.

EPILOGUS.

GLorioſiſſimi igitur ſacro noſtro prætorio Præfecti, qui ubivis in ditione noſtra ſunt, hanc legem cognoſcentes, eam in diœceſibus, quæ ſub illis ſunt, & in tota Italia, Lybia, inſulis, oriente & quantum in Illyrico eſt, proponant: atque omnes ſciant, quantam eorum curam geramus, quod Deo, qui hæc nobis præbet, legem offeramus, (48) quæ magnam nobis defenſionem dabit, quod pro ſalute ſubditorum hæc ſancivimus. (49) Proponatur Conſtantinopoli. Imper, Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno XII. Johanne V. C. Conſ.

Tit. XXV.

(1) De decurionibus, ut illi accepta (2) dignitate præfectoria tum demum a Curia liberentur, quando eam, (3) quæ in actu verſatur, acceperunt.

(47) *aut negligunt*] ἢ προϊέμενοι. *Hal.* προϊεμένοις. Rectius forte; nam paulo ante: εἴπερ ὅλως προσδέξοιντο. Heſych. προσίεται, ἀρέσκεται, προσδέχεται, ἡδέως λαμβάνει. Vetus Interpr. habet, *ſuſcipientibus.*

(48) *quæ magnam*] ὃς μεγάλην ἡμῖν τὴν ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀπολογίαν δώσει. *Hal. quæ magnam nobis apud Deum reddendæ pro noſtro Imperio rationis copiam præbitura eſt, qui per cauſam ſubditorum talia ſancierimus.* Apud *Hal.* in ſeq. deeſt τῆς σωτηρίας *ſalutis.*

(49) *Proponatur*] Vet. *Dat. Kal. Jun. Conſtantinop.* &c. Julian. *propoſita Conſt. Imp.* &c.

(1) *De decurion.*] Vid. *Vet. verſ.* quæ aliter.

(2) *dignitate præfectoria*] Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* voce *præfectoria dignitas*, & verb. *præfecti prætorio, qui?*

(3) *quæ in actu*] ὅτι ἔμπρακτον ταύτην λάβοιεν. Vet. *quæ in cingulo & quæ in actu ſunt.* Julian. *in geſtu poſitus, quæ in geſtu præfulget.* In geſtu poſitus videtur, qui revera præfectus vel Magiſter militum factus eſt. Vid. *l. 3. Cod. d. Conſul. & non ſparg.* Vid. & *l. 1. C. Th. ut dignit. ord. ſerv. l. 2. C. Th. de quæſtor. l. 1. d. Comit. & l. 1. d. Comit. qui in Illyr. agent. l. 8. d. Princ. agent. in reb. ibidem.* ibique *Gothofred.* Vid. *Ant. Aug.* verb. *geſtus.*

Digitized by Google

CONSTIT. LXX.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo per Orientem iterum Præfecto Prætorio, (4) Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

MUlta ex his, quæ olim ſancita fuerunt, neglecta, nec in republica obſervata, ſine lege eſſe omnino nobis videntur. Scimus enim antiquam Præfecturæ cujuſdam ſpeciem fuiſſe, quam (5) honorariam appellarunt, codicillis ab Imperatore hanc in rem collatis: eamque ita nominarunt, quia nihil aliud quam nudum honorem in illos, qui eo dignabantur, conferret, nec curiales conditione curialium (6) liberaret, niſi quis eam re ipſa adminiſtraverit. Et quemadmodum in glorioſiſſimis Magiſtris militum videmus, neminem neque per Magiſterium militum curiali conditione liberari, niſi illud re ipſa obierit; [nam & magiſterium militiæ (7) præfectorium eſſe leges noſtræ dicunt: nudi vero magiſterii militum (8) codicilli præbent dignitatem, a conditione non liberantes.] ita & in hac præfectura, ſi quis a tali conditione liber (9) futurus eſt, oportet ut (10) ipſum Magiſtratum gerens a vinculis curiæ per illum liberetur.

CA-

(4) *Exconſuli*] ἀπὸ ὑπάτων. Addit Hal. ὀρδιναρίων.

(5) *honorariam*] Hal. ὀνοραρίαν. Vid. *Gloſſ. Julian.* verb. *honoraria dignitas*, & *Julianum ipſum.*

(6) *liberaret*] ἀπήλλαττε. *Hal.* ἀπήλλαττε.

(7) *præfectorium*] Hal. πραιφεκτορίας.

(8) *Codicilli*] κωδικίλλοι. *Hal.* κωδικίλλοι.

(9) *futurus eſt*] εἰ μέλλοι. *Hal.* εἰ δέοι. Vet. *ſi futurus ſit fieri.* Sequitur ἐλευθερ© τοιαύτης γίνεσθαι τύχης. Hal. τοιαύτης τύχης τυγχάνειν.

(10) *ipſum Magiſtr.*] αὐτῇ τῇ ἀρχῇ παραγγείλαντα. Rectiſſime Vetus Interpr. *ipſo cingulo adſignatum.* Nam honorarii cingulum non habent, & ἀρχὴ *adminiſtrationem* ſignificat ſive *cingulum.* Quid autem ſibi voluit is qui vertit, *poſito per denunciationem Magiſtratu? Cujac. in Expoſ. h. Nov.* Sic vertit *H*aloander, ſed minus recte. Sermo enim eſt de iis qui adminiſtrationes ipſo actu gerunt, qui honorariis opponuntur. Hinc enim Imp. dicit αὐτῇ τῇ ἀρχῇ &c. De verbo παραγγέλλειν vid. ſupra *Nov. 5. n 10.*

Digitized by Google

CAPUT I.

Hanc igitur legem renovantes ſancimus, ſi Imperatori decurionem ornare placuerit, & quidem ita, ut eum quoque a conditione illa liberet, ut ſymbola Magiſtratus ei det, (11) eumque in tali ſede conſtituat, [ſive in Veteris Urbis & novæ hujus noſtræ Romæ Præfectura, ſive in Prætorianis tribunalibus, tum in Oriente, tum in Occidente, tum in Libya, tum in Illyrico, quæ omnia nobis Deus ſubjecit,] & ſic libertate fruatur, ut illi magno honore dignati, & (12) carpento vecti; & clamorem præconum audientes, & inſuper judiciales thronos aſcendentes, ab ejuſmodi fortuna liberi ſint. Si vero eos ſolius honoris participes reddere voluerit, codicillos quidem faciat, eosque det: tantum vero Imperatoris datio valeat, ut ille quidem honoratus, & magnæ Curiæ pars eſſe videatur, non tamen Curiæ provinciali nec albo ejus eximatur, ſed in priſtina conditione maneat. & ſolum honorem (13) lucretur, ac Deo & Imperatori gratias agat, quod ipſum a priori humilitate liberatum ad meliora tranſtulerint. Atque hoc ſit additamentum Imperialium præmiorum, quod neque fiſcum imminuit, nec curialem conditione aut conſuetis illi functionibus liberat, & illi, qui ea ornatus eſt, præſentem conditionem (14) auget, atque honoratiorem reliquis curialibus, & ſola dignitate præſtantiorem oſtendit.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis (15) placuerunt, Excellentia Tua cuſtodire ſtudeat, ſciens nos curialibus nihil ademiſſe, ſed ut illi honoratiores

Xxx 2 videan-

(11) *eumque*] καὶ παρασκευάζειν αὐτὸν ἐπὶ τῶν τοιούτων χρήματος θρόνων. Hal. ἐπὶ τὸν τοιοῦτον &c. Poſſet legi ἐπὶ τὸν τοιοῦτον θρόνον. Sed non eſt neceſſe. Paulo poſt deeſt τὸ Ῥώμη, apud *Hal.*

(12) *carpento*] ἀπήνη. Rectiſſime Vetus Interpres, *carpentum*, quod Vopiſcus *judiciale carpentum. Cujac. in Expoſ. h. N.* Vide quæ ſupra notata ſunt ad *Nov. 24. n. 23.*

(13) *lucretur*] κερδάναντι. Hal. κερδαίνοντι. Et mox pro βασιλεῖς & ἀπαλλάξαι, βασιλεῖ, & ἀπαλλάξαι.

(14) *auget*] αὔξειν. *Hal.* αὔξαν. Τὸ παρὸν deeſt, apud *Hal.*

(15) *placuerunt*] Addit *Hal.* ſolita illa: καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, *& hac ſacra lege declarata ſunt.*

Digitized by Google

videantur effeciſſe. Quare urbes per edicta tua hæc cognoſcant, (16) quo Curiales, qui in iis ſunt, hæc intelligentes, imperium noſtrum merito laudent. (17) Dat. Kal. Jun. Conſtantin. Imp. Dn. Juſtin. P. P. Aug. Ann. XII, Johanne V. C. Conſ.

TIT. XXVI.

Ut illuſtres in cauſis pecuniariis omnino per procuratores, quando vero de injuria (1) criminaliter agunt, ſecundum privilegium ipſis conceſſum cauſas agant. Clariſſimis autem & per ſe & per procuratores licere cauſas pecuniarias agere.

CONSTIT. LXXI.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo per Orientem iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli, (2) Conſuli ordinario & Patricio.

(3) QUæcunque honoris & formæ melioris cauſa eduntur, quod vero inde evenit, non honorem, ſed forte damnum quoddam inducit, ea brevi lege ſananda eſſe duximus. Dictum enim eſt in quibuſdam conſtitutionibus, nemini ex (4) Clariſſimis per ſe ipſum cauſam agere, per procuratorem vero omnino (5) licere. Sed hoc quidem vetuſtas in honorem dignitatum conſtituit. Multos vero videmus

(16) *quo curiales*] deſunt hæc in Veteri verſione. Ubi eſt, *quatenus imperio datur.*

(17) *Dat.*] Sic & *Vet.* Julian. *Dat. Conſ. Johannis.*

(1) *criminaliter*] ἐγκληματικῶς. *Hal.* ἐγκληματικοῖς, criminalibus. Illud recte. Nam *cap 1.* eſt κατὰ τὸν ἐγκληματικὸν τρόπον.

(2) *Conſuli*] τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων, ὑπάτῳ ὀρδιναρίῳ. *Hal.* τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίων, *iterum Exconſuli ordinario.* In Vet. verſ. deeſt, *Conſuli ordinario.*

(3) *Quæcunque.*] Vet. *quæcunque procedunt quidem quaſi honoris cauſa, ſchematis melioris ſunt: quod autem hinc evenit, non honorem ſed forſan* &c. *Hal. quæ quaſi honoris & melioris habitus ac formæ cauſa procedunt, cum quod exinde provenit, non honorem indicat ſed potius læſionem quandam*: Vid. verſ. ſeq. *ſed hoc quidem.*

(4) *Clariſſimorum*] Vid. *Ant. Aug.* verbo *Clariſſimi.*

(5) *licere*] ἐξεῖναι. Recte. Hal. ἐξῆ.

mus dignitatem quidem adeptos, & inter Clariſſimos, aut Comites, aut Tribunos, aut ſi qui alii ſunt, relatos, tam exigui vero patrimonii dominos eſſe, ut ad procuratoris conſtitutionem & ſumtus ad hoc neceſſarios plane non ſufficiant.

CAPUT I.

SAncimus igitur, ut id in magnificentiſſimis (6) Illuſtribus obtineat, & illi omnino per procuratorem pecuniarias cauſas agant, actionem etiam injuriarum criminaliter per procuratorem moveant, ſecundum privilegium hac in re illis conceſſum: ne vel una cum judicibus, quando judicant, ſedere, vel rurſus tanquam litigantes adſtare cogantur. Res enim ab utraque parte periculoſa eſt, ſive dignitates injuria afficiuntur, ſive judiciale ſchema non rite procedat. Poſt magnificentiſſimos igitur Illuſtres, omnibus, qui volunt, procuratores conſtituere & per ſe cauſam agere liceat, nulla exinde neque prohibitione, neque damno, neque pœna (7) præterea eis inferenda.

EPILOGUS.

TUa igitur Eminentia, quæ nobis placuerunt & ſacra hac lege declarantur, omnibus manifeſta faciat, quæque hac in re fieri ſolent, agat. (8) Dat. Kal. Jun. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XII. Johanne V. C. Conſ.

COLLATIO SEXTA.

Tit. I.

(1) De Curatoribus & Tutoribus & cura minorum.

(6) *Illuſtribus*] Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *Illuſtres.*

(7) *præterea*] παρὰ τοῦτο. Hal. περὶ τοῦτο, *circa hoc*, quod rectius.

(8) *Dat. Kal.*] Vet. *Dat. prid. Non. Jun. Conſtantinop.* PP. *Imperii. Dn. Juſtiniani Auguſti Anno XII. Johanne V. C. Conſ.* Apud *Julianum* deeſt ſubſcriptio.

(1) *De Curatoribus*) περὶ κουρατόρων καὶ κηδεμόνων &c. Sic & *Hal.* qui tamen Veteris interpretis inſcriptionem prolixiorem verſioni ſuæ præmiſit.

CONSTIT. LXXII.

Idem Imperator Johanni Glorioſiſſimo per Orientem iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli, (2) Conſuli ordinario & Patricio.

TOta quidem Reſpublica Legislatori magnæ curæ eſt, ut optime ſe habeat, & in nullo peccetur: præcipue vero (3) contractus minorum & eorum cura, res eſt, quæ magno ſtudio ab illis tractatur, qui leges ferendi poteſtatem a Deo acceperunt: de Imperatore autem loquimur. Multas igitur lites audivimus, ubi egregiis tutoribus contra minores, ſive impuberes, ſive puberes quidem, in ſecunda tamen ætate conſtitutos, ceſſiones fiunt, hique ſtatim domini efficiuntur ſubſtantiæ illorum, & forſan debita non exiſtentia ſubeunt, vel exiguo pretio ceſſa accipiunt,(4) quæ plane idonea non ſunt, vel etiam (5) apochas debitorum, quæ inter res minorum ſunt, occultant. Atque ita ceſſiones accipientes multis aliis prætextibus(quid enim homo ad malitiam ſemel declinans non inveniat?)res minorum ſibi vindicant.

CAPUT I.

Qui tutores vel curatores pupilli vel adoleſcentis eſſe poſſint.

HÆc omnia lege corrigere volumus, & inſuper illud, ſi quis minorem vel res ejus ſibi obligatas habeat, ut hic nullo modo ad tutelam ejus accedat, etſi a legibus vocetur. Quid enim ille in ſuam utilitatem, non faceret (6) qui dominus ſui ipſius & rerum adverſarii factus eſt? Quare etiam illud ſancimus, ſi apertiſſime conſtet tutorem

(2) *Conſuli ord.*) Non habet hæc *Hal.* ſed ut *Nov. præced.* ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίων, *Exconſule ordinario.*

(3) *contractus*) συμβόλαια. Hal. σύμβολα. Vet. *inſtrumenta.* *Hal.* *contractus.*

(4) *quæ plane*) τὰ πανταχόθεν σαθρά. Vet. *quæ ſunt undique fragiles.* *Hal.* *undequaque marcida.* *Heſych.* σαθρὰ ἀσθενῆ, κεκλασμένα. Gloſſ. Cyrill. σαθρὸς, *quaſſatus, fragilis.*

(5) *apochas*) ἀποδείξεις. Hal. probationes vertit. Vet. *deſuſcepta.* Recte. Sunt tamen *apochæ*: Nov. 49. ubi vid. n. 31.

(6) *qui dominus*) κύριος ἑαυτοῦ τε ὤν. Baſilic. κύριος αὐτοῦ, *minoris* ſcil. *Hal.* ἑαυτοῦ. Lege αὐτοῦ. Contius edidit ἑαυτοῦ τε ὤν. Vet. *dominus ejuſdem exiſtens.*

Digitized by Google

rem minori obligatum eſſe, ut neque is (7) tutor ſit: ne forte aut (8) inſtrumentum ſurripiat, aut alias probationes, quas minor habet, ſubducat, (9) eique tutela in rerum ſuarum perniciem cedat. Hoc igitur certa lege comprehendatur, ut nemo, qui res defuncti & minorem ipſum, ejuſve res obligatas ſe habere dicit, aut (10) aperte illi obligatus eſt, ad tutelam ejus accedat, nec licentiam tale quid faciendi habeat.

CAPUT II.

Ut tutori, qui pupilli debitor aut creditor factus eſt, curator adjungatur.

(11) ET in univerſum, ſi ei, qui jam curam gerit, minor obligetur, delata forte ad eum hæreditate cujuſdam, qui minorem obligatum habuit, vel alia ejuſmodi cauſa: non amplius illi ſoli impuberum vel minorum cura credatur, ſed alius illi tutor vel curator adjungatur, (id quod in multis legum caſibus invenimus) ut is obſervet, ne contra minorem vel ſubſtantiam ejus, ab illo, cui is obligatus eſt, doloſa quædam machinatio interim fiat: ſed hoc ipſum obſervet & tam jusjurandum, quod, cum conſtitueretur, de his obſervandis præſtitit, quam (12) & pœnam proditionis reſpectu contutoris reformidet.

CAPUT III.

Ne quiſquam ob debitum aliquod a tutela vel cura excuſetur, niſi prius id probaverit.

NE vero omnibus hominibus excuſationem tutelæ aut curæ concedamus, ſi res minorum ſibi obligatas habere dicant, vel illi

(7) *tutor ſit*) κηδεμὼν ἔσαι. Baſil. κηδεμονεύετω.

(8) *inſtrumentum*) γραμματεῖον. Vet. *cautionem* Hal. *calendarium*. *Hic* videtur accipiendum pro omni *ſcriptura*, ſyngrapha vel inſtrumento *Vetus* intelligit ſcripturam, qua de debito cavetur.

(9) *eique*) τούτῳ. Hal. τούτου.

(10) *aperte*) φανερῶς ὑπεύθυνον ὄντα. Hal. φανερῶς ὑπευθύνων ὄντων. Male.

(11) *Et in*) καὶ τὸ καθόλου. Hal. καίτοι καθόλου.

(12) *& pœnam*) Hal. *quam etiam pœnam hoc nomine*, ſi minoris commoda curatori prodiderit, reveritus. *Habet* autem *Hal*. pro συγκηδέματα quod retinendum, κηδέματα.

illi (13) manifeſto obligati ſint: ſancimus, ſi quis dicat, minorem, vel res ejus, vel parentes minoris ſibi obligatos eſſe, ut (14) intra tempus excuſationis, apud eum, qui curatorem dat, illud oſtendat, & liberetur: vel ſi id obſcurum ſit, jurejurando coram ſacris eloquiis præſtito, quod revera ſe eum obligatum habere credat, excuſetur: quo facto neque tutelam neque curam attingat, ſed (15) longiſſime ab hoc negotio removeatur, ne hoc ipſo hoſtem, non vero curatorem minori demus.

CAPUT IV.

Si tutor vel curator ſe debitorem vel creditorem eſſe ab initio celaverit.

SI vero initio hoc tacuerit & tutor factus ſit, omni actione adverſus minorem, etſi vera ſit, ſe caſurum eſſe ſciat, (16) quod de induſtria contra hanc noſtram legem id diſſimulaverit. Si vero quis, cum manifeſte obligatus eſſet, tacuerit, ille quoque hanc pœnam ſe ſubiturum eſſe ſciat, (17) quod numerationibus vel aliis ſolutionibus tempore forte tutelæ doloſe adornatis debito ſe eximere non poſſit.

CAPUT V.

Ne curatores ullo modo minorum ceſſiones ſuſcipiant.

SI vero quis, ut dictum eſt, curator factus, res minoris perſcrutatus fuerit, atque effecerit ut ceſſiones ſibi ipſi vel per donationem, vel per venditionem, vel alio quocunque modo fierent, ſciat, omnino irritum eſſe: quod ab eo geritur, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam tale quid faciat, ſed illa plane invalida ſint, (18) perinde ac ſi plane non eſſent facta. Manifeſtum enim eſt, ſi in talem cogitationem veniat,

(13) *manifeſto*) προφανῶς. Hal. περιφανῶς.

(14) *intra tempus*) πρὸ τὸν καιρὸν Hal. περὶ. Recte.

(15) *longiſſime*) πορρωτάτω. *Hal.* πορρώτατον.

(16) *quod*) διὰ τὸ ἐξεπίτηδες περὶ τὸν νόμον τοῦτον παρὰ προσποίησιν. Vet. *propter hoc quod ex ſtudio adverſus hanc noſtram legem firmetur.*

(17) *quod numerat.*) τὸ μὴ δύνασθαι καταβολαῖς. &c. *Hal.* τῷ μὴ &c. Vet. *redhibitionibus.*

(18) *acſi*) ὡσανεί. *Hal.* ὡς ἄν.

veniat, cum omnia ad interitum animæ ſuæ, & rerum, quæ illius eſſe apparent, (19) utilitatem facturum & adminiſtraturum eſſe.

§. 1. Neque ſolum quamdiu curator fuerit, ſed & poſtea illum ab ejuſmodi ceſſione arcemus: ne forte hoc in animo habens, rem (20) abſcondat, & ubi eam male (21) præordinavit, deinde quando curator eſſe deſiit, & quod dolo machinatum eſt, (22) latet, tum forte cum non amplius eſt tutor, ceſſionem accipiat, & in re doloſe verſetur. Nam tunc irritum eſſe volumus, quod factum eſt, & ut nullam actionem contra eum, qui antea in cura fuit, ceſſam obtinere poſſit: ſed pro non facto habeatur, & lucrum ſit minoris, licet ceſſio ex veris cauſis facta ſit: non ut rurſus ad cedentem redeat (quaſi nihil interim contra legem factum eſſe videatur) ſed ut iis excidat, quæ legem noſtram violando exinde acquiſivit, atque illa minor lucretur. Niſi enim hanc pœnam conſtituamus, facilis erit dolus, & efficiet, ut cedens rurſus litem moveat, (23) ejuſque interventu ceſſionem accipiat, legem dolo ſuo eludens. Atque hæc dicimus de omni curatore, in quibuſcunque etiam leges curam inducunt, ſive in prodigis forte, ſive furioſis, ſive mente captis, vel ſi quid aliud lex jam dixit, vel natura quid inopinati inveniet.

(19) *utilitatem*) ὠφέλειαν. Vet. *utilitatem*. Sic & *Hal*. Vide an legendum ἀπώλειαν, *perniciem*; ut *cap. 1.* ſupra. καὶ ἡ κηδεμονία γένοιτο τούτῳ τῶν οἰκείων πραγμάτων ὄλεθρος. Vel an ſenſus ſit, *illum ad rerum ſuarum utilitatem hæc agere, ſed ad animæ perniciem*, per ὕστερον πρότερον.

(20) *abſcondat*) ταμιεύσηται. Vet. *abſcondat*. *Hal*. rem *ad tempus ſeponat*. Gloſſ. Cyrill. ταμιεύω, *fiſco*, *proſcribo*. Heſych. ταμιεύεται, διοικεῖται, ἀποκρύβει.

(21) *præordinavit*) προκατασκευάσας. Vet. *præordinans*. Hal, *quod malitioſe prius in animo conſtituerat*. Προκατασκευάζω eſt, *præconſtituo*, *præparo*. Imperator mox dicet, τὸ κακουργηθὲν, *quod dolo fecit*. Et ante μή ποτε τοῦτο ἐννοήσας &c.

(22) *lateat*) λάθοι τὸ κακουργηθέν. *Hal*. λάθοιτο τὸ κακ. Et mox pro παύσαιτο, παύσοιτο.

(23) *ejuſq; interv.*) διὰ τοῦ μέσου τὰ τῆς ἐκχωρήσεως λήψεται. Vet. *& per medium ea quæ ſunt ceſſiones recipiet*. Hal. *ipſius interventu*. Sic ſupra *Nov. 55. cap. 1.* διὰ μέσης τῆς βασιλείας, *mediante Imperatore*.

CAPUT VI.

De admininiſtratione pecuniæ pupilli.

QUoniam autem videmus curatores, qui Deum timent, ad tutelas gravare accedere, (multis enim, qui eorum res, quorum curam gerunt, impie ad ſe (24) trahere volunt, res amabilis eſt & acceſſu facilis) videmus etiam tutelam eſſe rem maxime difficilem, propter fœnerationum neceſſitatem: ſancimus, ne curatoribus ulla neceſſitas a lege incumbat, ut pecunias minorum fœnori dent, ſed in tuto reponant, (25) illiſque ſervent: cum melius ſit, ut (26) ſors illis in tuto ſit, quam ut cupiditate uſurarum etiam ſorte excidant, & tutor in periculo ſit, ſi non fœneret, ac rurſus ſi fœnori det, periclitetur, ſi inforiunium (27) in debitis forte contingat. Si tamen ſua ſponte fœnerari voluerit, forte pignoribus datis vel aliis cautionibus, quas ipſe pro indubitatis habet, tum quolibet anno duorum menſium inducias quidem habeat, (id quod leges laxamentum vocant) ſciat vero periculum (28) crediti ad ipſum omnino venturum eſſe.

CAPUT VII.

ITaque ſi (29) is, qui in cura eſt, ſufficientes reditus habeat, illos expendat: ſi vero majores ſint, quam opus habet, quod excurrit, reponatur. Quod ſi forte mobilis ſit ſubſtantia ejus, cujus cura geritur, tum curator illud ſolum mutuum dare cogatur, quantum ad adminiſtrationem minori rerumque ejus ſufficit, reliquum autem in tuto reponatur. Licebit vero illi cum omni diligentia inquirere, num forte certum aliquem reditum reperire poſſit, ut eum ex pecuniis, quæ ſuperſunt, minori emat, qui modicis tributis publicis obnoxius ſit, quique idoneum

(24) *trahere*) τρέψαι. Hal. ςρέψαι.

(25) *illis ſervent*) καὶ φυλάττειν αὐτοῖς. Baſil. & Hal. αὐτά.

(26 *ſors*) ἐπὶ τοῖς ἀρχαίοις. Vet. *in antiquis.* Notum vero eſt ἀρχαῖον *ſortem* eſſe κεφάλαιον, unde reditus proveniunt.

(27) *in debitis*) ἴσως ἐπὶ τοῖς χρέεσι γενομένης εἰμὶ τοι ἀυτὸς ἑαυτὸν δανεῖσαι βουληθεῖν. Deſunt hæc in *Hal.* editione.

(28) *crediti*) δανείσματος. Hal. δανείου.

(29) *is qui in*) ὁ κηδεμονευόμενος. *Hal.* ὁ κηδόμενος, κηδεμονιῶν ταύτας δαπανάτω, *hos ipſis curator impendito.* Et ſic deinde κηδόμενος.

Digitized by Google

idoneum venditorem,(30) & magnos reditus habeat. Licentiam enim & hoc agendi illi concedimus: atque ſciat, quod ſi quid horum neglexerit, periculum hujus emtionis ad eum ſpectabit.

CAPUT VIII.

SI vero minori tanta ſolum ſit pecunia, (31) ut uſuræ ejus vix ad ipſum, illoſque, qui ad eum pertinent, alendos, atque ad reliquam vitæ ſuſtentationem ipſi (32) præbendam ſufficiant, tum neceſſitatis ratio nos etiam huc vocat, ut curatores ad Deum reſpicientes, adminiſtrationem tanquam in ſuis rebus peragant. Volumus enim ut facto decreto, quod curam illi concedit, jusjurandum etiam ei, qui ad eam accedit, (33) divinis eloquiis tactis imponatur, quod quavis via utilitatem minoris procurabit: id quod illum rationibus aut (34) ordine legis non eximet, ſed ad ſecuriorem rerum adminiſtrationem, & jurisjurandi recordatione circa eas religioſiorem reddet. Hæc lex nobis lata ſit in ſecuritatem eorum, qui cura indigent. Si vero aliud quid inſuper inveniamus, nec hoc lege complecti pigebit, ut perpetuo patres ſimus eorum, qui ſibi ipſis auxiliari nequeunt.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, Celſitudo tua edictis per provincias, (35) quibus præes, utens, omnibus manifeſta faciat, ut neminem lateant, quæ a nobis pie, & ut ſubditis proſpiceremus, ſancita ſunt. (36) Dat. Kal. Jun. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XII. Johanne V. C. Conſ.

(30) *& reditus*) καὶ εὐθηλῆ τὸν πρόσοδον ὄντα. *Hal.* male, καὶ εὐτελῆ τὸν πρόσοδον ἔχοντα. Vet. *opulentos reditus exiſtentes.*

(31) *ut uſura*) ὁπόσον τόκος &c. Recte ὁπόσον ſcil. χρυσίου τόκος. Hal. ὁπόσον ὁ τόκος &c.

(32) *prabendam*) αὐτῷ παρέχειν. Baſil. αὐτοῦ. Apud *Hal.* quoque deeſt τοῦ βίου.

(33) *juramentum*) καὶ ὅρκον αὐτῷ προσεπιτίθεσθαι τῶν θείων ἁπτομένῳ λογίων. *Hal.* αὐτὸν &c. ἁπτομένων. Male.

(34) *ordine*) οὐδὲ τῆς τοῦ νόμου ἐντάξεως. *Hal.* & Baſil. ὑπὸ τῆς τοῦ νόμου τάξεως. Vet. *neque a legis ordine.* Sic autem legendum.

(35) *quibus praes*) αἷς ἐφέστηκας. *Hal.* αἷς ἐφέστηκε.

(36) *Dat. Kal.*) Sic & *Vet.* Julian. *Dat. Kal. Jul.* &c.

Digitized by Google

TIT. II.

(1) Quomodo inſtrumentis, quæ Judicibus inſinuantur, fidem facere oporteat,

CONSTIT. LXXIII.

Idem Imperator Johanni ſacro Pratorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

NOvimus leges noſtras, quæ ex comparatione etiam literarum inſtrumentis fidem fieri volunt, atque Imperatores quoſdam, ingraveſcente jam malitia, illis, qui inſtrumenta adulterant, talia prohibuiſſe: unum illud falſariis ſtudio eſſe credentes, (2) ut in imitandis literis ſe ipſos quam maxime exerceant: cum falſum nihil aliud ſit, quam imitatio veri. Quoniam igitur his temporibus innumera falſa invenimus in litibus, quas audivimus, præter opinionem etiam nobis aliquid ex Armenia exortum eſt. (3) Cum enim inſtrumento permutationis prolato literæ diſſimiles judicatæ eſſent, deinde, ubi illi, qui in inſtrumento teſtes fuerunt & ſubſcripſerunt, inventi ſunt, & manum agnoverunt, inſtrumentum fidem accepit. Atque inopinatum quid hic contigit, ut literæ quidem, licet examinatæ, fide deſtitui viderentur, (4) teſtium vero dicta cum veritate convenirent: ſicque fides teſtium (5) quodammodo certa eſſe videbatur. Videmus tamen naturam ejus ſæpe

(1) *Quomodo*) Cum hac inſcriptione convenit ea, quam Haloander habet. Aliam multo prolixorem habet Vetus Interpres.

(2) *ut in*) τὸ πρὸς τὴν μίμησιν &c. Hal. legit τὰ & omittit τὸ ὅτι quod ſequitur.

(3) *Cum enim*) προσκομισθέντος γὰρ &c. Hal. προσκομισθείσης γὰρ Male.

(4) *teſtium vero* τὰ δὲ παρὰ τῶν μαρτύρων, ἀπάντα σὺν ἀληθείᾳ. Vet. *literæ quidem ſine fide viſæ ſunt; examinata vero reſponſa verorum teſtium cum veritate concordaverunt.*

(5) *eſſe certa*) εἶναι πως ἐπισφαλῶς, ὁρῶμεν μέντοι τὴν φύσιν αὐτῆς. Abſunt hæc verba a Græco Haloandri textu, verſioni tamen ejus ex Veteri Interprete videntur inſerta, *quodammodo eſſe cauta videmus tamen naturam ejus.* Vetus habet, *& hoc per fidem teſtium, quæ videtur quodammodo eſſe cauta, videmus tamen naturam ejus.* &c.

Digitized by Google

pe (6) egere examinatione rei, cum literarum diſſimilitudinem ſæpe tempus (neque enim juvenis aliquis & robuſtus ita ſcripſerit, ut ſenex & tremebundus) ſæpe etiam morbus efficiat. (7) Et quid hæc dicimus, cum calami & atramenti mutatio ſimilitudinis (8) veritatem omnino tollat. Neque dicere poſſumus, quam multa nova natura progeneret, & nobis Legislatoribus negotia faciat.

§. 1. Quoniam igitur Deus imperium propterea de cœlo (9) demiſit, ut illud difficilibus rebus bona ſua impertiret, legeſque ad naturæ veritatem aptaret: propterea etiam hanc legem ſcribendam & ſubditis, quos nobis Deus antea tradidit & paulatim ſemper adjicit, in commune ferendam putavimus. Nam de depoſito etiam ſcriptura celebrato dubitatum & diſceptatum eſſe invenimus: (10) & horum quoque omnium curam nos gerere oportet. Quare a depoſito ſtatim initium nobis faciendum eſt.

CAPUT I.

De inſtrumentorum ſecuritate & fide: & primo de depoſito, quomodo ſecure detur.

SI quis igitur ſecure vult deponere, non ſcripturæ ſolum credat accipientis, (qua de re cum in lite quæſitum eſſet, quoniam is, qui ſcripſiſſe dicebatur, non confeſſus eſt ſcripturam ſuam eſſe, admodum dubitatum fuit, & aliam ſcribere (11) coactus eſt, quæ quidem non omnino diſſimilis, non tamen per omnia (12) ſimilis fuit: res tamen

Yyy 3 quan-

(6) *egere*) δεομένων. *Hal.* δεομένης. Sequitur poſt non multa, γραμμάτων. Pro quo *Hal.* πραγμάτων.

(7) *Et quid hæc*) καί τοι τί ταῦτα φαμέν. Baſil. καί τοι ταῦτα φαμέν. *Hal.* καί τοι ταῦτα φαμέν, *atque hæc eo magis dicimus*. Vet. *& quidem hoc dicimus*. *Agylæus*, ait. Significantior erit hic verſiculus, ſi pro Scringeri editione hoc modo reddetur: *quanquam quid hæc dicimus, quandoquidem calami* &c.

(8) *veritatem*) ἀκριβές. *Hal.* ἀκραιφνές. Vet. *puritatem*. Heſych. ἀκραιφνές, καθαρόν, ἀληθές.

(9) *miſit*) καθῆκεν. *Hal.* καθίστησιν. Vet. *conſtituit*. Heſych. καθειμένον, κεχαλασμένον.

(10) *& horum oportet*) Vet. *& oportet etiam omnino horum proſpicere*

(11) *coactus fuit*) κατηναγκάσθη τις. Baſil. κατηναγκάσθη, quod probandum.

(12) *ſimilia*) παρεοικότα. *Hal.* & *Baſil.* ἐοικότα.

Digitized by Google

quantum ad ſcripturam indeciſa manſit,) ſed ille, qui depoſitum dat, teſtes etiam, quoad ejus fieri poteſt, honeſtos & fide dignos advocet: nec pauciores quam tres, ne ex literis ſolum, earumque examinatione pendeamus, (13) ſed judices etiam auxilium quoddam a teſtibus habeant. Talia enim teſtimonia admittimus, ubi teſtes, qui interfuerunt, dicunt ipſis præſentibus ſubſcripſiſſe eum, qui (14) contractum fecit, (15) & ſe hoc ſcire. Nam ſi ejuſmodi (16) teſtes non pauciores quam tres fide dignos invenerimus, illis fidem non derogamus. Neque enim ponimus legem, ut in anguſtum probationes contrahamus, (17) ſed ut ipſis exiſtentiam & ſecuritatem tribuamus.

CAPUT II.

Quomodo ſine tabellione mutuum vel depoſitum ſecure contrahi poſſit.

(18) SEd & ſi quis vel mutui, vel alterius cujuſdam contractus inſtrumentum faciat, neque id publice confici velit, (quod in depoſito etiam decernimus) inſtrumentum illud (19) mutui ſcriptum, non videatur per ſe dignum, niſi teſtes fide digni, nec pauciores quam tres, præſentes fuerint: ut ſive ipſi adſint, & literis ſuis teſtimonium dent, ſive alii quidam, qui ipſis præſentibus inſtrumentum confectum eſſe (20) teſtentur, negotium ex utraque parte fidem (21) accipiat: nec examinatio literarum plane rejiciatur, ſed ſola non ſufficiat, & teſtium acceſſione confirmetur.

CA-

(13) *ſed judices*) ἀλλ' οἱ. *Hal.* & *Baſil.* ἀλλ' οἱ.

(14) *contractum*) συμβόλαιον. Hal. σύμβολον.

(15) *quodque*) καὶ τοῦτο. Sic & *Hal.* *Vet.* & *hunc.*

(16) *teſtes*) μάρτυρες. deeſt ap. Hal.

(17) *ſed ut &c.*) ἀλλ' ἵνα καὶ εἶναι ἀσφαλῶς ποιήσωμεν, καὶ ἀσφαλῶς εἶναι. Sic & *Vetus.* Hal. ἀλλὰ καὶ αὐτὰς ποιήσωμεν ἀσφαλῶς εἶναι, *ſed ut multo eas etiam ſtabiliores reddamus.*

(18) *ſed & ſi*) ἀλλὰ καὶ εἴπερ. *Hal.* ἀλλὰ κἂν εἴπερ.

(19) *mutui*) γραφόμενον αὐτῷ δανείσματι συμβόλαιον. *Hal.* ἐπὶ τῶν δανεισμάτων. Scribendum, ἐπὶ τῷ δανείσματι.

(20) *teſtentur*) μαρτυροῦντες. *Hal.* μαρτυροῦντας.

(21) *accipiat*) λάμβανε. *Hal.* λαμβάνοι.

Digitized by Google

CAPUT III.

(22) Si fides ſcriptura a teſtium voce differat.

SI tamen aliquid tale contingat, quod in Armenia factum eſt, & aliud comparatio literarum (23) præ ſe ferat, aliud vero teſtimonia: tunc nos quidem ea, quæ viva voce & jurato dicuntur, fide digniora eſſe exiſtimamus, quam ipſam per ſe ſcripturam. Veruntamen hoc judicis prudentiæ & religionis ſit, ut veracibus potius, quam talibus credat. Et nos quidem hoc modo inſtrumenta fide digna probanda eſſe putavimus.

CAPUT IV.

De inſtrumentu non ſecure factis.

SI tamen quis, quando vel deponit, vel mutuum dat, vel aliter contrahit, contentus ſit ſola ſcriptura ejus cum quo contrahit, penes ipſum erit ut cognoſcat, ſe illius fidei totam rem commiſiſſe: & quantum ad ſcripturam, ſecundum legem noſtram non ſufficiens fides inſtrumento addita videbitur: (24) ſi vero præſentia teſtium, coram quibus contractus celebratus eſt, aut forte ultimum negotii refugium (de jurejurando loquimur) (25) eum juverit, non infirmamus id quod factum eſt. Nam cum falſitates & imitationes manuum metuamus, nec illis, ſi nudæ ſint, credamus, eam ſubtilitatem huic rei inducimus, non ut illos, qui credunt, fide, quam amicis habent, privemus, ſed ut perfidiam & inficiationem, quoad ejus fieri poteſt, multis modis redarguamus.

CA-

(22) *ſi ſcriptura*) Ἐὰν εἰ ἴδιν γραμμάτων &c. Sic *Edit. Amſtelod.* Videtur legendum ἐὰν ἡ &c. Γράμμα hic *inſtrumentum* denotat. Nam in cap. 7. ſeq. exponitur per τέλεσμα & *completionem*.

(23) *præſe ferat*) ποιῇ. Hal. ποιεῖν.

(24) *ſi vero*) εἰ δὲ ἡ παρουσία &c. *Hal.* εἰ καὶ ἡ παρουσία &c. *ut maxime teſtium præſentia* &c. *opem non ferat.* Vet. *aut præſentia teſtium* &c.

(25) *eum juverit*) βοηθήσειεν αὐτῷ. Vet. *invenerit.* *Hal.* βοηθήσειεν αὐτοῖς, *opem ferat illis.*

CAPUT V.

Quomodo tabelliones inſtrumenta ſecure perficere debeant.

SEd & inſtrumenta publice confecta, etſi a tabellionibus impleta ſint, ipſa etiam (26) antequam perficiantur, ſubſcriptionem teſtium, ut dictum eſt, accipiant.

CAPUT VI.

De comparatione notarum.

OPortet autem judices, ſi notas quaſdam chartis adſcriptas inveniant, etiam tentare, ut in illas inquirant & legant, ((27) multa enim ex illis etiam apparuiſſe ſcimus) nec temere fidem literarum facta cum aliis comparatione propter cauſas a nobis ante dictas admittere.

CAPUT VII.

De collatione inſtrumentorum.

SI tamen omnes teſtes moriantur, vel forte abſint, vel aliter a teſtibus, qui ſubſcripſerunt, fides facile confirmari nequeat, neque tabellio, (28) qui id fecit, [ſi quidem publicum ſit,] adſit, ut teſtimonium de rebus ſuis dicat, vel non ſit in civitate, ſed comparationem literarum (29) aut completionum, aut eorum, qui ſubſcripſerunt, amplecti plane neceſſe ſit: tunc quidem ad comparationes venire convenit, [non enim illas plane prohibemus] omni autem diligentia procedendum, & ſi illis fidem habendam putaverint, jusjurandum proferenti omnino imponendum eſt, quod nullius mali conſcius ſibi ſit in eo,

(26) *antequam*) πρὸ τοῦ πληρώματος. Hal. πρὸς &c. qui & ὡς εἴρηται quod ſequitur omittit.

(27) *multa enim*) πολλὰ γὰρ ἴσμεν καὶ ἐξ ἐκείνων διαφανέντα. Sic & *Ve.* Hal. πολλῶν γὰρ καὶ ἐξ ἐκείνων διαφανέντων. Agyl. illud vertit: *permulta ſiquidem ex illis lucem accepiſſe ſcimus.*

[28] *qui id fecit*] ὁ πλήσας. Baſil. ὁ πληρώσας.

[29] *aut complet.*] ἢ πληρωμάτων. *Hal.* ἢ πληρωσάντων, *qui abſolverunt. Agyl.* illud πληρωμάτων interpretatur: *additamentorum perfectionis cauſa adjectorum*, addens: (impræſentiarum enim melius nihil, quo id interpreter, occurrit.) & recte, cum paulo ante tabellio, qui inſtrumentum perfeciſſet, mortuus eſſe fingatur. Intelligenda ſunt autem ſigna, quæ ſuperius judices cognoſcere atque explorare

eo, quod a ſe (30) profertur, nec effecerit ut quadam fraus circa comparationem fieret, atque ita eo utatur, ut nihil plane tollatur, & per omnia ſecuritas rebus concilietur.

§. 1. In his vero inſtrumentis, quæ (31) publice conficiuntur, ſi tabellio advenerit, & jurato teſtetur, ſi quidem ipſe non ſcripſerit, ſed aliquis eorum, (32) qui illi miniſtrant, ille quoque adveniat, ſi ſuperſtes eſt, & venire ullo modo poteſt, nec cauſa quædam adventum ejus impediat, gravis forte morbus, vel alii quidam caſus, qui hominibus accidunt. Si vero inſtrumentum numeratorem quoque habeat, etiam ille adveniat, ut tres ſint teſtes, non unus. Sin autem nec numerator aſſumtus eſt, & totum inſtrumentum ipſe tabellio ſcripſit & perfecit, vel etiam, qui id ſcripſit, abeſt, vel alias adeſſe non poteſt, ipſe, jurato tamen, quod id perfecerit, (33) teſtimonium perhibeat, ne comparationi locus ſit. Et hoc quoque pacto inſtrumenta fide digna ſint. Nam teſtimonium, quod & voce illius, qui id perfecit, perhibetur, & cui jusjurandum adjectum eſt, negotio momentum quoddam afferet.

jubentur. *Sic ille.* Putamus τὸ πλήρωμα idem eſſe, quod præcedens γράμμα, *ſcriptura* ſcilicet vel *opus* ut ita dicamus, *perfectum*, *inſtrumentum*. Nam paulo ante ὁ πληρώσας dicitur *is*, *qui fecit inſtrumentum*. Ejuſmodi Synonymis ſemper utitur Imperator. Vet. *ſuppletiones eorum, qui ſubſcripſerunt.* infr. *§.* 1. μεθ' ὅρκου τῷ οἰκείῳ πληρώματι μαρτυρεῖ. Ubi Vet. *jurejurando propriæ completioni atteſtetur.* Julianus quoque interpretatur τὸ τέλειωμα *in §. 2. h. completionem literarum* id eſt *literas completas.* Vid. *Gloſſ.* verb. *completio.* Hinc Græci κόμπλα, *complementum*, κομπλευσίων vel κομπλετίων, *completio*, & κομπλετεύειν, *complere*. *Gloſſ. Baſil.* κόμπλα ἡ πλήρωσις. Vid. *Meurſ. Gloſſ. verb.* κομπλευσίων & ſeqq.

(30) *profertur*] προκομιζομένῳ. *Hal.* κομιζομένῳ. Paulo ante eſt προκομίζοντι.

(31) *publice*] ἐπ' ἀγορᾶς. *Hal.* ἐπ' ἀγορᾷ. Supra cap. 5. fuit ἐπ' ἀγορᾶς.

(32) *qui illi miniſtrat*] *ALCIAT. 8. Parerg. 19.* τὸν ὑπουργοῦντα vertit, *miniſtrum*, *diſcipulum*, ſubadjuvam. Et ἀριθμητὴν, quod mox ſequitur, Accurſium interpretari docet *proxenetam contractus*, addens: ſi divinare liceat, nil impedit, quin eum intelligamus, qui pecuniam numeraverit. Solet enim plerumque per tertium numerari pecunia, ſicque eum locum Julianus intellexit, qui primus Novellas tranſtulit.

(33) *teſtimonium*] μαρτυρεῖ. *Hal.* μαρτυρείτω. Recte.

§. 2. Quod ſi tabellio defunctus ſit, & ſcriptura ex alia comparatione probetur, ſi quidem etiam ſic eum, qui inſtrumentum confecit, & numeratorem ſuperſtites habeat, illi quoq; accedant, ſi in civitate ſint, & ſcriptura ex comparatione completionum & ex teſtibus fidem habeat. Sin autem nullus horum adſit, tum quidem fiat completionum collatio, illa vero ſola ad hoc non ſufficiant, (34) ſed aliorum etiam manus, qui forte ſubſcripſerunt, vel contraxerunt, examinentur, ut ex multis comparationibus tum completionum, tum eorum, qui ſubſcripſerunt, vel etiam contraxerunt, una undique (35) colligatur atque perficiatur fides.

§. 3. Si vero nihil aliud quam inſtrumentorum comparatio inveniatur, illud quidem, quod hucuſque obtinuit, procedat, ut is, qui inſtrumentum ad collationem faciendam profert, more ſolito juret, quo res ad majorem rei fidem acceſſionem omnino accipiat: & ipſe, qui petit ut hæc fiant, inſuper juret, ſe omni alia probatione deſtitutum ad comparationem inſtrumentorum veniſſe, nec quicquam circa eam feciſſe aut machinatum eſſe, quod (36) forte veritatem occultare poſſit: atque hac re contrahentes liberari poterunt, ſi velint, & ambo conſentiant, ut inſtrumenta inſinuent, ipſique contrahentes illa apud acta deponant, quo perfidia & corruptione & falſitatibus & quibuſcunque aliis malis, quæ hac lege lata corrigimus, liberentur: illis, quæ de comparatione literarum cum iis quæ propria manu conſcripta ſunt inſtituenda, jam a nobis ſancita ſunt, in ſuo (37) robore manentibus; iis etiam quæ in iis, qui literas neſciunt, in judiciis jam obtinent, ſuam vim habentibus: quoniam ex judicialibus (38) ſanctionibus talia convenientem examinationem acceperunt.

CA-

(34) *ſed alior.*] ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν ἄλλων. *Hal.* ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἄλλων, & mox ἄλλως, *aliter, alias*, pro ἴσως *forte*.

(35) *colligatur*, συνάγεσθαι. *Hal.* συνεσάγεσθαι.

(36) *forte*] ὡς εἰκός. Hal. ἴσως ὡς εἰκός.

(37) *robore*] ἰσχύος. δηλαδὴ καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς τῶν γραμμάτων ἀνεπιστήμοσιν ἤδη κρατούντων. *robore. iis etiam quæ quoad eos qui literas neſciunt, jam obtinent.* Deſunt hæc in textu *Hal. Gr.*

(38) *ſanction.*] τύπων. *Hal.* τούτων. In verſione tamen habet *forma*.

CAPUT VIII.

Quomodo imperiti literarum inſtrumenta ſecure conficere poſſint.

OPortet vero (39) in illis qui literas neſciunt, (40) duos omnino tabularios & teſtes aſſumere, in quibus locis tabularii ſunt, maxime vero teſtes contrahentibus non ignotos, ut illi quidem pro literarum imperito, aut eo, qui parum ſcit literas, ſcribant, hi vero teſtentur, quod ipſis præſentibus hæc acta ſint, eumque viderint, atque ita ejuſmodi inſtrumentis fides habeatur: cum manifeſtum ſit, non pauciores quam quinque teſtes in talibus adhibendos eſſe, inter quos ille quoque erit, qui pro contrahente vel omnia, (40) vel quæ poſt paucas literas ab ipſo poſita ſunt, ſcripſit, ut nihil, quod ad ſummam diligentiam facit, omittatur. Atque hæc de inſtrumentis ſcriptis dicimus. Si vero quis ſine ſcripto quemcunque contractum velit celebrare, manifeſtum eſt, illum vel per teſtes, vel per juramenta probari poſſe, actore quidem teſtes producente, reo vero jurante, vel jusjurandum referente, quemadmodum judex de negotio diſpoſuerit, ne vel ex his quicquam inemendatum ſit. Illud quoque ut legi adjiciatur, bonum eſt, ut ſi de una auri libra fuerit contractum, ne eadem obſervatio in his ſervetur, ſed ſecundum id, quod hactenus in uſu fuit, res peragatur, ne exiguis de rebus magna damna homines ſuſtineant.

CAPUT IX.

De contractibus ſine ſcripto initis.

HÆc vero omnia in civitatibus obtinere volumus: nam in agris, ubi multa ſimplicitas, nec magna ſcribentium aut teſtium copia eſt, quæ

(39) *in illis qui*] ἐπὶ τῶν γράμματα μὴ ἐπισταμένων. *Hal.* ἐπὶ τῶν γραμμάτων, ἐκ ἐπισταμένων ταβουλαρίου διὰ πάντων. Vertit autem, *qui literas neſciunt. AGYLÆVS* ad hunc locum notat: *Quod Scrimgerus hunc circuitum ita inchoat:* oportet autem in his qui literas neſciunt, tabularios duos omnino & teſtes; *mihi probari nequit.* Vide quæ ſupra dicta ſunt.

(40) *duos omnino*] δύο πάντως καὶ μάρτυρας. Vet. *& teſtes & omnino tabularios.* Sic & Hal. διὰ πάντων.

(40) *vel quæ*] Et poſtquam imperitus ſanctam crucem fecerit. Sic Julianus hic habet; quod in edit. Græcis deeſt. CONT.

quæ hactenus apud eos obtinuerunt, etiam nunc firma ſint. Hoc enim & in ipſis teſtamentis, quibus maxime favemus, jam a nobis ſancitum eſt. Obtineat vero hæc lex (41) in omnibus inſtrumentis & contractibus, quæ poſthac fient: quod enim præteriit, quis de eo legem ferret? Hanc nobis legem multitudo dubiorum, quæ in litibus ortæ & ad nos delatæ ſunt, peperit, (42) ut quotidianis contentionibus inter homines finem faceremus, atque altercationes per legis ſubtilitatem (43) tolleremus.

EPILOGUS.

QUare convenit, ut Excellentia tua hæc cognoſcens omnibus ſubditis, tum qui hic, tum etiam qui inter gentes ſunt, manifeſta faciat. Nam & ad reliquos glorioſiſſimos Præfectos, qui vel in Occidente, vel in Libya, vel ſeptentrionem verſus ſunt, (loquimur autem de iis, qui in Illyrico ſunt) (44) ſcribemus, ut tota reſpublica plena fiat hac lege, quæ ſubditorum (45) neceſſitatibus medetur. (46) Dat. Prid Non. Jun. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XII. Johanne V. C. Conſ.

TIT. III.

(1) Qui liberi pro legitimis aut naturalibus habendi ſint; & de nuptiis indotatis.

CON-

(41) *in omnibus*] ἐπὶ τοῖς &c. ἅπασ. Hal. ἅπαντο.

(42) *ut quotid.*] ἵνα τῦ καθ' ἑκάςην πρὸς ἀλλήλυς &c. *Hal.* ἵνα τὸ &c. πρὸς ἀλλήλα. &c.

(43) *tolleremus*] περιαναςἐλλοντες. *Hal.* περιαςέλλοντες. Vet. *praauferentes*, cum *Hal.*

(44) *ſcribemus*] γεάψομεν. Vet. *ſcribimus.*

(45) *neceſſitat.*] περιςάσεις, quod eſt *caſus, neceſſitas.* Vet. *concuſſionibus.* Heſych. περίςασις, θλῖψις, ἀνάγκη, μέριμνα. Gloſſ. Cyrill. *circumventio.*

(46) *Dat.* Sic *Vet.* & *Jul.*

(1) *Qui libri*] Solus hujus *Nov.* titulus reperitur apud *Hal.* in quo Plantin. editio habet νόθοι. Vet. *Quibus modis naturales filii efficiantur legitimi & ſui, ſupra illos modos, qui in ſuperioribus conſtitutionibus continentur.* Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *Naturales.*

Digitized by Google

CONSTIT. LXXIV.

Idem Imperator Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſule (2) Ordinario & Patricio.

PRÆFATIO.

REcte dictum eſt a deceſſoribus noſtris, & ante omnes a ſapientiſſimo Juliano, nullam legem aut Senatus-Conſultum in Romanæ republica latum videri ad omnia ſufficienter ab initio ſancitum, ſed multa indigere correctione, ut ad varietatem naturæ ejuſque machinationes ſufficiat. De illis igitur, qui ex naturalibus legitimorum jura conſequuntur, multas & varias leges ſcripſimus: (3) cum vero ex illis, quæ quotidie a natura ſtruuntur, aliquid deeſſe invenerimus illis, quæ jam ſancita ſunt, id impræſentiarum emendamus. Sancitum enim eſt, ſi quis uxorem habens (4) nudo affectu ſibi cognitam, & deinde liberos procreaverit, poſtea vero nuptialibus inſtrumentis cum illa compoſitis legitimos liberos ex ea ſuſceperit, eos qui ante nati ſunt, non manere naturales, ſed & illos legitimis annumerari, (5) quia cauſam præbuerunt ut illi naſcerentur. Sed & huic legi correctio adhibita eſt. Etenim mortuis ſecundis, & poſt dotalia inſtrumenta natis, volebant quidam priores a ſecundis non exiſtentibus nequaquam juvari: atque hoc correximus, iiſque etiam ſic dedimus, (6) ut mortuis licet fratribus deinceps genitis, legitimi ſint: illud etiam addentes (quoniam de eo quoque dubitatum fuit) (7) ut, etſi poſt dotalia inſtrumenta nulli liberi naſcantur, ramen priores, licet ante dotalia nati, legitimis adſcribantur, quippe cum pater hoc intendat.

(2) *ordinario*] ὀρδιναρίῳ. *Hal.* ὀρδιναρίων.

(3) *cum vero*] Vet. *ex his autem, quæ a natura rerum per ſingula moliuntur,* τεχναζομένων.

(4) *nudo affectu*] Vet. *puro ſibi affectu conſternatum,* ἐγνωσμένην.

(5) *quia*] διότι καὶ παρέσχον ὅλως αὐτοῖς εἰς τὴν γένεσιν. Vet. *eo quod occaſio omnino eis ſunt naſci legitimis.* Qui videtur legiſſe τοῖς γνησίοις.

(6) *ut mort. lic.*] καὶ εἰ. Vet. *vel ſi.* obſcure.

(7) *ut etſi*] Vet. *ut vel ſi* &c. *adſcribi*; pro *adſcribantur*.

§. 1. Sed & aliud quid occurrit. Ex ejuſmodi enim conſuetudine liberi alicui nati erant: ille vero eos modo a nobis excogitato, nuptialium inſtrumentorum confectione, legitimos efficere cupiebat. Patre autem hoc ita volente, moritur mulier, & conſtitutionis ratio eum deſtituit. Neque enim erat, cum qua nuptiale inſtrumentum conficere poſſet: & liberi invito parente naturales manebant. Atque iterum aliquid tale inter viros (8) nobis non ignotos exortum eſt. Cum enim quis liberos non legitime procrearet, eoſque (9) admodum diligeret, velletque ut ſecundum legem legitimi fierent, mulier vitio non caruit, neque eam legitimo aliquo nomine dignam exiſtimavit, quod ſemel ipſam injuria affeciſſet: hoc enim dicere ſufficit. Hic itaque alter modus eſt, quo liberi læduntur: priori quidem per mortem matris, poſteriori vero per id, quod illa peccavit.

§. 2. Scimus autem aliud etiam tertio motum eſſe. Nam cum pater liberos vellet legitimos efficere, atque ad ea, quæ de dotibus a nobis ſancita ſunt, reſpexiſſet, liberi hæc ſentientes, quod præter opinionem ad matrem eorum, (etſi legitima illius uxor non eſſet,) (10) a cognato aliquo divitiæ quædam perveniſſent, maligne ſimul & doloſe agentes matrem occultarunt, ne pater eos legitimos efficere poſſet, & moriente forte matre, maternarum rerum uſufructu fruererur, quod lex benefaciens patribus tribuit. Talibus igitur artibus reſiſtere accuratæ legis proprium eſt, quam nunc ſancimus.

CAPUT I.

De variis modis liberos legitimandi: & de legitimatione per matrimonium, ſeu de matrimonio contracto cum matre liberorum (11) legitimorum ab ipſo patre legitimo.

SI quis igitur nullos liberos legitimos, ſed naturales tantum habeat, illoſque legitimos facere velit, mulierem vero vel plane non habeat, vel

(8) *nobis non*] οὐδὲ ἀγνώτοις ἡμῖν. Vet. *neque nobis cognitos.*

(9) *admodum*] ὑπερηγάπα. Vet. *ultra quam diligebat.*

(10) *a quodam*] Vet. *a quodam cognato, divite.* Gr. παρά τινος συγγενοῦς, εὐπορία.

(11) *legitimorum*] γνησίων. Vet. ver-

vel non ſine vitio, vel quæ non appateat, vel quam propter legem aliquam uxorem ducere impediatur, licentiam ei damus, nova quadam & a nobis jam inventa via, naturales legitimos efficiendi, ſi legitimi ſcilicet in illis caſibus non adſint. Sicut enim ante nos ratio quædam inventa eſt, quæ libertinos ad ingenuitatem ducit, (12) eoſque prius alio quodam actu purgat, & jus aureorum annulorum ipſis concedit, deinde vero ad eandem naturam eos ducit, quæ ſervum & liberum ab initio non diſcrevit, ſed liberam fecit hominum prolem: ita etiam nos hunc modum illi negotio invenimus, & liceat id patri in modis a nobis ante dictis, vel etiam ſi quis alius adhuc occurrat: multæ enim, ſicut ante diximus, naturæ ſunt innovationes. Liceat igitur, ſicut dictum eſt, patri, ſi legitimam non habeat ſobolem, liberos naturæ & antiquæ ingenuitati reſtituere, ſi ex libera natos habeat, & ſuos impoſterum, ac ſub poteſtate habere * (13) hominibus leges daret ſola, antequam ſcriptæ provenirent leges, differentia quædam erat inter naturales & legitimos ſed primis parentibus (14) primi liberi, ſimul ac naſcerentur, legitimi fuerunt: & quemadmodum in liberis natura omnes fecit liberos, hoſtes vero ſervitutem invenerunt, ita & hic natura quidem legitimam produxit ſobolem, converſio vero ad libidinem naturales illis immiſcuit. Quare cum ſimiles affectus ſint, remedium quoque ex ſimilibus inveniendum eſt: illud quidem a prædeceſſoribus noſtris, hoc vero a nobis.

CAPUT II.

De legitimatione in teſtamento.

Liceat igitur patri, matrem in priori ſtatu relinquenti, ſi quidem revera aliquid eam in thorum deliquiſſe appareat, (ut enim hoc aliter

ſic habet *naturalium*, & mox pro *legitimo patre*, *naturali patre*. Ita autem legendum, & pro γνησίων ſubſtituendum φυσικῶν. interim tamen hæc inſcriptio textui parum convenit.

(12) *eoſque prius*] προκαθαίρων μὲν αὐτόν. Vet. *præmandans quidem eos*, forte *præmundans*.

(13) *hominibus*] Lacuna hic eſt in textu Græco, quam recte ſupplet Vet. interpres his verbis: *Neque enim a principio, quando ſola natura* &c. Ubi tamen pro *hominis* legendum *hominibus*. Eadem deſunt etiam in Cod. Vaticano & Edit. Steph.

(14) *primi*] πρῶτοι. Vet. *antiqui*.

autem in tali caſu fiat, non permittimus (15) vel ſi neceſſitas quædam (16) aut non ſit, aut lateat, aut aliud quid circa eam contingat, quod eum prohibeat viam ingredi, quæ ad dotalia inſtrumenta ducit,) etiam ſic liberis providere & Imperatori preces offerre, quæ hoc ipſum dicant, quod naturales ſuos liberos naturæ, (17) antiquæ ingenuitati & legitimorum juri reſtituere velit, quo ſub poteſtate ejus ſint, nihilque a legitimis differant. Et hoc facto liberi exinde tali auxilio fruantur, nec parentem fraudare, & matrem occultantes jus legitimorum repellere poſſint. Unico enim hoc modo, omnes ejuſmodi naturæ exceſſus & inventiones, in iis, qui liberos non habent, ſanamus, tam exiguo (18) auxilio tantum naturæ impetum corrigentes.

§. 1. Si tamen naturalium ſolum liberorum pater, propter fortuitas quaſdam circumſtantias id non fecerit, moriens vero in uno ex prædictis caſibus in teſtamento ſcripſerit, ſe velle, ut liberi legitimi ſint, ſibique ſuccedant, etiam hujus rei licentiam ei concedimus: modo liberi poſt mortem patris etiam ſic ſupplicent & hoc doceant, & teſtamentum patris oſtendant, & quatenus eos pater hæredes ſcripſerit, hæredes exiſtant, & hoc ab Imperatore conſequantur: ut id, quod agitur, patris ſimul & Imperatoris donum ſit, vel quod idem eſt, naturæ ſimul & legis. Atque hæc dicimus, nihil ex prioribus modis legitimis tollentes, ſed & hunc addentes, in quibus eos accipere non licet. Legitimis enim exiſtentibus, & naturalibus poſtea vel antea natis, nequaquam jus legitimorum illis tribuatur, niſi per conſtitutiones noſtras, quæ modum dotalium inſtrumentorum introduxerunt.

CA-

(15) *vel ſi*] ἢ εἴπερ κατά τινα περίστασιν. Vet. *etſi quædam circumventio eſt*. Agyl. *aut ſi etiam per caſum aliquem*. Gloſſ. Cyrill. περίστασις, *circumventio*. Vid. *Nov. præced.* n. 33.

(16) *aut non ſit*] Sic *Vet.* cum in Græco ſit ἂν οὐκ ἐστίν. Lege ἢ οὐκ ἔστιν. Senſus enim eſt: *ſi quacunque de cauſa uxor illi vel plane non ſit, vel lateat, vel aliud* &c. Sic enim initio cap. 1. ἢ οὐκ ἔχοι παντελῶς, ἢ οὐκ ἀναμάρτητον, ἢ ὡ φαινομένην ἔχοι, ἢ καλά τι &c.

(17) *& antiqua*] εἰς τὴν ἄνωθεν εὐγένειαν. Lege καὶ τὴν ἄνωθεν &c. ut *cap. præced.*

(18) *auxilio*] συμμαχίᾳ. Vet. *ſolatio*. Agyl. *auxiliaribus copiis*. Gloſſ. Cyrill. συμμαχία, *auxilium*.

Digitized by Google

CAPUT III.

De legitimatione per adoptionem.

NEque nos latuit, adoptionis etiam modum olim anteriores quoſdam Imperatores (19) ad naturales legitimandos idoneum exiſtimaſſe: verum ea pater noſter piæ memoriæ, & conſtitutio ab illo facta rejecit. Volumus igitur, ut illa quoq; in ſuis terminis maneat, quoniam ad caſtitatem accurate collimavit, neque decet ea, quæ recte exploſa ſunt, rurſus in rempublicam revocare.

CAPUT IV.

(20) Qui ſine pactis dotalibus inſtrumenta ſcribere poſſint.

ILlud quoque ut decenter conſtituamus melius eſſe arbitramur, quod ex multa rerum experientia accepimus. Multæ enim & continuæ lites ad Majeſtatem noſtram delatæ ad neceſſitatem hujus legis nos deduxerunt. Nam cum antiquis legibus ſancitum, & a nobis ipſis idem quoque diſpoſitum ſit, ut nuptiæ etiam ſine nuptialibus inſtrumentis ex ſola diſpoſitione valeant & ratæ ſint, reſpublica exinde falſis contractibus repleta eſt: & teſtes ſine periculo accedunt, mentientes, (21) quod vir eam, quæ illi cohabitabat, dominam vocaverit, illaque ſimiliter eum ita appellaverit: atque hoc pacto illis matrimonia finguntur, quæ tamen revera non contracta fuerunt: id quod ſecundum leges naturales definiendum putavimus. Novimus enim, licet caſtitatis amatores ſimus, noſtriſque ſubditis hæc ſanciamus, nihil tamen furore amoris eſſe vehementius, quem cohibere accuratæ eſt philoſophiæ, quæ admoneat,(22) & laſcivientem atque inquietam concupiſcentiam contineat.

(19) *ad natural.*] Vet. *ſuper naturales ad legitimos transferendos.*

(20) *qui ſine*] In hoc capite agitur de iis *qui ſine pactis dotalibus matrimonium contrahere* poſſunt quare nec hæc inſcriptio nigro convenit. Julianus Epit. habet, *qui ſine dotalibus inſtrumentis nuptias contrahere poſſunt vel non.*

(21) *quod vir*] Vet. *quia vir vocabat dominam cohærentem,* ὅτι κυρίαν ἐκάλει τὴν συνοικοῦσαν ὁ ἀνήρ.

(22) *& laſcivientem*] πηδῶσαν καὶ σφαδάζουσαν τὴν ἐπιθυμίαν. Vet. *inſilientem atque inhærentem concupiſcentiam.* *Heſych.* σφαδάζει, βράζει, χαλεπῶς φέρει, δυσφορεῖ, μετὰ σπασμοῦ πηδᾷ, μαίνεται &c.

Digitized by Google

Quare qui illo tenentur, (23) quo verbo abſtinebunt adverſus eas, quas amant, quod non in ipſas per blanditias conferant? Quam ob rem anteriores etiam legislatores noſtri ejuſmodi animorum conſtitutiones adeo cognitas habuerunt, ut & donationes conſtante matrimonio prohiberent, ne conjuges magnitudine concupiſcentiæ victi, latenter ſe ipſos ſubſtantia ſua paulatim privarent. Hæc igitur ſapienti lege ſancire pulchrum eſſe duximus.

§. 1. In majoribus igitur dignitatibus, uſque (24) ad ſenatores noſtros & magnificentiſſimos Illuſtres, illa fieri nequaquam patimur: ſed ſit omnino & dos & donatio propter nuptias, (25) & reliqua omnia, quæ honeſtiora illa nomina decent. Quicunque vero in gravioribus militiis & negotiis, & plane in profeſſionibus dignioribus conſtitutus eſt, ſi uxori legitime jungi, neque nuptialia inſtrumenta facere velit, non fruſtra & ſine cautela, & diſſolute, ac ſine probatione hoc agat, ſed oratorium quoddam adeat, & cum ſanctiſſimæ illius Eccleſiæ Defenſore rem communicet, qui acceptis tribus aut quatuor religioſiſſimis Clericis illius loci (26) inſtrumentum conficiat, quo declaret, illa indictione, illo menſe, illa die menſis, illo Imperii anno, illo Conſule, illum eamve ad ſe in hoc oratorium veniſſe, ſibique mutuo junctos eſſe. Et ſi ejuſmodi inſtrumentum ſive ambo contrahentes, ſive alteruter eorum accipere velint, hoc agant, illique tam Sanctiſſimæ Eccleſiæ defenſor quam reliqui tres, vel quot voluerit, (non pauciores tamen quam tres) literis hoc ſignificantibus ſubſcribant.

§. 2. Si vero illi hoc non fecerint, reverendiſſimæ tamen illius Eccleſiæ defenſor in ſanctiſſimæ Eccleſiæ Archivis, (hoc eſt in ſacro loco, ubi vaſa ſervantur) ejuſmodi chartam dictas ſubſcriptiones habentem

(23) *quo verbo*] πῶς ἂν ἀπέχοιντο ῥήματος &c Interrogative hunc locum accipiendum putamus. Non ut *Vet. ſi abſtinebunt ſermone ad eas quas amant, quæ eis non per blandimenta conferunt.*

(24) *ad noſtros*] Vet. *uſque ad nos & ſenatores* &c.

(25) *& reliqua*] Vet. *& ad omnia.* Nullo ſenſu.

(26) *inſtrumentum*] ἐκμαρτυρίαν. Vid. *Nov. 53. cap. 2. pr.* ubi idem eſt, quod διαμαρτυρία. *Nov. 90. cap. 2. cap. 3. cap. 4.* ἐκμαρτύριον etiam dicitur *Nov. 115. cap 3. §. 13. Nov. 134. cap. 3.*

Digitized by Google

tem deponat, ut homines inde ſecuritatem conſequantur, nec aliter nuptiali affectu illi ipſi conveniſſe videantur, quam ſi aliquid tale factum ſit, & res omnino ex literis teſtimonium accipiat: his vero ita factis matrimonium & ex eo ſoboles legitima ſint. Hæc autem dicimus, ubi nullum ſit dotis aut antenuptialis donationis inſtrumentum. Cum enim teſtium ſolum fidem ſuſpectam habeamus, inpræſentiarum hæc diſpoſuimus.

§. 3. Quiſquis autem abjectam vitam vivit, & exiguæ ſubſtantiæ dominus exiſtit, atque (27) de infima plebe eſt, ille quoque hanc licentiam hac in re habeat. Sed neque de agricolis, neque de militibus armatis, (28) quos lex caligatos vocat, (hoc eſt viliores & obſcuriores) curioſe laboramus, quibus civilium rerum ignorantia, & ſola circa terræ cultum & bella cupiditas eſt, (29) res magno ſtudio digna & merito laudanda: adeo ut civilibus perſonis, militibus armatis obſcuris, & agricolis licentia ſit etiam ſine ſcriptura matrimonium contrahendi: liberi quoque legitimi ſint, qui parentum mediocritatem, vel militaria aut ruſtica negotia, & ignorantiam adjuvent.

CAPUT V.

Si quis Evangelio tacto juraverit, ſe aliquam (30) in domo ſua uxoris loco habiturum.

VErum cum ex frequentibus interpellationibus, (31) omnium tamen frequentiſſime ex mulieribus conquerentibus & dicentibus audivimus,

(27) *in infima*] εἰς ἔσχατον δὲ τοῦ δήμου μέρος κατακείμενον. Vet. *in noviſſima vero vitæ parte jacens.* Agyl. *in extrema parte vulgi repoſiti.*

(28) *quos lex calig.*] Caliga militare calceamentum, ex qua C. Cæſar Germanici filius Caligulæ cognomen puer induit, ut Tacitus & Tranquillus ſcribunt: erat autem gregarii militis: Sic enim appellantur, quamobrem caligati milites dicuntur, qui in armata militia officium militare non habent. Et hoc Juſtinianus ſcribit *Novella 74.* quæ barbare ita verſa eſt, neque enim Græca extat. *ANT. AUG. ad Modeſtin.*

(29) *res eſt*] Vet. *cauſa eſt ſtudioſa.* πρᾶγμα περισπούδαστον.

(30) *in domo ſua*] τὴν ἐν ἰδίᾳ ἕξειν γυναῖκα. Legendum ἐν ἰδίᾳ οἰκίᾳ.

(31) *omnium*] Vet. *omnium tamen aſſidue.* συχνότερον δὲ πάντων.

divimus, quod quidam affectione erga ipſas ducti domum eas ducant, & ſacra ſcriptura tacta, vel in oratoriis jurantes, ſe eas legitimas uxores eſſe habituros, hoc pacto longo tempore eas habeant, & liberos forte procreent: deinde illarum cupiditate ſatiati, (32) vel ſine liberis, vel cum liberis domo ejiciant, etiam huic rei medendum eſſe judicavimus. Quare ſi mulier legitimis modis oſtendere potuerit, virum hac eam lege domum recepiſſe, ut legitimam uxorem, & liberorum legitimorum matrem haberet, nequaquam illi liceat contra legis conſtitutionem eam domo expellere, ſed eam legitimam habeat, & liberi illi legitimi ſint: & ſi indotata ſit, conſtitutionis noſtræ commodis fruatur, quartamque partem ſubſtantiæ viri accipiat, ſive expellatur, ſive ante virum amiſerit; nobis non ſollicite inquirentibus, utrum eam repudio uſus, an vero ſine eo dimiſerit. Neque enim fas eſt eum repudium illi mittere, qui ipſas nuptias negat. Sed ſi eam ſine ratione domo ejiciat, hoc ipſum adverſus virum cauſa ſit, & mulier hoc facto repudium illi mittat, quartamque partem exigat, ſi uxor fuiſſe probetur: licet jurijurando credens etiam ſine dote ad eum venerit; quid enim illa, quæ dotem non habet, aliud faceret, quam ut ſe ipſam loco omnis dotis tradat?

§. 1. Liberi vero invito etiam patre legitimi ſint. Qui enim ad hoc uxorem duxit & liberos procreavit, ut mulier illi legitimorum liberorum mater fiat, non poterit eos, qui (33) ex ejuſmodi nuptiis nati ſunt, rurſus ut naturales ejicere, neque velle, ut, ſi deinceps poſt mortem uxoris aut repudium alias forte nuptias contrahat, illi ſolum legitimi ſint, qui ex illis nuptiis, non autem illi, qui ante nati ſunt: (34) Conjungantur enim etiam hi cum ſecundis, & ſimiliter plane pater erit, cum prioribus quidem nuptiis Deus, ſecundis vero lex teſtis ſit. Hæc lex in ſecuritatem eorum, qui nuptias contrahunt, lata ſit, & liberi, ſi ex ejuſmodi parentibus naſcantur, erunt legitimi, & fruentur legibus, quæ de legitimis latæ ſunt.

CA-

(32) *vel ſine*] Vet. *aut extra filios.* *ἢ τῶν παίδων χωρίς.*

(33) *ex ejuſmodi*] Vet. *ex tali natos germine.* *ἐκ τοιούτων τεχθέντας γάμων.*

(34) *conjungantur*] *συζευχθείησαν γὰρ καὶ οὗτοι.* Vetus præcedentibus jungit verbum illud: *niſi iis etiam illi priores fuerint copulati, quorum ſimiliter pater eſt.*

CAPUT VI.

Qui ſint liberi legitimi, (35) ſui, & neutri, id eſt, ex illegitimo coitu.

SI quid autem contra hæc fiat, modo non (36) ex damnata conjunctione liberi proveniant, naturales erunt, illiſque, quæ a nobis ſive in teſtamento ſive ab inteſtato naturalibus largita ſunt, potientur. Illi enim, qui e nuptiis nobis plane exoſis & propterea prohibitis naſcuntur, non ſunt naturales vocandi, neque ulla humanitas ipſis concedenda eſt. Sed & hoc ſupplicium parentum ſit, ut ſciant liberos ex prava ipſorum concupiſcentia natos nihil eſſe habituros.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ad hominum medicinam, ac naturæ ſupplementum hac lege definita ſunt, Celſitudo tua edictis propoſitis omnibus promulgabit, per quæ lex omnibus erit manifeſta, omneſque ſcient, ſecundum quem modum in tali re (37) vivendum ſit, noſtramque providentiam conſiderabunt, quod omni alii occupationi ipſorum utilitatem præponimus. Dat. Nonis Junii Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno XV. Johanne V.C. Conſ. Ind. (38) τῦ θ. μ. ω. ἔτυς.

Tit. IV.

De Appellationibus Siciliæ.

CONSTIT. LXXV.

(1) Appellationes Siciliæ recipiat Quæſtor: (2) & tam defenſorum, (3) quam patrum ejus decreta fiant.

 Epi-

(35) *ſui*] γνήσιοι. Vet. *naturales* ut ſupra. Sic & Julian. in textu eſt νόθοι. Quod & rubro inſerendum eſt, vel φυσικοί.

(36) *ex damnata*] ἐκ κατακεκριμένης. Vet. *ex conſcripta procedat copulatione.*

(37) *vivendum*] πολιτεύσωνται. Vet. *converſentur.*

(38) τῦ θ.] τῦ θ. μ. ω. ἔτυς. Sic & Vet. Quod ultimum quid ſibi velit, divinent alii, mihi nec libet nec vacat, neque ſane ſcire admodum refert. AGYLÆUS. Notant illæ literæ annum 541. *Gothofred. h.* Juliani Epitome caret ſubſcriptione.

(1) *Appellationes*] Ad marginem Scrimgerus habet, hujus aliud nihil inventum

Epitome ejuſdem ex Juliano,

De Appellationibus in Sicilia porrectis.

APpellationes quæ in Sicilia porriguntur adverſus ſententias Prætoris vel Ducis, vel cujuſvis alterius judicis in Sicilia conſtituti, apud Quæſtorem in hac Regia urbe exerceri præcipimus, ut ipſe diſcutiat cauſas provocationis & ſententiam dicat, & noſtro imperio referat, ut noſtra auctoritate ſententia ejus roboretur. Sed & ſi aliud civile emergat, veluti defenſoris confirmatio, vel decretum patris civitatis Siciliæ: ſimiliter ad Quæſtorem referatur, & calculo ipſius confirmetur, noſtra ſcilicet auctoritate ſuggerente Quæſtore ſequenda.

TIT. V.

(1) Hæc conſtitutio interpretatur priorem conſtitutionem, de iis, qui monaſteria ingrediuntur, & facultates ſuas conſecrant, ex quo tempore eam valere oporteat.

CONSTIT. LXXVI.

Idem Imperator Johanni ſacro Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

TAlis cauſa ad nos delata eſt, quam convenientem interpretationem & ſimul auxilium a nobis accipere debere putavimus. Cognovimus enim, mulierem quandam filium ex legitimis nuptiis natum haben-

eſſe. Habet autem idipſum *Haloander* præter cætera in conſtitutione ſupra centeſimam quarta. Cujus præter inſcriptionem Scringerus nihil habet. Tantum in margine ex veteri exemplari adſcribit, neſcio ubi illam quærendam eſſe. AGYLÆUS. Epitomen habet Julian. In Baſilic. eadem verba reperiuntur.

(2) *& tam defenſorum*] καὶ τῶ τῶν ἐκδίκων. Baſil. καὶ τὸ τῶν ἐκδίκων, Recte.

(3) *quam patrum*] καὶ τῆς τῶν πατέρων. In Baſilic. deeſt τῆς, & recte quidem.

(1) *Hæc conſtit.*] Solam hanc inſcriptionem habet Haloander, ut & priorum duarum.

bentem de conſuetudine hominum ſe ſubducere & in aſceterio quodam mulierum, multis bonis in mulieres reverendiſſimas ibi congregatas collatis, manere voluiſſe. Et cum pietatis noſtræ lex velit, ut illi, qui aſceterio ſe ipſos conſecrarunt, ſive viri ſive mulieres ſint, ante ingreſſum in monaſterium, de rebus ſuis, eo quo velint modo, diſponant, poſtquam vero aſceterium ingreſſi ſunt, de rebus ſuis quid ſtatuere nequeant, cum non amplius rerum ſint domini, (quod a nobis ſancitum ſit, ejuſmodi viros & mulieres cum corpore & anima, ipſo in monaſterium ingreſſu, ſe ipſos & bona ſua monaſterio conſecrare, quoniam domini eorum non amplius ſunt) atque exinde ea metuat, (licet conſtitutio noſtra multo poſterior ſit illius in dictam ſacram domum ingreſſu) ne forte aliqui prohiberent, ut illa filio ſuo proſpiceret: adeoque dictum metum illi interpretandum, noſtraque lege manifeſtum faciendum eſſe, nec ipſam, nec filium circa ſucceſſionem ejus dicta conſtitutione lædi:

CAPUT I.

PRopterea ſancimus, ſi vir aut (2) mulier quædam ante dictam noſtram conſtitutionem, in monaſterio habitaverit, vel etiam uſque adhuc habitet, maxime ſi liberi adſint, ut nulla ipſis neceſſitas incumbat, facultates ſuas in monaſterium deferendi, ſed ad filium, aut liberos, vel omnia, vel partem ſubſtantiæ ſuæ tranſmittant, & quo velint modo de rebus ſuis diſponant: cum priorem illam noſtram legem altera hac noſtra conſtitutione interpretemur (eos enim, qui ante prædictam noſtram legem ſemel in monaſterio commorantur, nihil plane lex poſtea lata contriſtabitur, aut quid eorum adimet, quorum licentiam iis antea dedimus,) (3) nec prior noſtra lex ullo modo impedimento ſit, quoniam id non eſt ex iis, quæ fieri poſſunt: prius enim diſponere, & ſic monaſterium ingredi oportuit. Si vero quis nulla ejuſmodi lege lata monaſterium ingreſſus ſit, qui fieri poterit, ut ordo legis invertatur, atque ab illis exigatur, qui antea monaſterium ingreſſi ſunt, ut in monaſterio illa faciant, quæ prius ignorata, divina noſtra conſtitutione

(2) *mulier*] Julian. *monacha*. Vid. *Gloſſ.* verb. *Monacha*.

(3) *nec prior*] Vet. *neque prius noſtra legi impedimentum penitus faciente*.

tutione innovata ſunt? ſed unum quodque ſuo tempore accipere decet, operamque dare, ut illa, quæ poſt legem fiunt, eo modo fiant, ſicut lex vult. Si vero quid ante legem contigit, illud neque ſuſcitetur, neque inveſtigetur, ſed in priori ſtatu relinquatur.

§. 1. Hæc vero lex ad priorem illam noſtram conſtitutionem utiliter interpretendam lata ſit, ut illa poſt id tempus locum habeat, ex quo facta eſt, iiſque, qui poſt eam mundo (4) renunciabunt, tam viris quam mulieribus lata ſit: ſibique poteſtatem in illos ſervet, nec quicquam eorum, quæ antea fuerunt, ſollicite perſcrutetur: ac tam viris quam mulieribus, qui antea in monaſteriis commorati ſunt, vel adhuc commorantur, maxime ſi liberi exiſtant, de rebus ſuis eo quo velint modo, diſponere liceat.

EPILOGUS.

TUa igitur Celſitudo, quæ nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, more ſolito per programmata ſua omnibus manifeſta facere curet Dat. Id. Octobr. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. (5) Ann. XI. Johanne V. C. Conſ. Ind. II.

Tit. VI.

(1) Conſtitutio, ut qui per Deum jurant & blaſphemantur, pœna afficiantur.

CON-

(4) *renunciabunt*] ἀποταττομένοις. Vet. *converſentur.*

(5) *Anno XI.*] Vet. *Anno XI* Julian. *Ann. XI.*

(1) *Conſtitutio*] Η διάταξις περὶ τοῦ τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς βλασφημοῦντας τιμωρεῖσθαι. Vet. *ut non luxurientur homines contra naturam, nec jurent per capillos Dei, aut aliquod hujuſmodi, neque blaſphemetur in Deum.* Aliter *Hal.* περὶ τοὺς ἀσελγαίνοντας κατὰ τῆς φύσεως, καὶ τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς βλασφημοῦντας τιμωρεῖσθαι. *Ut qui contra naturam luxuriantur, & per Deum adjurant, item blaſphemias in Deum ingerunt, afficiantur ſupplicio. Hal.* addet deinde; *Idem Imperator Conſtantinopolitanis.* ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τοῖς κωνσταντινουπολίταις. Vetus Interpr. *Imper. Juſtinianus Auguſt. Conſtantinopolitanis.* Quæ verba deſunt in noſtro, & addenda.

Digitized by Google

CONSTIT. LXXVII.

OMnibus hominibus, qui ſapiunt, manifeſtum eſſe putamus, nihil nobis æque ſtudio & in votis eſſe, quam ut illi, qui nobis a Domino Deo crediti ſunt, bene vivant, & benevolentiam illius ſibi concilient; quia divina humanitas non interitum, ſed converſionem & ſalutem vult, eoſque qui (2) peccant & reſipiſcunt, Deus ſuſcipit. Propterea omnes hortamur, ut Dei timorem in animo habeant, & benevolentiam ejus invocent. Scimus etiam omnes, qui Deum diligunt, & miſericordiam ejus exſpectant, id facere.

CAPUT I.

QUoniam vero quidam vi diabolica conſtricti, profuſiſſimæ luxuriæ ſe dediderunt, (3) quæque ipſi naturæ contraria ſunt, faciunt, etiam his præcipimus, ut Dei timorem & futurum judicium animo complectantur & a diabolica illa atque illicita luxuria abſtineant, (4) ne propter impias ejuſmodi actiones juſtæ Dei iræ ſubjiciantur, & civitates cum habitatoribus earum pereant. Sacra enim ſcriptura docemur, propter impias ejuſmodi actiones ſimul cum hominibus etiam urbes periiſſe.

§. 1. Quia vero nonnulli præter ea, quæ diximus, etiam blaſphema verba & juramenta per Deum jurant, Deum ad iracundiam provocantes, his quoque ſimiliter (5) præcipimus, ut a blaſphemis iſtis ver-

(2) *peccant*] πταίοντας. Hal. παίοντας.

(3) *quæque ipſi*] καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως τ'ἀναντία &c. *Hal.* καὶ ἴῦς τούτου φύσεως. Intelligit Imperator crimen παιδεραστίας, quod paulo ante βαρύτατον ἀσέλγειαν vocavit & in *Nov. 141.* ἄρρητον φθοράν. Pœnam ſtatuit ultimum ſupplicium. Zonaras tamen Juſtinianum pudenda eximi pædiconibus eosque damno virilitatis multari juſſiſſe ſcribit. Et Thraciæ Epiſcopos quoſdam & alios eas pœnas ſuſtinuiſſe narrat Cedrenus, qui tamen addit: leges vehementiſſimas κατὰ τῶν ἀσελγαινόντων a Juſtiniano latas fuiſſe. Quod ad hanc Novellam refert *P. FAB. Semeſtr. libr. 3. cap. 19.* Vid. quæ infr. ad *Nov. 141.* notantur.

(4) *ne propt.*] Hal. *ne per tam impia facinora a juſta Dei ira vel urbes cum ſuis incolis peſſum iri inveniantur.* Vet. *ut non propter hujuſmodi impios actus ab ira Dei juſta inveniantur & civitates cum habitatoribus earum pereant.*

(5) *præcipimus*] παρεγγυῶμεν. *Hal.* παρεγγυώμεθα, & ante παραγγέλομεν.

bis & jurejurando per capillos & caput, atque id genus aliis verbis abſtineant. Si enim maledicta in homines collata non inulta relinquuntur, multo magis ille, qui Deum blaſphematur, dignus eſt, ut ſupplicium ſuſtineat. Quare omnes illos hortamur, ut a dictis peccatis abſtineant, Dei timorem animo concipiant, & ſequantur eos, qui recte vivunt. Propter ejuſmodi enim delicta, fames, terræ motus & peſtes oriuntur; ideoque monemus eos, ut a dictis ſceleribus abſtineant, ne animas ſuas (6) perdant. Nam ſi poſt hanc noſtram (7) legem in iiſdem peccatis aliqui permanere reperiantur, primum quidem Dei humanitate ſe ipſos indignos facient, deinde etiam ſupplicia lege conſtituta ſuſtinebunt.

§. 2. Præcepimus enim glorioſiſſimo Præfecto Regiæ urbis, ut eos, qui poſt hanc quoque legem noſtram in dictis abſurdis & impiis perſeverant actionibus, comprehendant, ultimiſque ſuppliciis afficiant: ne ex talium peccatorum contemtu, & civitas & Reſpublica per impias ejuſmodi actiones lædatur. Si enim poſt hanc etiam noſtram admonitionem, quidam tales homines inveniant & occultent, ſimiliter a Domino Deo condemnabuntur. Ipſe quoque glorioſiſſimus Præfectus, ſi aliquos tale quid committere inveniat, eoſque ſecundum leges noſtras non (8) puniat, primo quidem Dei judicio obnoxius erit, deinde & noſtram indignationem (9) ſuſtinebit.

Tit. VII.

Ut liberti impoſterum non indigeant jure aureorum annulorum, & reſtitutionis natalium. Et ut confectio dotalium (1) inſtrumentorum cum libertabus, (2) per ſe nuptias legitimas & liberos legitimes

(6) *perdant*] ἀπολέσθαι. *Hal.* ἀπολέσαι. Vet. quoque *perdant.*

(7) *legem*] νομοθεσίαν. *Hal.* νουθεσίαν. Non male. Nam & Vetus habet *admonitionem* & ſequitur deinde §. 2. παραίνεσιν.

(8) *puniat*] ἐπαγάγῃ. Hal. ἐπαγάγοι.

(9) *ſuſtinebit*] Caret ſubſcriptione hæc *Novella.* Nec *Vet. Interpres* aliquam habet, nec *Hal.* nec *Julianus.*

(1) *inſtrumentorum*] συμβολαίων. Hal. συμβόλων.

(2) *per ſe*] αὐτόθεν ἤδη. Hal. αὐτόθι ἤδη. Vide Veteris *Interpretis* verſionem.

mos faciat: ſi vero ſerva fuerit, ut & ipſa confectione dotis libera ſit, & nuptiæ legitimæ & liberi ejus legitimi fiant.

CONSTIT. LXXVIII.

Idem Imperator Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli (3) ordinario & Patricio.

PRÆFATIO.

CUm omnia perfecta bona a magno Deo (4) nobis data ſint, libertatem quoque ſervorum, (quando a dominis priore conditione liberantur) illis omni modo puram, infucatam & perfectam efficiendam eſſe putavimus. Quamobrem libertatem etiam a contumelia dedititiorum liberavimus, (5) Latinitates ut imperfectas ejecimus, & iterationes ſuperfluas eſſe demonſtravimus, legemque Juniam atque (6) Largitianium Senatus-Conſultum tanquam ab initio fruſtra introductum & poſtea recte ejectum odio habuimus, & Romanam civitatem in libertatibus obtinere voluimus, nec locis, nec ætate, nec alia re cauſam diſcernentes. Quoniam vero ſemper quod melius eſt, quantum ad ſubditos, noſtros (7) meditamur, (8) etiam ipſum illud perfectius, quod datum eſt, majori acceſſione ampliandum putavimus.

(3) *ordinario*] Non habet id *Haloander* nec *Vet. Interpres.*

(4) *nobis*] ὑμῖν. *Hal.* ἡμῖν.

(5) *Latinitates*] Λατινότητας. *Hal.* λατινιτάτας. *Latinas.* Vet. *Latinitates.*

(6) *Largitianum*) Largitianion. *Hal.* Λαργιάνειον. *Largianum.* Vet. *Largianum.*

(7) *meditamur*) βουλευόμενοι. *Hal.* βουλόμεθα. Lege βουλευόμεθα.

(8) *etiam ipſum*) καὶ αὐτὸ τὸ τελειότερον διδόμενον μείζοσιν ᾠήθημεν δεῖν ταῖς προσθήκαις αὐξῆσαι. Ita quoque legitur in Cod. Vaticano, niſi quod articulus τὸ abſit. Vetus, *etiam ipſum quod perfectius datum eſt a majoribus, exiſtimavimus oportere adjectionibus ampliare. Hal. & quod ad ampliorem redactum eſt perfectionem, majoribus inſuper augmentis accumulandum putavimus.*

CAPUT I.

De jure aureorum annulorum (9) omnibus libertis generaliter conceſſo.

PRopterea ſancimus, ſi quis ſervum vel ancillam ſuam manumittens, illos cives Romanos declaraverit, (neque enim aliter licet,) ut is ex hac lege ſciat, illum, qui libertatem accepit, tanquam acceſſorium aliquod (10) aureorum annulorum & reſtitutionis natalium jus ſtatim habiturum, nec neceſſitate quadam id ab Imperatore adhuc impetraturum, nec ulla plane curioſitate opus habiturum, ſed vi libertatis hæc omnia proventura eſſe, hac noſtra lege ex præſenti die initium ſumente. Neque enim quicquam eorum, quæ ante facta ſunt, curioſe ſcrutamur, ſed potius omnia (11) præterita confirmamus, ut illa ſecundum eos modos obtineant, quibus facta ſunt. Atque hæc quidem ut ita ſe habeant, ſancimus.

CAPUT II.

De reverentia & obſequio patronis (12) a libertis præſtando.

ILlud vero ſimul diſponimus, ut in nulla re, nec poſt hanc noſtram legem jura patronorum lædantur, quæ in omnibus perſonis ſancivimus, quibus illa ſervavimus, niſi is, qui libertatem (13) donavit, vel per fideicommiſſum illam reliquit, vel in ipſa libertate id adjecit, libertum iis quoque liberaverit. Si enim hoc dederit, omnino is, qui manumiſſus eſt, etiam a jure patronatus liberetur, quia id ille præcepit. Hæc igitur omnia habeant, qui libertatem meruerunt. Præſtent tamen etiam

(9) *omnibus*) τῆς πᾶσιν ἐπελευθέροις γενικῶς διδομένης. Lege. τῆς πᾶσιν ἀπελευθέροις διδομένης, præcedit enim περὶ δούλων.

(10) *annul. aur.*) Vid. *Gloſſ.* verb. *Aureorum annul. jus.*

(11) *præterita*) προεληλυθότα. Hal. παρεληλυθότα. Malc.

(12) *a libertis*) in Græco eſt παρὰ τῶν παίδων. *a liberis*, Sed quia id huc non pertinet, legendum eſt, ἀπελευθέρων: Niſi quis eos per τὸ παίδων intelligi putet. Vetus Interpr. *libertis* legit, ut & *Julian. Epit.* qui addit, *& ingratis libertis.*

(13) *donavit*) δωρησάμενος ἢ κατὰ φιδεικόμμισσον τοῦτο καταλιπὼν, ἢ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἐλευθερίαν, *donavit aut per fideicommiſſum illam reliquit, aut in ipſa libertate.* Deſunt hæc in editione *Haloandri.*

Digitized by Google

etiam poſt hanc noſtram divinam conſtitutionem illis, qui ad hunc honorem eos perducunt, omnem cultum, & (14) obſequium, uti vocatur, & (15) reverentiam per leges recte introductam: abſtineant quoque a verberibus, & inſidiis, aliiſque, ob quæ liberti, qui talia perpetrant, ſecundum ſcriptas de his leges in ſervitutem revocantur, & in priorem conditionem reſtituuntur. Etenim ſi neminem plane erga donatorem ingratum eſſe permiſimus, (etſi ex nobiliſſimis ſit,) ſed donationes in legibus jam a nobis (16) ſcriptis, in iiſque, quæ quotidie a nobis præcipiuntur, irritas pronunciavimus, quomodo patiamur, ut manumiſſor, qui tanquam pater liberti fuit, quid mali eo ab patiatur, vel gravem forte & indecentem contumeliam, vel plagas, vel magnum & intolerandum damnum ſuſtineat? Sed ſi is, qui libertatem dedit, ſe tale quid perpeſſum eſſe legitimis probationibus evicerit, vel etiam liberi ejus, poſt dictas probationes libertum in priorem conditionem reſtituemus, nominum curioſitate & damno, quod inde venit, omnes liberantes, ac ubivis id quod juſtum & æquum eſt, & legislatorem decet, atque Deo placet, liberto & priori domino ſervantes.

§. 1. Quare ſint quidem & liberti & ingenui, tam illi, qui olim manumiſſi ſunt, (ſi quidem expreſſe hoc illis largitum eſt,) quam qui poſt hanc noſtram legem ad libertatem pervenerunt: vivant vero tanquam ingenui jam facti, & debitum honorem manumiſſoribus ſolvant: ne libertate & ingenuitate rurſus excidant, ſi indevoti & ingrati probati, & a lege ut tales damnati fuerint. Sic enim perpetuo liberi & ingenui erunt, ſi manumiſſoribus & liberis eorum ſinceram & liberam venerationem, reverentiam & gratitudinem præſtiterint: quibus præſtitis in priorem conditionem nunquam relabentur.

(14) *obſequium*] obſequior. Hal. ὀψέκιον. Baſil. ὀψίκιον.

(15) *reverentiam*] reverentiar. *Hal.* & *Baſil.* τιμὴν, *honorem.* Vet. *reverentiam.*

(16) *ſcriptis &c.*) ἤδη γραφεῖσι νόμοις, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἑκάστην παρ' ἡμῶν. *jam ſcriptis legibus & in iis, quæ quotidie a nobis.* Non leguntur hæc apud Haloandrum, qui habet ἐν ταῖς παρ' ἡμῶν κελευομέναις, *in noſtris juſſionibus.*

CAPUT III.

Si patronus libertam uxorem ducere velit.

SI vero quis libertam ducere & legitimam uxorem facere voluerit, cujuſcunque dignitatis ſit, nuptialia inſtrumenta conficiat. Hanc enim ſolam obſervationem poſt libertatem requirimus: & liberi tam ante, quam poſt dotalia inſtrumenta nati, liberi & ingenui, & patri ſui hæredes exiſtant, petitione aureorum annulorum & jure reſtitutionis natalium liberati, (17) nec ulla plane in re a reliquis ingenuorum matrimoniis differant. Libertas enim matris & nuptiale inſuper inſtrumentum (18) ſobolem liberam, ingenuam, & ſucceſſorem patris demonſtrabunt.

CAPUT IV.

Si quis ex ancilla ſua (19) liberos habuerit.

(20) ATque ita reipſa in veritate toti erimus, ut, ſi cui ex uxore etiam ſerva liberi naſcantur, & is poſtea uxorem manumittere & dotalia inſtrumenta conficere velit, ſimul cum dotalium inſtrumentorum ſcriptura, liberis etiam tam libertatis quam legitimorum jus competat. Neque requirimus, ut ſpecialiter liberis libertas detur, ita ut vel una cum matre manumittantur, vel etiam poſt eam, vel (21) ante eam forte libertatem accipiant, ſed ſimul cum inſtrumentis nuptialibus ſcriptis ſtatim libertatem illis quoq; largimur. Quod enim majus ſignum libertatis pater liberorum daret, quam ſi uxorem liberam ſimul & legitimam per ſcripturam dotalium inſtrumentorum oſtendat? Nam ſi miles alicui ex ſervis ſuis legatum relinquens, ipſa datione legati etiam libertatem

(17) *nec a reliquis*] πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ἐγγενόντων συνοικέσια. *Hal.* συνοικεσίων. Male.

(18) *ſobolem liberam*] τὴν γονὴν ἐλευθέραν τε καὶ εὐγενῆ *ſobolem liberam & ingenuam.* Deſunt hæc apud Hal.

(19) *liberos*] τοὺς ἔχοι παῖδας. Illud τοὺς tollendum, vel accipiendum pro τινάς. Sic in inſcriptione *cap. 5. Nov. 75.* τὴν ἰδίαν γυναῖκα.

(20) *atque ita*] καὶ οὕτω τῶν πραγμάτων καὶ τῆς ἀληθείας ὅλοι γενώμεθα. Vet. *& ita rebus & veritate toti efficimur. Hal. & rebus & ipſa veritate toti integrique erimus.*

(21) *ante eam*] πρὸ αὐτῆς. Hal. πρός. Et in ſeqq. apud eundem deeſt τὸ ἅμα.

bertatem date videtur, quare non multo magis pater, ſi nuptiale inſtrumentum ſcripſerit, liberos ſuos hac ſola re & liberos & ſuos hæredes habeat? Neque enim putaverit, quis voluiſſe eum matrem quidem liberorum legitimam eſſe, (22) & tantam ipſi acceſſionem libidinis largiri, liberos vero ſuos (23) ex ſemine ſuo natos, adhuc ſervos relinquere?

§. 1. Hæc nos ſimiliter tam de manumiſſoribus quam libertis ſancimus. Nam ſi ea, quæ ante dicta ſunt, manumiſſoribus non ſervemus, homines forte ad libertatem dandam ſegniores efficiemus. Magnæ enim curæ nobis eſt, ut libertates obtineant, valeant, & in noſtra Republica floreant atque augeantur. Etenim hac cupiditate ducti, & in Libya & in Occidente, (24) tam pro recta de Deo opinione, quam pro ſubditorum libertate tanta bella ſuſcepimus.

CAPUT V.

(25) *De conſtitutione.*

Nihil vero novi facimus, ſed optimos Imperatores, qui ante nos fuerunt, ſequimur. (26) Sicut enim Antoninus cognomine Pius (a quo

(22) *& tantam*] καὶ τηλικοῦτον αὐτῇ χαρίζεσθαι πάρεργον ἡδονῆς. *Hal.* χαρίσ-σθαι, *& ob nihili voluptatem tanto donare munere.* πάρεργον ἡδονῆς, ſupra liberos ſpurios & illegitimos vocavit, hoc vero loco non videtur aliter accipiendum, quam pro beneficio eo, quo pater ancillam ſuam legitimam ſibi uxorem eſſe vult. Vet. *hoc* tam *magnum ei donaſſe opus libidinis.* Eſt autem πάρεργον *acceſſorium opus* &c.

(23) *ex ſemine*) ἐκ τῶν αὐτοῦ σπερμάτων. *Hal.* ἐκ τῶν αὐτῶν.

(24) *tam pro recta*) ὑπέρ τε τῆς ὀρθῆς περὶ θεὸν δόξης. *Vet.* & *Hal pro recta ad Deum religione.* Δόξα eſt *opinio*, quem ſenſum huc referendum putavimus, quia Græca exprimit; etſi vetus interpretatio non ſit rejicienda.

(25) *De Conſt.*) περὶ κατασάτεως ſcribendum καταστάσεως. Inſcriptio Latinæ Veteris ex Juliano eſt, qui habet, *Ratio Conſtitutionis.* Hanc qui ex Latina Græcam facere voluit, eam male accepit. Nam κατάστασις eſt *ſtatus, diſciplina, conſtitutio* rei alicujus. Hoc verum loco idem eſt quod διάταξις. Ut reliqua taceam. Sic tamen & Nov. ſeq. cap. 2. in inſcr. τὸ κατάστασις accipitur pro quo in cap. 3. eſt διάταξις. In ipſo vero Novellarum textu τὸ κατάστασις eo ſenſu occurrere non puto.

(26) *Sicut*) Non Antoninum Pium ſed Antoninum Caracallam hujus Conſtitutionis, de civitate omnibus in orbe Romano data, autorem eſſe, ex Dione Coccejano aliiſque argumentis prolixe poſt *VVeſenbecium* in *Paratitl. a. Stat.*

(a quo ad nos etiam hæc appellatio (27) pervenit) (28) Jus Romanæ Civitatis, quod antea ab unoquoque ſubditorum petendum erat, atque ita ex iis, qui peregrini vocantur, ad Romanam ingenuitatem deducens, in commune omnibus ſubditis donavit: (29) & Theodoſius junior poſt Conſtantinum Magnum ſanctæ hujus civitatis conditorem, (30) jus liberorum, quod antea peti debebat, in commune ſubditis dedit; ita & nos (31) jus illud reſtitutionis natalium & aureorum annulorum, quod unicuique petenti dabatur, & damnorum atque curioſitatis occaſionem præbebat, & manumiſſorum auctoritate indigebat, omnibus ſimiliter ſubditis ex hac lege damus. Naturæ enim reſtituimus, qui ingenuitate digni ſunt, non ſingulos impoſterum, ſed omnes ordine, qui libertatem a dominis conſecuti ſunt: ut & hanc magnam & generalem liberalitatem in ſubditos noſtros conferamus.

EPILOGUS.

QUæcunque igitur pro noſtra erga ſubditos humanitate, (32) etiam hac lege potentiæ noſtræ placuerunt, ea Celſitudo tua cognoſcens, ſubditis noſtris in hac felici civitate per programmata ſua hic & in provincia manifeſta faciat: ut cognoſcant nos ſubditorum noſtrorum (33) ubivis curam habere, ſancientes, quæ ad utilitatem illorum faciunt. Obtinebit vero hæc lex in omnibus ſequentibus caſibus, illisque qui poſtea emergent: de eo enim quod præteriit, non ſolliciti ſumus. Dat XV Kal. Febr. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XV. (34) Arione V.C. Conſ.

TIT.

Hom. & Sam. Petitum ad L. Att. docet. *Spanhem. O. Rom. Ex. II cap. 4.*

(27 *pervenit*) κοινὴν. *Hal.* καλῶν.

(28) *Jus Rom. Civit*) Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* verbo *Civit. Rom. jus.*

(29) *Et Theodoſius*) Conf. *l. 3. C. Th. d. Jur. Liber.* ib que *Gothofred.*

(30 *Jus liberorum*) τὸ τῶν παίδων δικαίων. Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug* verb. *Liberorum jus.*

(31) *jus illud reſtit.*) Vid. *Gloſſ.* verb. *Natalibus reſtitui.*

(32) *etiam*) καὶ τῷ δὲ τῷ νόμῳ. Apud *Hal.* hæc non reperiuntur. Vet. *per hanc legem.* Scribendum καὶ ἐν τῷδε. Vel ἐν τῷδε &c. Sic enim καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. & alibi ſæpiſſime.

(33) *ubivis*) ἐφ' ἑκάστοις. *Hal.* ἐφ' ἑκάστοις. Vet. *per omnia.*

(34) *Arione*) Julian. *Apinione.*

TIT. VIII.

Apud quos cauſam dicere oporteat Monachos & Sanctimoniales.

CONSTIT. LXXIX.

Idem Imperator Mena Sanctiſſimo Archiepiſcopo & Patriarcha univerſali.

PRÆFATIO.

CUm in Regia hac urbe rem non juſtam committi cognoverimus, eam communi lege ſanandam exiſtimavimus: incipientes quidem a felici hac urbe, ad omnem vero ditionem noſtram illam extendentes. Quidam enim gravitatem orthodoxæ fidei labefactare volentes, civiles judices adeunt, ſi quam litem cum Monachis, vel Sanctimonialibus habent: alii vero executores mittunt, qui ſacra loca intrare, Monachos extrahere, & Sanctimonialibus, vel aſcetriis, quæ forte nec conſpiciuntur, moleſtiam facere audent: unde non parva injuria & confuſio adorandis locis infertur.

CAPUT I.

Si quis Monachum aut Sanctimonialem in jus vocare (1) velit.

QUam ob rem ſancimus, ſi quis qualemcunque litem habeat cum venerabilibus quibuſdam aſcetis, vel conſecratis virginibus, vel quibuſcunque fœminis, quæ in monaſteriis ſunt, ut Deo amiciſſimum illius civitatis Epiſcopum adeat: ille vero mittat, & cum omni gravitate atque honeſtate, quæ ad perſonarum illarum præſentiam pertinent, diſponat, ſive Præſules, ſive Apocriſiarios, ſive alios quoſdam eorum nomine comparere oporteat: ipſe vero ſacerdotali gravitate cauſam examinet & dijudicet, illique civiles judices plane non habeant, neque eorum gravitatem ignominia afficiant: cum Dei amantiſſimi Epiſcopi cujuſque civitatis ad ea, quæ ad lites litiumque cautionem ſpectant, diſponenda & cum auctoritate atque dignitate ſacerdotali ſecundum leges noſtras ſacroſque canones dijudicanda ſufficiant. Sic enim & illi, qui

Cccc aliquod

(1) velit] ὀπιχειρήσοι. Lege ἐπιχειρήσοι.

aliquod jus habere exiſtimantur, jus ſuum conſequentur, & auctoritas ſacerdotum intacta atque integra ſervabitur.

CAPUT II.

De conſtitutionis hujus obſervatione: & ut lites Monachorum celeriter dirimantur.

COmmunis igitur ſit lex, & tum a glorioſiſſimis Præfectis, qui in omnibus ſunt diœceſibus, Illyrici ſcilicet & Libyæ, & Italiæ, & tertius Occidentis, obſervetur, tum a glorioſiſſimis Præfectis (2) veteris Romæ, tum etiam magnificentiſſimo (3) Prætore populi, & Præſidibus provinciarum, eorumque cohortibus. Quare ipſa nullo plane modo corrumpatur, ſed ad honorem religioſiſſimorum Monachorum illibata ſervetur. Hæc vero Beatitudo tua cognoſcens, in felici hac urbe ejuſque confiniis cuſtodiat: literis vero ad Dei amantes Metropolitanos civitatum, quorum creationem, ipſe ſuſcepiſti, utatur, ſacram hanc legem illis literis præmittens. At hi Epiſcopis ſub ſe conſtitutis indicabunt, ut per exiguam hanc ſcripturam una legis continuitas in omnem ditionem perveniat. Quin etiam lites, quæ Monachis moventur, accelerari jubemus, ne illorum mens litium curis occupetur, ſed iis cito liberati ſacris vacent.

CAPUT III.

De tranſgreſſoribus hujus conſtitutionis.

ITaque, qui adverſus hæc aliquid fecerit, is ſciat, ſi quidem Magiſtratus ſit, qui ejuſmodi ſententiam ferre auſus fuerit, fore ut Magiſtratu amoveatur, tanquam is, qui Deo injuriam intulit: pœna quoque decem librarum auri una cum officio ſuo multetur, ſacro noſtro ærario inferenda. Sin vero executores ſint, qui citare audeant, ab ipſis Dei amantiſſimis Epiſcopis prohibeantur, & locis, quæ (4) Decanica appellantur, includan-

(2) *Veteris*] πρεσβυτέρας. Vet. *utriusque Romæ.*

(3) *Prætore Popul.*] *Gloſſ. Jul.* verb. *Prætor Populi.*

(4) *Decanica*] δεκανικοῖς. Vet. *decaneta.* Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* verb. *decanica* Decanica præbuerunt uſum quendam carceris & cuſtodiæ Eccleſiaſticæ, ſicut Capitula recte a parente meo felicis memoriæ exequentur. *Julian. in*

Digitized by Google

cludantur. pœnas convenientes laturi, neque illis permittatur ut ullam executionem impoſterum faciant.

EPILOGUS.

Atque hæc lex obtineat, ſi quis cum aliquo religioſiſſimorum Monachorum, vel virginum, vel mulierum conſecratarum & in venerabilibus monaſteriis habitantium litem habeat. De Clericis enim & quo ordine conveniendi ſint, leges jam conſcripſimus, quas valere atque omnique modo ratas eſſe volumus. (5) Dat. VI. Id. Mart. Conſtantinopoli, Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno XV. Arione V. Conſ.

TIT. IX.

(1) De officio Quæſtoris, (2) & Adjutorum ejus, (3) & Reſcriptoribus.

decanicis Eccleſiarum recludatur &c. In Græcorum *Paratitlis* ita, εἰς τῶν Ἐκκλησιαστικῶν ἐγκλειστήρων ἐμβαλλέσθωσαν. Baſilius Diaconus, in libello ad Valentin. κἀκεῖθεν τυπτόμενοι ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δεκανικῷ &c. Ergo in decanicis, quæ procul dubio loca concluſa fuere, immorigeri Clerici aſſervabantur: etſi Eccleſia his temporibus juriſdictionem prope non haberet, ſed audientiam tantum. Cujacius *decanica* cum *diaconicis* confundit ad *Nov. 29. GOTHOFR. ad l. 30. C. Theod. hæreticis. Meurſ Gloſſ.* Δεκανικὰ, *Carcer Eccleſiaſticus.* Julian. *h. in decanicis recludatur competentes pœnas luiturus. Decaneta* in Authenticis, fortaſſe dicatheta, quod locus eſſet, in quo rei reponerentur, donec dijudicatum eſſet. *ALCIAT. Prætermiſſ. 1.*

(5) *Dat. VI. Id.*) Sic Vet. & Jul. qui pro *Arione* habet *Apione*. Permittit autem hic quædam Vetus Interpres, quæ in Græco textu non leguntur. Verba ejus hæc ſunt: *Scriptum exemplar Viro Clariſſimo Joanni Præfecto* ſacrorum Orientis *Prætorio*, iterum Exconſuli ordinario & *Patricio*. Scriptum Exemplar Baſilidi glorioſiſſimo Magiſtro ſacrorum officiorum. Scriptum Exemplar Longino glorioſiſſimo Præfecto Urbis.

(1) *De officio*] Vet. & Hal. *de Quæſtore.* περὶ τοῦ κοιαίστωρος.

(2) *& Adjutorum*] καὶ τῶν βοηθῶν *Vid. Gothofr. ad l. 10. d. Cohortal. Cod. Theod.*

(3) *& Reſcriptoribus*] καὶ τῶν ἀντιγραφέων. Ἀντιγραφεῖς ſunt *Dictatores, Reſcriptores.* Gloſſ. Ἀντιγραφεύς, *Dictator, Reſcriptor*; item Ἀντιγραφὴ, *Dictatura, Reſcriptum.* Reſcriptor eſt, qui emendat, recognoſcit. Et vero hoc Magiſtrorum [ſcriniorum] munus fuit dictare ſeu formare & reformare reſcripta Principis, Epiſtolas &c. *GOTHOFR. ad l. 1. C. Th. d.* Magiſtr. *Scrin.* Eſt & ἀντιγραφεύς,

CONSTIT. LXXX.

Idem Imperator Johanni ſacro Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

Præfatio.

SEmper (4) Deo auxiliante omnem curam adhibemus, ut ſubditi a benignitate ejus nobis dati, illæſi conſerventur. Igitur & leges ponimus, in quibus juſtitia nobis ſummæ curæ eſt, operamque damus, ut id, quod paulatim labitur, reparemus: & inſuper Magiſtratus excogitamus, qui crimina puniant, & delicta pauciora reddant. Talis ut ſit Prætor populi in magna hac urbe effecimus, quem utiliſſimum eſſe ipſa rerum experientia omnibus, qui regiam hanc noſtram urbem incolunt, demonſtratum eſt. Hoc igitur experimento, ut adhuc aliud quid, quod medecina eget, excogitaremus & inveniremus, legi & Magiſtratui convenire exiſtimavimus. Invenimus enim provincias paulatim habitatoribus ſuis denudari, magnam vero urbem noſtram multitudine diverſorum hominum & maxime agricolarum urbes ſuas & agriculturam derelinquentium moleſtari.

CAPUT I.

De his qui Conſtantinopolin veniunt.

HÆc fecerunt, ut ad præſentem legem atque ad Magiſtratum, qui nunc a nobis aliquo modo innovatus eſt, reſpiceremus: cui etiam ex publico annonam (5) eamque ſufficientem dare, & cohortem (6) conſtituere, & periculum ex negligentia illi imponere non piget. Huic igitur

qui obſervat pecuniam Principi vel civitati ſolutam. Vid. *Suidam* & *Pollucem.* G'oſſ. Jur. Μαγιστρὶ σκευίον οἱ Ἀπαγγερεῖς.

(4) *Deo auxil.*] μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας. *Hal.* μετὰ τῆς ἐκ βοηθείας Leg. τῆς ἐκ θεοῦ &c.

(5) *eamque*] καὶ ἀννῶν ἀποδοῦναι, καὶ ταύτην αὐτάρκη καὶ τάξιν προσκαταστῆσαι. Hal. καὶ ταύτῃ αὐτάρκη τάξιν προσκαταστῆσαι. Sic etiam Vet. *& ſufficiens etiam officium conſtituere.* Utrumque dici poteſt, & dictum fuit ſupra paſſim.

(6) *conſtituere*] προσκαταστῆσαι. *Hal.* προσκαταστῆσαι.

igitur Magiſtratui, quique eum ſuſcipit, (7) Quæſtoris nomen imponimus. Sic enim illi quoque, qui Magiſtratum hunc invenerunt, (loquimur autem de (8) priſcis temporibus) Ereunadas vocarunt eos, qui ad hoc officium pervenirent. Volumus autem ut ille, qui hoc Magiſtratu fungitur, ad Deum & timorem noſtrum & legem reſpiciens, in eos inquirat, qui in magna hac civitate habitant, ex quacunque ſint provincia, ſive mulieres, ſive Clerici, ſive Monachi, ſive Aſcetriæ, ſive exterarum civitatum (9) Advocati ſint, ſive alterius cujuſcunque conditionis, aut dignitatis: & curioſe ſcrutentur, quinam ſint, & unde, quave occaſione venerint. Et ſi quidem agricolæ ſint, videant ad quos ex judicibus noſtris lites eorum pertineant, eiſque immineant, & celeriter eos difficultatibus, propter quas huc venerunt, liberent, ac quam celerrime eos, poſtquam obtinuerunt ea, quæ illis competunt, unde venerunt, remittant.

(7) *Quæſtoris*] quæſtor●. Julian. *quæſitoris*. Vid. *Gloſſ.* verb. *quæſitor* & *Ant. Aug*. Dei *quæſtore* vide *Tit. Cod. de Off. quæſtoris*, & *Pancirol. ad Not. Imper. Or. cap.72.* Ab hoc diverſus eſt, quem Juſtinianus hic inſtituit, cujus officium deſcribitur in textu. Antonius Auguſtinus ad *Nov. 80.* pro quæſitore legendum quæſtorem. Et J. Cujacius a quæſtore Palatii & quæſtore Exercitus hunc nititur diſtinguere. Nos retinuimus Codicum Vaticanorum lectionem κυαισίτωρα, cui Julianus Anteceſſor adſtipulatur *Nov. 74.* Rem ipſe Juſtinianus evincit *Nov. 8. Huic ergo Magiſtratui* &c. Lege *Harmenopulum lib. 6.* de *var. leg. Tit, 1.* Virgilius *6. Æneid.*

Quæſitor Minos urnam movet: ille ſilentum
Conciliumque, vocat, vitamque & crimina diſcit.

Emendandæ ſunt etiam editiones Scrimgeriana & Contiana. Illud hic habet difficultatem, quod in *Nov. 80.* de quæſitoris inſtitutione nulla mentio ſit criminum, ad quæ cognoſcenda hunc inſtitutum Magiſtratum fuiſſe Procopius docet. At de acceptis non ſcripto ſed verbo Principis Mandatis Procopius loquitur, ut liquet ex iis, quæ ſtatim de Prætore plebis & Præfecto Urbi narrat. *ALEMAN. ad Procop. ἀνεκδ. p. 89.* Adde de *quæſtoribus* & *Menagium Amœnit. cap 39.*

(8) *priſcis*] ἀνωτάτω χρόνοις. *Hal.* ἀνωτάτοις χρόνοις. Illud recte.

(9) *advocati*] συνήγοροι. Julian. *Scholaſtici.* Recte, ut opinatur *Cujacius ad h. Nov. & l 2. C. d Lucr. adv.* Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* verb. *Scholaſtici.*

CAPUT II.

De Agricolis.

SI vero agricolæ aliqui ſub dominis conſtituti ſint, & ut his ſupplicarent, ad regiam hanc urbem venerint, efficiant, ut domini celeriter negotia, propter quæ venerunt, expediant, eoſque, cum jus ſuum conſecuti fuerint, ſtatim dimittant. Sin vero advenerint forte, (10) ut cum dominis litigent, & adverſus eos cauſam agant, ſi quidem multi ſint, multitudinem illam confeſtim (11) in provinciam dimittant, duobus aut tribus relictis, (12) qui veluti Syndici quidam litem exerceant: ipſe vero immineat ei, qui cauſam cognoſcit, atque efficiat, ut quam celerrime negotia (13) decidat, ne diu detineantur, maxime agricolæ, quorum præſentia ibi & (14) ſuperflua eſt & vacatio ab agricultura tam ipſis quam dominis damnum affert.

CAPUT III.

QUod ſi multitudo, quæ advenit, non ſit agricolarum, ſed forte alii quidam, qui cum aliis litigaturi hic morentur, id non permittat, ſed omni contentione judices urgeat, ut celeriter eos controverſiis abſolvant, & litibus liberatos dimittant, ut in provinciis ſuis & urbibus habitent. Si vero is, qui de lite cognoſcit, vel etiam ruſticorum domini, ſæpe apud (15) eum, qui Magiſtratus a nobis conſtitutus eſt, inſtent, ut litigantes, vel præſtolantes liberentur, illique moras ducant nec celeriter eos (16) vel a lite, vel a præſtolando liberent, tum ille, qui a nobis

(10) *ut cum dominis*] εἰς ἐναντίωσιν τῶν κεκτημένων. Vet. *ad reſultationem poſſeſſorum.*

(11) *in provinciam*] πρὸς τὴν χώραν. Baſil. εἰς τὴν χώραν.

(12) *qui veluti Syndici*] εἴτε κατὰ τὸ τῶν συνδίκων σχῆμα. Vet. *qui ſecundum colligantium ſchema.* Vid. *Ant. Aug.* verb. *Syndici.*

(13) *decidat*] Vet. *incidant.* τέμνειν τὰς ὑποθέσεις. Sequitur, ἵνα μὴ μῆκος χρόνου ἐγγίνοιτο αὐτοῖς. Ubi Vet. *ut non longitudo eis fiat temporis.* Infr. Nov 82. c. 5. dicitur, τῆς τοῦ χρόνου τριβῆς τὸ δικαζόμενον ἅπαν ἀπαλλαγήσεται.

(14) *ſuperflua*] περιττή. *Hal.* περιττεύει.

(15) *eum qui*] τοῦ ἀρχομένου. Baſil. & *Hal.* τὸν ἀρχόμενον. & mox τοὺς τῶν γεωργῶν κυρίους, ὑμῶν &c.

(16) *vel a lite*] ἢ τῆς δίκης ἢ τῆς προσεδρείας αὐτοὺς ἀπαλλάξειεν. *Hal.* αὐτοὺς ἀ-

Digitized by Google

bis Magiſtratus conſtitutus eſt, litigantes, vel qui propter jus aliquod dominis ſupplicarunt, idque conſecuti non ſunt, ad ſe ducat & examinet, celeriterque de iis diſponat, ob quæ illi in magna hac urbe morantur, atque ad patriam ſuam, vel ad loca, ex quibus venerunt, remittat: privilegio & præſcriptione fori (17) omnibus ablata.

CAPUT IV.

(18) SI vero aliqui nec unde vitam tolerent, nec litis cauſam habentes in hac noſtra ſint civitate, ita ut mendicando victum quærant, vel ſi hoc ipſorum cupiditatibus non ſufficiat, jam etiam peccent: corporum ipſorum ſtatum, qualis ſit, inſpiciat, & ſi quidem firma habeant corpora, poſſintque ad laborem ſufficere, & ſervi aliquorum ſint, cognoſcat quorum ſint, eoſque etiam invitos dominis remittat: ſi vero conditione liberi ſint, & ex quibuſdam provinciis vel urbibus oriundi, ad provincias, ex quibus ſunt, eos remittant.

CAPUT V.

De Mendicis robuſtis.

SIn vero (19) indigenæ ſunt, & robuſta habeant corpora, neque victus quærendi honeſtam occaſionem habeant, non permittat, ut inutile ſint terræ pondus, ſed celeriter publicorum operum artificibus in miniſterium tradantur, tam illis, (20) qui piſtrinis præſunt, quam qui

παλ. Utrumque dici poteſt. Vet. *eas a litis obſervatione liberaverint.*

(17) *omnibus ſublata*] πᾶσιν ἀνῃρημένων. Baſil. πάσης ἀνῃρημένης. Vet. *omnibus*, quod & præferendum.

(18) *ſi vero aliqui*] εἰ δὲ βίου πόρον μήτε ἢ δίκης αἰτίαν ἔχοντες. Hal. εἰ δὲ βίου πορίζειν μήτε, ἢ δίκης &c. *At ſi qui litis cauſam non habentes tantum comparandi victus gratia.* &c. Si τὸ βίου pro facultatibus, quo ſenſu ſæpe ponitur, accipiamus, lectio noſtra ſat commoda eſt. Vetus nobiſcum legit. *vitæ occaſionem aut lites non habentes.* Vid. *cap. ſeq. pr.*

(19) *indigenæ*] αὐτόχθονες. Vet. *hujus terræ.*

(20) *qui piſtrinis*] τοῖς προεστῶσι ἀρτοποιϊκῶν ἐργαστηρίων. Hal. ἀρτοποιϊκῶν. Vet. *præpoſitis panificantium ſtationum.* Julian. *Piſtrinariis.* [Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* verb. *Piſtrinarii*] Græcis *mancipes* dicuntur. *Harmenop. Tit. d. dignit.* quod ſumſit *ex libr. 6. Baſil. Tit. 6. cap. 1. & in l. 1. ff. quod cujusque univerſ.* Pro piſto-

qui hortos colunt, vel aliis diverſis (21) artificibus, vel operis, quibus ſimul laborare, & ali. otioſamque vitam in melius mutare poſſint.

§. 1. Quod ſi aliqui (22) aſſidui eſſe nolint in operis, quibus traditi ſunt, hi a regia hac civitate (23) expellantur. Iis enim parcentes hæc ſancimus: ne otio ipſos ad illicitas actiones impellente, leges ad pœnas eos rapiant, noſtriſque Magiſtratibus tradant. Corpore vero læſos, vel læſas, vel canitie graves, ſine moleſtia eſſe jubemus in (24) bona hac civitate, ab iiſque qui pie agere volunt, (25) alantur. Unumquemque autem ex reliquis (26) interroget, cujus gratia advenerit, (27) eoque cognito, quæ juſta ſunt, ſtatuat: ne otioſi hic ſedeant, ſed cum fecerint, quæ oportet, in provincias ſuas revertantur.

CA-

rum libr. Baſil. habent *mancipum*. ex quibus etiam didicimus ita eſſe in ea legendum, *piſtorum* & *varicularıorum* & *quorundam aliorum*. CUJAC. *ad Tit. ff. d. diverſ. Temp. Præſcr. cap. 13.* Plura de Mancipibus *vid. apud Gothofr. ad l. 18. C. Th. d. Piſtor. & Catabol.* Adde *l. un. C. Th. d. Mancip. Therm.* Gloſſ. Jur. Μάγκιψ, ὁ τεχνίτης τῦ δημοσίυς ἄρτυ. Mancipes interpretantur Arc. & Honorius, quod a Conſtitutione eſſe ſalinarum conductores: quod ex uſu loquendi admiſſum crediderim: alioqui generalius eſt nomen, & omnes comprehendit, qui a fiſco aliquid vel emunt, vel conducunt. Hinc in *l. Nerusii tumulo* in Sabinis: Secure ſolum ſemper fiſcalia manceps. Dicti ſunt, quod ſublata manu auctores ſe contractus ſignificant, Feſto. Meminit *Cic. Tranquil. Nonius Padianus Cæteri* ALCIAT. *Prætermiſſ. l.* Adde *l. unicam C. Th. d. mancip. Therm.*

(21) *artificibus*] τεχνίταις. *Hal.* τέχναις. Vet. *artibus*. Sequitur enim ἢ καὶ ἐργασίαις.

(22) *aſſidui eſſe*] προσεδρεύειν. Vet. *obſervire*, forte *obſervare*, ut ſupra ſæpius.

(23) *expellantur*] Vet. *hos ſectari regia hac civitate.*

(24) *bona*] ἀγαθῆς πόλεως. Hal. βασιλίδος. Vet. *in hac noſtra.*

(25) *alantur*] ἀποτρεφομένυς. Vet. *adſcribendos.* Hal. ἀνατρεφομένυς.

(26) *interroget*] ἀνερωτᾶν. Hal. ἀνερωτᾶντα. & in ſeqq. pro καθῆσθαι, καθῆσαι.

(27) *eoque*] καὶ πυνθανόμενον &c. Vet. *& inquiſitis, quæ digna ſunt ſuper eis agere.*

CAPUT VI.

De Sportulis.

AT ſi aliqui vel ex iis, qui in hac civitate habitant, vel (28) extraneis, qui adveniunt, quoſdam accuſent, ſe occaſione forte (29) ſportularum ita dictarum, vel etiam injuriarum exinde illatarum ab iis damno affectos eſſe: atque illos leges noſtras de his latas violare, vel etiam abſque judiciali juſſione in jus ſe vocare dicant: quærat diligenter, (30) cujus dignitatis aut militiæ, & ſub quo Magiſtratu conſtituti ſint, qui talia committunt, eoſque comprehendat, & poſtquam de facto conſtiterit, pœnas a legibus noſtris interminatas exigat, nec quiſquam ex competentibus Magiſtratibus eos defendendi facultatem habeat: ac partim quidem indemnes ſervet eos, qui injuria affecti ſunt, ut recipiant, quæ præter legem ab ipſis exacta ſunt, partim vero pœnas a noſtris conſtitutionibus definitas inſuper exigat, (& ad nos de iis referat) (31) ubi viſum erit, præſtandas.

CAPUT VII.

De Falſo.

PRæterea in ea quoque inquirat, quæ falſi, vel, ut vocant, Plaſtographiæ querelam (32) in quocunque negotio recipiunt, eoſque, qui hoc nomine deferuntur, comprehendat, & poſt inſcriptionem ac probationes puniat: hujus enim cognitionis poteſtatem ei damus. Si vero quis eorum, qui hoc modo læſi ſunt, judici a nobis per præſentem legem conſtituto ea denunciaverit, nec juſtam providentiam obtinuerit, ad nos (33) ſeu Imperatorem, qui ſemper erit, ea deferre cogatur: atque certo ſciat is, qui hunc Magiſtratum ſuſcepit, quod ei,

Dddd qui

(28) *extranei*] τῶν ἔξωθεν. Vet. *de foris.*

(29) *ſportularum*] σπορτύλων. *Hal.* συνηθειῶν.

(30) *cujus*] *Hal. cujus dignitatis aut militiæ ſint.*

(31) *ubi viſum*] ἔνθα ἂν καὶ συνειδῶμεν. Hal. τὸ καὶ omittit. Ut & Vet. Interpr.

(32) *in quocunque*] ἐν οἱῳδήποτε πράγματι. Vet. *in quocunque collegio.*

(33) *ſeu Imp.*] Vet. *& ad ſemper Imperium.*

qui male ab ipſo neglectus eſt, de ſuo illa ſit redditurus, quæ eum a delinquente accipere oportebat, & inſuper majorem indignationem noſtram merito ſenſurus, quod juſſiones noſtra ſviolare auſus fuerit.

CAPUT VIII.

De Salario Quæſtoris ejuſque Officialium.

OMnium vero maxime & perpetuo curæ erit illi, qui Magiſtratum gerit, ut puris manibus omnia faciat (34) nec ſordidos miniſtros habeat, neque turpi quæſtui deditos: ſed & ipſe ſancte & libere imperet, & ſi quid a miniſtris peccari invenerit, illud puniat, atque (35) in ipſis prius conſtantiam & moderationem ſuam oſtendat. Propterea enim decem libras auri pro impenſis illi definimus, & aſſeſſori ejus (36) centum ſolidos, ejuſve miniſtris expenſarum nomine centum & triginta (37) ſolidorum annonam damus, quorum deſcriptionem etiam huic legi ſubjicere præcepimus, ut liberalitate fiſci contenti alienis abſtineant. Ita Dei & noſtri diligentes erunt cultores, & tam cœleſti quam noſtra providentia fruentur, ac Magiſtratu facilius magiſve ſecundum leges utentur.

CAPUT IX.

De Magiſtratibus & Præſidibus.

DAmus autem ei, qui Magiſtratum gerit, poteſtatem, ut judicibus inſtet & ad nos referat, eaque, quæ conveniunt, per ſe faciat: ne vel infirmitatem, vel aliud quidvis prætendens, noſtro de ſe judicio infirmior appareat. Licentiam pariter illi concedimus, publicis literis ad Præſides provinciarum utendi, ut ab illo emiſſos in ſuas provincias mittant, (38) ſine lite ibi victuros, & legitimum auxilium, ſi quo opus habent,

(34) *nec ſordidos*] μὴ ῥυπῶντας μηδὲν. Apud *Hal.* τὸ μηδὲν non legitur.

(35) *in ipſis*] ἐξ αὐτῶν. *Hal.* ἐξ αὐτοῦ, *ex eo*

(36) *centum ſolidos*] Ita in Gr. legitur. Hal. νομίσματα ρ́.

(37) *ſolidorum*] Etiam hæc ita expreſſa leguntur in textu Græco. *Hal.* νομίσματα τλ́, *trecentorum triginta ſolidorum.*

(38) *ſine lite*] ἀπραγμόνως ἐκεῖσε διάξοντας. Hal. διαζῶντας. Vet. *ſine lite ibi ducturos.*

habent, accepturos. Illi quoque rei maxime provideat, ne ab iiſdem bis moleſtetur, eo quod ſæpe illi, qui (39) ſine cauſa ibi latitant, & ab eo dimiſſi ſunt, rurſus revertantur, & ſtatim reverſi novorum negotiorum cauſam illi præbeant. Nam ſi denuo in felici hac civitate eos ſine cauſa latitare deprehendat, qui liberati & in provinciam ſuam dimiſſi ſunt, illis & pœnam infligat convenientem, & majore cum vehementia rurſus emittat. Ita nobis exteræ quoque urbes incolentur, & magna hæc urbs confuſione liberabitur. Si vero quoſdam de cohorte ſua (40) in tranſmarinis portubus collocare ipſi placuerit, qui in extrinſecus advenientes inquirant, eoſque, qui hinc (41) mittuntur, ſuſcipientes in provincias emittant, etiam hoc agat, utilitatemque Reipublicæ per omnia procuret.

CAPUT X.

HÆc omnia ſancimus, ſubditorum noſtrorum curam gerentes, ne patria ſua relicta miſere hic vivant, & forte rebus ſuis privati moriantur, nec paternis ſepulchris potiantur: cum illi quoque, qui ante nos leges tulerunt & rempublicam conſtituerunt, hæc non obiter curarint imo (42) ceſſationis etiam accuſatio quædam fuerit, & in peregrinos omnes diligenter inquiſiverint. Neque novum vel inſolitum (43) patribus hoc ſtudium eſt, ſed bonum & antiquum, quod per negligentiam, quæ omnia lædit, medio tempore neglectum, periculum fuit,

 ne

(39) *ſine cauſa latitant*] μάτην ἐμφωλεύοντας. Heſych. ἐμφωλεύει, κρύπτεται. Vet. *fruſtra nidificantes.*

(40) *in tranſmarinis*] ἐν τοῖς πέραν ὁρμητηρίοις. *Hal.* ἐν τοῖς παρορμητηρίοις. Ad marg. Vet. verſionis notat CONTIUS, vertendum; in appoſitis huic civitati partibus collocare. Intelligit autem illam partem civitatis Conſtantinop. quæ ex adverſo ipſi civitati appoſita eſt, mari exiguo interjecto.

(41) *mittuntur*] πεμπομένους. Hal. πετρωμένους.

(42) *ceſſationis etiam accuſ.*] ἀργίας γραφή. Julian. *ceſſationis accuſatio. In l.1. C. Juſt. d. mendic. validis, lenitudo* dicitur, id eſt inertia & ignavia, ut *l. hi quos C. Th. d. accuſ.* cujus fuit olim propria actio quædam, quæ dicitur τῆς ἀργίας γραφή. *Nov. 80.* per quam Conſtitutioni in *d. l. 1.* derogatur. *CUJAC. ad d. l. 1. C.* Vid. *Pollucem 8.* Plutarch. in dracone. *Cujac. ad h. Nov. Gothofr. ad l. 1. C. Th. d. mendicant. non inval.*

(43) *patribus*] τοῖς πατράσιν. Vet. *cauſis.*

ne paulatim corrumperetur & (44) tolleretur, donec nos bonum & utiliſſimum id eſſe invenientes, in Rempublicam rurſus introduximus. Quemadmodum vero eum ejuſque cohortem incorruptum eſſe volumus, nec ut quicquam præter ea, quæ a nobis definita ſunt, accipiat: ita jubemus etiam, ut illi indemnes ſerventur: neque pro ſymbolis, aut annonis, aut alia quacunque de cauſa, ſive in ſacro noſtro palatio, ſive in judicio tuæ Eminentiæ, pro ſymbolis aut juſſionibus nunc & ſequenti tempore illis quid det, qui menſæ Eminentiæ tuæ præſunt, pro annonis, quæ per eos, vel illi, vel aſſeſſori, vel cohorti ejus ſubminiſtrantur; ſed pura undique illis ſerventur, quæ a liberalitate noſtra dantur. Convenientis enim remedii loco omnibus ſufficiet, ſi ille Magiſtratum legitime (45) admininiſtraverit, omnibuſque utiliſſimus fuerit.

EPILOGUS.

QUæ igitur noſtræ poteſtati placuerunt, Celſitudo tua cognoſcens, omnia ad effectum perducere ſtudeat. Providentiam vero noſtram ſuſpiciat, quia & novum Magiſtratum addidimus, & ſubditorum noſtrorum per omnia curam gerimus. (46) Dat. VII. Id. Maji. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtinian. PP. Aug. Anno XII. Arione V. C. Conſ.

TIT. X.

(1) De libera ſui poteſtate. Conſtitutio, quæ liberos dignitatibus & Epiſcopatu a patria poteſtate liberat.

CONSTIT. LXXXI

Imperator Juſtinianus Auguſtus ſacro ſenatui regiæ civitatis.

PRÆ-

(44) *tolleretur*] ἀνῃρῆσθαι. *Hal.* ἀναιρεῖσθαι.

(45) *adminiſtrav.*] κυβερνῶντα. Scribendum κυβερνήσαντα, cum *Hal.*

(46) *Dat.*] Sic Vet. & Julian.

(1) *de lib. ſui poteſtate*] περὶ αὐτεξουσιότητος. Non leguntur hæc apud *Hal.* In præfatione hujus Nov. occurrit vocab. lat *emancipatio* quod in Hal. Codice redditum legimus αὐτεξουσιότης. Opponitur illi ὑπεξουσιότης *ſubjectio poteſtatis patriæ.*

PRÆFATIO.

Quicquid ad utilitatem & ornatum Reipublicæ a Deo nobis traditæ facit, hoc ſemper (2) meditantes effectui dare ſtudemus. Legem igitur olim quoque de glorioſiſſimis noſtris (3) Patriciis ſcripſimus, quæ eos collatione dignitatis patria poteſtate liberos reddit. Neque enim decere exiſtimavimus, ut illi ſub alterius ſint poteſtate quos in ordinem patrum noſtrorum cooptavimus. Nam ſi actus emancipationis, qui olim inter legis actiones erat, eos (4) contumelia & alapis ab ejuſmodi vinculis liberavit, quare non codicilli etiam, omnibus hominibus honeſtiſſimi, ab Imperatore, qui univerſis præeſt, dati, eos a poteſtate alterius liberarent? Nunc vero cum humanius reique publicæ honeſtius quid excogitaverimus, de glorioſiſſimis etiam Conſulibus, (qui poſt Imperatorem nomen ſuum tempori præbent) deque iis qui conſularibus ſolum ſymbolis (5) honorantur, & Magiſtratibus, qui a curia liberare poſſunt, hoc eſt, Præfectura & Magiſterio militum, (loquimur autem de eo, quod ipſa ſede & opere dignoſcitur) idem ſancimus: ut talis dignitas omnis, taliſque Magiſtratus in quoſdam, quos ipſi probaverimus, collatus, qui illos a curia liberat, illos quoque parentum vel avorum poteſtate liberare poſſit. Si enim ſancivimus, ut, quando ſervus aliquis ſciente domino militia dignus habitus, vel dignitatem aliquam ab Imperatore conſecutus eſt, is ſtatim liberetur, & ad ipſam ingenuitatem transferatur, quare juſtum non eſſet, ut ille, qui talibus codicillis dignatus eſt, patria etiam poteſtate liberetur?

CAPUT I.

Quapropter graviſſima hac lege utentes, ſancimus, ut (6) ordinarii Conſules, ſi in poteſtate ſint, ſimul cum verbo, quod ipſis hoc

(2) *meditantes*] βουλευόμενοι. *Hal.* βουλόμενοι, *volentes*.

(3) *Patriciis*] Vid. *Ant. Aug.* verb. *Patriciatus*.

(4) *contumelia &*] μεθ' ὕβρεων καὶ ῥαπισμάτων. Romani quos manumittebant, eos alapa percuſſos circumagebant. Vide *CUJAC. V. Obſ. 13.*

(5) *honorantur*] τετιμημένων. *Hal.* τιμωμένων.

(6) *ordinarii*] ὀρδινάριος ὑπάτους. Baſil. ἔμβαθμος ὕπατος, quod eſt *ordinarius*, de quo ſupra.

munus tribuit, ſuæ poteſtatis fiant: præterea, ut (7) conſularibus codicillis ab Imperatore honoratis & ſub manu parentum conſtitutis codicilli in cauſa ſint, ut ſui juris fiant: (8) & ſi quoſdam in omnibus diœceſibus glorioſiſſimorum Præfectorum ſacro noſtro Prætorio conſtituemus, vel ad Præfecturam urbis utriuſque Romæ, vel ad Magiſterium quoddam militum provehemus, ut etiam illi ſtatim ſuæ poteſtatis ſint. Nam ut is, qui talibus præeſt, quique (9) tot hominibus imperat, adhuc ſub poteſtate maneat, nec illis adſcribatur, qui ſuæ poteſtatis ſunt, noſtris legibus ſimul & (10) temporibus indignum judicavimus.

§. 1. In genere vero, ſicut dictum eſt, ſancimus, ut omnis dignitas & Magiſtratus, qui a curia liberat, iis quoque, in quos honor confertur, id præmium tribuat, ut ſuæ poteſtatis ſint. (11) Hoc enim patres adhuc honoratiores reddit, ſi illorum patres ſint, qui ita ab Imperatore honorati ſunt. Neque enim ab Imperatore id petiiſſent, niſi hoc (12) & ipſi voluiſſent. Quare ſive quis nunc in poteſtate aliena ſit, qui hiſce honoribus aut Magiſtratibus, quos antea enumeravimus, fruitur, ſive poſtea futurus ſit, etiam hunc ſequatur jus ſuæ poteſtatis, quod ipſis peculium donet, (13) & ut ſui juris ſint tribuat, eaque faciat, quæ digna ſunt honore & judicio, quod Imperator de illis habet. Ita enim multo majori laudi ea res erit parentibus, atque magnæ lætitiæ occaſionem illis præbebit.

CA-

(7) *Conſul. Codicill.*] Julian. *Si Exconſule Codicillos accipiat.* Ubi vid. *Ant. Aug.* verb. *Exconſule.*

(8) *Et ſi*] καὶ εἴγε τινὰς ἡμεῖς ἐπὶ πασῶν τῶν διοικήσεων. Hal. καὶ εἴγε τινὰ μιᾷ πασῶν τῶν γε διοικήσεων &c. Corrupte.

(9) *tot hominibus*] τοσούτοις ἐπιτάττοντι. Vet. *& tantis jubet.*

(10) *temporibus*] χρόνων. Hal. θρόνων, *thronis.* Vet. *temporum.*

(11) *Hoc enim*] τοῦτο γὰρ καὶ σεμνοτέρους ἔτι &c. Vet. *& habiliores adhuc patres oſtendat. Si ergo ab imperio ſic honoratorum aliqui ſunt patres.*

(12) *& ipſi*] καὶ αὐτοὶ. Hal. καὶ αὐτοῖς. Vet. *qui ſi hic non eſſet, etiam ipſi pariter ſtuderent imperium pro ipſis potentes.*

(13) *& ut ſui*] Vet. *& arbitrii liberi eſſe præbens.*

CAPUT II.

Vt dignitate a patria poteſtate liberati, legitima jura (14) intacta habeant.

ILlud quoque lege inſuper cavemus, ne jus illud ſuæ poteſtatis ſimilia præbeat reliquis, quæ per emancipationes contingunt, ſed ut Imperator juri illi ſuæ poteſtatis præcipuum quoddam donum præbeat. (15) Neque enim volumus, ut, qui ita ſuæ poteſtatis factus eſt, vel ſit, perdat aliquid ex legitimis juribus, ſed tam familia in eos, quam ipſi in familiam legitima jura intacta habeant, & jura naturæ illis ſerventur: eorumque liberi poſt mortem avorum in illorum poteſtatem recidant, ac ſi horum parentes morte ſuorum patrum, non autem ex præſenti lege ſuæ poteſtatis facti eſſent, & merito liberos ſuos poſt mortem ſuorum parentum in poteſtate haberent: ita ut nihil eorum, quæ ab Imperatore conferuntur, ipſis aliquid adimere videatur: quia omne, quod vel a Deo, vel ab Imperatore, qui Deum ſequitur, hominibus advenit, ſolum (16) bonum, nec quicquam malitiæ & damni admixtum habere convenit.

CAPUT III.

Vt filius Epiſcopatu a patria poteſtate liberetur.

MAnifeſtum autem eſt, neminem eſſe, qui neſciat, ante omnia ſanctiſſimos Epiſcopos eo ipſo, quo creantur, etiam ſuæ poteſtatis fieri. Nam qui ſpirituales patres ſunt, quomodo illi in aliena poteſtate eſſent? ſed convenit, ut illi quoque tali honore fruantur, eumque ab hac noſtra lege accipiant.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis ad reverentiam honoremque veſtrum, Patres honoratiſſimi, viſa ſunt, illa in noſtra Republica tam ad decus (17) noſtrum,

(14) *intacta*] ἄδικτα. Scribe ἄθικτα.

(15) *Neq; enim*] Hoc per miraculum a lege effici dicit *BELLONVS ſupput. Jur. lib 1. cap. 3*

(16) *bonum*] πεφυκώμενον, ὡς καὶ πάσης κακίας τι καὶ ἐλαττώσεως ἀμιγὲς καθεστάναι *tantum convenit, ut & cum malitia & diminutione ulla non miſceatur.* Deſunt hæc in *Hal.* editione.

(17) *noſtrum*] ἡμέτερ. Sic & Vet. Sed

ſtrum, quam ad noſtræ liberalitatis a nobis in Patres noſtros, Conſules & ſacerdotes collatæ demonſtrationem perpetuo ſplendere volumus. Dat. XV Kal. April. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno V.C. Conſ.

Tit. XI.

(1) De Judicibus, & ne cum jurejurando eligantur.

CONSTIT. LXXXII.

(2) *Imperator Juſtinianus Auguſtus Johanni PP. per Orientem, Exconſuli & Patricio.*

Præfatio.

(3) A Zenone piæ memoriæ conſtitutio de ordine litium ſcripta eſt, quæ multas quidem mutationes ſequentibus temporibus paſſa eſt, eo vero pervenit, ut paulatim tota fere deficeret. Nam qui in ea judices ſcripti ſunt, omnes vita exceſſerunt, multa vero ex definitis juribus ſilentio tradita, nec certam memoriam conſecuta, ſed uſu deinde (3) in aliam formam mutata ſunt. Cum igitur judicum ſtatum in totum confuſum eſſe videamus, hac lege definienda eſſe putavimus, quæ decentem ordinem rei imponant. Neque enim exiſtimavimus debere quoſdam judicum nomen habere, maxime eos, qui legum imperiti ſunt, & rerum experientia (4) deſtituuntur. Noſtris enim judicibus omnino & Aſſeſſores adſunt, qui leges explicent eorumque occupationes ſuppleant: quoniam multas curas, quas a nobis habent, ſuſtinentes,

Hal. melius ὑμέτερον *veſtrum*, quod & in omnibus MSS. legi teſtatur *Contius*.

(1) *de Judicibus*] *Haloandri* inſcriptio eadem eſt cum hac noſtra in edit. Baſil. Sed in Pariſ. deeſt τὸ μή. Vetus Interpres: *De judicibus & nullatenus cum jurejurando eligatur aliquis judex, quod permaneat ei: & ut appellationes accipiant modis omnibus judices, & ut in media lite facta formæ, quomodo oporteat decidi cognitionem non aſcendant judices.*

(2) *Imp. Juſt. &c.*] Hæc verba Latina leguntur Gr. textui præmiſſa. *Haloander* Græca habet.

(3) *a Zenone*] Hujus legis utpote Græcæ locus notatur poſt *l. ult. C. a. Pedan. Judic.* CONT.

(3) *in aliam*] εἰς ἄλλοιον. *Hal.* εἰς ἄλλοιον.

(4) *deſtituuntur*] in edit. Contii eſt ἐντυχοῦντες pro ἐντυχόντος.

nentes, merito judiciale munus aſſeſſorum ſuorum præſentia (5) ſupplent. Illi vero, qui neque Magiſtratum gerunt, neque nobis inſerviunt, ſi ipſi quid juris ſit (6) neſciant, ſed aliunde judicandi honeſtatem emendicare debeant, quomodo non maximo Reipublicæ damno cedet, ſi non illis, qui quid faciendum ſit ipſi ſciunt, lites tradantur, ſed ut alios quærant illis permittatur, a quibus diſcere liceat, quæ in judicando loqui oporteat. Hæc nos merito ad præſentem legem excitarunt, qui ſubditorum noſtrorum curam gerimus, atque ea, quæ ad lites pertinent, prompta ipſis & facilia eſſe, & ſine ulla dilatione decidi volumus.

CAPUT I.

De Judicibus a Juſtiniano electis.

ANtiquam igitur Zenonis piæ memoriæ conſtitutionis formam, quæ unicuique (7) judicio certos judices definivit, plane tollimus. Viſum autem nobis eſt, ut judices eligantur ab omni parte (8) bonum teſtimonium habentes, qui communes omnium erunt judices, tanquam ab omni parte electi. Et hoc quidem factum eſt: (9) atque judices a nobis electi ſunt ſpectabilis Anatolius, qui Advocati munere nuper functus, inter ſpectabiles etiam fiſci Advocatos aſſumtus eſt, & clariſſimus Flavianus, qui Advocatus fiſci nunc eſt, præterea Alexander, Stephanus & Menas, eloquentiſſimi Advocati, (10) judiceſque fori tui, & alter Alexander (quem ipſum quoque judicem Dicaſterii glorioſiſſimi Magiſtri ſacrorum officiorum eſſe didicimus) (11) aliique duo Advocati fori tui, (12) Victor & Theodorus (13) Quizicenſis. (14) Ex Advocatis igitur hi judices electi ſint.

Eeee §. 1. Quo-

(5) *ſupplent*] ἀναπληρῶσι. Hal. ἀναπληρώσαι.

(6) *neſciant*] μέλλοιεν ἐπίστασθαι. *Hal.* ἀπίστασθαι.

(7) *judicio*] δικαστηρίῳ. Vet. *Prætorio.*

(8) *bonum*] ἐπὶ χρηστοῖς. Vet. *in rebus utilibus.* *Hal. rerum præclare geſtarum.*

(9) *atque &c. electi*] καὶ ᾕρηται. *Hal.* καὶ εἴρηται, *quod quidem tam dictum quam factum eſt.* Male.

(10) *judices*] διαιτηταί. Vet. *Judices Pedanei.*

(11) *& duo*] καὶ δύο ἑτέρους. *Hal.* τρεῖς Δανιήλ τε καὶ Βίκτωρ &c. Vet. *duo.*

(12) *Victor*) Βίκτωρ. Hal. Δανιὴλ τε καὶ Βίκτωρ.

§. 1. Quoniam vero majores etiam judices eſſe convenit, qui dignitatibus præcellant, & præterea vel rerum multarum experientia, vel longo maximorum Magiſtratuum uſu, vel horum multitudine exercitati, pietati noſtræ (15) præſto ſint, propterea inter judices noſtros aſſumere placuit, ex glorioſiſſimis quidem Patriciis glorioſiſſimum Platonem, qui longum tempus in Præfectura urbis conſumſit, & bis in illis thronis conſtitutus eſt: nec non Victorem glorioſiſſimum, qui in magna etiam Græcia, & in nobili Alexandrinorum civitate imperavit, atque inſuper Præfecturam urbis geſſit, neque legum ignarus eſt: & Phocam (16) virum glorioſiſſimum, qui ut ſedes tua novit, laudabiliter illi præfuit, quique leges inſuper novit: præter hos quoque Marcellum magnificentiſſimum, qui ſemper quidem nobis adfuit, & quantum ad juſtitiæ obſervationem (17) admirandus, ac ab omnibus fere, qui nos adierunt, ea de cauſa expetitus fuit, quique aſſeſſore utitur, (18) qui laudabiliter ea, quæ ad leges ſpectant, diſponere poteſt: Appione ſpectabile, qui advocatus fiſci fuit, & quoad reliqua bonum teſtimonium ab aliis nobiſque ipſis accepit.

CAPUT II.

Ut judicibus hac lege datis cauſas tantum delegare liceat.

HOs igitur poſt Magiſtratus noſtros judices eſſe volumus, noſque ipſi his (19) omnibus cauſas, prout nobis videbitur, trademus. Si

(13) *Quizicenſ.*) Sic Vet. κυζίκῳ. Hal. *Cyzico.*

(14) *Ex advocatis*) συνηγόρων. Julian. *Scholaſticos* vertit, quod Miræus advertens vult legendum *ſpectabiles*. Sed Advocati tum vocabantur *ſcholaſtici*. CONT. Vid. ſupra *Nov. 80. n 7.*

(15) *præſto ſint* προσκαρτερῶσι. Vet. *obſervent*, ut ſupra τὸ προσεδρεύειν.

(16) *virum, qui ut*) Vet. *virum quæcunque ſedes noverit laudatum, quam ſibi præſtantem*, quæ intelligi nequeunt.

(17) *admirandus*) θαυμαζόμενος. Vet. *miramur.*

(18) *qui laudab.*) ἐπαινουμένως διαθεῖναι τὰ ἐκ τῶν νόμων δυνάμενον. Vet. *conſiliario utentem laudabili, quatenus diſponere, quæ ex* &c. Hal. ἐπαινουμένως ὡς διατιθέναι, τὰ ἐκ &c.

(19) *omnibus*) ἅπαν. Hal. ἁπάσας τὰς ὑποθέσεις. *Omnes cauſas.* Non male. *Vet.* tamen, *his omnibus.*

Digitized by Google

Si quis autem ex Magiſtratibus cauſas velit delegare, (20) dictis & definitus a nobis (21) judicibus eas tradat, nec ulli plane alii, niſi Aſſeſſoribus ſuis particulares examinationes committat, (22) ipſe de tota re ſententiam laturus.

CAPUT III.

Quando judices (23) ſedeant.

PEdanei autem perpetuo, in regia (24) porticu, in domibus, in quibus etiam nunc judicant, ſtatim a diluculo, (25) ad ſeram veſperam ſedeant, liteſque audiant, non ſolum poſt hanc legem apud eos movendas, (26) ſed & alias, quas apud alios non ſecundum ſchema Magiſtratus motas, nunc ad eos transferri juſſimus.

(20) *dictis*) τοῖς εἰρημένοις ἡμῖν. Deeſt hoc in editione *Hal.*

(21) *judicibus*) διαιτηταῖς. Baſil. δικασταῖς. Vet. *judicibus pedaneis*.

(22) *ipſe de tota*) αὐτὸς τὴν ὑπὲρ τοῦ παντὸς κρίσιν ἐξοίσων. Vetus male: *ipſe pro omni negotio judicium portaturus.*

(23) *ſedeant*) Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *ſedere judices.*

(24) *Portica Regia*) ἐπὶ τῆς βασιλείου στοᾶς. Julian. *Baſilica.* De quo verbo vid. Gloſſ. & Ant. Aug. Βασιλ. ἐπὶ τῆς βασιλικῆς &c. Cujacius in *Expoſ. h. N.* interpretatur *in foro.* Syneſ. in Epiſtol. τὴν στοὰν βασίλειον, τὸ πάλαι κριτήριον. In porticibus Imperatoria domus erat Præfectorum Præfectorium, Quæſtorum tribunal, Judicum ſubſellia, Referendariorum ſedes, Tabellionum archiva. Vid. *Procopium l. 1. Ædif. extremo, & Agathiam lib. 3. initio.* Quare Palatii ſeu Curiæ nomine Judicia, Tribunalia, cauſæque forenſes notantur. Sic in Theatro plebs inclamabat Juſtiniano, τὸ παλάτιον ποῦ ἐστιν οὐκ οἴδαμεν. *Palatium ſeu Curia ubi ſit neſcimus.* Hoc eſt nulla supereſt judiciorum forma. *ALEM. ad Procop.* p. 65. Adde Nov. 82. Præfat. ubi Ju[illegible] ait: *ſe in Regia publica ſedentem de litibus cognoſcere.*

(25) *ad ſeram*) Vetus ante hæc verba inſerit, *& meridie*, quod non eſt in Græco.

(26 *ſed & alias*) ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ὅσαι παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις οὐ κατὰ τὸ ἀρχικὸν ἀπετύθησαν σχῆμα. Sic Codex Vaticanus. *Hal.* ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων, ὅσαι κατὰ τὸ ἀρχικὸν ἀπετύθησαν σχῆμα. MS. Flor. ὅσαι παρὰ &c. *Sed etiam aliis, quæ veteri forma agitari cœpta* &c. Baſilic. ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων, ὅσαι παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις κατὰ τὸ ἀρχικὸν &c. Vet. *Sed etiam alias, quæcunque apud alios quidem ſunt ſecundum antiquum motæ ſchema.* Negatio in his deeſt, quæ & debet abeſſe. In ſequentib. pro *transferrentur* Vetus habet *ad eos mutari præcepta ſunt.* Julian. *ſed etiam eas quæ apud diætetas inchoata ſunt.*

CAPUT IV.

De Appellationibus.

ATque id cuſtodiatur, ut ſi in his litibus a pedaneis judicibus vel viris glorioſiſſimis appelletur, ſiquidem a nobis ipſis tranſmittantur, ſecundum quantitatem, (27) vel in commune (28) a glorioſiſſimis noſtris Magiſtratibus examinentur, vel ad alios ſecundum conſuetudinem ſacrarum (29) conſultationum tranſmittantur. Si tamen quidam ex glorioſiſſimis noſtris Magiſtratibus cauſas ipſas tranſmiſerint, appellatio ad eos veniat, qui cognitionem ipſis tradiderunt: ab illis vero rurſus, ſecundum dictum modum talia judicabuntur.

CAPUT V.

De jure judicum pedaneorum.

OMnes autem de lite ad trecentos uſque ſolidos (30) per modum annotationis cognoſcant. Sic enim celerius lites dijudicabuntur, omneſque litigantes ambagibus illis cognitionum, & temporis mora liberabuntur. Manifeſtum autem eſt, licet per annotationem de cauſis cognituri ſint, (31) ipſos tamen ſententiam in ſcripto, quæ mentem eorum declaret, daturos eſſe. Neque ulli plane ab iis appellandi facultas adimatur, niſi forte quis tertio appellare velit, vel per contumaciam abfuerit, illis enim appellationes etiam ademtæ ſunt.

CA-

(27) *vel in comm.*) ἢ εἰς τὸ κοινὸν τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων. Julian. *aut in commune procerum.* Vid. *Gloſſ.* verb. *proceres.*

(28) *a glorioſiſſ.*) Ἐὰν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἀρχόντων ἐξετασθήσονται, ἢ ἑτέροις κατὰ τὸ ἔθος τῶν θείων conſultatiόνων παραπεμφθήσονται. Deſiderantur hæc in Cod. *Hal.* qui & in ſeqq. pro εἰ μέντοι τινὲς τῶν ἐνδοξ. habet, ἢ εἴ τινες τῶν παρ' &c.

(29) *conſultationum*) ſic in Gr. Baſil. [illegible]

(30) *per modum annotat.*) ἐν σχήματι παρασημειώσεως. Vid. *Ant. Aug.* verb. παρασημείωσις. Ἐν σχήματι παρασημειώσεως id eſt in forma non ſcripti, quaſi dicat ſine ſcripto. Julianus vertit *naturaliter*, neſcio quo ſenſu. *Cont.* Adde quæ habet *CUJAC. ad h. Nov.* Vid. & *Gloſſ.* verbo *paraſimioſis.*) Παρασημείωσις eſt adnotatio breviter annotato nomine Principis, ut in *Nov. Valent. d. hom. can. fac.* Vid. *Cujac. ad Cod.* p. m. 51. ubi plura.

(31) *ſententiam*) ὅρον. Vet. *terminum.* Obſcure.

Digitized by Google

CAPUT VI.

De Appellationibus, ne illis dies ultra duos menſes conſtituatur.

Appellationibus vero ex magna hac civitate a judicibus pedaneis ad judices in curſu fatalium dierum non ultra duos menſes diem dari volumus: poſt quos conſtituta appellatoria tempora curſum ſuum inchoare neceſſe ſit: (32) ſeparatione, uti a legibus vocatur, nullum in his locum habente.

CAPUT VII.

Ut ſportularum modus lege Juſtiniani introductus ſervetur.

Neque quiſquam ea, quæ de (33) ſportulis aut litis expenſis a nobis diſpoſita ſunt, excedere audeat, ſed omnes intra hæc ſe contineant, & pœnam metuant, quam illis ſacra noſtra conſtitutio conſtituit.

§. 1. (34) Illi autem qui cauſas præparant, ita ſint comparati, quemadmodum (35) ſecundum formam militiæ hactenus conſtitutum eſt. Unuſquiſque tamen judex duobus (36) exceptoribus, &

 duo-

(32) *ſeparatione*) ſic in Græco textu legitur. Hal. *ἀνακρίσεως*. Lege autem *reparatione*, quod *Vetus* habet verſio & Julianus. Baſil. *ἀνακαλέσεως*.

(33) *ſportulis*) Extat hoc vocabulum in textu: Hal. *συνηθείας* ut ſupra. Vid. *Gloſſ.* verb. *ſportulæ*. Scholiaſtes Ariſtophanis in Nub. ſcribit prytania nuncupari a Græcis, quod Romani ſportulam dicant. Cum enim conteſtanda lis eſſet, actor & reus, pecuniam contribuebant, deponebantque; is autem qui in cauſa ſuccubuiſſet, omnia pendebat, ea vero pecunia ſportula dicebatur, & vel fiſco addicebatur, vel eam judices pro mercede ſua retinebant. Idem Suidas ſcripſit, qui decimam partem ejus, quod a debitore petebatur, pro ſportula dari ſolitam Autor eſt. *ALCIAT.* *Diſp. III. cap. 17.* ubi *ſportulam* a ſporta vel ſportilla, quæ nomina ſunt utenſilium ſparteorum ad majoris ſummæ pecunias capiendas, nomen accepiſſe docet, aliaſque ejus ſignificationes refert. Add. *Cujac. C. d. ſportulis.* Gloſſ. Jur. *σπόρτυλα, τὰ διδόμενα τοῖς ἐκβιβασταῖς, Σαλάρια δὲ τὰ διδόμενα τοῖς συνηγόροις.*

(34) *Illi autem*) Confer hic *Gothofr. ad l. 2. C. Th. d. Execut.*

(35) *ſecundum formam*) *ὅσον κατὰ τὸ τῆς στρατείας σχῆμα, ὡς μέχρι νῦν ὡρίσθαι. Hal. ὡς ἂν κατὰ τὸ τῆς στρατείας σχῆμα μέχρι νῦν* &c. Quæ lectio retinenda.

(36) *exceptoribus*) *δύο μὲν τοὺς ὑπογραφεῖς. Hal. δύο μὲν* &c. De exceptoribus ſupra dictum. Julian. *exceptores*.

duobus (37) qui lites præparant (38) & inducunt utatur: ita ut ipſi non pluribus quam duobus plane judicibus miniſtrare poſſint: hi vero omni modo fidi & probati ſint, ut nihil ab illis peccetur, nec prodatur, nec dolo fiat, ſed periculo officiorum, aut (39) ſcholarum, aut ſcriniorum (40) illis præbentium, tam electio, quam miniſterium illorum ſit. Et ſi quid ab iis peccetur, in eos, qui illos deſignarunt, periculum redundet, qui omne damnum ipſorum culpa datum, illis reſarcient, qui ab iis læſi ſunt. Neceſſitas quoque incumbat competentibus judicibus, ſi quis eos adeat, quavis ratione efficiendi, ut qui ex illorum cohortibus, aut ſcholis, aut ſcriniis, ad miniſterium deſignati ſunt, damnum, quod hinc ortum eſt, læſo reſarciant. Si vero judex flagitium aliquod a quodam ex miniſtrantibus commiſſum cognoverit, illos quidem auditorio ſuo expellet, qui non bona cum exiſtimatione in hoc negotio verſantur, alios autem conſtituat, voluntate &

(37) *qui lites*) Julian. *executores* vocat. Exceptor eſt qui acta judiciorum coram P. P. in cauſis appellationum ſcribebant. *PANCIROL. ad Not. Imp. Or. Cap. 19.*

(38) *& inferunt*) καὶ ἐνάγουσι. Baſil. ἐνάγουσι.

(39) *ſcholarum*) Vid. *Ant. Aug.* verb. *Schola, Scholares.* Scholarii quaſi σχολάζοντες bellico ab opere vocantes & veluti feriati milites. Nam ut Agathias lib. 5. οὗτοι στρατιῶται &c. *Hi* milites quidem nominantur, & in albo conſcripti ſunt, verum quam plurimi eorum urbem colunt, & veſtium ornatu gaudent, atque ut reor, ad pompam duntaxat Principis ejuſque in proceſſibus Majeſtatis adinventi fuerunt. Horum in Palatio uti munia diverſa, ſic nomina. Prætoriani milites, Cuſtodes Palatii Excubitores, corporis cuſtodes, de quibus ſupra ad p. 106. Horum alii erant, qui ſtipendia merebantur, alii Codicillares: quare mirum non eſt ad tria millia & quingentos fuiſſe, atque iis pernumerarios a Juſtiniano additos fuiſſe, cum honoris ergo cum gradum atque nomen ambirent quam plurimi. *H*orum denique ordines modo appellantur officia, atque ab horum præfectura dicitur Magiſter officiorum, quem Græci Μάγιστρος τῶν ἐν παλατίῳ τάξεων modo ſcholæ σχολαὶ atq; inde σχολάριοι. Procopius lib. 8. οἱ περὶ τῆς τοῦ παλατίου φυλακῆς λόχοι, οὓς περ σχολὰς ὀνομάζουσι. *Militum manipuli, qui ad Palatii cuſtodiam deſtinati ſunt, hos ſcholas vocant. ALEM. ad Procop.* Ἀνεκδ. *p. 106.* Vid. & *Cod. Theod. Lib. VII. pag. 319. 331. Lib. XIV. pag. 249.* Gloſſ. Jur. Σχολάριοι, εἶδος φυλακῶν. De Scholis Rabatinis vide Am. Marcell. ibique notas ad Lib. 14. cap. 7.

(40) *illis præbentium*) παρεχόντων αὐτοῖς.

te & electione eorum, quorum (41) periculo, ſicuti ante diximus, hæc ſunt.

CAPUT VIII.

Si quis judex eſſe deſinat, ut alius illi ſuccedat.

SI quis autem vel ex glorioſiſſimis Magiſtratibus, vel eloquentiſſimis judicibus ex quacunque cauſa (42) judicare deſinat, non aliter cognitionem ejus alius ſuſcipiat, quam ſi nos hoc decernentes, alii cauſarum examinationem ejus loco tradamus.

CAPUT IX.

Ut judices duos in litis conteſtatione & in fine duos aureos accipiant.

VErum ne labor hic pedaneis noſtris judicibus abſque mercede ſit, ſancimus, ut illi in unaquaque cauſa, quæ apud eos agitur, etiam ſi (43) ab Imperatore tranſmittatur, ab utraque parte duos aureos in litis conteſtatione, & in fine negotii duos accipiant, prætereaque nihil, (quod & prædeceſſores noſtri definiverunt,) ſed his & quidem ſolis contenti ſint: privilegiis ſcilicet, quæ ad ſumtuum diminutionem quidam habent, omnibus (44) ſecundum ordinem ſuum integris ſervandis. Hæc vero dicimus in litibus, quæ centum aureorum quantitem excedunt. Nam ſi is ſit litium modus, nihil eos judicialium ſportularum nomine exigere volumus: qui enim in tam exigua quantitate quamcunque exactionem facit, (45) maxima parte litis eum fraudat, qui

(41) *periculo*) κεκινδύνευται. Recte Baſil. κινδυνεύεται.

(42) *judicare*) παύσοιτο δικάζειν. Vet. *removeatur*: qui ſenſus etiam locum habere poteſt.

(43) *ab Imperat.*) θειόθεν, *divinitus*.

(44) *ſecundum*) κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν. Deſunt hæc in *Baſil.*

(45) *maxima*) μεγίστῳ μέρει τῆς δίκης τὸν οὕτω πεπονημένον ἐλαττοῖ. Vet. *pro maxime parte victoria* (νίκης) *ſic pauperem fraudat*. *Hal.* etiam legit νίκης & ſic interpretatur *multa ſane maxime parte victoria hominem ita labefactata re familiari præditum is fraudaverit*. Πεπονημένος eſt *exercitatus*, *elaboratus*, ſed & *defatigatus*. Optime videtur Interpr. Vetus dediſſe *pauper*, quod retinendum, ut & τὸ δίκης, quod eſt in textu. *Heſych.* πονεῖν, κακοπαθεῖν &c.

qui ita defatigatus eſt. Neque in ea re acquieſcimus, ſed de noſtro etiam iis largimur. Volumus enim, ut unuſquiſque talium judicum pedaneorum (46) ſingulis annis a menſa Celſitudinis tuæ duas auri libras accipiat, iiſque ſolis contentus ſit, a muneribus autem abſtineat, & pecuniam omnino contemnat. Propterea enim fiſcum (47) diminuere volumus, ut unuſquiſque eorum noſtra liberalitate & quatuor aureis contentus, puras Deo & nobis & legi manus ſervet: animo reputans, quæ a prioribus legiſlatoribus de his ſancita ſunt.

CAPUT X.

Ut Judex rationem expenſarum examinet.

QUod autem judices rationem expenſarum omnino examinare oporteat, ((48) quoniam hoc Zenonis piæ memoriæ ſententia recte conſtitutum eſt, & nos etiam in partem conſtitutionum noſtrarum illud ſumere non dedignati ſumus) etiam nunc maneat & in eadem forma cuſtodiatur: atque hoc ſolum addatur, ſi judex victori jusjurandum de expenſis detulerit, cum quantitate ſcilicet, quæ (49) ipſi recte ſe habere videbitur, (quam leges (50) taxationem vocant) deinde ille juraverit, ne judex (51) in minorem quantitatem quam juratum eſt, condemnandi poteſtatem habeat: neque lege humanior videatur, quæ hæc diſponit. Si tamen neutram partem (52) propter negotii forte varietatem in expenſas condemnandam eſſe perſpexerit, ſententia hoc decernat, cœteraque omnia, quæ vel de appellationibus, uti ante diximus, vel de recuſationibus, vel de eo, ne promte & (53) coacte litis conteſtationes fiant,

(46) *ſingulis annis*) ἔτους ἑκάστου παρὰ τῆς τραπέζης τῆς σῆς ὑπεροχῆς. Deſunt in Baſil. Apud *Hal.* vero deſunt τῶν τοιούτων δικαστῶν ἔτους ἑκάστου.

(47) *diminuere*) ἐλαττῶσαι. *Hal.* ἐλαττοῦσθαι.

(48) *quoniam*) Vet. *& quoniam* &c. Et poſt parentheſin *Maneat ergo.*

(49) *ipſi*) αὐτῷ. Hal. αὐτοῖς, *ipſis*, in verſione tamen habet *illi.*

(50) *taxationem*) *Gloſſ. Jul.* verb. *Taxatio.*

(51) *in minorem*) εἰς ἐλάττονα τῶν ὀμωμοσμένων. Baſil. ἔλαττον τῶν. Rectius.

(52) *in expenſas*) τῷ τῶν δαπανημάτων λόγῳ. Hal. τὸν &c. λόγον. Male.

(53) *coacte*) σὺν ἀνάγκῃ, *cum neceſſitate.* Vid. *Nov.* 53. *c.* 3. ubi hoc explicatur. In præced. per *recuſationem* intellige recuſationem *judicis.*

Digitized by Google

fiant, ſed terminum viginti dierum habeant, vel ſi quid aliud quoad judicia decrevimus,(54) in ſuo robore maneant.

CAPUT XI.

Ut arbitri per compromiſſum, non cum jurejurando eligantur.

QUia vero ſæpius hac de cauſa interpellamur, quod quidam judices (55) legum & uſus forenſis plane ignaros eligant, ſeque judicibus, contentos eſſe (56) promte jurent, (57) quibus quis nullam plane fidem haberet, deinde judicibus etiam forte perſuadeant, (58) ut ejusmodi jusjurandum ſibi præbeant, viris, qui neque quid juſtum ſit, nec (59) obſervationem illius ſciunt, & cum forte læſi ſunt, ut negotium examinetur, petunt, jurisjurandi, quod jurarunt, obliti. res illa (60) animadverſatione nobis digna viſa eſt.

§. 1. Et quoniam ipſa rerum experientia cognovimus id tutum non eſſe, ſancimus, ut impoſterum nullus (61) arbiter ſit, qui cautione jurejurando præſtita judicet, ne homines exinde inviti in perjurium

(54) *in ſuo robore*) πάντων ἐπὶ τῆς οἰκείας μενόντων ἰσχύος. Baſil. πάντως &c. μένοντος. Lege πάντας. Nam πάντων jam eſt in præced.

(55) *legum &c.*] ἀνεπιστήμονας καὶ νόμων καὶ πείρας. Βασιλ. καὶ ἀπείρους νόμων. Vet. *ignorantes leges & experimentum.* Πεῖραν hic Juſtin. vocat continuatam & tritam meditationem trituræ uſuſve forenſis. *CUJAC. XXIII. Obſ. 40. Gothofr. ad l. 2. C. Th. d. Juriſdict.* Gloſſ. Cyril. πεῖρα, *experimentum.* Item *periculum, ſpecimen, proba,* de quo vide *Gothofr. ad l. 2. C. Th. d. ſent. ex peric. recit.*

(56) *promte*] ὑπὸ προθυμίας. Βασιλ. ὑπὸ προθεσμίας.

(57) *quibus*] Vet. *quibus nequaquam quispiam quodlibet credat.*

(58) *ut ejuſmodi*] τὸν τοιοῦτον δίδων αὐτοῖς ὅρκον παρέχειν. Vet. *quaſi ſibi præbere jusjurandum juris*, ubi pro *juris* legendum *viris*, quod ad ſeqq. pertinet.

(59) *obſervationem*] παρατήρησιν. *Hal.* τήρησιν. Παρατήρησις eſt *forma rei alicui a lege præſcripta, ſolennitas, requiſitum. Senſus item & tenor conſtitutionis alicujus. Nov. 87. c. 1.* alio ſenſu in Novellis vix occurrit. Niſi forte quis putet hoc loco idem eſſe quod *uſum*, vel *jus quod in ipſis rerum obtinet argumentis.* In Cod. Th. Lib. VIII. p. 620. Obſervatio pro *ſolennitate* ponitur.

(60) *animadverſ.*] Sic *Hal.* Vet. *ſubverſione.* In Gr. eſt ἐπιστροφῆς. Gloſſ. ἐπιστροφὴ, *animadverſio.*

(61) *arbiter*] δικαστὴν αἱρετόν. Vet. *judicem arbitralem.*

rium incidant, & propter judicum ignorantiam pejerare compellantur: ſed qui arbitrum, aut arbitros eligunt, illi omnino cum pœna eos eligant, quantamcunque partes inter ſe pactæ fuerint, & neceſſitas illis incumbat, ut vel (62) ſententiæ ſtent, vel ſi illam retractare velint, prius multam pendant, atque ita facultatem habeant a judicato diſcedendi, (63) & ad alium judicem veniendi: judiceſque noſtri, ſi quis eos adierit multam exigant, atque efficiant, (64) ut illis reſtituatur, qui eam accipere juſſi ſunt. Ac ſciant illi, qui arbitros eligunt, niſi hoc fecerint, nec pœnam ſtipulati fuerint, ſed juratoriam cautionem ſibi ſufficere putaverint, deinde arbitri ita electi illos lædant, ſi quidem de induſtria, Domino Deo perjurii pœnam ſoluturos eſſe: ſin autem ex imperitia id faciant, præter jusjurandum nihil illis reliquum fore. Neque enim perjurium a quoquam committi volumus, neque rurſus permittimus, ut litigantes magnam multam propter imperitiam judicum præter jurisjurandi religionem, ſuſtineant: omniaque quæ antea, ſive antiquis legibus, ſive a nobis (65) de commiſſariis judicibus aut arbitris ſancita ſunt, (excepta tamen (66) neceſſitate jurisjurandi,) in ſuo robore maneant, & hac lege nullo modo innoventur.

CA-

(62) *ſententiæ*] ἢ ἐμμένειν τῇ κρίσει. Κρίσις hic eſt *ſententia*. Vet. *contenta eſſe judicio*. Gloſſ. κρίσις, *judicatio*, *judicium*, *examen*. *In pr. h. c.* ἐμμένειν ταῖς δίκαις.

(63) *& ad alium*] καὶ ἐφ' ἕτερον χωρεῖν δικαστήν. Hal. καὶ ἐφ' ἕτερον χωρεῖν δικαστήριον, *& procedendi ad aliud judicium*.

(64) *ut illis*] καὶ τοῖς τοῦτο προσταχθεῖσι λαβεῖν ἀποκατασταθῆναι παρασκευάζοντας. Vet. *& iis qui eum juſſi ſunt accipere reſtitui præparantibus*. Ad marginem notavit *Contius*: *properantibus*: al. *impetrantibus*, quod mihi rectius videtur. Verum illud *impetrantibus* non videmus, quomodo locum habere poſſit, cum ſenſus ſit clarus, & *Vetus* τὸ παρασκευάζειν ſemper ſoleat vertere *præparare*.

(65) *de Commiſſ.*] περὶ τῶν Commiſſariων δικαστῶν. Hal. περὶ τῶν διαιτητῶν μόνον δικαστῶν, *de pedaneis ſolummodo judicibus*. Vet. *de compromiſſariis judicibus*. Βασιλ. περὶ διαγνωμόνων δικαστῶν.

(66) *neceſſitate*] τῆς παρὰ τῶν ὅρκων ἀνάγκης. Βασιλ, περὶ ἰδίων ὅρκων. Male.

CAPUT XII.

De Appellationibus, & ne cui eas non recipere liceat.

Sancimus autem ut Magiſtratus noſtri omnibus modis appellationes ſuſcipiant, neque ulli plane id repudiare liceat, excepta ſola ſede Celſitudinis tuæ, cui hoc olim Imperator largitus eſt, (67) retractationis auxilium in locum ejus introducens.

CAPUT XIII.

De variis reſcriptis ad Judices directis.

Omnis autem judex, ſive Magiſtratum gerat, ſive aliter judicet, leges ſervet, & ſecundum eos ſententiam dicat: ac licet interim contigerit juſſionem noſtram, vel ſacram formam, quamvis pragmatica ſit, editam eſſe, quæ hoc modo litem decidendam dicat, legem ſequatur. Nos enim id obtinere volumus, quod leges noſtræ volunt. Nam ſi in lite appellatum ſit, judex quidem interpoſitam appellationem omnino accipiat, nihil plane prætendens, in quibus omnino licet (68) appellare: omnes vero ex appellationibus auxilium habeant, per quod illi, qui læſus eſt, & queri & correctionem, vel ab iis, qui de appellatione cognoſcunt, vel a nobis ipſis, ſi ad nos ſententia referatur, impetrare licet.

CAPUT XIV.

De relationibus.

(69) Si vero judices, qui de re quadam judicant, eam dubitationem aliquam habere putaverint, damus eis licentiam, nobis ea indicandi & nos conſulendi, (70) & cognoſcendi, quæ neceſſaria ſunt: atque ita

(67) *retractationis*] ἀναψηλαφήσεως. Vid. *Ant. Aug.* verb. *retractatio.*

(68) *appellare*] *appellare. Auxilium vero ab appellationibus omnibus propoſitum ſit per quodlibet*, hæc deſiderantur in textu *Hal.* qui legit ἐφ' ὧν ὅλως ἔξεστι τῷ βλαβέντι καὶ μέμψασθαι &c. *quacunque tandem ratione licet ei qui ſe læſum putat.* Vet. *conqueri* &c.

(69) *Si vero*] Hoc caput integrum deeſt in Hal. editione *Baſil.* Sed in *Pariſ.* extat.

(70) *& cognoſcendi*] καὶ μανθάνειν τὰ δέοντα. Vet. *ut diſcant, quæ neceſſaria ſunt.*

quod agendum eſt, expediant, & juſtas ſimul ac rationabiles ſententias ferant.

EPILOGUS.

EMinentia igitur tua, quæ nobis placuerunt & propter ſubjectorum noſtrorum utilitatem acta ſunt, in regia (71) porticu, aliiſque partibus magnæ hujus noſtræ urbis proponet, ut illa omnibus manifeſta fiant, atque intelligant, ſecuritatem & tranquillitatem eorum perpetuo nobis curæ eſſe. (72)

Tit. XII.

(1) Ut Clerici apud Epiſcopos reſpondeant.

CONSTIT. LXXXIII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Johanni Glorioſiſſimo per Orientem iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli (2) ordinario & Patricio.

Præfatio.

MUltas ſacras leges de amantiſſimis Dei Epiſcopis, deque reliquo omni ſacerdotio, nec non religioſiſſimis Monachis ſcribentes, & nuper etiam hoc facientes, in quibus religioſiſſimos Monachos a ſolis civitatum Epiſcopis, ſub quibus monaſteria ſunt, conveniri voluimus: (3) periit a nobis Menas Dei amantiſſimus Epiſcopus felicis hujus civitatis & Patriarcha univerſalis, ut religioſiſſimis quoque Clericis hoc privilegium concederetur, ut ſi quis cum iis pecuniariam cauſam haberet, primum Deo amiciſſimum Epiſcopum, ſub quo conſtitutus eſt, adeat, cumque

Id eſt, quid juris ſit. *Heſych.* δέοντα, χρήζοντα, λείποντα, πρέποντα.

(71) *porticu*] στοᾷ. Vet. *Baſilica.*

(72) Caret ſubſcriptione Græcus textus. Vetus habet: *Datum Arione V. C. Conſ.* Juliani quoque Epitome ſubſcriptione caret.

(1) *Ut Clerici*] Sic & *Hal.* qui non niſi inſcriptionem hujus Novellæ habet. Extat autem apud Gratianum 11. q. 1. c. 44. *CONT.* Vetus: *Ut Clerici apud proprios Epiſcopos primum conveniantur & poſt hoc apud civiles judices.*

(2) *ordinario*) ὀρδιναρίῳ. *Hal.* ὀρδιναρίων.

(3) *petiit*] ἀπεδήμησε παρὰ &c. Vet. *petiti ſumus a* &c.

eumque interpellet, (4) ac ſententia in ſcriptis fruatur: eoque facto, nec moleſtia illi creetur, nec ad judicia civilia trahatur, nec a ſacro miniſterio vacet, ſed cauſa ſine ſcripto examinetur abſque damno, & ſcriptam etiam formam forte accipiat, ſi hoc partes voluerint & petierint, atque a mutua contentione liberentur.

§. 1. Si vero vel propter cauſæ naturam, vel difficultatem forte aliquam Deo amiciſſimus Epiſcopus negotium decidere non potuerit, tunc liceat civiles etiam Magiſtratus adire, omnibuſque privilegiis ſervatis, quæ religioſiſſimis Clericis ſacræ Conſtitutiones præbent, & litigare & finem liti imponere, & a negotiis illis liberari. Clariſſimi vero judices ſecundum leges noſtras cum omni alacritate & celeritate lites decidere feſtinent, ne illi per ejuſmodi cauſas a ſacris actionibus avocentur, & cum Deo ſupplicare, quæque ſacerdotes decent agere oporteat, in judiciis & turbis, quæ ibi ſunt, ac perturbatione, quæ in litigantium animis exiſtit, detineantur.

§. 2. Si tamen de criminibus, & quidem civilibus conveniantur, hic quidem judices competentes, in provinciis vero Præſides earum ſint judices: non excedente lite duorum menſium ſpatium, ex quo litis conteſtatio facta eſt, ut cito finis negotio imponatur. Illud manifeſtum eſt, ſi Præſes provinciæ eum, qui convenitur, reum eſſe putaverit, dignumque pœna judicaverit, hunc prius a Dei amantiſſimo Epiſcopo, dignitate ſacerdotali privandum, atque ita ſub legum poteſtate conſtituendum eſſe.

(4) *ac ſententia*] καὶ ἐγγράφου κρίσεως ἀπολαύειν. Vet. *& ex non ſcripto judicium mereatur.* Ἀγράφως legendum eſſe ſatis ipſum orationis progreſſum indicare judicat AGYLÆUS. Latinam interpretationem & lectionem veriorem eſſe verba ſequentia demonſtrare putat CONT. Sed vide quæ dicuntur in fine h. pr. verb. καὶ λαμβάνειν τύπον ἴσως καὶ ἔγγραφον, *& accipiat formam forſan etiam ſcriptam.* Quod idem eſt cum illis καὶ ἐγγράφου κρίσεως ἀπολαύειν. Κρίσις enim ſententia hic eſt, ut & τύπος, ut Nov. præced. n. 56. &c. Sine ſcripto debet examinari negotium, ſed ſcripta ſententia dari, ſi partes voluerint. Sic & *Julian.* Retinendum ergo videtur τὸ ἔγγραφον. τύπος *ſententiam* quoque denotat in *Nov. 86. cap. 2.*

CAPUT I.

QUod ſi Eccleſiaſticum ſit delictum, & caſtigatione Eccleſiaſtica atque multa egeat, Deo amiciſſimus Epiſcopus de illo cognoſcat, excluſis clariſſimis provinciæ Præſidibus. Volumus enim civiles judices ejuſmodi cauſas plane neſcire, cum talia eccleſiaſtice examinari, & peccatorum animas per multam Eccleſiaſticam, & ſacros divinoſque canones lucrari oporteat, quas etiam leges noſtræ ſequi non dedignantur. Sin autem lites quædam antea conteſtatæ fuerint, hæ in eodem ſtatu maneant, & cito finem accipiant: omnibus illis, quæ a nobis, ſive de ſanctiſſimis Eccleſiis, ſive de amantiſſimis Dei Epiſcopis, ſive de Clericis, ſive de Monachis ſancita ſunt, robur ſuum habentibus.

EPILOGUS.

EMinentia igitur tua, quæ nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, per programmata tua omnibus manifeſta faciat, & in perpetuum cuſtodire ſtudeat. Dat. XV. April. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin PP. Aug. Arione V. C. Conſ.

Tit. XIII.

De conſanguineis & uterinis fratribus.

CONSTIT. LXXXIV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Glorioſiſſimo per Orientem iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli (1) Ordinario & Patricio.

NAtura, quæ multas res ubique novat, (quod proœmium in legibus ſæpe jam dictum eſt, & rurſus dicetur, quamdiu illa, quæ ſua ſunt, aget) multas leges nos ferre cogit. Legitimas enim & *cognaticas* ſucceſſiones Veteres quidem nobis tradunt, quique ex legibus antiquis hæc ſumſerunt, ad nos uſque pervenerunt, qui multa etiam ex iis correximus. Ad nos autem tale quid pervenit.

§. 1. Duxit quidam uxorem, ex eaque liberos ſuſcepit: deinde illa moriente aliam rurſus duxit, ex qua ei nati ſunt liberi prioribus

(1) *ordinario*] deeſt ap. Hal.

Digitized by Google

bus conſanguinei ſolum, non vero uterini: deinde & tertias contraxit nuptias, atque ex illis etiam liberos procreavit: poſt mortem vero ejus mulier ad ſecundum venit matrimonium, ex quo illa alios peperit liberos, uterinos ſolum liberis prioris matrimonii, non vero conſanguineos. Matre igitur mortua contigit, ut unus ex fratribus ſine liberis & ſine teſtamento decederet, relictis multis fratribus & uterinis & conſanguineis, & qui uterini ac conſanguinei ſimul eſſent. Atque novitas quidem a natura inventa hæc erat. Licebit vero tali principio nobis ab ea dato, alios quoque caſus excogitare, qui tale quid afferre poſſint, ſive mors viri, ſive mors mulieris, (2) ſive aliæ legitimæ & diverſæ nuptiæ id effecerint. Quæſtio igitur hæc erat, num ad defuncti fratris hæreditatem omnes oporteat vocare, tum uterinos, tum conſanguineos, tum etiam eos qui ſimul uterini & conſanguinei ſunt.

CAPUT I.

QUoniam igitur omnes leges, tam veteres, quam noſtras, quas collegimus, conſiderantes, quæſtionem illam ortam eſſe non invenimus, convenit ut eam, licet ſero, lege quadam decidamus, & conſideremus, quibuſdam fratribus cum defuncto cognationis jura (quæ nos legitimis conjunximus) quibuſdam vero legitima intercedere: (3) inter hos enim & illum communio paterni ſeminis erat, ſicuti inter illos materni: alii vero legem putam & naturam ſibi auxiliantem habebant, quoniam ex eadem (4) matre eodemque patre procreati erant: & cum veri germani eſſent, id veluti (5) ſignum aliquod in iis exſplenduit. Itaque ſi frater ille voluiſſet legem, eoſve, qui inter ſe diſceptant, litibus liberare, ad teſtamentum (6) veniſſet, ſuamque voluntatem manifeſtam feciſſet, & inſtitutione honorati ad hæreditatem vocati fuiſſent.

(2) *ſive aliæ*] εἴτε ἄλλων νομίμων γάμων διαφόρων τοῦτο ποιησάντων. Vet. *ſive alia legitima ſeparatione nuptiis diverſis hoc faciendum.*

(3) *communio*] Vetus Interpres: *communicabant enim aliquid ei circa paterna prolem.*

(4) *matre*] κόλπων. Vet. *finibus.* Legendum forte *ſinubus.*

(5) *ſignum*] σύμβολον. Vid. quæ ſupra de hac voce.

(6) *veniſſet*] Vet. *venerat.* & in ſeq. *fecerat.* Eſt autem in Gr. ἦλθεν ἐπ.

ſent. Quoniam vero id facere noluit, vel non potuit, (multi enim atque infiniti caſus & repentinæ mortes hominibus accidunt) noſtra lex negotium decidet.

§. 1. Vult autem hæc lex ex utraque parte junctos & conſanguineos ſimul ac uterinos fratres, in ſucceſſione defuncti illis præferendos eſſe, qui vel conſanguinei ſolum, vel ſolum uterini ſunt. Neque nos varietas illa naturæ perturbabit, ſed ejuſmodi inventiones legitimas faciemus & ſic judicabimus, ut perfectioribus pulchriora diſtribuamus, nec inferiores illis exæquari patiamur.

§. 2. Atque multa nos ad hoc invitarunt. Nam primum alia quædam lex noſtra, ſi filius liberos non habens moriatur, primo fratres vocat ex eodem matrimonio natos, vel ad materna, quæ forte habet, vel ad res, quæ ex nuptiali aut alia etiam cauſa (7) non acquiruntur, deinde eos, qui ex aliis nuptiis procreati ſunt, & poſt eos patrem: quod probat, legem noſtram jam olim hoc (8) parturiiſſe. Si enim ſuperſtite patre uterinos & conſanguineos ipſi patri, illiſque, qui ex alio matrimonio ſunt, præponi contingat, conſequens eſt, ut etſi pater non ſuperſit, ſed ſoli fratres, illi qui ſimul uterini & conſanguinei ſunt, iis præponantur, qui per unum ſolum parentem defuncto conjuncti ſunt. Quibus conveniet, ut id, quod ante, tum de maternis, tum de nuptiali cauſa, vel de aliis etiam, quæ non acquiruntur, ſancitum eſt, etiam in reliquis defuncti rebus valeat & obſervetur. Hæc igitur lex in hoc caſu poſita ſit, (9) qui occaſionem illi, ut dictum eſt, dedit. Et quia ex tribus matrimoniis (10) hæc naturæ innovatio provenit, nihil prohibet ſi quis ſupponat etiam ex duabus ſolum nuptiis illos quidem eſſe conſanguineos vel uterinos, hos vero conſanguineos & uterinos ſimul: vel ſi quis concedat, ut matrimonia extendantur, & tale

(7) *non acquiruntur*] ſcil. *patri.*

(8) *parturiiſſe*] ὠδίνειν. Vet. *quod dudum talia noſtra legislatio conceſſiſſet:* Confer initium hujus *§*. 2.

(9) *qui occaſionem*] τοῦ δόντος αὐτοῖς τὴν ἀφορμήν. Vet. *data ſibi occaſione.*

(10) *hæc &c. provenit*] Vet. *hoc proceſſit, novitas naturæ nihil prohibet, vel ſi quis proponat.* Senſu aliquatenus mutato. Noſtra tamen lectio ſatis recte ſe habet.

tale quid tanto magis fiat: atque ita in hujuſmodi ſpeciebus, ubi tales quidam ordines fratrum introducuntur lex vim ſuam habeat, & illi, qui duplici jure utuntur, excludant eos, qui uno ſolo uti poſſunt.

CAPUT II.

SI vero talis non ſit ſpecies, ſed vel conſanguinei, vel uterini ſoli adſint, & aliquis ex fratribus moriatur, illa prioribus legibus ſubjaceant, quæ de ſucceſſionibus eorum, non ſolum in eo caſu, in quo quæſtio mota eſt, ſed & in iis, qui poſtea futuri ſunt, vel etiam adhuc imminent. Priora igitur, ſive illa judicis ſententia, (11) ſive pacto compoſita ſint, ſuam deciſionem habeant, nec hujus legis judicio egeant.

EPILOGUS.

EMinentia igitur tua, quæ nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, per programmata ſua omnibus manifeſta faciat, & in perpetuum obſervare ſtudeat. Dat. XV. Kal. Jun. Conſtantinopoli, Imp. Dn. Juſtin. (12) Aug.

Tit. XVI.

De Armis.

CONSTIT. LXXXV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus, Baſilidi Glorioſiſſimo Magiſtro ſacrorum officiorum.

Præfatio.

MAgnum Deum & ſervatorem noſtrum Jeſum Chriſtum ejuſque auxilium ſemper invocantes, operam damus, ut omnes noſtros ſubditos, in quos nobis imperium Deus credidit, a damno atque injuria immunes ſervemus, & bella prohibeamus, quæ qui (1) imprudenter

(11) *aut pacto*] ἢ συμβατηρίοις ἀνύσαντα τύποις. Vet. *pactionum expedita ſunt formis.*

(12) *Aug.*] Addit Vetus: *Anno XV. Arione V. C. Conſ.* Julian. *Dat. XV. Kal. Jun Imp. Dn. Juſtin. PP. A. Ann. XIII. Apione V. C. Conſ.*

(1) *imprudenter*] οἳ ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἀβουλίας αἱρούμενοι.

ter ſuſcipiunt, mutuas cædes inducunt, & duplicem (2) exinde pœnam ſibi inferunt, tum eam (3) quam ſibi ipſis irrogant, tum etiam, quam a legibus, quæ furorem eorum puniunt, patiuntur.

CAPUT I.

CUm igitur ejuſmodi mortibus homines liberare velimus, placuit, ne privatus aliquis arma fabricet, ſed illi ſolum arma conficiant, qui in publicas armorum officinas, eaſve, quæ (4) fabricæ dicuntur, aſſumti ſunt: qui vero arma fabricantur, illa nulli privato vendant. (5) Sed nec illis, qui in numeros aſſumti ſunt (quos armorum artifices & (6) deputatos vocant, quique a fiſco annonas accipiunt) permittimus, ut arma fabricent, vel alicui vendant: ſed curam ſolum gerant armorum pro (7) militibus, qui in numeros relati ſunt, in quibus militant. Si vero quid novi faciant, hoc iis auferatur, & in ſacrum noſtrum armamentarium inferatur, atque repoſitis ibi publicis armis (8) addatur.

CAPUT II.

HOc vero ipſum eos quoque, qui in ordine (9) balliſtariorum ſunt, obſervare volumus, quos in diverſis urbibus collocavimus, inter quos & eos conſtruimus, qui arma fabricare ſciunt. Quare illi publica

(2) *exinde*] ἐκ τούτου. *Hal.* ἐκ τούτων.

(3) *quam ſibi*] ἣν ἑαυτοῖς ἐπιφέρουσιν. *Hal.* ἣν ἐν ἑαυτοῖς ἐπιφέρουσιν.

(4) *fabricæ*] Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* verb. *fabrica, fabricenſes*. In Orientali Imperio quindecim fabricæ erant inſtitutæ, id eſt, loca, in quibus arma fabricabantur, ſcilicet quinque in Oriente, tres in Ponto, una in Aſia, duæ in Thraciis, & quatuor in Illiricis. Fabricenſes dicuntur, qui arma fabricant. *PANCIROL. ad Not. Imp. Or. cap. 66.*

(5) *ſed nec illis*] Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐν τοῖς ἀριθμοῖς συγκαταλεγομένοις ὡς ὁπλοποιοὺς &c. *Hal.* ἀλλ' οὐδὲ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς τοὺς ὁπλοποιοὺς συγκαταλεγομένους καὶ δεπουτάτους &c. Baſil. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς &c. καταλεγομένους. Ex Scrimgero rectius inchoari hanc periodum dicit *Agylæus*. Numeri ſunt cohortes ἀριθμοὶ teſte Caſſiodoro, Vid. Lindenbrog. ad Amm. Marcell. Lib 14. c. 7.

(6) *deputatos*] Vid. *Gloſſ. Jul.*

(7) *militibus*] στρατιωτῶν. Hal. στρατιωτικῶν.

(8) *addatur*] προστιθέμενον. *Hal.* προστιθησόμενον.

(9) *balliſtariorum*] Vid. *Gloſſ. Jul.* ea voce. Cont. edidit καὶ τοῖς τάγμασι τῶν βαλλισταρίων. *Hal.* καὶ τοὺς ἐν τοῖς ταγμ. &c. Recte: Sic quoque *Vetus*.

publica ſolum arma, quæ in publicis armamentariis uniuscujuſque urbis repoſita ſunt, reparent & renovent. Quod ſi nova arma confecerint, ea ſimiliter & ipſi in publicorum armorum cuſtodiam conferant, ac nemini plane vendant.

CAPUT III.

HÆc autem obſervent illi, qui inter balliſtarios recepti ſunt, periculo patrum civitatum, ſub quibus ipſos balliſtarios conſtituimus, quibuſve publicorum armamentariorum curam & cuſtodiam commiſimus. Quare ſi qui ſint, vel deputati, vel (10) fabricenſes qui arma vendant, illius loci Magiſtratus provideant, ut illos pœnis ſubjiciant, atque inſuper ut arma ab iis, qui illa emerunt, ſine pretio auferantur & fiſco vindicentur. Cum igitur hoc conſilium a Deo, qui nos gubernat, acceperimus, hac lege ſancimus, ne privati, vel alius quidam in ulla civitate vel provincia Reipublicæ noſtræ, licentiam habeat arma faciendi vel vendendi, vel quocunque modo negotiandi: ſed illi ſolum, qui in fabricas aſſumti ſunt, illa conficiant, & ſacro armamentario inferant. Atque ut hoc a Celſitudine tua, illiſque, qui poſt te Magiſtratum ſuſcepturi ſunt, obſervetur, ſancimus: illique (11) chartularios aliquos ſub Celſitudine tua in ſcrinio fabricenſium conſtitutos, periculo quinque (12) primorum, qui inter eos ſunt, (13) deſignent, bonam exiſtimationem habentes & idoneos, qui tum in eos, qui ſunt in felici hac civitate, tum qui in reliquis civitatibus noſtræ reipublicæ arma conficiunt, inquirentes, prohibeant, ne privati aliique, exceptis iis, qui in ſacras fabricas aſſumti ſunt, armorum fabricationem ſuſcipiant: & in quibus locis privatos aliquos id audere invenerint, illa adimant, & publico armamentario addicant. Si vero inter privatos operarios poſſint idoneos

(10) *fabricenſes*] φαβρικήσιος. Hal. φαβρικήσιοι.

(11) *chartularios*] Vid. *Gloſſ* & *Ant. Aug.* verb. *chartularii de ſcrinio fabricæ.* Triplex eorum ordo fuit; hic in Eccleſia, ille in Palatio, iſte in exercitu occupabatur. Erat & ὁ τῶν θείων κοιτώνων. Nec unus ille ſed tres. *Nov.* 8. *Nov.* 25. Vid. *Meurſ. Gloſſ.*

(12) *primorum*] Julian. *primates ſcrinii fabricæ.* Vid. *Gloſſ.*

(13) *deſignent*] ἀφοριζέτωσαν. *Hal.* ἀφορίζειν.

artifices reperire, eorum nomina, ſi quidem (14) militiæ nomen dare velint, in (15) matriculam referant, nobiſque matriculam artificum mittant, ut per ſacrum noſtrum Reſcriptum in illis locis conſtituantur, in quibus publicæ ſunt fabricæ, & publice arma fabricantes, publicas etiam annonas accipiant. Hoc enim ſi fiat, & diligenter a dictis ante perſonis obſervetur, nulli plane, neque privatis, qui urbes incolunt, neque (16) agricolis, qui prædia colunt, licentia dabitur armis adverſus ſe utendi & cædes patrandi, eaque re multos homines occidendi, atque publica tributa diminuendi: illis, qui terram colunt, vel vitam amittentibus, vel propter metum aufugientibus.

§. 1. Illos vero, qui a Celſitudine tua ex dicto (17) fabricarum ſcrinio mittuntur, poſtquam privatos arma facere prohibuerunt, (18) cautionem a Magiſtratibus, qui ibi ſunt, & cohortibus illis ſubjectis, & defenſoribus civitatum, & patribus accipere oportet, quod nemini impoſterum, ut quid ex iis, quæ a nobis prohibita ſunt, fiat, conceſſuri, ſed ea, quæ hac lege ſancita ſunt, ſervaturi ſint: tam pecuniariam quam capitalem pœnam metuentes. Sancimus enim, ut magnæ Alexandrinorum urbis Præſes ſi ea, quæ a nobis ſancita ſunt, negligat, viginti librarum auri pœnam det, & Magiſtratu excidat, ejusque cohors ſimiliter viginti librarum auri pœnam ſolvat, & capitalem pœnam ſubeat. Reliquarum vero provinciarum Præſides multam decem

(14) *militiæ*] στρατηγίαις. *Hal.* στρατείας. Sequitur ἐν ἀπογραφῇ, ubi Hal. & Vet καὶ ἐν ἀπογραφῇ.

(15) *matricula*] Julian. *matricula.* Vid. *Matricularii* in *Gloſſ.* & *Ant. Aug.*

(16) *agricolis*] ἀγροίταις. *Hal.* ἀγροίκοις.

(17) *fabricarum ſcrinio*] Julian. *ſcriniarii* de quo vid. *Gloſſ.*

(18) *cautionem*] κατάθεσιν. *Hal.* καὶ κατάθεσιν Vet. *confeſſionem*] Julian. *depoſitionem.* Gloſſ. κατάθεσις, *profeſſio, depoſitio.* Teſtes dicuntur καταθέσθαι in Conſtit. Græca apud *Cujac. VIII. Obſ. 13.* & κατάθεσις, *depoſitio* eorum, *XIII. Obſ. 38. Nov. 117. c. 11.* Cujacius *in Expoſit. h. Nov. juratam cautionem*, dicit. Nos *cautionem*, *confeſſionem* & *depoſitionem* hic idem valere putamus. Sic enim *Nov. 94. c. 2.* ὁμολογίας καὶ καταθέσεως, *confeſſionis & depoſitionis propriæ. Nov. 103. c. 3.* μήπω τῆς καταθέσεως γενομένης &c. *nondum facta confeſſione*, quæ *accipientem ſociet curiæ Nov. 113. præf.* καταθέσεις τῶν ῥεφερενδαρίων, *depoſitiones* [aut *juſſiones* κελεύσεις] *Referendariorum.*

cem librarum auri ſuſtineant, ſimiliterque & ipſi eorumque cohortes amiſſioni Magiſtratus ſubjaceant. Defenſores autem & patres civitatum trium librarum auri pœna multentur, & periculum capitis ſuſtineant, ſi aliquid tale factum eſſe invenientes, non puniverint, vel iis, qui hoc agere poſſint, non indicaverint, ſed latere permiſerint.

CAPUT IV.

VT autem manifeſta fiant, quæ a nobis prohibita ſunt, ne ſcilicet a privatis & aliis quibuſdam, exceptis iis, qui in ſacras noſtras fabricas relati ſunt, arma fabricentur, vel privatis vendantur, hoc per præſentem legem ſignificare placuit. Prohibemus enim privatos fabricare & vendere arcus, ſagittas, (19) ſpathas, & enſes (quos vocare ſolent (20) parameria) & (21) Zabas, uti vocantur, ſeu loricas, & (22) contos, lanceas quolibet modo aut forma factas, quæque (23) apud Iſauros vocantur (24) monocontia, & (25) Zibynnos ita vocatos, ſeu miſſibilia: aſpidas inſuper, ſive (26) ſcutaria, & galeas ſeu caſſides. Neque enim illa alii cuidam fabricare permittimus, exceptis

 illis,

(19) *ſpathas*] Vid. *Gloſſ.* Julian.

(20) *parameria*] Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* Παραμήριον eſt gladiolus in femore pendulus a Zona, unde Paraxonium Iſidoro dicitur, & παράζωνα Heſychio. *MEURS. Gloſſ.*

(21) *Zabas*] Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* *Zaba* eſt *Lorica*. *MEURS. Gloſſ.*

(22) *Contos*] Vid. *Gloſſ. Jul.*

(23) *apud Iſauros*] παρὰ Ισαύροις *Hal.* παρ' Ισαύρων. Lege παρ' Ισαύροις.

(24) *Monocontia*] Vid. *Gloſſ.* verb. *Monocopia*, & *Ant. Aug.* *Alciatus* legit μονοκόπια, ac dicta putat, quod ſolo manubrio conſiſtant, vel quod etiam remi vicem præberent, nuncupata ἀπὸ τῆς κώπης. Vid cum *Diſpunct. III. cap. 20.* *Hal.* edit. Pariſ. μονοκόντια.

(25) *Zibynnos*] Vid. *Gloſſ.* verb. *Sigynni* & *Miſſibilia*, & *Ant. Aug.* Σιγύνας δὲ ὦ καλέουσι Λίγυες οἱ ἄνω ὑπὲρ Μασσαλίας οἰκέοντες τοὺς καπήλους, κύπριοι δὲ τὰ δόρατα. *Sigynas quidem certe Ligures, qui ſupra Maſſiliam incolunt, inſtitores appellant: Cyprii jacula. Herodot. lib. 5. c. 9.* Mutabant Cyprii τὸ β in γ. nam communi dialecto σιβύνη *venabulum* vel *haſtile venatorium* ſignificat. *PALMER. Exercit.* Agylaus inquit quæ in barbaris quibuſdam nominibus variatio ſequitur, eam expendere nec vacat nec refert. De armis vid. *Cujac. h.*

(26) *ſcutaria*] σκουτάρια. Hal. σκῦτα.

illis, qui in ſacras noſtras fabricas relati ſunt: a privatis vero confici & privatis vendi permittimus ſolos cultellos quibus ad belli neceſſitates nemo utitur. Præſentem vero legem generalem Eminentia tua in hac Regia urbe, aliiſque Reipublicæ noſtræ urbibus (27) proponat, ut omnes ea, quæ nobis placuerunt, cognoſcant & obſervent.

CAPUT V.

(28) INdicabis vero chartulariis illis ex dicto fabricatum ſcrinio, (29) qui cuſtodiæ illi præerunt, quod ob negligentiam non ſolum pecuniarias pœnas ferent, ſed & corporales pœnas ſuſtinebunt, & militiam amittent: præterea quoque, quod neque ipſi ſcrinio, ut hoc officium gerat, permittemus, ſed aliis curam fabricarum committemus.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt & hac lege declarantur, Excellentia tua, quique poſt te Magiſtratum geſturi ſunt, effectui dare ſtudeant, atque indignationem noſtram metuant, ſi rem adeo utilem Reipublicæ non obſervaverint.

TIT. XV.

Ut Præſides, qui interpellantium jura audire cunctantur, ab Epiſcopis id facere cogantur. Et ſi quis Præſidem ſuſpectum habet, ut Epiſcopus civitatis de cauſa ſimul cognoſcat. Item ut illi, qui a Præſide læſi ſunt, Epiſcopum adeant. (1) Et de alia obſervatione,

(27) *proponat*] ἡ σὴ ὑπεροχὴ προθήσει. Hal. προθήσεις.

(28) *Indicabis*] παραγγελεῖς. Gloſſ. παραγγελῶ, *intimo*. Vet. *denunciamus*.

(29) *qui &c. praerunt*] τοῖς μέλλουσιν ἐφεστάναι. Vet. *futuris praeſſe*.

(1) *Et de alia*] καὶ περὶ ἑτέρας παραφυλακῆς, ὑπὸ ἐπισκόπων ὀφειλούσης πάντως κρατύνεσθαι παρὰ ἀρχόντων γίνεσθαι. Vet. *& de cautela alia, quam omnino oportet Epiſcopum agere*. Heſych. κρατύνεσθαι, ἰσχυροῦσθαι, κρατυνθῆν, κρατηθῆν, βεβαιωθῆν. *Hal.* pro γίνεσθαι habet γενέσθαι, & vertit: *deque alia cautela, quæ ab Epiſcopis omnino corroborari, fieri vero debet a Præſidibus.* Putamus reſpici hic ad *cap. ult. h. Nov.*

tione, quæ ab Epiſcopis omnino obſervari debet, ut a Præſidibus fiat.

CONSTIT. LXXXVI.

Imperatoris Juſtiniani Auguſti Edictum.

PRÆFATIO.

EX quo Deus nos Romanorum imperio præpoſuit, omnem operam in eo collocamus ut omnia ſemper (2) ad utilitatem ſubditorum Reipublicæ a Deo nobis creditæ agamus, eaque faciamus, quæ omni difficultate, damno & ruina eos (3) liberent, ne propter lites & alia quædam e patria ſua diſcedere & in peregrina terra ærumnas perferre cogantur.

CAPUT I.

QUamobrem impræſentiarum præſens edictum ad omnes ſubditos mittere, (4) omniumque civitatum & vicorum habitatoribus manifeſtum facere placuit, ut ſi quis, vel de pecuniaria cauſa, vel de rebus mobilibus aut ſe moventibus ipſi ablatis, ſive etiam (5) de criminibus litem cum aliquo habeat primo clariſſimum provinciæ Præſidem adeat, ut ille ſecundum leges noſtras, quæ denunciantur, examinet, & unicuique juſtitiam tribuat. Si vero quis Præſidem provinciæ adeat, & jus ſuum non conſequatur, tunc jubemus, ut ad ſanctiſſimum illius loci Epiſcopum accedat, atque is ad clariſſimum provinciæ Præſidem mittat, vel ipſe cum conveniat atque efficiat, ut omni modo interpellantem audiat, illique (6) ſecundum leges noſtras jus ſuum tribuat, ne ille

(2) *ad util.*] τὰ πρὸς ὠφέλειαν. Apud Hal. τὰ omiſſum eſt.

(3) *liberent*] ἀπαλλάξῃ. Cont. ἀπαλλάσσει. Hal. ἀπαλλάξῃ. Sequitur mox μετὰ τοῦ δικαίου διαλῦσαι τὰ πράγματα. It. δίκαιον μὴ φυλάξει.

(4) *omnium*] τοῖς πᾶσι τῶν πόλεων &c. *Hal.* τοῖς πασῶν τῶν &c. non male. Vet. *omnium*.

(5) *de criminibus*] περὶ ἐγκλημάτων. *Hal.* ἐγκλημάτων. Et ſic *Vetus*, *de criminalibus*. Sed illud præferendum.

(6) *ſecundum noſtras*] κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὥστε μὴ ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν ἀποδημεῖν τῆς ἰδίας πατρίδος. Εἰ δὲ καὶ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου ἐπείγοντος τὸν ἄρχοντα μετὰ τοῦ δικαίου. Hæc deſunt in edit. *Hal.* culpa librarii, ut videtur, omiſſa, cui ver-

Digitized by Google

illc ex patria ſua diſcedere cogatur. Si vero ſanctiſſimo etiam Epiſcopo Præſidem, ut juſte negotia interpellantium decidat, compellente, (7) Præſes differat, vel cauſam quidem dijudicet, litigantibus vero (8) jus non tribuat, permittimus ſanctiſſimo illius urbis Epiſcopo, ut illi, qui jus ſuum non conſecutus eſt, literas ad nos det, quæ declarent, coactum a ſe Præſidem interpellantem audire, atque inter eum & qui ab eo convenitur, judicare (9) cunctatum eſſe: ut nos hoc cognoſcentes (10) pœnas Præſidi provinciæ inferamus, quod interpellatus a læſo, & (11) coactus a ſanctiſſimo Epiſcopo litem non diremerit.

CAPUT II.

SI vero contigerit, ut aliquis noſtrorum ſubditorum (12) Præſidem ſuſpectum habeat, jubemus, ut ſanctiſſimus Epiſcopus cum clariſſimo Præſide cauſam cognoſcat, ut ambo vel amicabili compoſitione litem diſſolvant, (13) vel eam per annotationem in ſcriptis factam, aut cognitionem inter litigantes dijudicent, & juri legibuſque convenienter decidant, ne ſubditi noſtri propter ejuſmodi cauſas e patria diſcedere cogantur.

CA-

ba καὶ δικαίῳ, quæ & ante hæc verba, & poſt ea in Græco textu reperiuntur, occaſionem dederunt, ut media prætériret.

(7) *Præſes*] ὁ ἄρχων διαναβάλλοιτο. Hal. diſtinctione majore præmiſſa legit: Εἰ δὲ ὁ ἄρχων διαναβάλλεται.

(8) *jus non*] τὸ δίκαιον. ἀπογένοιμεν &c. Hal. τῷ δικαίῳ, προστάγματι ὁ ἄρχων, ἀπονέμειν &c. *jus ſuum: præcipimus* &c.

(9) *cunctatus*] ἀνεβάλλετο. Hal. ἀναβάλλεται.

(10) *pœnas*] τιμωρίας. quod & legitur *cap. 3.* Hal. τιμωρίαν. Vet. *ſupplicio.*

(11) *coactus*] ἀναγκασθείς. Hal. ἀναχθείς.

(12) *Magiſtratum*] Vet. *in dubitationem habere judicem.*

(13) *vel eam per annot.*] ἢ καὶ διὰ παρασημειώσεως ἐγγράφου ἢ διαγνωστικῶς. Vet. *aut per annotationem ſcriptis factam, aut cognitionaliter.* Vid. *Gloſſ.* verb. *paraſimioſis.* Vid. & quæ ſupra *Nov. 82.* diximus. *Cognitionaliter* eſt actis accurate diligenterque confectis, ut id explicat *Cujac. ad Nov. 82.* Cauſa cognita & utraque parte præſente. *Sic l. 12. C. d. LL. Si imperialis Majeſtas cauſam cognitionaliter examinaverit.* Ubi ſequitur, *& partibus cominus conſtitutis ſententiam dixerit.* Vid. *l. ult. C. d. temp. & reparat.* Cognitionales ſententiæ *l. 13. C. d. ſentent. & interloc.* Vid. quæ ſupra d. voce ἀκώλυτ diximus.

Digitized by Google

CAPUT III.

Quod ſi quis putet, ſe quamcunque actionem adverſus aliquem habere, (14) nec clariſſimum provinciæ Præſidem interpellet, nec ſanctiſſimum civitatis Epiſcopum (15) adeat, atque ita ſine literis ſanctiſſimi Epiſcopi huc (16) veniat, is ſciat tales pœnas ſe ipſum paſſurum, quas Præſes ſuſtinuiſſet, ſi ab eo conventus operam non dediſſet, ut illi jus ſuum tribueret. Hæc vero omnia propter utilitatem eorum qui urbes & vicos incolunt, ſancire placuit, ne patriam ſuam deſerentes, tam ipſi in peregrino ſolo affligantur, quam etiam res eorum (17) lædantur. Propterea enim Præſides gratis conſtituimus, & juramenta eos præſtare jubemus, ut unicuique ipſos adeunti, jus ſecundum leges noſtras (18) tribuant.

CAPUT IV.

Quod ſi contingat aliquem ex ſubditis noſtris ab ipſo clariſſimo provinciæ Præſide injuria affici, jubemus eum ſanctiſſimum illius urbis Epiſcopum adire, ut ille inter clariſſimum Præſidem, eumve, qui ſe ab eo injuria affectum putat, judicet. Et ſi contingat, ut Præſes legitime & juſte a ſanctiſſimo Epiſcopo condemnetur, ipſe omni modo illi, qui adverſus eum agit, ſatisfaciat. Si vero Magiſtratus id facere recuſet, atque hæc lis ad nos deferatur, ſi quidem inveniamus, eum juſte & ſecundum leges a ſanctiſſimo Epiſcopo condemnatum non feciſſe quod judicatum eſt, ultimo ſupplicio eum ſubjici jubebimus, quod, cum injuria affectos tueri deberet, ipſe eos lædere inventus ſit.

CAPUT V.

Cohortem quoque, quæ illi paret, & Clariſſimis Præſidibus miniſtrantes jubemus, cum omni diligentia adeuntes liberare, nihil

Hh hh præter

(14) *nec clariſſim.*] μὴ τῷ λαμπροτάτῳ &c. *Hal.* μηδὲ τῷ λαμπροτ. quod rectius. Vet. *neque.*

(15) *adeat,*] ἐντύχῃ. Hal. ἐντύχοι.

(16) *veniat*] ἔλθῃ. Hal. παρέλθοι.

(17) *lædantur*] βλάπτηται. Hal. βλάπτοιτο.

(18) *tribuant*] φυλάξωσι. *Hal.* φυλάξειν.

præter ea accipientes, quæ conſtitutionibus noſtris continentur. (19) Quod ſi hoc non obſervent, ultimis ſuppliciis, quadrupli ſcilicet ſolutioni & pœnæ, eos ſubjici jubemus.

CAPUT VI.

QUod ſi aliquem ex ſanctiſſimis Epiſcopis, in gratiam alicujus jus (20) contemnere invenerimus, canonicam illi caſtigationem inferri jubemus, ut cum timore Dei juſte judicare operam dent: ne ob eam cauſam, quod homines jus ſuum non conſequantur, urbes, provincias, (21) & loca ſua relinquere atque huc accurrere cogantur.

CAPUT VII.

IN civitatibus vero ubi Præſides non ſunt, jubemus, ut illi, qui lites habent, defenſorem adeant, & ille inter eos jus dicat. (22) Si vero litigantes non defenſorem, ſed ſanctiſſimum Epiſcopum judicare velint, etiam hoc fieri jubemus.

CAPUT VIII.

SEd nec Monachum, nec Clericum, nec Epiſcopum ſine literis ſanctiſſimi Patriarchæ huc venire jubemus: aut ſciant, quod ſtatu ſuo ſe indignos reddituri ſint.

CAPUT IX.

SI vero quis (23) Magiſterianus, vel Præfectorius, (24) cujuscunque fortunæ, plures (25) ſportulas acceperit, quam ſacris noſtris con-

(19) *Quod ſi hoc*] Quæ hic leguntur ad finem uſque capitis deſunt in *Hal.* editione. Et *Vetus* non habet ultima illa: *ſcilicet quadrupli ſolutioni & pœna.*

(20) *contemnere*] παριδόντα. Sic & *Hal.* Vetus *prodere*, προδόντα.

(21) *& loca*] καὶ τόπους καὶ ἐνταῦθα ἐπιτρέχειν. Vet. *& in loca qualibet alia in qua concurrere.*

(22) *Si vero*] Sic & *Hal.* Vet. *ſi vero litem habentes voluerint defenſorem una cum ſanctiſſimo Epiſcopo judicare.*

(23) *Magiſterianus vel*] Μαγιστριανὸς ἢ ἐπαρχικός. Vet. *Magiſterianus vel Præfectianus.* Julian. *Præfectianus neq; Agens in rebus.* (De quibus duobus vid. *Ant. Aug.* & *Gloſſ.*) *Jur. Gloſſ.* Μαγιστριανὸς, ὁ [illegible] Μαγιστριανὸς, ὁ μανδάτωρ. Agentes in rebus militant in rebus in actu Reip. & a Græcis ſemper Magiſteriani dicun-

conſtitutionibus definitum eſt, jubemus, ut Præſes provinciæ proprio periculo ſecundum legem noſtram omnibus modis id vindicet, eoſque qui talia audent, caſtiget. Si vero Præſes hæc non vindicaverit, licentiam concedimus ſanctiſſimo illius civitatis Epiſcopo ea nobis indicandi, & qualem militiam aut dignitatem habeat, qui talia auſus eſt: ut & Præſidi periculum (26) inferamus, qui hæc permiſit, noſtrumque juſſum contemſit, atque ipſum, qui talia auſus eſt, ſupplicio affici jubeamus.

TIT. XVI.

(1) De mortis cauſa donatione a Curialibus facta.

CONSTIT. LXXXVII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus, Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli (2) Ordinario & Patricio.

VT Curialium fraudes nihil damni publico afferre poſſint, ſed lex ejuſmodi conſiliis reſiſtat, omni modo volumus. Cognovimus enim, poſtquam curiales donare prohibuimus, non permittentes illis, ut poſſeſſionem immobilem donarent, nec teſtamento ultra tres uncias relinquerent, ſed novem uncias omnino curiæ ſervarent, illos legem circumvenientes ejuſmodi fraudes (3) in fraudem legis inveniſſe. Nam

tur. *Nov. 17. & 124.* & in fine Lauſiacæ hiſtoriæ. Rationem reddidi ſupra *l. 12. C. d. prox. ſacr. ſcrin.* CVJAC. *ad Tit. C. d. Agent. in reb.* Agentes in rebus Magiſtriani paſſim dicuntur apud Olympiodorum, referente Photio, ubi de Euplutio. In Veteri Gloſſario & aliquot locis Epiſtolarum *Hormiſdæ* Papæ &c. &c. Vid. *GOTHOFRED. ad l. 3. d. Agent in reb. C. Th.* Adde & ea quæ de hac voce habet *in not. ad l. 4. ibid.*

(24) *cujuscunque*] οἱαδήποτε τύχης εἶν. Hal. ἢ οἱαδήποτε &c. Vet. *aut cujuscunque* &c. Recte.

(25) *ſportulas*] σπόρτυλα. Hal. συνήθειαν.

(26) *inferamus*] ἐπάξωμεν. Hal. ἐπάξομεν, & mox κελεύσομεν pro κελεύσωμεν.

(1) *De mortis*] In libro, unde deſcripſi, inſcribitur de Donationibus a curialibus factis ſive ab inteſtato vel teſtamento eorum ſucceſſoribus. Et ſic etiam inſcribi ait Cyprianus vetus gloſſographus, qui ex hac Novella decerpſit tres autenticas, quas Titulo C. quando & quibus quarta pars, addit. CONT.

(2) *ordinario*] ὀρδιναρίῳ. *Hal.* ὀρδιναρίων.

(3) *contra*] κατὰ τῶν νόμων. *Hal.* περὶ τῶν νόμων.

cum ſcirent, nos cognita veterum legiſlatorum dubitatione (4) de mortis cauſa donatione, utrum illa donatio, an legatum eſſet, aliis eam donationi, aliis vero legatis annumerantibus, plurium & optimorum legiſlatorum ſententiam eligentes, declaraſſe eam (5) omnino legatum eſſe, nec confectione monumentorum indigere, ſed licere eam facere, fines etiam, quos donator voluerit, illi conſtituere: atque hoc facto, licere etiam ei renunciare, & pœnitentia ductum ejuſmodi donationes revocare, (6) & quos velit terminos donationi mortis cauſa ſtatuere, quemadmodum ſapientiſſimus Julianus ſancivit: (7) quod nos in trigeſimo nono libro Digeſtorum noſtrorum ſcripſimus. Omnia enim breviter complexi ſumus, tum quæ a Veteribus, tum quæ a nobis ſancita ſunt. Hoc igitur cum ſcirent, ad eum modum quaſdam mortis cauſa donationes faciendas, & ſecundum legem (8) pacta, quibus ſibi ipſis poteſtatem auferrent donationem per (9) pœnitentiam revocandi, inſerenda, aliamque conditionem ſuo arbitrio illis donationibus addendam eſſe (10) putarunt, ut per ſe donationes a revocatione liberas facere, atque ita (11) ſubſtantias minuere illis liceret.

CAPUT I.

Quamvis autem per ea, quæ jam ſancivimus, omnis occaſio ultra tres uncias vel in teſtamento quid relinquendi, vel per donationem alienandi illis ademta ſit, tamē ut adhuc ipſorum fraudes reprimamus nunc quoque

(4) *de mortis*] περὶ τῆς mortis cauſa δωρεᾶς. *Hal.* περὶ τῆς θανάτου αἰτίᾳ δωρεᾶς.

(5) *omnino*] παντελῶς. *Hal.* πάνυ.

(6) *& quos*] deſunt apud *Hal.* uſque ad *ſicut Julianus*.

(7) *quod nos*] Intelligit *l. mortis cauſa donat. 16. cum* duabus ſeqq. *d. mort. cauſ. don.* CONT.

(8) *pacta*] σύμφωνα κατὰ τὸν νόμον, τὸ ἀναιρεῖν ἑαυτοῖς. Hal. σύμφωνον &c. τὸ ἀναιρεῖν αὐτοῖς. Baſil. σύμφωνον &c. τὸ ἀναιρεῖν αὐτοῖς. *Hal.* lectionem probandam puto: ſic enim & cap. 1. τῷ συμφώνῳ. Vet. videtur εἰς τὸ ἀναιρεῖν legiſſe.

(9) *pœnitentiam*] διὰ &c. μετάμελον. Lege τῷ μεταμέλῳ. Vet. τὸν μετάμελον ut in præced.

(10) *putarunt*] ᾠήθησαν χρῆναι. Baſil. ᾠήθημεν χρῆναι.

(11) *ſuas ſubſtantias*] τὰς ἑαυτῶν &c. Hal. τὰς καὶ ἑαυτῶν *ſuas etiam*.

quoque ſancimus, ne ulli curiali, neque mortis cauſa quid donare liceat, ſola donatione ante nuptias pro ſe ipſis aut liberis eorum facienda, vel dote excepta, quatenus eam conſtitutio noſtra filiabus etiam nubentibus dare permittit. Aliter vero illi res immobiles donare nequeant, ſed illæ ſemper curialibus miniſteriis ſubjectæ apud eos maneant: ſola venditione ipſis conceſſa, & quidem ſecundum novellæ noſtræ conſtitutionis obſervationem. Mortis autem cauſa donationes vim ſuam habeant, cœterique, exceptis curialibus, dictas mortis cauſa donationes quibuſcunque velint perſonis facere, conditiones illis inſerere, & ſi hoc velint, pœnitentiæ (12) de revocando pacto renunciare poſſint. Res tamen ſic quoque in terminis mortis cauſa donationis maneat, ((13) hoc enim inſuper ſancimus,) & ejuſmodi donationes firmæ ſint atque ſtabiles. Neque vero hoc nunc primum ſancimus, ſed quod jam ante ſancitum fuit, id etiam nunc noſtra voce interpretamur, & in omnibus reliquis perſonis, exceptis tamen ſolis, ut dictum eſt, curialibus, confirmamus, idque propter noſtram (14) erga rempublicam ſtudium.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt & hac lege declarata ſunt, Gloria tua ſervare ſtudeat, maxime omnium utilitatis publicæ curam gerens. (15)

Tit. XVII.

De depoſito, & denuntiatione inquilinorum: deque ſuſpendenda erogatione panum.

CONSTIT. LXXXVIII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus, Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli (1) ordinario & Patricio.

(12) *de revocand.*] τῷ περὶ τοῦ συμφώνου τῆς ἀνακλήσεως. Hal. τῷ παρὰ τοῦ συμφώνου &c. Male.

(13) *hoc enim*] τοῦτο γὰρ προσεπονομοθετοῦμεν Hal. προσνομοθετοῦμεν. *Illud enim ſanciendo prædicimus, hujuſmodi* &c. Contius, *inſuper ſancimus*, quod retinendum.

(14) *erga remp.*] περὶ τὸ δημόσιον. *Hal.* περὶ τοῦ δημοσίου.

(15). Julianus ſubſcriptionem nullam habet.

(1) *ordinario*] ὀρδιναρίῳ. Hal. ὀρδινάριον.

Præfatio.

CUm nuper de lite cognoviſſemus (id (2) quod in Regia publice ſedentes ſæpe facimus) quæſtio exorta eſt, quam ſtatim decidimus, Verum cum intelligamus talia ſæpe contingere, communi & generali lege illa definire juſtum eſſe exiſtimavimus.

CAPUT I.

SI quis enim ab aliquo pecuniam, vel (3) alias quaſdam res depoſiti nomine ſub quibuſdam conditionibus accipiat, illæque impleantur, omnino illi (4) neceſſe ſit conditionibus ſemel impletis pecuniam, vel res reſtituere, neque ulla plane ratione quibuſdam liceat denunciationibus extrinſecus uti, & depoſiti reſtitutionem inhibere, (5) cui multa etiam alia privilegia tum ab anterioribus legiſlatoribus, tum etiam a nobis ipſis data ſunt. Licet enim illi, qui reſtitutionem prohibet, non moleſtare (6) eum, cui depoſitum creditum eſt, (7) illum vero (8) qui pecuniam aut res, de quibus lis eſt, accepturus eſt, convenire, & jus ſuum ſecundum legem conſequi: non autem ex hac cauſa magna damna ei inferat, cui denunciatum eſt, cogatque eum vel defenſiones petere, vel res habere, (9) & ut erga deponentem, neque ſi velit, gra-

tus

(2) *quod in*] Juſtinianus plerumque ſibi ſumſit non ſolum munus quæſtoris ſed & judicum, atque pro tribunali ſedebat audiebatque litigantes, & ſententias ferebat. Vid. & *Nov. 92.* & *73.* Teſtis eſt PROCOP. ἀνεκδοτ. p. 63. ibique *Alem.*

(3) *alias*] ἤτοι, deeſt apud *Hal.*

(4) *neceſſe omnino*] ἀνάγκην πᾶσαν. *Hal.* τὸ πᾶσαν non habet.

(5) *cui & alia*] ἅπερ καὶ ἄλλα πολλὰ προνόμια. Βασιλ. ἐπειδήπερ καὶ ἄλλα &c. *quoniam* &c.

(6) *eum cui*) τῷ μὲν πιστευθέντι. *Hal.* & Βασιλ. τὸν μὲν πιστευθέντα, quod, paſſim occurrit: Cum dativo tamen ſupra etiam τὸ ἐνοχλεῖν legimus.

(7) *illum vero*] αὐτῷ δὲ. *Hal.* αὐτὸν δὲ. Illud apud *Iſocrat.* legitur.

(8) *qui pecun.*] τῷ χρυσίον &c. λαμβάνειν μέλλοντι. *Hal.* τῷ τὸ χρυσίον &c.

(9) *& ut erga deponentem*] καὶ μηδὲ ἑκόντα δύνασθαι πρὸς τὸν παρακαταθέμενον εὐγνωμονεῖν. εἰ δέ τι τοιοῦτο πράξειεν ὅλως (δεῖ γὰρ μὴ μόνῃ τῇ τῶν ἁμαρτημάτων ἀρκεσθῆναι κωλύσει. Quæ habentur poſt verba πρὸς τὸν, uſque ad τῇ ἰδῶν, deſunt apud *Hal.* Si legas: quod ſi tale quippiam omnino feceris (oportet enim non ſolum &c.) nihil ſane deſiderare poteris. AGYL.

Digitized by Google

tus eſſe poſſit. Si vero tale quid nihilominus fecerit (neque enim ſola delictorum prohibitione contentum eſſe, ſed & juſtum timorem transgreſſoribus incutere oportet) ſive res aut pecunias perire, ſive alium quemlibet caſum fortuitum exiſtere contigerit, idque probaverit, hoc ad ipſum, qui denunciationem miſit, pertineat, & præterea is, a quo iſta denunciatio facta eſt, uſuram pecuniæ uſque ad tertiam centeſimæ illi praſtet, qui ſua accipere prohibitus eſt: non ſolum ſi pecunia (10) depoſita eſt, eaque reddi prohibeatur, ſed etiam ſi aliæ res depoſitæ ſint: ut homines hujus metu a vanis ſimul (11) & invidioſis ingratisque detentionibus abſtineant.

CAPUT II.

De illis qui denunciant, ne annonæ vel penſiones ſolvantur.

SEd & totum hoc, quod ad denunciationes attinet, conſiderare & lege ordinare placet. Videmus enim hoc admodum frequentari, maxime in regia hac urbe, ut aliqui denunciando illis, qui publicam annonam præbent, vel etiam (12) decreta a præfecto annonarum accipiendo, velint erogationem ſuſpendi, eumque, qui exinde ſolum forte alitur, erogatione privare, ex qua ille omnem victum accipit. Omnium vero graviſſimum & difficillimum in his rebus hoc eſt, quod multi (13) invidentes illis,

(10) *depoſita*] παρακατατεθειμένων μέν. Τὸ μὲν deeſt apud *Hal.*

(11) *& invidioſis*] καὶ βασκάνων τῆς ἀγνωμοσύνης ἐποχῶν &c. Βασιλ. τῆς εὐγνωμοσύνης. Ἐποχὴ eſt remora, qua depoſiti reſtitutio impeditur. Sic initio h. cap. ἐπέχειν τὴν τῆς παρακαταθήκης ἀποκατάστασιν. *moram facere depoſiti reſtitutioni.* Vet. *retinere depoſiti reſtitutionem*: Pro ἀγνωμοσύνης legendum ex Βασιλ. εὐγνωμοσύνης, quod hoc loco eſt *reſtitutio depoſiti.* Nam in præced. diſerte καὶ μηδὲ ἑκόντα δύνασθαι πρὸς τὸν παρακαταθέμενον εὐγνωμονεῖν Senſus autem h. l. eſt; *ut homines a vanis & invidioſis remoris in depoſito reſtituendo aliis faciendis ceſſent.* Vel, *ut ceſſent impedire alios, ne depoſita reſtituant.*

(12) *decreta &c. accipiendo*] ἢ καὶ ψήφους ποριζομένους. *Hal.* ποριζομένοις.

(13) *invidentes*) βασκαίνοντες. Vet. *qui imbanchiti non videntur.* Locus depravatus in Manuſcr. eſt in hac unde, in aliis aliter. In uno deprehendi tantum veſtigia Græci verbi βασκαίνοντες. Puto igitur Interpretem Latinum & Græcum verbum retinuiſſe ſic βασκαίνοντες *invidentes mox* futuris &c. CONT. Mirum unde hæc vox *imbanchiti* irrepſerit, niſi ſi ſtupidus & ignarus interpres τὸ βασκαίνοντες, quod in Gr. textu eſt, in hanc vocem nullius ſen-

Digitized by Google

illis, qui domus in felici hac civitate poſſident, quando penſiones ab inhabitantibus accepturi ſunt, eos vexant, inhabitantibus denuntiantes, ne illis ſolvant. Hi vero libenter id admittentes, partim ex inopia forte penſiones illas conſumunt, partim magna hac urbe excedunt: ſic ut illis intercidat plane penſionum præſtatio, qui inde forte ſolum ſuſtentantur: ſicuti in præcedentibus de annonis civilibus diximus.

§. I. Nemini igitur hujus rei licentiam concedimus, ſed unusquiſque, ſi quod negotium cum eo habet, qui ſibi obligatus eſt, de hoc quidem ſecurus non ſit, illiberales vero omniſque invidiæ plenas denunciationes non excogitet: vel ſciat, ſi tale quid commiſerit, (14) ejuſque culpa vel panum ſubminiſtratio, vel penſionum datio perierit, ſe periculum illius rei ſuſtenturum eſſe, ubi denunciationem (15) inhabitantibus, illiſque, qui panes præbent, miſerit, vel annonam ſuſpenderit. Nihil enim horum fieri volumus: ſed ex quo tempore denunciationem fecit, ſancimus, ut omne damnum rerum domino reſarciat, inſuper quoque agnoſcat trientes uſuras centeſimæ pecuniæ, (16) vel rerum,

ſus commutarit. GOTHOFR. h. Aliter Cujacius, qui *VIII. obſ. 40.* religionem veteris Interpretis laudat, qui maluerit retinere Græca vocabula, in quibus hærebat latine interpretandis. ut *Nov. 157.* plenum eſſe ἐνεργίας & *Nov. 88.* Multis enim domos poſſidentibus in hac feliciſſima civitate βασκαίνοντες mox &c. Τὸ *imbanchitis* deducunt alii a *bancus*, ut *imbanchiti* dicantur, qui in ædibus propriis *ſtallum* ſeu ſedem fixerunt. Vid. *Gloſſ. du Fresne* in *Append.* Nobis ſedet, ſcriptum olim fuiſſe βασκαίνοντες, *invidentes*, ut ſupra *cyriam propriam*. & ὀρδινάριαν, ἔμβαθμον in textu. *Nov. 20.* Et in inſcriptione cap. *Nov. 22.* Ζήνων διάταξις Κωνσ. Quod ultimum veſtigium eſt voc. *Conſtitutionis* & hinc pro βασκαίνοντες quem legiſſe βαγχαίνοντες latiniſque literis ſcripſiſſe *banchainontes invidentes*, indeque ſyllabis quibuſdam tranſpoſitis ortum eſſe *imbanchiti non videntur*, quod Lector facile agnoſcet. Nam τὸ *videntur* factum eſt ex *invidentes.* Pro *in* poſitum eſt *non* ex banchainontes &c. Τὸ *in* tranſlatum eſt ad *banchantes*, unde *imbanchiti* tandem ortum. Senſus ipſe hujus loci apertus eſt, nec aliud agendum quam ut pro verbis illis barbaris & nil ſignificantibus ponas *invidentes.* Suidas, βασκαίνει, ἀντὶ τοῦ φθονεῖ, καὶ μέμφεται καὶ συκοφαντεῖ.

(14) *ejuſque culpa*) παρὰ τὴν αἰτίαν τὴν αὐτοῦ. Sic & *Nov. 82. cap. 7. §. 1.* Hal. διὰ τὴν αἰτίαν &c.

(15) *inhabitantibus*) τοῖς ἐνοικοῦσιν. *Hal.* ἐν τοῖς ἐνοικοῦσιν.

(16) *aut rerum*) ἢ πραγμάτων. deeſt in Codice Hal.

rerum, quas (17) per eum accipere non potuit, qui hoc modo læſus eſt. Nec quiſquam defenſiones opponat; quoniam ei, qui jus exigendi habet, ſi vel in depoſito, vel in aliis (18) defenſionem det, ſua recipere licet. Neque enim omnibus facile eſt fidejuſſorem ob defenſionem dare, cum leges noſtræ nullam plane defenſionem idoneam eſſe affirment, niſi quæ per fidejuſſorem fiat. Fidejuſſorem vero ſemper habere, nec facile, nec ſemper poſſibile eſt. Itaque in ſecuritatem ſubditorum noſtrorum ex hoc tempore in futurum hæc perpetuo cuſtodiri volumus, ut reſpublica hujus noſtræ legiſlationis utilitatem perpetuam habeat, quæ nobis quidem judicantibus (19) in mentem venit, præſentem vero legem ad communem utilitatem ſubditis noſtris peperit.

EPILOGUS.

EXcellentia igitur tua, quæ nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, effectui dare & in perpetuum obſervare ſtudeat.

COLLATIO SEPTIMA.

TIT. I.

(1) De naturalibus liberis.

CONSTIT. LXXXIX.

Imperator Juſtinianus Auguſtus, Johanni Glorioſiſſimo per Orientem Prætorio iterum Præfecto, Exconſuli Ordinario & Patricio.

(17) *per eum*) δι αὐλὸν. Recte. *Hal.* δι αὐλαῖς.

(18) *defenſionem*) δόσιν defenſiora. Baſil. δόσιν δικαίωσιν.

(19) *in mentem*] ἐν τῷ γινομένῳ. *Hal.* ἐν τῷ γινόμενον. Baſil. καὶ ἐν τῷ γινομένῳ. Tametſi Haloander ab exemplari ſuo aliquantulum corrupto receſſerit, eum tamen ſenſum poſuit, qui Juſtiniani ſenſu abſurdior non ſit, quem ita recte exprimi poſſe putamus: *ut hujus noſtræ legiſlationis utilitas in republica immortalis ſit, dum quidem nobis inter judicandum in mentem veniet, hancque præſentem legem ſubditis noſtris in commune ſubſidium proferet. AGYLÆUS.* Noſtra lectio probanda eſt. In ſeq. ap. *Hal.* deeſt πικῶσι.

(1) *De liberis*] Sic & *Hal.* Vetus, *quibus modis naturales efficiantur ſui, & de*

Digitized by Google

PRÆFATIO.

(2) NAturalium liberorum nomen leges Romanæ olim (3) nullo ſtudio nullaque humanitate proſecutæ ſunt, ſed barbarum & a Republica plane alienum credebatur. A temporibus vero Conſtantini piæ memoriæ in libris Conſtitutionum id (4) ſcriptum eſt: paulatim deinde Imperatores ad moderationem & humaniorem ſententiam deſcendentes, leges tulerunt, quibus alii quidem permiſerunt, ut a patribus quid illis daretur vel relinqueretur, alii vero modum invenerunt, quo priore naturalium (5) conditione liberati, & legitimi & paternæ ſubſtantiæ hæredes fierent. Ad nepotes etiam paulatim leges proceſſerunt. Et quoniam ad noſtra quoque, & quæ non multum ante nos fuerunt tempora, pervenerunt, (6) magnam varietatem res accepit. Nobis enim duplex ſtudium (7) fuit, nempe ut multos homines ex priſtina ſervitute in libertatem vindicaremus, atque ex naturalibus inter legitimos referremus. Nam ad pœnam & interdictionem reſpiciendum non eſt, ſed ad id, ut illi medeatur, quod male ſe habet, & malum quidem fugiamus, omni vero ratione quod melius eſt inveniamus. Quoniam igitur in libro Conſtitutionum, quem ex omnibus priorum Imperatorum legibus compilavimus, quædam de naturalibus liberis ſcripta ſunt, (8) quædam vero, cum in materia tutorum verſaremur,

eorum ex teſtamento ſive ab inteſtato ſucceſſione.

(2 *Nomen*] τὸ τῶν νόθων ὄνομα &c. *Hal.* τῷ τῶν νόθων ὀνόματι.

(3) *nullo ſtudio*] οὐ διεσπούδαστο. Vet. *non erat in ſtudium.* Senſus eſt: nullo ſtudio aut affectu Rom. Jurisprudentia eos proſecuta eſt, ut ait *Gothofr. ad l. 1. C. Th. d. Nat. fil.* ubi & addit Veterem Interpr. quiſquis fuerit, barbare vertiſſe hunc locum.

(4) *ſcriptum eſt*] In Codice Theodoſiano. Hic enim ſolus liber conſtitutionum extitit, qui poſt Conſtantinum editus fuerit. *Cont. Hal.* pro ἐνεγέγραπτο legit ἐγεγράφη.

(5) *conditione*] τῆς νοθείας. Hal. νομοθεσίας *legiſlatione*, quod ille interpretatur *legum contumelia.* Sed *priſtino naturalium jure* legendum eſſe cenſet *Agylæus.*

(6) *magnam*] πολλὴν &c. *Hal.* καὶ πολλήν.

(7) *fuit*] ἔσχομεν. Hal. ἔχομεν. Vet. *habuimus.* Puto melius ἔχομεν legi.

(8) *quædam vero*] τινὰ δὲ καὶ ἐν τῷ τῶν ἐπιτρόπων γενόμενοι λόγῳ. Sic & Codex Vaticanus. *Hal.* τινὰ δὲ ἐν τῷ τῶν ἐπιτροπῶν γενόμενοι λόγῳ. *Atque etiam cum*

remur, de his partim ſancivimus, partim vero perfecta invenimus, nos quoque ipſi multas de his conſtitutiones, & quaſdam in dictarum conſtitutionum collectione, quaſdam vero poſt eam fecimus: operæ pretium eſſe duximus, ne hæc res diſpergatur, univerſa in unam conſtitutionem colligere, quæ ad omnia, quæ ad naturales ſpectant, emendanda & ſancienda ſufficiat.

in oratione verſaremur elementorum ſive inſtitutionum. MS. Flor. τινὰ δὲ καὶ ἐν τῷ πεπερασμένα καὶ ἡμῖν. Vet. *quædam vero in libro Inſtitutionum.* Gothofredus in notis h. *ex Cujacio in Expoſ. h. Nov.* interpretatur: *in tractatu de Tutoribus*, & intelligit *l. ult. C. d. confirm. Tut. l. ult. C. quando mul. Tut. off.* Sed ejus opinio an aſſenſum mereatur, aliorum eſto judicium. Nobis illa minus probabilis videtur, quia ὁ τῶν ἐπιτρόπων λόγος hic Codici opponitur. Dictæ igitur LL. ad λόγον illum referri non debent, quia pertinent ad eas conſtitutiones, quas in Codicem relatas dicit Imperator. Neceſſe ergo eſt, ut aliud quid præter Codicem intelligatur. At certe ad Inſtitutiones Imper. non reſpicere credimus, etſi Vetus ita habeat & Haloander: licet quoq; Contius pro ἐπιτρόπων emendandum judicet ἰνστιτούτων. Nam pauca ibi de Liberis Naturalibus habentur, nec τὸ ἐπιτρόπων aut τὸ ἐπίπροσθεν eam interpretationem admittit. Sed perſuaſi ſumus Imperatorem ad *Nov. 74.* quæ idem cum hac noſtra tractat argumentum, oculos intendere. Huic enim conveniunt verba Imperatoris, quibus dicit *ſe quædam ſancivisse ibi, quædam autem inveniſſe perfecta.* Nam in *cap. 3. d. N. 74.* conſtitutionem Patris ſui in terminis ſuis manere jubet: (& illius *cap. 3.* verba repetit infra *cap. 11. §. 2.*) in reliquis vero ipſe non pauca nova conſtituit. Addit idem Imperator & clariſſime docet in ſeqq. verbis: *ſe multas conſtitutiones feciſſe partim in dictam Codicem relatas, partim poſt eum.* Quo certe ipſo non aliæ quam Novellæ venire poſſunt. Accedit quod *Hal.* pro ἐπιτρόπων habet ἐπίπροσθεν, quod ceu veram lectionem amplectimur, maxime ſi quis verbum Imperatori magis uſitatum, τὸ ἔμπροσθεν ſcilicet, ſubſtituat, & nobiſcum legat: τινὰ δὲ καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν γινομένῳ λόγῳ. Ut alias ſæpiſſime. Senſus enim tum erit: *in ſermone vel tractatu antea facto, ſe quidem ſanciviſſe, quædam vero jam elaborata inveniſſe.* Mos enim eſt Imperatoris, ut pluribus conſtitutionibus diſperſa in unam colligat, illaque quibuſdam additis mutatis emendet. Fecit id in *Nov. 22. & 123.* &c. quarum præfationes vide, ſi tanti eſt. Sic autem hac *Nov. cap. 8.* τοῖς ἔμπροσθεν γινομένοις ſcil. ταυτ. cap. 12. infra. *§. 2.* ἡ ἔμπροσθεν διάταξις. At λόγον vocat Conſtitutiones ſuas ibid. *§. 1.* & *Nov. 132.* init. Procop *Hiſt.* Arcan. p. 16. ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐμνήσθη. *Nov. 90. cap. 5.* ἴσμεν ἤδη γενόμενον νόμον. Item ψῆφον γινομένην.

CAPUT I.

De naturalibus liberis.

MAnifeſtum enim eſt, quoſdam homines liberos & legitimos ſimul eſſe, quoſdam autem, cum id ab initio non habeant, poſtea fieri, quando a ſervis ad liberos, & a naturalibus ad legitimos aſcendunt: quoſdam vero per ſe naturales eſſe, & nonnullas etiam ſucceſſiones habere: (9) alios vero nec naturales eſſe, ſed eo quoque indignos videri. Quamobrem ita conſtitutionem facere oportet, ut nihil eorum, quæ in naturalibus obtinere debent, ignoretur. Legem igitur exorſi dicemus, quinam ſint naturales, & quibus modis legitimi fiant, (quorum multos invenimus) quæque ſint illorum ſucceſſiones, & quomodo antiquitas ſe illis duram præbuerit, nos vero humani erga eos ſimus: neque illud (10) prætermittetur, leges nec naturalium appellatione, ut dictum eſt, quoſdam dignari. Natura igitur ab initio, cum ſanciret ea, quæ ad procreationem liberorum ſpectant, ſcriptis legibus nondum latis, omnes quidem æque liberos & æque ingenuos produxit. Primis enim parentibus primi liberi ipſa procreatione liberi & legitimi ſimul erant. Bella vero, pugnæ, voluptates, concupiſcentiæ (11) in alium ſtatum rem deduxerunt. Servitutem enim bellum, naturalium vero conditionem caſtitatis amiſſio invenit. Lex autem, quæ ejuſmodi peccatis medicinam affert, libertatem ſervis introduxit, multumque in his laboravit, mille modos inveniens. Regiæ vero conſtitutiones viam illis, qui non legitime nati ſunt, ad jus legitimorum (12) aperuerunt: Quod neque nos obiter ſancimus, neque ſubditos noſtros huic legi negligenter obtemperare volumus.

§. 1. Legitimi igitur ſucceſſores hominibus ex nuptiis proveniunt, quas vel cum inſtrumentis dotalibus, vel etiam ſine iis contrahunt:

(9) *alios*] τοὺς δὲ οὐδὲ &c. ἐμπρέπει. *Hal.* τοὺς δὲ &c. Mox pro οὕτω Hal. habet διὰ τοῦτο.

(10) *prætermitt.*] παραλειφθήσεται. *Hal.* παραλειφθήσεται.

(11) *in alium*] εἰς ἀλλοιότερον. Hal. ἀλλότερον. Præfero τὸ ἀλλότερον, etſi illud non male ſe habeat.

(12) *aperuerunt*] ἀνέῳξαν. *Hal.* ἠνέῳξαν.

hunt: (13) quando maſculi fœminis ita junguntur, ut ab initio animum legitimas nuptias cum iis contrahendi habeant. (14) Et cum hoc calumniis expoſitum videremus, lege definivimus, (15) quid in iis, qui fortuna ad dignitates evecti ſunt, (16) quidve in medio hoc hominum ſtatu ad legitimas nuptias probandas facere oporteat, & quid reliquæ multitudini conceſſum ſit. Quare his nuptiis contractis, hoc ipſo ſucceſſiones manifeſtæ ſunt: &, ſi inter legitimos numerentur, ſtatim lex ſucceſſionum modos introducit, atque multa de his tractat. Legitimi igitur ita ſe habent. Qui vero tales non ſunt, ſed liberi quidem, non vero ex legitimis nuptiis procreati ſunt, vel qui in ſervitute nati (17) libertatem quidem meruerunt, naturales vero manent, illi variis modis jus legitimorum conſequuntur, quos ubi enumeraverimus, reliqua etiam ſanciemus.

CAPUT II.

De primo modo legitimationis, id eſt, per oblationem curiæ.

(18) PRimus itaque modus illis legitimus, & civitatibus ſtatim utilis extitit, quem Theodoſius piæ recentioriſque memoriæ introduxit. Sancitum enim ab eo eſt, ut filii naturales, vel omnes, vel ali-

(13) *quando maſculi &c.*] ὅταν πρὸς τὰς θηλείας τῶν ἀρρένων συνόντων. *Hal.* ὅταν ταῖς ἀληθείαις πρὸς τὰς θηλ. &c. *Sic prorſus maſculus* &c. Vet. *ſic ad fœminas maſculis.*

(14) *Et cum hoc*] καὶ τοῦτο γὰρ συκοφαντούμενον ἡμεῖς ὁρῶντες. Apud Hal. deeſt γὰρ & ἡμεῖς.

(15) *quid in*] τί μὲν ἐπὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης. Hal. τί μὲν ὑπὸ τῶν διὰ τύχης εἰς &c.

(16) *quidve in medio*] τί δὲ ὑπὸ τῆς μέσης δὲ ταύτης &c. Julian. *qui mediaſtini ſtatus ſunt.* Lege ἐπὶ τῆς μέσης. Vid. *Gloſſ.* verb. *Mediaſtini ſtatus.* & *Ant. Aug.*

(17) *libertatem*] ἐλευθερίας μὲν ἀξιωθεῖεν. Hal. εἰ ἐλευθερίας μὲν &c. Sic & Vet. ſi libertatem &c.

(18) *Primus itaque*] πρῶτος μὲν οὖν τρόπος αὐτοῖς γνήσιος ὑπάρχειν. Sic & Cod. Vaticanus. Hal. πρῶτος μὲν οὖν ἔξοδος αὐτοῖς γνησιότητος ὑπῆρχε, quod ille vertit: *Primus itaque modus ad legitimorum jus perveniendi, protinus* &c. Vet. *primus itaq; modus eſt legitimi juris exiſtens civitatibus mox utilis.* Quod Lectio Haloandri ſana ſit, ſat evidens eſſe puto. Nam inſcriptio *h. cap.* habet τρόπου τῆς γνησιότητος. Vid. & *cap.* 2. *§.* 3.

qui curiis offerri, aut filiæ curialibus jungi poſſint. Et quoniam hic modus non ſimpliciter lege conſtitutus, ſed varie tam de oblationibus, quam de ſucceſſionibus dictum eſt, quomodo & quorum hæredes illi exiſtant, & qui rurſus ipſorum hæredes ſint: juſtum eſſe exiſtimavimus, hoc legis caput primum diſponere, atque ita ad reliquos modos, qui ad jus legitimorum deducunt, venire. Hæc enim plane facilia ſunt.

§. 1. Si quis igitur, ſive curialis, ſive a curia liber, naturalium liberorum pater fuerit, licentiam habebit illos, vel quoſdam ex illis (ſive legitimorum liberorum pater ſit, ſive non, ſed naturalium ſolum) curiæ offerre, quamvis forte liberi ſuſcepti illuſtris ſint dignitatis: niſi talis ſit dignitas, quæ homines, etſi curiales (19) ſint, hac conditione liberos faciat. Sive autem oblationis modus, a patre adhuc ſuperſtite fiat, cum quis curiæ filium offert (id enim in Philocalo filio naturali contigit, qui in Boſtrinorum civitate a patre curialis factus eſt, hoc ipſum (20) publice (21) dicente, atque ita eum offerente, ſicut Leonis piæ memoriæ ſcripta conſtitutio dicit) ſive igitur quis hoc modo a patre ſit curialis pronunciatus, (22) ſive pater eum apud acta offerat, ſive moriturus in teſtamento ſcripſerit, oportere eum curialem fieri, & deinde ille ſcripturam amplectatur, ſtatim legitimus fiet, conditione naturalium plane liberatus. Quod ſi defuncto patre filius, vel filii ſe ipſos offerant, legitima tamen ſobole non exiſtente, ſic quoque legitimi & curiales erunt. Quare pater quidem exiſtentibus legitimis, curiæ illegitimos liberos offeret: qui vero ſua ſponte ad hoc fertur, tum ſolum (23) audiatur, quando nemo legitimorum liberorum ſupereſt.

Ita

(19) *ſint*] καθοσιῶνται. *Hal.* καθοσιῶσι. Legendum ἀνεστῶτος & mox ἐπιδιδομένου. Reſpiciunt enim hæc ad verba αὐτῷ τῷ πατρὶ non ad γενομένῳ. Confer *l. quoniam C. d. natur. lib.*

(20) *publice*] Sic verba κατὰ τὴν ἐκεῖσε θέαν, vertenda videbantur. Paulo ante dixit, ἐν κοινῷ ἐπιδοῦναι. Nec repugnat *d. l. quoniam.* Vet. *ſecundum inſpectionem ibi factam.* θέα eſt *ſpectaculum, conſpectus.*

(21) *dicente*] αὐτὸ ἀνειπόντι. Hal. αὐ εἰπόντι.

(22) *ſive pater*] Comma hoc deeſt ap. Hal. uſque ad *offerat.*

(23) *audiatur*] ἀκολουθήσονται, quod eſt *ſequetur.* quod cum ſenſum vix præbeat, & *Hal.* habeat ἀκουσθήσονται, ac Vet. Inter-

Ita ergo oblationes fiant, nobis id, (24) quod varie ſancitum erat, præſenti legi inſerentibus. Non vero ſimpliciter, nec ut ſors tulerit, oblatio fiat. Nam & modos, quibus offerentur, manifeſtos facere oportet.

§. 2. Si quis igitur ex civitate quadam oriundus, ſive curialis, ſive ab ejuſmodi conditione liber ſit, licet ei filium ſuum naturalem curiæ urbis illius, unde oriundus eſt, offerre. Si vero ipſe civis non ſit, ſed ex libera quadam villa, vel vico oriatur, a patre offeratur, vel ſe ipſum illi civitati offerat, cui villa aut vicus ſubjectus eſt. Manifeſtum autem eſt, (25) ſi pater, vel avus, vel etiam quis ex remotioribus aſcendentibus, legitimos liberos habens, eum offerat, illum hoc facere poſſe. Si vero quis ſe ipſum offerat, id permittimus, ſi alii legitimi fratres non adſunt. Si tamen quis ex illis, qui filios ſuos naturales curiis offerre poſſunt, vel ex magna hac civitate, vel etiam ex veteri Roma oriundus ſit, huic licentiam damus, ut cui velit Metropoli offerat. Atque hæc etiam regula obtineat in filiabus, ut illæ jungantur Curialibus vel illius civitatis, ex qua originem trahunt, vel cui villa aut vicus ſubjectus eſt: vel ſi quis liber ſimul & Romanus, aut Byzantius ſit, alicui ex curialibus alterius cujuscunque civitatis, Metropoleos tamen. Atque adeo (26) Curiæ nobis curæ ſunt, & adeo jus legitimorum nobis placet, ut curiali, qui naturalium ſolum liberorum pater eſt, etſi eos ex ſerva ſuſceperit, liberos eos facere & curiæ offerre concedamus, ſecundum ea, quæ a nobis ante dicta ſunt. Inſuper hac de re ſancimus, ut, etſi pater non offerat, filius vero ſemel liber factus ſeipſum curiæ offerre poſſit: ſcilicet ſi hoc quoque caſu legitima ſoboles non adſit.

CA-

pres *auditur*, hoc retinendum putavimus.

(24) *quod varie*] τὸ διαφόρως νομοθετηθὲν. Vet. *quod indifferenter ſancitum a nobis* &c. *Hal.* hæc cum præcedentibus ita connectit: *Atque eſto quidem oblationum ratio per excellentiam ita ſancita, prout* &c. Reſpicit Imper. hic ad id, quod ſupra dixerat veteres conſtitutiones varie locutas eſſe de hac re, ac ſe ideo eas omnes in legem cogere velle.

(25) *ſi*] ὡς οἱ μὲν. *Hal.* ὥσπερ μὲν.

(26) *Curiæ*) ἡμῖν τῶν βουλευτηρίων μέλει. *Hal.* ἡμῖν μέντοι &c.

(27) *omnium*) πάντων ἐλάχιστον. *Hal.* πάντως.

CAPUT III.

De ſucceſſione Curialium.

ET quoniam varie etiam de hujuſmodi perſonarum ſucceſſione ſancitum eſt, non abſurdum nobis videtur, ſucceſſionem etiam, ſicut ante diximus, definire. Si quis igitur filius naturalis hac forma (ſcilicet per oblationem) curialis fiat, is patri ab inteſtato & ex teſtamento hæres ſit, legitimis plane non diſſimilis, atque ex donatione patris capere poteſt: ita tamen ut non plus habeat, quam unus eorum, qui ab initio legitimi fuerunt, qui (27) omnium minimam partem habet. Ubi vero ſemel illi oblationem acceptarunt, & propterea legitimi facti ſunt, non permittimus illis, ut ab hæreditate parentum (28) abſtineant, aut donationem in ſe collatam & ab ipſis agnitam relinquant, & a conditione illa diſcedant. Manentes igitur curiales, relictum vel donatum, eo quo ante diximus modo, habebunt.

§. 1. Si vero ab initio (29) donationem recuſent, malintque liberi ac naturales manere, quam ditiores & curiales eſſe, poſteaque vel in totum, vel pro parte res illis donatas, vel relictas poſſidere, vel etiam alienaſſe videantur: omnino curiali fortunæ vel inviti obnoxii erunt: ne (30) legem adulterari, & lucra quidem occaſione oblationis captare, fortunam autem, propter quam ſacris digni ſunt habiti, a ſe repellere nobis videantur. Et hæc ſimiliter ſancimus tam in maſculis curiæ oblatis, quam in filiabus, quæ curialibus nubunt: cum nulla ſit differentia, ſive quis per maſculos curiæ munera ſubeat, ſive per generos filiarum curiam augere, & quantum in ipſo eſt, per filios (31) illarum prioribus novos curiales illorum filios addere velit.

CA-

(28) *abſtineant*) abſtinatεύειν. *Hal.* ἀναχωρεῖν. Etmox pro πατρῴων, πατέρων. Vet. *patrum.*

(29) *donationem*) τὴν δόσιν. *Hal.* τὴν ἐπίδοσιν. Sic & paulo ante in noſtro. Sequitur, τὸ μένειν ἐλευθέρους. *Hal.* καὶ μένειν. &c. προκρίνοντας. Vet. *manere liberi præponentes.*

(30) *legem*) τὴν νομοθεσίαν. *Hal.* τῇ νομοθεσίᾳ.

(31) *illarum*) διὰ τῶν ἐκείνων παίδων. *Hal.* ἐκείνω.

CAPUT IV.

Fllium vero ex tali cauſa legitimum factum, ipſi ſolum genitori legitimum facimus, non vero eum (32) tertiæ quoque huic cognationi patris (eorum ſcilicet, ex quibus vel ipſe natus eſt, vel qui (33) a latere ſunt, vel qui ex ipſo proveniunt) tanquam fictione quadam cognatum facimus. Sancimus igitur, ut filius naturalis curiæ datus ſoli patri legitimus ſit ſucceſſor, nil vero commune habeat cum aſcendentibus, (34) vel a latere agnatis, vel cognatis patris, nec eorum ſucceſſionem participet: (35) æquale privilegium illi quoque dantes, ut quemadmodum ipſe illis non ſuccedit, ſic nec illi ad ejus ſucceſſionem vocentur: niſi vel ipſe eos hæredes ſcribat, vel ab illis (36) ſcribatur. Soli enim patri fiunt legitimi, illique cognati eſſe creduntur.

CAPUT V.

SAnciendum autem eſt, quinam illis ſint ſucceſſores, qui hoc modo legitimi facti ſunt. Et quidem ſi quis liberos, vel nepotes ex legitimis conjugibus illi natos, forte etiam curiales habeat, (37) illi omnino ſuccedant: (cui enim magis paterna ſucceſſio ex lege deberetur, quam filio legitimo?) (38) ſi vero filios habeat, qui curiales non ſunt, quomodocunque illi natos, tunc legitima portio ad curiam & fiſcum veniat: reliquum vero, quantumcunque etiam ſit, ad liberos illos, qui curiales non ſunt, veniat. Quod ſi plane nullam habeat ſobolem, & inteſtatus moriatur, (39) novem quidem uncias curia & fiſcus habeat,

Kkkk uti

(32) *tertiæ*) τῇ τρίτῃ ταύτῃ συγγενείᾳ. Vet. extraneæ cognationi. Putem vertendum *triplici*, ut ex ſeqq. conſtat.

(33) *a latere*) τοῖς ἑκατέρωθεν. Vet. *& qui ex utroque ſunt.*

(34) *vel a lat.*) ἐκ πλαγίου. Hal. ἐκ πλαγίας.

(35) *æquale*) ἴσην ἴσον καὶ αὐτῷ διδόντες προνομίαν, ὥστε καθάπερ αὐτὸς ἐκείνων οὐ γίνεται διάδοχος, οὕτω μηδὲ ἐκείνους εἰς τὴν αὐτοῦ καλεῖσθαι διαδοχήν. *æquum etiam ei dantes privilegium, ut quemadmodum ipſe illis ſit ſucceſſor, ſic nec illi ad ejus ſucceſſionem vocentur.* Deſiderantur hæc in edit. *Hal.*

(36) *ſcribatur*) γραφείη. *Hal.* ἐκείνου γραφῇ.

(37) *illi omnino*) αὐτὸν διαδεχέσθωσαν. *Hal.* αὐτῷ.

(38) *ſi vero*) εἰ δ' ἔχει. *Hal.* εἴχε.

(39) *novem*) ἐνναύγκιον. *Hal.* ἐννα ὐγκιον ſemper & in ſeqq.

uti dudum a nobis ſancitum eſt, ad reliquas vero tres uncias, omnes venient, qui a lege vocantur: vel ſi teſtamentum fecerit, ad ſcriptos hæredes venient. Cum enim ſemel curialis factus ſit, lex eum ſuſcepit, & curiæ adſcripſit, ejuſque ſucceſſiones, & reliquam omnem ordinatam vitæ ſucceſſionem, atque viam illi dedit. Si quis vero ex illis, qui vel ex familia, vel extranei ſunt, vel etiam ſcriptus forte, vel non ſcriptus hæres, Imperatorem adire, ſeque ipſum curiæ offerre velit, liceat illi hoc facere, & accepta parte curiæ definita, & curialis, & fortunæ atque functionum ſucceſſor, Imperatore annuente, fiat.

CAPUT VI.

SI quis autem nullos legitimos liberos, ſed naturales tantum habeat, liceat illi cum (40) onere curiæ eos hæredes ſcribere, & ſcriptura pro omni oblatione ſit. Neque id egeat additamento (41) antiquarum legum, neque oblatione, quamdiu ſuperſtes erit, ſed eo ipſo quo ſcripti ſunt, ſi liberi erunt, curiales ſimul & hæredes fiant, atque ipſi etiam novem uncias ſubſtantiæ habeant, quemadmodum pater illis diſtribuit. Quod ſi omnia quoque eis relinquere velit, melius adhuc faciet. (42) Novem autem uncias omnino illis relinquat, & ſciat, licet illis minus reliquerit, ſecundum legem tamen illis ſubſtantiam omnino explendam eſſe: illi vero, ſi velint, curiales fiant. Quod ſi quidam velint, quidam recuſent, ad eos qui volunt, recuſantium partes veniant. Si omnes recuſent, tunc veluti non exiſtentibus liberis, ad curiam omnes novem unciæ devolvantur. Si ille quidem ſileat, nec ullos liberos legitimos habeat, tunc pars legitima ad hæredes ab inteſtato quidem veniat; liberi vero naturales, ſi curiæ ſe ipſos (43) offerre velint, illud faciant, prout ſive omnes, ſive quidam eorum voluerint, & omnino dodrans ſubſtantiæ ad Curiales vel Curialem veniat. Si ex ſerva quoque liberos habeat, ſi quidem eos, vel inter vivos, vel in teſtamento manumiſerit, eoſque obtulerit, etiam ſic ſuſcipiantur, & curia-

(40) *onere*) ἄχθει. Vet. *honore.*

(41) *antiquarum*) τῶν παλαιῶν νόμων. *Hal.* ἐκ τῶν παλ.

(42) *Novem*) τὸ μέχρι deeſt ap. *Hal.*

(43) *ſe ipſ. offerre*) ἐκδῶναι. *Hal.* ἐπιδῶναι. Ita legitur paſſim.

curiales ſint, prout teſtator voluerit, vel deſiderium eorum fuerit. Nam qui ſe ipſos curiæ offerunt, illi novem uncias, ſicut dictum eſt, accipient. Ubique enim volumus, (44) ſive teſtatus, ſive inteſtatus decedat, eos, qui ad curiam veniunt, novem uncias accipere. Si vero eos manumittat quidem, non autem offerat, & illi, ſive unus, ſive quidam ex illis ad curiam reſpicere velint, etiam tum novem unciæ curiali, vel curialibus pro rata dentur. Quod ſi nemo ex naturalibus (45) velit, vel oblatus ſit, tunc novem uncias curia accipiat. Manifeſtum autem eſt fiſcum ubique ſimul ſequi, ſecundum conſtitutionem a nobis poſitam. De naturalibus igitur ex illis, qui per oblationem curiæ legitimi facti ſunt, & de modo quo offeruntur, atque ſucceſſionibus, (46) hactenus a nobis clare ſancitum eſt.

CAPUT VII.

IN tribus vero aliis ſcriptis conſtitutionibus, Zenon piæ memoriæ, nihil fere de futuris, ſed de jam præteritis ſancivit: quam ideo ſolum ſcribi permiſimus, ne eos, quibus forte illa conſtitutio prodeſt, (47) quia prolem exinde habent, hac utilitate privaremus; quemadmodum etiam non concedimus, ut Anaſtaſii piæ memoriæ conſtitutio, quæ naturales (48) adoptare permittit, (49) ſubditos noſtros impoſterum moleſtia afficiat: ſed ideo ſolum eam poſitam patimur, ne, ſi quidam ex illa utilitatem aliquam percipiant, illam per leges noſtras tollere videamur.

(44) *ſive teſtatus*) κἂν εἰ διάθοιτο. *Hal.* κἂν εἰ μὴ διάθοιτο.

(45) *velit*) βουληθείη ἢ ἐπιδοθείη. *Hal.* ἢ βουληθείη, ἢ ἐπιδοίη, *vel voluerit, vel ſe obtulerit.* Sive *ſe obtulerit*, ſive *oblatus fuerit*, legas, nil intereſſe, *Haloandri* vero lectionem probabiliorem eſſe putat *AGYLÆUS.*

(46) *hactenus*) ταύτῃ. *Hal. hac plane fini.*

(47) *quia prolem*) διὰ τὸ κατιέναι αὐτοῖς ἐκεῖθεν. *Hal.* pro αὐτοῖς habet τοῖς, & vertit: *propterea quod progenies eorum quorum inibi ſit mentio, huc uſque pertingit.* Agylæus vertendum putat, *propterea quod ortus ipſorum ac nativitas iſtinc deſcendat:* inquiens *Haloandrum* quo fuerit acumine ex exemplari non ſatis integro non obſcuriorem ſenſum elicuiſſe. Γονὴ paſſim ſupra eſt *ſoboles*, poteſt tamen hic pro *genere* accipi.

(48) *adoptare*) υἱοποιεῖσθαι. *Hal.* εἰσποιεῖσθαι.

(49) *ſubditos*) ἐνοχλεῖν τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις. *Hal.* τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους.

mur. Semper enim alicujus boni auctorem eſſe, non vero, quæ a quibuſdam inventa ſunt, deſtruere oportet. Nam patris noſtri conſtitutionem ſapienter introductam, & recte poſitam amplectimur, quæ naturalium adoptiones plurimum abſurditates habentes, atque naturales ſine diſcrimine tanquam advenas quoſdam ad jus legitimorum adducentes, prohibuit.

CAPUT VIII.

De ſecundo legitimationis modo, per inſtrumenta dotalia.

Reſtat igitur, ut modos a nobis introductos percurramus, qui jus legitimorum naturalibus præbent, de quorum ſucceſſione non laborabimus. Cum enim ſemel eos legitimos (50) fecerimus, conceſſimus etiam, ut illas ſucceſſiones habeant, quas ii habent, qui ab initio legitimi ſunt. Si quis igitur cum muliere, quæ ab initio libera, vel liberta fuit, & (51) quam omnino uxorem ducere licet, quæque tanquam concubina cum eo vixit, dotalia inſtrumenta fecerit, ſive legitimos liberos habeat, ſive ejuſmodi liberos non habeat: ſancimus, ut & nuptiæ legitimæ, & liberi, tum quos ante ſuſcepit, tum qui in utero ſunt, legitimi ſint. Et licet illi poſtea nulli liberi naſcantur, vel nati decedant, nihilominus prior ſoboles legitima ſit. Affectio enim ejus (52) erga liberos natos, quæ ipſum ad dotale inſtrumentum excitavit, poſterioribus etiam liberis occaſionem dedit legitimi deinde juris. Abſurdum igitur eſſet, bonam occaſionem, quam liberi poſtea nati a prioribus acceperunt, non etiam prioribus legitimum jus & ſine calumnia (53) ad parentum hæreditates dare; cum manifeſtum ſit, poſteriores liberos ex lege, (54) quæ dotale inſtrumentum reveretur, legitimos natos

(50) *effecerimus*) ἀποτελέσαντες. *Hal.* τελέσαντες.

(51) *quam*) ἥπερ ὅλως ἔξεστι συνοικεῖν. Baſil. εἴπερ ὅλως.

(52) *erga liberos*) περὶ τοὺς ἤδη γενομένους παῖδας. Videtur legendum περὶ τοὺς παῖδας, τὴν γενομένην αὐτῷ διάθεσιν. Alias enim τὸ ἤδη otioſum eſt. Et ſic quoque Vetus Int. *Affectus enim circa filios ita ei procedens.*

(53) *ad parentum*) περὶ τὰς τῶν πατρῴων &c. Baſil. περὶ τὰς τῶν πατέρων. Lege πατέρων vel τὰς πατρῴας.

(54) *quæ dotale*) τῷ τὸ προικῷον αἰσχυνομένῳ. Sic & Cod. Vaticanus. *Hal.* τῷ τὸ προικῷον παρασχομένῳ, *præbente hoc eis*

tos eſſe, ipſum vero dotale inſtrumentum initium & occaſionem ex priore conſuetudine habere. Quare unum ex ambobus fecimus ordinem, cœteraſque calumnias pluribus conſtitutionibus ſuſtulimus: illud dicentes, (55) etſi pater nullos poſtea liberos ſuſceperit, ſi tamen dotalia inſtrumenta fecerit, nihilominus ſic quoque legitimos filios habiturum eſſe. Nam ut alii ipſi naſcerentur liberi in poteſtate & facultate fortunæ forſan fuit, quemadmodum etiam ut nati decederent: affectionis vero probationem, quæ antea natis (ante dotalia ſcilicet inſtrumenta) ingenuitatem præbet, nihil omnino auferre potuit.

§. 1. Atque hoc magis adhuc ex juſtis cauſis adjectum eſt, ſi ante dotalia inſtrumenta filius quidem conceptus, poſt dotalia vero natus ſit, quod is ſibi ipſi auxilio ſit, ut qui illis quoque, qui ante eum nati ſunt, id præſtare potuit: regula etiam quædam a nobis inventa eſt, quæ ſtatum naſciturorum optime explicat. Cum enim dubitaretur, (56) utrum tempus conceptionis, an partus attendendum eſſet: ſancivimus, ut propter utilitatem liberorum non tempus conceptionis, ſed partus ſpectaretur: ita ut ſi tales quaſdam ſpecies excogitari contingat, in quibus tempus conceptionis utilius eſt, quam tempus partus, illud potius obtinere juſſerimus, quod nato utilius erit.

CAPUT IX.

De tertio legitimationis modo, per Reſcriptum Principis.

ILlud quoque a nobis ſancitum eſt, ſi quis ſobolem ſuam legitimam facere velit, neque uxorem habeat, ex qua liberos illos ſuſcepit: aut cum liberos valde diligat, mulier tamen apud eum non ſine vitio ſit, neque eam legitimo aliquo nomine dignam putet, & propterea, (57) mortua

dotali inſtrumento. In Veteri deſunt multa, qui habet: *palam enim eſt, quia juniores filii ex lege facti ſunt ſui, hoc initium dotalibus præbentibus.* Non diſplicet *Haloandri* lectio.

(55) *quod & ſi*) ὡς ἂν εἰ μὴ παιδοποιήσειεν &c. Baſil. & *Hal.* ὡς κἂν εἰ μὴ παιδεύσειεν. Recte: Sic enim legendum.

(56) *utrum*) πότερον δεῖ. *Hal.* ποτέρῳ δεῖ, & pro σκεπαζομένου in Baſil. legitur σκιαζόμενον. Male.

(57) *mortua muliere*] τελευτησάσης τῆς γυναικός. Hal. τελευτησάσης τῆς γαμετῆς, *defuncta uxore.* Sed *defuncta muliere* legendum eſſe neglectis exemplaribus Græcis monet AGYL.

tua muliere, uxore nempe, vel ea, quæ, ut vera uxor eſſet, digna habita non fuit, aut etiam liberis doloſe in cauſa verſantibus, & de induſtria, mulier abſcondita, divitiis illi per filios, vel aliunde obvenientibus, ne pater uſumfructum jure legitimorum, præmortua matre, tanquam a liberis in poteſtate conſtitutis haberet. (58) Si quis igitur nullos legitimos liberos, ſed naturales ſolum habeat, illoſque legitimos facere velit, mulierem vero plane non habeat, vel habeat quidem, ſed quæ non ſine vitio ſit, vel quæ non appareat, vel alio modo dotalia inſtrumenta faciendi copiam non habeat, (quid enim ſi alteruter ad ſacerdotium pervenerit?) licentiam ei concedimus, (quod & ante fecimus,) naturales ad jus legitimorum, legitimis, uti diximus, non exiſtentibus, per hanc viam ducendi. Sicuti enim certi ſunt modi, qui ſervos ad libertatem ſimul & ingenuitatem ducunt atque naturæ reddunt: ita ſi pater legitimam ſobolem non habeat, eos vero naturæ & antiquæ ingenuitati, ſi ſcilicet ex libera illi nati ſint, reſtituere, eoſque legitimos & ſub poteſtate habere velit, hoc per reſcriptum noſtrum faciat. Neque enim in principio, cum ſola natura leges introductæ eſſent, differentia erat inter naturalem & legitimum, ſed primis parentibus primi liberi (ſicut initio hujus legis diximus) (59) ſimulac ederentur, legitimi erant. Et quemadmodum in liberis hominibus natura quidem omnes liberos fecit, bella vero ſervitutem invenerunt: ita & hic natura quidem legitimam produxit ſobolem, (60) converſio vero ad libidinem illis naturales immiſcuit. Quare ſimilibus affectibus exortis, medicina quoque ex ſimilibus, & alia quidem ab anteceſſoribus noſtris, alia vero a nobis quærenda fuit.

§. 1. Liceat igitur patri in priore ſtatu matrem relinquenti, Imperatori in dictis caſibus preces offerre, quibus declaret, velle ſe naturales ſuos naturæ & antiquæ ingenuitati jurique legitimorum reſtituere, ut ſub poteſtate ſua ſint, & a legitimis liberis in nullo differant: eoque facto, liberi exinde tali auxilio fruantur. Uno enim hoc modo omnes

ejuſmodi

(58) *Si quis*] εἴ τις οὖν &c. Hal. ὑποτίθεμεν εἴ τις &c.

(59) *ſimul*] ἅμα τῇ προόδῳ. Vet. *etiam ipſo proceſſu nati.*

(60) *converſio*] ἐκτροπὴ. Hal. εἰστροπὴ.

ejuſmodi naturæ eventus & inventa in his, qui legitimos liberos non habent, ſanabimus, tam exiguo (61) auxilio tantum naturæ impetum corrigentes.

CAPUT X.

De quarto legitimationis modo (62) per teſtamentum ab Imperatore confirmatum.

SI tamen is, qui liberorum tantum naturalium pater eſt, propter fortuitos quoſdam caſus hoc facere nequeat, moriens vero in quodam ex prædictis caſibus teſtamentum fecerit, volens (63) legitimos liberos ſucceſſores ſuos eſſe, hujus etiam rei poteſtatem illi damus: modo etiam ſic poſt mortem patris liberi ſupplicent & hoc probent, patriſque teſtamentum oſtendant, & hæredes ſecundum legem exiſtant: atque hoc patris & Imperatoris, vel quod idem eſt, naturæ & legis donum habeant.

CAPUT XI.

GEneraliter vero in omnibus, qui per prædictos modos legitimi fiunt, illa tum demum obtinere volumus, ſi liberi quoque ea rata habeant. Nam ſi invitis liberis poteſtatem ſolvere patribus non licet, multo magis filium invitum & nolentem, (ſive per oblationem curiæ, ſive per confectionem dotalium inſtrumentorum, ſive alio quocunque modo, cum forte & paternam conditionem metuat) ſub poteſtatem redigere, neque juſtum, neque Imperatori, aut Legislatori convenire putamus.

§. I. Si vero plures ſint liberi, & hi quidem velint, alii vero recuſent, illi, qui volunt, legitimi fiant, reliquis in naturalium conditione

(61) *auxilio*] συμμαχία. Vet. *ſolatio.* Hal. *auxiliaribus copiis.* Vid. ſupr. *Nov. 74. n. 16.*

(62) *per teſtamentum*] τῆς κατὰ τὴν τοῦ πρὸς διαθήκην παρὰ τοῦ ἄρχοντος βεβαιουμένην. Scribendum τοῦ πατρὸς διαθ. Nam in Vet. verſ. eſt *patris*, & error natus videtur ex compendio ſcripturæ Veteribus uſurpato, τὸ πατρὸς & πατρὸς hoc modo πρ. πρὸς, ſcribentibus, ut in MSS. videre eſt.

(63) *legitimos*] οὕτως γνησίους. Lege αὐτῷ γν. cum Hal.

tione manentibus. Atque hæc diximus nullum ex prioribus (64) legitimis modis tollentes, ſed & hunc reliquis, quibus illi legitimi non fiunt, adjicientes. Exiſtentibus enim legitimis & naturalibus, vel poſtea, vel ante natis, jus legitimorum, illis non adjiciatur: niſi per curiam, vel per conſtitutiones noſtras, quæ modum inſtrumentorum dotalium introduxerunt.

§. 2. Modum vero adoptionis, qui olim anterioribus quibusdam Imperatoribus, quod ad naturales, non improbatus fuit, cum eum abſurdum inveniamus, etiam nos ſecundum paternæ conſtitutionis vim, ſicut dictum eſt, ejicimus: (65) quoniam ad caſtitatem accurate collimavit, neque decet ea, quæ bene ejecta ſunt, rurſus in rempublicam reducere. His itaque a nobis ſancitis, & quo modo civitatem & jus legitimorum tranſire conveniat, declaratis, nihil invenimus, quod de ſucceſſione quoad hos dicendum ſit. Nam ſicut in reliquis, qui ab initio legitimi ſunt, ita in illis etiam ſucceſſiones obſervari oportet.

CAPUT XII.

De ſucceſſione omnium naturalium liberorum.

DIſcretis igitur illis, qui legitimi facti ſunt & qui naturales manent, ſucceſſiones quoque eorum nunc ordinandæ ſunt. Valens igitur & Valentinianus & (66) Trajanus divæ memoriæ primi fuerunt, quibus humanius cum naturalibus agere placuit. Et ſi patri naturalium legitima ſoboles eſſet, eos ſola uncia & quidem una cum matre eorum dignos

(64) *legitimis*] νομίμων. Deeſt apud Hal. quod Agyl. inſerendum judicat.

(65) *quoniam*] ἐπειδὴ σωφροσύνης ἀκριβοῦς ἐστόχασται. *Hal.* ὡς ἀκριβῶς, *non accurate.* Cum quo facit Vetus Interpr. Sed male: Supra *Nov. 74. cap. 3.* iiſdem verbis idem quod hic legitur. Intelligit autem Imperator τὴν διάταξιν τὴν πατρῴαν, ad hanc enim verba noſtra referenda. Vid. *l. 7. injuſta. C. d. Nat. lib.* Nota autem *l. 1. 7. C.* male tribui Juſtiniano in inſcriptione ejuſdem legis, cum ſit Juſtini, ipſo Imperatore id hic docente & ſupra *d. Nov. 74. cap. 3.* Neque etiam liquet, cur Gothofred. *in Notis doceat*, hic abrogari *cap. 6. d. Nov. 74.* Id enim cur dicamus, nullam nunc quidem rationem videmus.

(66) *Trajanus*] *Hal.* Γρατιανῷ. Sic & Vet. Int. Conſtitutione ad Ampelium P.V. quæ extat Cod. Theod. lib. 4. Tit. 6. quod Accurſium fingit. CONT.

Digitized by Google

dignos habuerunt, nec donare illis, nec in ultima voluntate ulterius quid relinquere permittentes. Si vero naturales liberi non adſint, ſed ſola concubina, illis ſcilicet, qui legitimam uxorem non habent, (his enim ſolis concubinam habere, (67) permiſſum eſt) dimidiam unciam largiti ſunt. Quod ſi liberorum legitimorum parentes non ſint, & neque patrem, neque matrem habeant, illis ad tres uſque uncias (68) & quidem matri ſimul, relinquere, vel donare permiſſum fuit: & ſi quo cunque modo quid acceperint, ut id (69) in hoc ſolum imputetur: eo quod excedit, ad eos, qui a lege vocantur, perveniente: id quod etiam Theodoſii Senioris filii, licet non perfecte, ſanciverunt.

§. 1. Nos igitur etſi nuper quoque humaniore lege lata, pro tribus unciis ſex uncias, liberis legitimis non extantibus, ex patrum liberalitate illis dedimus: nunc tamen ex iis, quæ ſecuta ſunt, perfectius ſimul & humanius res conſiderantes, præſentem legem ferimus. Multa igitur ejuſmodi, tum quæ olim commiſſa ſunt, tum etiam noſtrorum quoque temporum peccata correctione dignamur, & ab impietate homines liberamus. Quidam enim cum licentiam non habeant liberis ſuis naturalibus, quantum volunt, relinquendi, viros eligunt, eoſque hæredes ſcribunt, ut liberis reſtituant: hi vero aut ſponte (71) impie agunt, & teſtatorum voluntatem violant, aut, quod omnium peſſimum eſt, pejerant: (72) ut taceamus ea, quæ de illuſtribus perſonis quæ talia in præcedentibus temporibus commiſerunt, memoriæ tradita ſunt.

L l l l §. 2. Ne

(67) *permiſſum eſt*] συγχωρεῖσθαι. *Hal.* συγκεχωρῆσθαι.

(68) *& quidem*] καὶ τούτοις μετὰ τῆς μητρός. Præſtat ſcribere καὶ τοῦτο μετὰ &c. cum *Hal.* & *Vet.*

(69) *in hoc ſolum*] εἰς τοῦτο συναριθμεῖσθαι καὶ μόνον. *Hal.* εἰς τοῦτο συναριθμεῖσθαι, καὶ μόνον τοῦ πλείονος. *ut id in hoc reputaretur, eo ipſo quod excurreret ad eos ſolummodo.* &c. Vetus nobiſcum, *in hoc reputari ſolummodo.* Et recte quidem.

(70) *liberalitate*] φιλοτιμίαν. Hal. φιλελευθερίαν.

(71) *impie*] *impie agunt & violant, quæ ſcribentes voluerunt, aut quod omnium peſſimum, pejerant.* Hæc non leguntur apud *Hal.*

(72) *ut taceamus*] καὶ σιγῶμεν τὰ παραδεδομένα παρὰ τῆς μνήμης ἡμῖν ἐπὶ προσώπων ἐνδόξων. Vet. *& taceamus ea quæ tradita ſunt ex memoria nobis in perſonis* &c. Corrupta hæc ſunt. Credimus vero

Digitized by Google

§. 2. Ne igitur in perpetuum ejuſmodi delictum committi concedamus, (73) nec quod in extraneis & ignotis facere licet, id in propriis liberis naturalibus homines facere prohibeamus: propterea hac lege ſancimus, ſi quis legitimos liberos habeat, ut liberis illis eorumque matri, ultra unam unciam relinquere, vel naturalibus liberis, vel concubinæ donare non poſſit: hoc enim in priore conſtitutione ratum habemus. Sed & ſi quid amplius quocunque modo dare velit, hoc liberorum ſit legitimorum. (74) Si vero liberi quoque non adſint, ſed concubina ſolum, huic dimidiam unciam dari vel relinqui permittimus.

§. 3 Quod ſi nec liberos legitimos, nec aliquem aſcendentium habeat, (75) quibus teſtatores legitimam partem ſubſtantiæ ſuæ relinquere neceſſe eſt, liceat etiam in duodecim uncias liberos naturales hæredes ſcribere, interque eos, eo quo volunt modo, res dividere, & vel per ſimplicem, vel ante nuptias donationem, vel per dotem, vel alio quocunque legitimo modo, ſubſtantias ſuas ad eos deferre Hoc enim pacto non egebunt amplius quibuſdam ad impietatem & perjuria paratis, ſed ipſi voluntatem ſuam pure declarabunt. Si vero quoſdam aſcendentes habeant, legitimam illis partem relinquant, quam lex & nos conſtituimus: reliquum vero omne ad liberos naturales tranſmittendi licentiam habeant. Atque hoc de iis dicimus, qui ſcriptis & legitimis teſtamentis voluntatem ſuam conſignant.

§. 4. Si tamen quis moriatur, nec legitima prole, (liberis nempe, vel nepotibus, vel ſequentibus ſucceſſoribus,) nec legitima uxore exiſtente, & deinde moriatur, de ſubſtantia ſua nihil diſponens, & cognati

Imperatorem, cum antedixiſſet, *Plurima olim commiſſa fuiſſe*, vel ut mox ſequitur *præcedentibus temporibus*, indicare, quod ea tradita ſint ab aliquo, piæ vel glorioſæ memoriæ, ut loqui amat paſſim Ex qua ſuſpicione, (neque enim hæc pro veris & certis venditamus) ita ſcribendum forte eſſet, τὰ προδιδάσκοντα παρὰ (v. gr. Λέοντος τῆς θείας, ἐνδόξου λήξεως) μνήμης ἐπὶ &c.

(73) *& ne quod*] μηδ᾽ ὃ. *Hal.* καὶ ὃ *& quod*. Illud convenientius legi aſſerit *Agylaus*.

(74) *ſi vero*] κἂν οἱ παῖδες δέ. *Hal.* omittit illud δέ.

(75) *quibus*] οἷς ἀνάγκη νόμῳ καταλιμπάνειν μέρος &c. *Hal.* οἷς ἀνάγκη νόμιμον καταλιμπάνειν μέρος &c. *quibus neceſſe eſt legitimam partem* &c. In ſequentibus legitur νόμιμα μοῖρα.

Digitized by Google

gnati forte veniant, vel manumiſſor bonorum poſſeſſionem movens & (76) intendens, vel etiam fiſcus noſter, (neque enim illi, quantum ad hoc, parcimus) habuerit vero in domo, dum viveret, liberam mulierem, cui tanquam concubinæ cohabitaverit, ex eaque liberos, (iis enim ſolis hæc ſancimus, ubi indubitata plane eſt, tam concubinæ in domo affectio, quam etiam liberorum ibidem procreatio & educatio) concedimus illis, ut parentibus etiam inteſtato mortuis, duas uncias paternæ ſubſtantiæ habeant una cum matre dividendas, quotcunque ſint liberi: (77) ita ut unius filii portionem mater quoque accipiat. Et hæc dicimus, ſi uni concubinæ cohabitet, ex eaque liberos habeat, vel ſi concubina morte forte, vel ſeparatione ante ſejuncta, liberos domi habeat: tunc enim damus illis, ut ab inteſtato ad duas uncias vocentur.

§. 5. Si vero effuſa ejus libido fuerit, & alias atque alias concubinas priori ſuperinduxerit, habeatque (78) multitudinem mulierum fornicantium (ita enim melius dicitur) & liberis ex illis procreatis deceſſerit, multas concubinas ſimul relinquens: odio ille habendus eſt, & procul a lege una cum liberis & concubinis abigatur. Quemadmodum enim, ſi quis legitimæ uxori cohabitet, alias conſtante matrimonio ſuperinducere, ex iiſque legitimos liberos procreare non poteſt: ita nec poſt agnitam, eo quo diximus modo, concubinam, & liberos ex illa ſuſceptos, concedemus, ut ſi quod aliud parergon libidinis fecerit, etiam hoc ad ſucceſſionem ejus vocetur, ſi inteſtatus moriatur. Niſi enim hoc ſanciamus, diſcerni nequit, quam ex illis mulieribus magis aut minus amaverit, liberi quoque diſcerni non poterunt. Et nos non luxurioſe, ſed caſte viventibus legem damus. Neque vero diſtinguimus utrum maſculi ſint, an fœminæ. Nam ſicut natura illa non (79) diſtinguit,

(76) *intendens*] ἐπαναπιπτόμενος. *Hal.* παρεμπιπτόμενος, eodem ſenſu.

(77) *ut unius*] ὥστε ἑνὸς παιδὸς ἀναλογίαν καὶ τὴν μητέρα λαμβάνειν. Vet. *ut unius filii portionem mater accipiat.* Lege ex *Nov. 18. cap. 5.* πρὸς ἀναλογίαν, *pro portione* ut Vet. ibidem.

(78) *& multitud.*] Julian. *quando cum multis mulieribus concumbere concubitor ſolet.* Vid. *Gloſſ.* verb. *concubitor.*

(79) *diſtinguit*) τεχνολογεῖ, quod eſt *argutatur, artificioſe diſputat.*

ſtinguit, ita nec nos aliam legem in maſculis, & aliam in fœminis, quantum ad hoc, ferimus.

§. 6. Si quis autem (oportet enim omnem diligentiæ ſimul pietatiſque viam inire) cum legitimos liberos habeat, etiam naturales relinquat, eos ab inteſtato nihil plane habere volumus: ſed ſancimus ut naturales a legitimis, uti decet, & pro modo facultatum, a bono viro æſtimando alantur: id quod a noſtris legibus (80) *boni viri arbitratu* dicitur. Atque hoc ipſum cuſtodiatur, licet quis conjugem, & ex præmortua concubina naturales liberos ſibi natos habeat, ut & illi a ſucceſſoribus ejus alantur. Nam quod ad nepotes naturales attinet, illa obtineant, quæ jam a nobis diſerte de iis diſpoſita ſunt.

CAPUT XIII.

IN quibus vero caſibus naturales liberos ad ſucceſſionem vocavimus, in illis & ipſi patribus naturalibus gratitudinem, ut decet, ſervent, eademque menſura, qua parentes liberis naturalibus ſecundum legem noſtram proſpiciunt, ipſi quoque parentes ſuos, ſive ſucceſſione, ſive alimentis, ſicut de illis ſancivimus, remunerent.

CAPUT XIV.

VErum cum antea etiam in quibuſdam conſtitutionibus dictum ſit, quando patres liberis quid donant, aut relinquunt, ut tum etiam tutores illis, attamen (81) confirmandi dentur: hoc ut ratum ſit etiam nunc ſancimus, matri quoque (ut jam de his diſpoſitum eſt) concedentes, ut naturalium etiam liberorum tutrix ſit, (82) omniaque faciat, quæ in legitimis liberis definita ſunt.

CAPUT XV.

Ut liberi ex damnato coitu nati, ne alimenta quidem a parentibus conſequantur.

VLtima vero legis pars nos exſpectat, ut & ipſa convenientem ordinem (83) accipiat, atque enumeremus, qui ne ipſo quidem nomine

(80) *boni viri*) Verba hæc Latina Græco textui, inſerta leguntur. Hal. ἀνδρὸς ἀγαθοῦ δοκιμασίᾳ.

(81 *confirmandos*) confirmati ἐπινομένους. *Hal.* βεβαιουμένους.

(82) *omniaque*) *omniaque faciat quæ in legitimis liberis conſtituta ſunt.* Deſunt hæc apud Hal.

(83) *accipiat*) λαχεῖν. *Hal.* λαβεῖν, non male.

Digitized by Google

nomine naturalium digni ſint. Ac primum quidem omnis, qui ex nefariis, vel inceſtis, vel (84) damnatis complexibus (neque enim nuptias vocabimus) naſcitur, is nec naturalis vocabitur, nec a parentibus aletur, nec cum hac lege quid commune habebit Quare licet a Conſtantino piæ memoriæ in conſtitutione ad Gregorium ſcripta, quædam de his liberis tradita ſint, illa non recipimus, quia deſuetudine etiam ſublata ſunt. Nam (85) Phœnicarchorum & Syriarchorum & (86) Magiſtratuum, & Illuſtrium & Clariſſimorum meminit, neque vult,

(84) *damnatis*) δαμνάτων. Hal. τῶν κεκωλυμένων. Agyl. ſignificantius pro *prohibitoque coitu, damnatoque coitu* legi notat.

(85) *Phœnicarchorum*) φοινικαρχῶν γὰρ καὶ συριαρχῶν καὶ στρατηγῶν καὶ διασημοτάτων μέμνηται καὶ λαμπροτάτων. Vet. *Phœnicarchorum enim & Syriarchorum & Magiſtratuum & inſignium meminit* &c. Cujac. ad *l. 6. ff. d. Excuſat.* hæc verba ita interpretatur; *Sacerdotium Phœnices & Syriæ & duum virorum & perfectiſſimorum.* Haloander male, *magiſtrorum militiæ & maxime inſignium.* Sic enim Aſiarchiam, Alytarchiam, Bithyniarchiam, Cappadociarchiam &c. dici. Vid. *& l. 1. C. d. Nat lib.* Idem late docet *Gothofred ad l. 1. C. Th. d. Præd. Senatorum*, quem vide. Idem docet *Ant. Aug. ad Modeſtin. aſſerens:* Sacerdotia fuiſſe Phœniarchiam &c. ex *l. 1. C. d. Nat. lib. Marciani Novella l. humilem C. d. inceſt. nupt. l. un. C. d. off. Com. Or.* quo loco ludorum mentionem fieri dicit, quibus ille Sacerdos Lydiæ præerat, & ſumtus fortaſſe dabat. Arabarchiæ quoque mentionem fieri *l. uſurpationem C. d. Vect. & Comm.* Alciat. *lib. 1. Prætermiſſ.* verb. *Arabarches.* Ludi quidam in Lycia celebrabantur, quibus qui præerat Lyciarches dictus eſt. Conſtituebatur autem in id munus a Comite Orientis & ejus officio. Sicut Syriarches, qui idem munus in Syria curabat a Præſide Provinciæ Syriæ. *Alciat. Prætermiſſ. l.* De Lyciarchis & Syriarchis vid. & *Pancirol. ad Not. Imp. Or. cap 105.*

(86) *Magiſtratuum*) στρατηγῶν. Vet. *Magiſtratuum.* Occurrit eadem vox ap. Modeſtinum in *l. 6. ∫. 16.* ubi στρατηγοὶ τῶν πόλεων. Vet. Interpres vertit *Magiſtratus urbium.* Ant. Auguſtinus vero *Magiſtratus municipales*, propter *l. 1. ff. ad municip.* De Magiſtratibus vero majorem contentionem eſſe ait, cum στρατηγοὺς alii interpretentur Prætores; alii Militum Magiſtros, aut Duces Ipſe Theophilum ſecutus eſt, qui *lib. 1 Inſt. d. Attil. Tut. ∫. ſed hoc jure.* Magiſtratus interpretatur στρατηγούς. ut & *∫ ult. d ſatisdat.* & conſtitutionem Conſtantini duum virorum mentionem fieri eoſque a Juſtiniano ſtrategos hic vocari. Nam duum viros Magiſtratus eſſe docuit *Alciatus. lib. 1. diſp.* Ipſe Modeſtinus *l. 15. ∫. Si civitatis*, inquit ἐὰν ὁ τῆς πόλεως ἄρχων, ἤτοι ὁ στρα-

Digitized by Google

ut ex ipſis nati naturales ſint, Imperialis munificentiæ manſuetudinem illis denegans: quam conſtitutionem plane tollimus.

§. 1. Hæc a nobis ſancita ſint, & nemo plane leges noſtras ignoret, nec qui legitimi, nec qui naturales ſint, nec quomodo iis jura legitimorum dentur, aut quomodo illi, qui naturales manent, humanitatem mereantur, & quomodo ipſi quoque, ut decet, honorati ſint, ab eorum communione ſeparati, qui nec naturalium nomine digni habiti ſunt.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ad hominum medicinam atque naturæ ſupplementum hac lege definita ſunt, Excellentia tua, programmatis propoſitis, per quæ lex omnibus aperta ſit, omnibus manifeſta faciat: ut ſciant, ad quem modum in ejuſmodi caſibus ſe gerere debeant, noſtramque providentiam intelligant, quoniam omni alii occupationi utilitatem præponimus. (87)

Tit. II.

De Teſtibus.

CONSTIT. XC.

(1) ***Imperator Juſtinianus Auguſtus, Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli Ordinario & Patricio.***

PRÆ-

τηγὸς. quem locum barbare eſſe converſum ait Ant. Aug. *Si civitatis Princeps* id eſt *Magiſtratus* &c. cum ἄρχων ſit Magiſtratus, non Princeps, quemadmodum & *l. 21. d. Tutor. dat.* ubi idem notat: Bonum illum Modeſtini Interpretem interdum *Præſidem* appellare, & Haloandrum *Prætorem* in *l. pars literarum d. ℸ dic.* Hæc ANT. AUG. ad *d. l. 6. & 21.* Ἄρχων recte *Præſes* vertitur ſuo loco, ut in Novellis paſſim, & apud Theophil. *§. ſed hoc jure Inſt. d. Attil. Tut.* Strategus etiam interdum eſt *Prætor*. Nam Imp. in Nov. 29. Prætorem Paphlagoniæ diſerte dicit, *poſſe Græcorum lingua etiam Strategum appellari.* Vide *Palmerium* Exercit. *Valeſ.* ad *Amm. Marcell. lib. 31. c. 14.*

(87) Caret ſubſcriptione textus Græcus, ut & *Epit. Jul. Vetus Interpr.* tamen habet *Dat. Kal. Sept. C. P. Imp. Dn. Juſt. P. P. Au. Anno XIII. Appione V. C. Conſ.*

(1) *Imperat.*) apud Haloandrum hæc

Digitized by Google

Præfatio.

Teſtium quidem uſus propter probationes olim inventus eſt, ne quid eorum, quæ facta ſunt, lateret: poſtquam vero hominum animos major malitia occupavit, (2) periculum eſt, ne hujus rei ſtatus in contrarium mutetur. Plurimi enim teſtimonium perhibent, non ut ea, quæ acta ſunt, patefiant, ſed ut magis (3) occultentur. Nam qui alia ſciunt, alia vero eloquuntur, vel dicunt (4) quæ neſciunt, hoc ipſo confitentur, ſe nolle ea, quæ revera facta ſunt, manifeſta fieri, & ſecundum ea ſententias ferri: quæ autem nunquam contigerunt, illa & denuntiant, & in judicium deduci volunt. Teſtimonium itaque plane tollere, rerum uſui periculoſum eſt, (cum multa ſint, quæ non aliter manifeſta fiant, quam per teſtes, qui illa enunciant.) omnibus vero, etiam (5) viliſſimis dicendi teſtimonium poteſtatem dare, anteriores quoque legiſlatores prohibuerunt. Multas igitur (6) exceptiones faciunt, multoſque ab ipſo nomine & ſchemate teſtium arcent. Quoniam vero teſtes, nec poſt eas prohibitiones puri ſunt, nobis quoque ad diligentiam (7) rei aliquid addendum, & falſa teſtimonia, quantum fieri poteſt, imminuenda eſſe putavimus. Nam tale quid nunc quoque a Clariſſimo Bithyniæ provinciæ Præſide factum invenimus,

verba latina Græce extant. Sed τὸ ὀρθόγραφον non habet.

(2) *periculum eſt*) κινδυνεύει. *Hal.* κινδυνεύσει, *periculum erit.*

(3 *occultentur*) κρυβεῖν. *Hal.* κατακρύβειν.

(4) *quæ neſc.*) ἅπερ οὐκ ἴσασι. *Hal.* ἃ οὐκ εἰσί. Vet. *quæ non ſunt.* Quæ lectio convenit cum iis quæ ſequuntur τὰ μηδαμοῦ γενόμενα. Solet autem Imp idem non ſemel proferre, ut cap. 3. infr. παρακαλεῖσθαι, & *rogatos.*

(5) *viliſſimis*) εὐτελεστάτοις. Hal ἀπελεστάτοις. Εὐτελῆ cohortalem eſſe, ex *l. 3. C. d. Hered. decur* & nonnunquam caligatum, docet Cujacius, & Budæum atque alios reprehendit, quod in Harmenopulo id vertant *abjectum & humilem virum. VI. Obſ. 6.* Et in Parat ad Cod. *d. Hered. decur. Navic.* Gloſſ. Cyrill. Εὐτελὴς *vilis*, εὐτέλεια, *vilitas*, εὐτελεστέρως, *viliſſime.* Heſych. εὐτελὴς, ὀλίγης δαπάνης, σύντομον. Εὐτέλεια, ταπείνωσις, πενιχρότης. *Nov. 74 ſupr. cap. 4. §. 3.* ὡς ὁ νόμος καλεγάτους καλεῖ, τουτέστιν εὐτελεστέρους καὶ ἀδοξοτέρους. Cujacii ſententia noſtræ interpretationi non repugnat. Vid & *Suidam.*

(6) *exceptiones*) ἐξαιρέτους. Sic & *Vet. Hal.* vero ἐξευρέσεις, *multas cautelas invenerunt.* Male.

(7) *rei*) τοῦ πράγματος. Hal. τῶν πραγμάτων.

Digitized by Google

mus, cum in teſtamento maxima teſtium falſitas probata, ipſique aperte (8) convicti & tandem confeſſi eſſent, teſtatricem cum teſtamentum adhuc conficeretur, mortuam fuiſſe, & quoſdam ex teſtibus manu defunctæ prehenſa, eam in charta per rectam & transverſam lineam traxiſſe, atque effeciſſe, ut defuncta ſignum venerabilis crucis ſcripſiſſe videretur. Ad hæc igitur reſpicientes, quædam de modo teſtium, quædam vero de eorum ſtatu decernenda putavimus. Quæ itaque a veteribus legiſlatoribus de prohibitione eorum, quos a teſtimonio repellunt, dicta ſunt, omnia confirmamus.

CAPUT I.

Ne unquam teſtes ſumantur obſcuri aut ignoti: ſeu de teſtibus judiciariis.

(9) SAncimus vero, præſertim in magna hac & felici urbe, ubi magna exiſtit (Deus ſermonem dirigat) (10) multorum bonorumque

(8) *convicti*) διελεγχθέντων. Hal. ἐλεγχθέντων.

(9) *Sancimus*) In hujus *cap. I.* explicatione doctiſſimus ſcholiaſtes ita dormitavit, ut Accurſiani &c. nihil unquam ne per ſomnium quidem, ridiculum magis excogitare potuerint. Cum igitur falſis teſtimoniis nil eſſet frequentius, Juſtinianus ut tanto malo occurreret, iis quæ ſuper teſtium rejectione conſtituta olim fuerant, hoc inſuper adjecit, non audiendos eſſe teſtes niſi idoneos & &c. Certe Conſtantinopoli ubi honeſtorum hominum &c. magna erat copia, aut quorum fides & probitas, ſi minus noti eſſent & vilioris conditionis, veluti ſellularii & ſordidarum artium, idoneorum hominum teſtimonio commendaretur; cæteros non eſſe audiendos; ac ſi qui offerentur prorſus ignoti, de quorum vita & moribus nemo poſſet quicquam dicere, eos, ſi non bona fide teſtimonium dicere viderentur, torqueri poſſe arbitratu Judicis. Non excludebat ergo a teſtimonio Juſtinianus viles omnes & obſcuros homines atque opifices, ſed eos tantum, de quorum probitate nemo idoneus teſtificari vellet, multo minus autem eos tormentis ſubjici volebat, ſi vel tantiſper noti eſſent, homines errones & vagantes, ſine certis laribus. Neque hos etiam torqueri volebat, niſi in teſtimonio dicendo fides eorum vacillare videretur. *Hæc* eſt vera capitis illius ſententia. *Deſider. HERALD. d. rer. jud. aut. lib. I. cap. 5.*

(10) *multorum*, πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν εὐπορία. Hal. καλῶν καὶ ἀγαθῶν. Recte. Nam ſolent jungi καλὸς κἀγαθὸς & propter illud πλείστη εὐπορία τὸ πολλῶν abundat.

Digitized by Google

que virorum copia, ut teſtes (11) bonæ exiſtimationis ſint, & vel (12) pro-

 pter

(*11*) *bonæ exiſtimationis*] εὐυπολήπτους. Teſtes idoneos, quos εὐυπολήπτους vocat, haberi volebat Conſtantinopoli maxime, & alibi, ubi honeſtorum hominum penuria non erat, vel ex dignitate, vel ex militia, vel ex facultatibus, vel ex vitæ inſtituto, διὰ τὸ τῆς ἀξίας, ἢ στρατείας &c. Ergo dicebat εὐυπολήπτους, homines probitatis non tam ſpectatæ & exploratæ, quam opinionis præſumtæ, quales habentur teſtes idonei. *H*omines integræ exiſtimationis, ἀγαθῆς ὑπολήψεως, ut ita loquar. Nam ὑπόληψις eo modo in Baſilicorum Synopſi: de quibus bene præſumere oporteat ex dignitate &c. niſi aliud probetur. Neque enim facile præſumimus hominem in dignitate conſtitutum, aut magnarum opum &c. operam ſuam dicendo falſo teſtimonio addicere velle. Certe de pecuniario &c. quæ eſt communior corrumpendi teſtium ratio, ſecuri eſſe poſſumus: de gratia & odio non item. *Deſid. HERALD. d. rer. jud. aut. lib. 1. cap. 5.*

(*12*) propter) διὰ τὸ τῆς ἀξίας ἢ στρατείας, &c. ἐμφανισθέντων. Vet. *per dignitatis aut militiæ &c. cauſam.* Dicit διὰ τὸ τῆς ἀξίας, ἢ στρατείας, quæ pene eadem ſunt, στρατείας non modo miniſteria palatina appellarunt, ſed magiſtratus quandoque & cæteras dignitates veluti referendariorum, Novell. X. Quare in appendice Canonum Apoſtolorum, quod dixerunt, στρατείαν, appellant poſtea ῥωμαϊκὴν ἀρχήν; Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, ῥωμαϊκὴν ἀρχήν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. Quæ verba peſſime interpretantur tam Græci quam Latini interpretes. *H*aloander στρατείᾳ σχολάζων vertit, *qui militiæ vacaverit.* *H*ervetus, exercitui vacans: alii, operam dans militiæ: Omnes peſſime. Zonaras adduci non poteſt, ut credat στρατείαν ibi dici, ὅπλων μεταχείρισιν armorum tractationem, ſed militarium rerum procurationem, aut certe quod ad verum propius accedit, διοικήσεις ἄλλας τινάς, ἃς καὶ οἱ πολιτικοὶ νόμοι στρατείας εὐλόγως ὀνομάζοντες, alias quaſdam adminiſtrationes, quæ in legibus civilibus militiæ dicuntur. Sane στρατεία nil aliud eſt hoc loco, quam aulicum miniſterium, aut etiam dignitas: ſed maxime dignitas aulica, quam ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν poſtea appellat idem Canon, quales erant στρατεῖαι τιμιαί, quomodo appellantur *Novell. 15.* Ergo miniſteria illa aulica, aut etiam dignitates *militias* dixerunt, quas Græci στρατείας ſunt interpretati, quia eorum qui ſunt in miniſterio, aut in comitatu Principis, non minor eſt gloria, quam eorum, *qui præliis & vulneribus patriam parenteſque ſervant*, quod de advocatis dictum eſt *l. adv. Cod. d. advoc. div. jud.* vel quia non ſunt alieni a labore caſtrorum, qui ſigna Principis comitantur. *l. un. C. d. caſtr. palat. pecul.* Nam & comitatus Principis eſt veluti exercitus. quare Principis aulam & comitatum στρατόπεδον labente ævo appellarunt: qua quidem voce hoc ſenſu ſæpe utitur B. Chryſoſtomus locis compluribus, & ipſe Conſtantinus Imp. Epiſtolis quibus,

Digitized by Google

pter dignitatem, militiam, (13) divitias, (14) atque indubitatum officium ejuſmodi calumnia ſuperiores exiſtant, (15) vel ſi tales non ſint, ab aliis tamen, quod fide digni ſint, teſtimonium habeant. Nec (16) ſe-

quæ extant apud Euſeb. & Socrat. Et ſane Princeps non ſine militibus & quaſi exercitu. Quare Chryſoſt. de cœmeterii appellatione ἔνθα ὁ βασιλεὺς, ἐκεῖ καὶ οἱ στρατιῶται. Et *Homil.* de cruce & latrone: καθάπερ γὰρ βασιλέως εἰσιόντος τὰ στρατόπεδα τὰ σημεῖα αἴρει ἐπὶ τῶν ὤμων, καὶ περιαγγέλλει τοῦ βασιλέως τὴν εἴσοδον. *Deſid. HERALD. d. rer. jud. autor. lib. 1. cap. 5.*

(13) *divitias*] ἢ εὐπορίας. Etſi divitiæ amplæ non ſunt ſemper argumentum vitæ innocenter actæ, maxime ſi partæ ſint, cum eæ ſæpius abſque injuria aliqua parari nequeant, ubi tamen agitur de re teſtimoniorum, hominis &c. fides minus ſuſpecta eſt, quam egeni, qui lucri gratia &c. *l. 2. ff. d. teſt.* Quod locum habet in omni adminiſtratione & miniſterio. Πλῆν πρεσβεύων, inquit Libanius Progymnasmaſi, κἂν δικαιότατα διακονέῃ, δωροδοκεῖν ὑποπτεύεται. Neque tamen pauperis teſtimonium omnino reprobatur, ſed ut perpendatur paulo accuratius, paupertas facit. *Deſid. HERALD. d. l.*

(14) *& officium*] ἢ ἐπιτηδεύσεως. Addit Juſtinianus, ἢ ἐπιτηδεύσεως: qua quidem dictione multa complectitur vulgo interpretum quoque ignorata. Julianus *honeſtæ artis titulum* reddidit, non incommode. Ergo ſi quis non eſt dives, ſi non eſt εὔπορος: ſed vitæ genus ſectatur, quod paupertas magis deceat, quam divitiarum abundantia, quale eſt Philoſophorum inſtitutum, Monachorum &c. tantum abeſt ut voluntaria iſta paupertas fidem ejus minuat, quin eam auget, & adſtruit. Quare & Xenocrati jusjurandum remiſſum; qui honos haud alii cuiquam, quanquam opibus affluenti, eſt habitus. Nec major unquam aut teſtatior fides, quam Socratis, &c. & aliorum quorundam caſta paupertate beatorum, quomodo de iis loquitur *Sil. Ital.* *Hos* vitæ inſtitutum non modo commendabat, ſed & divitibus omnibus præferebat. Eſt igitur ἐπιτήδευσις, & ἐπιτήδευμα, vitæ inſtituendæ ratio, vitæ inſtitutum, quod quis complectitur, paſſim apud Scriptores. Procopius arcana hiſtoria: ὡς ἀσφαλέστατα ἐμπεδώσειν ἰσχυρισάμενος τὸ τῶν μοναχῶν ἐπιτήδευμα. *Idem d. l.*

(15) *vel ſi tales*] Atque hactenus de notis, quæ teſtes reddunt εὐυπολήπτους. Sed & alios, ait Juſtin. poſſe occurrere vitæ obſcurioris, qui neque dignitate, neque facultatibus, neque profeſſione, aut vitæ inſtituto fidem ſibi parare poſſint, qui tamen ſint ſinceræ & integræ fidei, quos ait, aliorum εὐυπολήπτων, quibus noti ſint, teſtimonio commendari oportere, atque ita a teſtimonio dicendo non eſſe arcendos. ἢ εἴπερ οἱ τοιοῦτοι καθεστῶτες, inquit Juſtinianus &c. Non eſt igitur paupertas argumentum fidei minus ſinceræ neceſſarium, & poteſt homo pau-

(16) ſedentarii quidam, nec viliſſimi, nec plane obſcuri ad teſtimonium veniant:

per fidelis eſſe. *l. ſuſpectum ff. d. ſuſp. tut.* Heus, dicebat ille apud Terentium, quanta hæc mea paupertas eſt, tamen adhuc curavi unum hoc quidem, mihi ut eſſet fides. Quare & Demoſthenes in Midiana de Stratone quodam &c. Et ſane reperiuntur pauperes quidam, non propter improbitatem, ſed quod ſint pene nimium probi. quidam enim quod nimis expoſiti ſint & humani, quibus obſtat Ζεὺς μειλίχιος, ne ſint divites. quod Xenophonti dicebat ille apud ipſum *Xenophontem lib. 7. exped. Cyr.* &c. &c. Plautus comitatem appellat τοῦτο τὸ μειλίχιον in *Rudentis* prologo &c. Talis Archidemus, vetus orator, quem ait *Xenophon lib. II. d. dictis Socratis* fuiſſe &c. Appellat eum φιλόχρηστον, quia erga bonos humanus erat &c. Comitatem illam Græci χρηστότητα & φιλανθρωπίαν appellarunt, quam ſæpius fuiſſe meram ſtoliditatem Lucianus in Timone &c. *Idem d. l.*

(16) *ſedentarii*] ἐπιδιφρίους μηδὲ χαμερπεῖς &c. Hal. *ſedentarii aut humi repentes, & prorſus rejectæ conditionis homines.* Vet. *ignobiles.* Ἐπιδίφριος ſignificat opificem (qui artem ſuam ſedens exercet) *ſedentarium.* Vid. Pollux lib. 7. cap. 1. voc. βάναυσος. *Heſych.* Ἐπιδίφρια, τὰ ἐπὶ τῷ ἁρματίῳ δίφρῳ. Ἐπιδίφρια δῶρα apud Hom. Odyſſ. δ. Ἐπιδίφριος, *qui in ſella ſedet*, eſt enim δίφρος *ſedes, ſella.* Hinc διφρὶς, *iners, otioſus.* *Heſych.* διφρὶς, ὁ ἑδραῖος καὶ καθήμενος ἐπὶ τῶν ἀργός. Suidas, Ἐπιδίφριος, ἀργὸς καὶ γυναικώδης. *otioſus & effœminatus.* H. Poſtquam conſtituit Juſtinianus, quinam eſſent teſtes idonei, conſtituit, qui ſint omnino a teſtimonio dicendo repellendi; atque inde excludit ἐπιδιφρίους πενίας, καὶ χαμερπεῖς, καὶ παντελῶς ἀσήμους: quibus in verbis explicandis doctiſſ. Scholiaſtes & de Jurisprudentia optime meritus, Accurſianos imitatur mirificentiſſime. *H*is igitur verbis repellit a teſtimonio dicendo opifices maxime Conſtantinopoli, quod & ad alias celebres urbes extendi poteſt. Nec quoslibet tamen opifices expellit, ſed viliores & omnino obſcuros atque incognitos. Nam & inter ejuſmodi artes eſt aliqua differentia, & aliæ aliis minus ſordidæ ſunt, & libero homini convenientiores, ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ μᾶλλον πρέπουσαι, quas oſtendebat conſultatio parentum Luciani in ejus ſomnio. Repellit igitur ἐπιδιφρίους & χαμερπεῖς, eoſque παντελῶς ἀσήμους. *H*omines ἐπιδίφριοι ſunt, qui artes ἐπιδιφρίους tractant, opifices & ſellularii, qui ſe volare ſi ſomnient, artem cito ſint deſituri, cujus in exercitio ſedere ἐφ' ἕδρας, aut ἐπὶ δίφρου καθῆσθαι, non autem volitare oporteat, quod ait *Artemidorus lib. 2. cap. 73.* &c. *Ariſtophanes in Plut.* &c. Addit Juſtinianus καὶ χαμερπεῖς, quaſi humi repentes, humi rejectos, neque altius attollentes ſe, ſed in terram ſemper dejectos. Unde ſequitur etiam animi dejectio. Eoſdem etiam χαμαιτελεῖς καὶ χαμαιζήλους dicit Lucianus in ſomnio &c. Cum ergo hominum ejuſmodi profeſſio vilis ſit & illiberalis, totaque ad lucrum illudque ſæpius vile & miſerum dejecta, eos exiſtimabant ad fraudes & ejuſmodi miniſteria

Digitized by Google

veniant: ſed, ut (17) facile demonſtrari poſſit, vitam teſtium, ſi de iis dubitetur, inculpatam & moderatam eſſe.

§. 1. Si vero ignoti quidam & plane obſcuri ſint, atque videantur circa teſtimonii veritatem aliquid voluiſſe corrumpere, tormentis etiam ſubjici poſſint: & judices, ſiquidem Præſides fuerint, ipſi hoc agant: ſin autem alii ſint, quam qui adminiſtrationes habent, hic quidem apparitorem magnificentiſſimi Prætoris plebis, in provincia vero (18) defenſorem locorum aſſumant, & per eos tormentis illos ſubjiciant, ut nihil de veritate celent, vel hac etiam ratione pecunia accepta teſtimonium dixiſſe, vel etiam alter circa id doloſe verſatos eſſe deprehendantur.

CAPUT II.

(19) Ut inſtrumentis debiti adhibeantur rogati teſtes, non fortuiti: ſeu de teſtibus inſtrumentariis.

ET licet dudum ſanciverimus, in debitis ſcriptura interveniente contractis, non ſcriptarum ſolutionum probationem per teſtes non niſi ſecun-

minime auctoramento facile impelli poſſe, quod ajebat etiam Themiſtius Orat. &c Ergo opifices ejuſmodi a ſervitute vix abeſſe exiſtimabant. Opifices omnes, dicebat *Cic. d. Off. 1.* in ſordida arte verſantur: nec enim quicquam ingenuum habere poteſt officina. Quare τεχνῖται & ἐλευθέριοι πεπαιδευμένοι opponuntur apud Xenoph. d. dictis Socratis lib. II. Atque hactenus de Novellæ illius loco peſſime accepto. *HERALD. d. l.*

(17) *facile poſſit*] δύνασθαι ῥᾳδίως ἀποδεικνῦσαι. Βασιλ. δύνασθαι ἄδειαν ἔχειν ῥᾳδίως &c. Male.

(18) *defenſorem*] τὸν τῶν τόπων ἔκδικον. *Bellonius in ſupput. jur. lib. 4. cap. 13.* legendum putat: *locorum defenſoris*, ne abſurdum illud ſequatur, ut defenſores civitatum æquiparentur apparitoribus. Ut ſit ſenſus: *Judices adminiſtrationem non habentes accipiant apparitorem locorum defenſoris.* Nam & hos habuiſſe ſuos officiales. Vid. *Nov. d. defenſor. civ.* Sed invito Græco textu hic nil mutandum. Neque etiam defenſor civitatis & apparitor Prætoris ſic æquantur. Non enim mens eſt *Nov.* ut ipſe defenſor tormenta inferat, ſed ut per perſonas illi rei deſtinatas, vel ejus juſſu id fiat; ut ipſe vult *Bellonius.*

(19) *Ut inſtrument.*] ὥστε τὰς διαθήκας τοῦ χρέους ἐμπλεκομένους &c. προσεῖναι. Obſervandum τὸ διαθήκας poni hic pro *inſtrumento* deinde videri ταῖς διαθήκαις legendum quod τὸ προσεῖναι *accedere* requirit. Ut cap. 7. παρὰ τῶ προς μαρτυρίαν. Denique in eo quod ſequitur περὶ παμαρτυρίων μαρτύρων, illud παραμαρτυρίων,

Digitized by Google

ſecundum dictam ibi obſervationem ſuſcipiendam eſſe (quam etiam obtinere volumus) tamen nunc quoque eam renovamus. Si enim ſcriptum ſit debitum & ſolutionis ſine ſcripto factæ probatio a litigantibus per teſtes proferatur, tunc illa a judicibus accipiatur, quando ad hoc ipſum teſtes aſſumuntur, ut de facienda ſolutione, vel memoria jam factæ ſolutionis, confitente id eo, qui pecuniam accepit, viri fide digni teſtimonium dicant, vel etiam (20) atteſtationibus forte id manifeſtum faciant. Vana autem illa & in tranſitu facta teſtimonia nulla plane ratione valeant: nec talia fingant teſtimonia, quod is, qui ex alia quadam neceſſitate (21) præſens eſt, aliquem dicentem audiverit, ſe ab hoc pecuniam accepiſſe, vel huic debere. Hæc enim manifeſto nobis ſuſpecta ſunt & nullius pretii, qui tale quid etiam in cauſarum cognitione invenimus, cum, multæ licet pecuniæ ſolutæ dicerentur, duo ſolum tabularii ſe id audiviſſe dicerent, nullo teſte præſente: quanquam debitum ſcriptura interveniente contractum eſſet, & qui confeſſus erat, ſcribere, idque per literas ſuas manifeſtum facere poſſet. Quod cum ab eo tempore odio haberemus, occaſionem hujus legis ferendæ nacti ſumus. Rurſus alius quidam adductus eſt, calumnianti ſimilis, & coram teſtibus atque tabulariis debitum confeſſus eſt. Ac hic quidem, qui (22) mercede accepta id fecerat, deceſſit: ab alio vero debitum exactum eſt, quod alius, tanquam ille, confeſſus erat. (23) Neque hoc deinde latuit, Deo non permittente talia in perpetuum occultari.

CAPUT III.

Ut teſtimonia in ſcriptis fiant, & cur.

QUamobrem neque ejuſmodi teſtimoniis, neque tabulariorum (uti diximus) confeſſionibus credimus, quando illi literarum periti

ſunt,

ut διαθήκη ante accipiendum eſſe pro *inſtrumento* & *inſtrumentario teſte*, vel legendum ἰνστρυμενταρίων.

(20) *atteſtationibus*] ἐν ἐμμαρτυρίοις. Hal. ἐμμαρτυρίας, *ſuo teſtimonio*. Illud retinendum.

(21) *præſens eſt*] Vet. *adinveniens*. leg. *adveniens*.

(22) *mercede*] μισθοῦ. *Hal*. μισθῷ.

(23) *Neque hoc deinde latuit*] Abſunt hæc a Vet. verſione.

ſunt, qui confeſſi dicuntur, (cum vel ſcribere, vel in judicio confite-ri, & negotio indubitatam fidem addere potuerint)(24) nec manere eos & veritati damno eſſe permittimus, nec ſi tale quid factum ſit, admittimus: ſed exigimus, ut (25) ab eo, qui teſtes producit, ad hoc ipſum rogati ſint, (26) idque teſtimoniis probetur: & ut ipſi etiam, (quemadmodum in teſtamentis) ſint (27) rogati & (28) bonæ exiſtimationis, atque ita negotium per eos probetur; (29) atteſtatio autem, (30) quæ teſtium præſentia & depoſitione & ſubſcriptione deſtituitur, impoſterum non obtineat. Si tales non ſunt teſtes, quales antea diximus, tormentis eos ſubjici jubemus. Si quidam aperte ſibi ipſis vel aliis contraria loquantur, (31) tum maxime judices animum advertant, (32) & ſi circa præcipua, de quibus teſtimonium perhibetur, contrarietates invenerint, teſtimonia illa (33) rejiciant, attendentes (34) ad ea, quæ a fide

(24) *nec permitt.*] οὔτε μένειν αὐτὰς τοῖς ἀληθέσι λυμαινομένας &c. Hal. *ut vera perſeverent corrumpere permittimus.* Fabrott. *veris teſtimoniis obſint.*

(25) *ab eo qui*] παρὰ τοῦ παράγοντος τοὺς μάρτυρας. Βασιλ. παρὰ τοῦ εἰσάγοντος, Hal. pro παρακεκλῆσθαι habet παρακαλεῖσθαι.

(26) *idque*] καὶ τοῦτο διὰ μαρτυρίας ἀποδείκνυσθαι. Βασιλ. καὶ ἐξ ἀμαρτυρίας, *idque teſtimoniis comprobetur.*

(27) *rogatis*] rogatos. *Hal.* & Βασιλ. παρακεκλημένους.

(28) *& bonæ*] καὶ εὐυπολήπτους. Βασιλ. καὶ ἀνυπολήπτους. Ubi tamen *cap. 1.* legitur εὐυπολήπτους. Vet. *bonæ opinionis.*

(29) *atteſtatio*] ἐκμαρτυρίαν. Βασιλ. ἐκμαρτυρίας. Puto ἐκμαρτυρίαν hic idem eſſe quod *inſtrumentum* ut *Novell. 74. c. 4. §. 1.*

(30) *quæ teſtium*] μὴ καὶ μαρτύρων ἔχουσαν καὶ παρουσίαν &c. *Hal.* μηδὲ μαρτύρων. Sic & *Vet. neque teſtium habentem.* &c.

(31) *tum maxime*] μάλιστα τότε. Βασιλ. μάλιστα τοῦτον. Vet. *hoc animadvertere.* Illud non male; debet tamen τούτοις legi, ut paulo poſt & *cap. 4. Hal.* τούτῳ.

(32) *& ſi circa*] καὶ εἰ περὶ τὰ κυριώτερα τῶν μαρτυρουμένων τὰς ἐναντιότητας εὕροιεν. Vet. *& ſi veratiora teſtificatis adverſitates invenerint. Hal.* & Βασιλ. καιριώτερα, ut ſupra *Nov. 22.* Vertit autem ille *etſi circa potiorem cauſæ partem teſtium contrarietates deprehenderit.*

(33) *rejiciant*] ἐκβάλλοιεν recte. Sequitur mox καταλιμπάνειν. *Hal.* ἐκβάλλοιεν.

(34) *ad ea*] τοῖς παρὰ τῶν ἀξίων πολρῶν καὶ πλειόνων περιέχουσι Βασιλ. τοῖς &c περιεχούσαις. Lege ταῖς (ſcil. μαρτυρίαις) περιέχουσαις, etſi noſtra etiam lectio defendi poſſit.

Digitized by Google

a fide dignioribus & pluribus dicuntur. Si de induſtria doloſe agere & exinde in contrarietatem incidere videantur, impunitos eos non relinquant, ſi non errore quodam ut fieri poteſt, ſed de induſtria contraria dixiſſe probati fuerint.

CAPUT IV.

Ne liceat cognitis teſtimoniis quarta vice teſtes producere, vel quot, & quomodo teſtes producantur.

QUoniam vero multi ſæpe, qui teſtes producunt, & tribus vicibus id fecerunt, deinde ubi concluſerunt, & (35) teſtimonia acceperunt, interpellationibus nobis moleſti eſſe (36) conantur, atque teſtes quarto etiam producere volunt: ſancimus, ut judices noſtri hoc maxime obſervent, & ſi tribus vicibus producti ſint teſtes, atque ab eo, qui teſtes produxit, & concluſit, & teſtimonia accepit, iterum teſtes petantur, illi nullo modo admittantur: quod ſuſpicio ſit, (37) ne ſi quid priores omiſerint, idque per teſtimonia jam manifeſtum factum ſit, ille non productionem teſtium, ſed vel eorum, de quibus antea teſtimonium datum non fuit, additamentum, vel eorum, de quibus teſtimonium perhibitum eſt, emendationem (38) deſideret. Si vero is, qui teſtimonia producit, illa neque acceperit, neque viderit, nec ipſe, nec aliquis ex accuſatoribus ejus, ſolus autem adverſarius acceperit, & (39) exceptiones oppoſuerit, neque tamen ei, qui jam tertia vice teſtes (40) produxit, illas ediderit (ne is, qui eos producit, cognitis exceptionibus addat ea, quæ (41) teſtimoniis deſunt) tum etiam quarta pro-

(35) *teſtimonia*] τὰς μαρτυρίας. Βασιλ. διαμαρτυρίας.

(36) *conantur*] πειρῶνται. Βασιλ. πειρώμενοι.

(37) *ne ſi*] μήποτε παραλιπόντων τι τῶν προτέρων. Βασιλ. μήποτε παραλιπόντος τι τῶν μαρτύρων προτέρων. Vet. *ne forte relictis quidem prioribus.*

(38) *deſideret*] ἐπιθυμῇ *Hal.* ἐπιθυμοῖ, Refertur id ad præcedens μήποτε.

(39) *exceptiones*] παραγραφὰς. Vet. *diſputationem*, & mox *diſpoſitionem.*

(40) *produxit*] ποιουμένῳ. *Hal.* ποιησαμένῳ.

(41) *teſtimoniis*] ταῖς μαρτυρίαις ταύτας προσθεῖναι. *Hal.* ταῦτα ſc. ἐλλείποντα. Et ſic Vet. *quæ teſtimoniis deſunt, hæc adjici.* Stylus eſt Imper. qualem *Hal.* & Vet. exhibent.

productio teſtium petenti concedenda eſt, jurejurando prius ab eo præſtito, quod teſtimonia neque acceperit, neque legerit, nec ipſe, nec advocatus aliquis, aut procurator ejus: neque dolo aliquo, neque machinatione, neque arte quartam teſtium productionem petat, ſed quod promiſſis teſtimoniis prius uti non potuerit. Atque hoc facto, Imperiali juſſu ad hoc non indigeat, prout antea obtinuit, ſed lex, (42) quæ talia permittit, per ſe illis ſufficiat, & ad quartam uſque teſtium productionem (43) teſtimoniis uti liceat, non tamen (44) poſt aliquod temporis intervallum: ne etiam ſic lites protrahantur, ſed celeriter plane decidantur, ſicut judex id faciendum exiſtimaverit.

§. 1. Illud tamen in confeſſo eſt, ſi quis ſemel, aut bis productis teſtibus (45) concludat, & teſtimonia accipiat, atque conſideret, vel, adverſario hoc faciente, ipſe (46) exceptiones accipiat, & exinde teſtimonia cognoſcat, eum nullam plane licentiam habere ulla teſtium productione ulterius utendi, neque ſi divina juſſio id (47) conceſſerit.

CAPUT V.

Ut teſtes in provincia cuique propria examinentur: & ex quo loco producantur.

ET quoniam legem jam latam eſſe ſcimus, ut, ſi quis hic litem habeat, & neceſſe ſit partes quaſdam litis in provincia probari, liceat

(42) *quæ talia*] ὁ τὰ τοιαῦτα ἐφιέντα. Βασιλ. τὸν τὰ τοιαῦτα, ὡς ἔδοξεν, ἐφιέντα.

(43) *teſtimoniis*] μαρτυρίαις. Sic & *Vet.* *Hal.* μάρτυσι.

(44) *poſt temp. aliq. intervall.*] διὰ χρόνου. *Hal.* διὰ μακροῦ. Βασιλ. διὰ μακροῦ χρόνου. Vet. *per longum intervallum.* Recte.

(45) *concludat*] εἰ ἀποτάξεται. Βασιλ. εἶτα ἀποτάξεται. Sic legendum: jam enim adeſt τὸ εἰ in præced. Ita in *Nov. 1. cap. 1.* εἶτα ἀπειπόντων. In ſeqq. delendum ἢ ἢ. Vel cum Hal. *legendum* ἢ.

(46) *exceptiones*] παραγραφὰς. Vide an legendum ſit ἀπογραφὰς. Vel aliud. Intelligenda autem ſunt *dicta* teſtium καταθέσεις μαρτυρηθέντα. eſt alia παραγραφὴ *annotatio*, *ſcriptura* quo ſenſu hoc loco ferri debet. Vet. *diſputationes*. Julian. *præſcriptiones.*

(47) *conceſſerit*] περιθεῖεν. Hal. προσθεῖεν, *adjecerit*. Vet. *præceperit.* Haloandri lectio præferenda, vel τοῦτο delendum.

ceat judice hoc decernente, & diem ſufficientem definiente, teſtes in provincia producere, & actis perlatis litem eo mittere, quo ab eo dem judice decidatur: ſæpius vero interpellamur, volentibus quibuſdam (qui in provincia quidem litigant, hic vero teſtes habent) ut lex etiam in illis valeat, eique, qui in provincia judicat, huc mittere liceat, ut teſtes adveniant, vel probationes ſaltem dentur, & rurſus (48) ad eum lites ferantur. (49) vel ut de provincia in provinciam id fiat, petatur: ſancimus, ut propter probationum abundantiam etiam hoc valeat, atque e provincia ab eo, qui in provincia judicat, & ab uno ex clariſſimis judicibus a nobis (50) deſignatis, huc quoque mitti poſſit: decreto a judice (51) faciendo (52) ut teſtimonia dentur, & de provincia in provinciam, apud Defenſorem, vel Magiſtratum, teſtimonia ex decreto judicis dentur, ibique ſententia definitiva feratur, ubi lis conteſtata eſt: ut ſicut hic in provincia a Magiſtratibus, vel defenſoribus productionem teſtium fieri debere ſancitum eſt, ita quoque de provincia (53) in provinciam, & de provincia in hanc urbem obtineat, & per omnia perfecta ſit omnibus probationis facilitas: teſtimonia tamen (54) nec in provinciis edantur, ſed acta illis, (55) qui teſtes producunt, vel etiam adverſariis eorum dentur, qui ſigna apud acta accipiant, atque ita huc, vel in provincias a judicibus mittantur: ne forte aliis quoque teſtibus natura negotii egeat, & propter editionem teſtium adjectio excludatur. Atque hæc omnia de quæſtionibus pecunia-

(48) *ad eum*] ὡς αὐτόν. Βασιλ. εἰς αὐτόν. Sic & *Hal.*

(49) *vel*] ἢ καὶ. *Hal.* εἰ καὶ, *etſi de prov.* &c. Sic & *Vet.* qui ſequentibus hoc comma jungit. Sed minus bene, ut ex ſeqq. apparet.

(50) *deſignati ſunt*] ὡρισμένων. *Hal.* ὁρισμένων.

(51) *faciendo*] *faciendo ut teſtimonia dentur & a provincia ad provinciam apud defenſorem vel Magiſtratum teſtimoniis ex decreto judicis.* Non habentur hæc in editione *Hal.*

(52) *ut teſtimonia*] τὰς μαρτυρίας δίδοσθαι. Βασιλ. τοὺς μάρτυρας δίδοσθαι. Sequitur mox, τῶν μαρτυριῶν διδομένων.

(53) *in provinciam*] Non habet hæc *Hal.* Vetus vero Interpr. illa agnoſcit.

(54) *nec in provinciis*] μὴ ἐκδιδομένων μήτε ἐν ταῖς χώραις. *Hal.* ἢ μὴ ἐκδιδομένων. Βασιλ. ὧδε ἐν ταῖς χώραις.

(55) *qui producunt*] προσαγαγοῦσιν. Βασιλ. προσαγαγοῦσιν.

riis intelligantur. In criminalibus enim, ubi maximæ res in periculo ſunt, teſtes (56) judici præſentes eſſe, quæque ſciunt edocere, omni modo neceſſe eſt: quo caſu & tormentis forte & omni reliquæ obſervationi locus erit.

CAPUT VI.

Ut teſtimonium ejus, qui ſervus eſſe dicitur, valeat: deque ſtatu teſtium.

SI vero ſervilis conditionis eſſe dicatur, qui teſtimonium dicere voluerit, is vero ſe liberum aut forte etiam ingenuum eſſe affirmet, dicat ille quidem teſtimonium, de ſtatu vero quæſtio exceptionibus ſervetur, ut ſi ſervilis conditionis eſſe appareat, teſtimonium ejus pro nullo habeatur. Quod ſi libertum ſe dicat, inſtrumentum prius oſtendere cogatur, in quo libertatem conſecutus eſt, atque ita teſtimonium dicat. Sin autem in alia provincia ſe libertatem conſecutum, (57) vel probationes ſibi in promtu non eſſe dicat, deque ea re expreſſe juraverit, teſtimonium quidem ſcribatur, non oſtenſo vero libertatis (58) inſtrumento, (59) is qui eum producit, teſtimonio ejus non utatur.

CAPUT VII.

Ne teſtes propter inimicitiam teſtimonium ferant: & de teſtibus inimicis.

(60) SI vero quis eum, qui teſtimonium dicturus eſt, ſibi inimicum, (61) forte etiam ab illo accuſatum eſſe dicat: ſi quidem ſtatim probaverit cauſam criminalem inter eos agitari, non accedat (62) ad teſti-

(56) *judici*] ὑπὸ τοῖς δικασταῖς παρεῖναι. *Hal.* ὑπὸ τοὺς δικαστάς. Vide an legendum ſit ἐπὶ τοῖς &c.

(57) *vel probationes*] ἢ ἐκ εἶναι. *Hal.* εἰ ἐκ.

(58) *inſtrumento*] συμβολαίῳ. *Hal.* συμβόλων.

(59) *producens*] ὁ προσαγαγών. Βασιλ. καὶ ὁ παραγαγών. Male.

(60) *Si vero quis*] Vet. *Si vero quis dicat odioſum præſentem ad teſtimonium ſibi conſtitutum.*

(61) *& forte*] hoc comma deeſt in Vet. verſione.

(62) *ad teſtimonium*] πρὸς μαρτυρίαν. Hal. πρὸς μάρτυρας. Male.

teſtimonium, qui adeo ei inimicus eſt, (63) ut ipſum criminis etiam reum poſtulet. Si vero alia ratione inimicus eſſe, (64) vel pecuniariter eum conveniſſe dicatur, (65) procedat quidem teſtimonium, (66) ad tempus vero ejuſmodi quæſtiones exceptionum ſerventur.

CAPUT VIII.

Ne mediatores altera parte invita teſtimonium ferant: & de teſtimonio proxenetarum.

QUoniam autem legem tulimus, ut in pecuniariis etiam cauſis inviti teſtimonium dicant, illi vero teſtimonium perhibere non cogantur, (67) qui mediatores inter illos fuerunt: & quidam hoc abutuntur,

(63) *ut criminis*] ὡς καὶ περὶ ἐγκλήματος δικάζεσθαι. Hal. δικάζεται. Vet *donec de crimine judicetur*. Male.

(64) *vel*] Vet. *aut conventus pecuniarie*, quod videtur ſenſui contrariari. Gloſſ. Cyrill. αἰτιῶμαι, *criminor, accuſo, culpo, incuſo, cauſo.*

(65) *procedat*] προΐτω μὲν τὰ τῆς μαρτυρίας. Hal. οὐ κωλύομεν. Vet *procedat quidem teſtatio.*

(66) *ad tempus*] Vet *tempore diſputationum.* leg. *tempori*, τῷ καιρῷ τῶν παραγραφῶν.

(67) *qui mediatores*] ὅσοι μεσῖται γεγόνασιν αὐτοῖς. Quinam dicuntur μεσῖται a Juſtiniano, & mediatores a Juliano anteceſſore? ſane in explicatione illius vocis variatum eſt. Cujacius ſequitur eorum opinionem, qui μεσίτας illos pacis ſequeſtres, & honorarios arbitros interpretantur, quæ interpretatio non eſt aliena a vero. μεσίτης in gloſſis optimis eſt *ſequeſter, arbitrator, mediator.* Non eſt proprie arbiter, ſed veluti interpres & conciliator, qui intervenit, ut experiatur, an conſilio vel autoritate ſua lis diſcuti poſſit, ut loquitur Ulpianus. *l 13. d. recept.* Et dicitur μεσίτης. qui medius eſt inter utrumque litigatorem, μέσος ἐν ἴσῳ: qui quamdiu conciliationis vias & rationes inveſtigat, cum utroque amice agendo, eſt veluti interpres & conciliator, & ut interpretator Suidas, ἑρμηνευτὴς quatenus vero utraque pars rem ejus arbitrio decidendam permittit, eſt veluti arbiter, ſed arbiter liberior, id eſt, arbitrator, & ut nos loquimur, *amicabilis compoſitor*, qui Græcis dicebatur διαλλακτὴς, & differebat ἀπὸ τοῦ διαιτητοῦ. Hic enim ſi in ejus perſona compromiſſum erat, pronunciabat ſuper re controverſa. Ille rationem tantum inibat componendarum controverſiarū *&c.* neque ejus ſententia ſtare tenebantur. Quod oſtendit clare Demoſthenes contra Apaturium, ubi cum ait, cum competiſſet contra ſe ſententiam arbitros dicturos, &c. negaſſe iis, in quos compromiſerant, ullam aliam poteſtatem datam, ἢ τὸ συνδιαλῦσαι, id eſt componendarum litium. *&c. &c.* συνδιαλῦσαι erat verbum

Digitized by Google

tur, neq; volunt teſtimonium dicere: ſancimus, ſi utraque pars conſentiat teſti-

in ea re proprium, item διαλύεσθαι, διαλύσασθαι, quod Latini dicebant *controverſias componere*. Cæſ. l. 3. d. bel. civ. *De his rebus &c.* Ergo per amicos communes quandoque controverſias ſuas componebant, quod ἐν τοῖς φίλοις παρὰ τοῖς φίλοις *&c* διαλύεσθαι & διαλύσασθαι dicebant. & quandoque ἐν σφίσιν *inter ſe ipſos &c. &c.* Arbitratores autem, ut eo verbo cum aliis utar, & διαλλακταὶ, etſi ſolutiores erant quam arbitri, διαιτηταὶ, tamen nec arbitri ipſi res ad vivum ſemper reſecabant, ſed mediam quandoque viam &c. Qua in re fungebantur officio arbitratorum, ſicque erant potius μεσῖται quam διαιτηταί. Nam μεσῖται ſunt ejuſmodi διαλλακταὶ & conciliatores, quorum ſcopus eſt, συμβιβάζειν εἰς τὸ μέσον, ut Plato dicit in Protagora *&c. &c.* Atque hoc faciunt proprie μεσῖται, ſi eos pro arbitris & arbitratoribus accipimus. Jus ſtrictum non ſequuntur, neque ſemper ſecundum leges ſententiam dicunt, ſed mediam quandam viam ineunt *&c.* Ita μεσίτας Græci acceperant h. l. ut conſtat ex *Harmenopulo* l. 1. c. 6. in pr. & ita ſæpe. Gloſſæ, *arbiter*, μεσίτης. Alio modo μέσος δικαστὴς dicitur ab Ariſtotele lib. 5. Eth ad Nicom. cap. 4. ubi diſputat jus correctivum medium eſſe inter damnum & lucrum. *&c. &c.* Quid eſt μέσος δικαστὴς? eſt ἴσος, qui non eſt ad hunc quam ad illum propenſior, ſed æqualitatem ſervat *&c. &c.* Talis eſt & μέσος διαιτητής. *&c. &c.* An autem Juſtinianus ea Nov. μεσῖται acceperit eo ſenſu, quem ſemper tetigimus, ut dubitem, multa faciunt, & maxime quod addidit Arcadius *l. ult. ff. d. teſtibus.* nempe id quod in mandatis Principum continebatur de patronorum teſtimonio non admittendo in ea cauſa, cui patrocinium præſtitiſſent, in executoribus negotiorum etiam obſervandum eſſe. Nam qui ſunt iſti negotiorum executores? An executores litium, ſententiarum? Quare horum teſtimonium non ſit recipiendum &c. non video. An ergo tutores &c. quod alii dicunt? Nec ſententiæ nec loquendi ratio id videtur ferre. Sane illos mihi perſuadeo fuiſſe dictos ab Arcadio μεσίτας illos, de quibus loqui Juſtinianum exiſtimo, id eſt pararios & proxenetas, qui exequendis negotiis, quæ per medias perſonas agi ſolent, operam ſuam addicunt, & ſic aliena negotia exſequuntur. Nam ita *negotia exequi,* Cic. lib. 1. d. Off. &c. Illi autem appellati quoque mediatores ſequiori ævo, quemadmodum *c. 1. d. teſt. in 6.* ubi mediatores dicuntur, per quos Simoniæ ſcelus plerumque committitur, quique ad teſtimonium contra ſceleris ejuſdem auctores, in deteſtationem criminis admittuntur. &c. Quo autem jure niſi eo quo traditum eſt d. l. ult & *Nov. 90.* ut & executores negotiorum, & μεσῖται apud Juſtinianum de ejuſmodi parariis & mediatoribus intelligendi ſint? Scio executores negotiorum *l. Properandum C. d. Jud.* appellari apparitores, ſive eos qui res judicatas exequuntur, ſed conſtitutio illa Græce ſcripta fuerat a Juſtiniano, & ideo verba illa ſunt interpretis. Quocunque autem ſenſu μεσίτας uſurpaverit Juſtinia-

teſtimonium dicere eum, qui mediator illorum factus eſt, (68) ſeque contentos fore iis, quæ ab ipſo dicuntur, ut ille invitus etiam teſtimonium dicere cogatur: prohibitione (quoniam eum invitum teſtem eſſe noſtra lex (69) noluit) propter conſenſum utriuſque partis ſublata.

CAPUT IX.

Ut teſtes non niſi præſente adverſario producantur: & quando teſtes ad teſtimonium admittantur.

HOc quoque ſæpe factum ſcimus, quoſdam vel locorum defenſores, vel clariſſimos provinciarum Præſides, vel etiam hic forte clariſſimum Magiſtrum cenſus adeuntes, ſeque ab hoc aliquid iniqui perpeſſos, vel aliter læſos, aut damno affectos eſſe conquerentes, teſtes velle producere. (70) Et ne deinde illis opponatur, una ſolum parte præſente hæc geſta eſſe, eum quoque, qui in ea civitate eſt, ubi teſtimonia dantur, a judice vel defenſore citatum (71) adeſſe & teſtimonia audire oportet. Si vero adeſſe nolit, & recuſaverit, (72) ut teſtimonia inutilia ſint, quia una ſolum parte præſente dicuntur: ſancimus, ut ejuſmodi teſtimonia ita valeant, (73) ac ſi ab una parte non eſſent dicta,

 ſed

nus, ſane ejus conſtitutio plurimum facit ad interpretandam dictam *l. ULT. Deſid. HERALD. d. rer. jud. aut. l. 2. cap. 4.* In inſcriptione hujus capitis dicuntur προξενήτου.

(68) *ſeque contentos*] καὶ ἀρκεσθῆναι τοῖς παρ' αὐτοῦ λεγομένοις. Vet. *componantur enim ea quæ ab eo dicuntur.*

(69) *non voluit*] οὐκ ἠβούλετο. Quod convenit iis, quæ ante de mediatore dixit. Et ſic quoque *Hal. Vetus, voluit*, omiſſa negatione.

(70) *Et ne deinde*] Vetus: *ut non in poſterum opponantur eis quæ ab una parte geſta ſunt.* Hal. *At ne poſterius ipſis objiciatur, quod geſta ab una tantum parte conſtiterint.*

(71) *adeſſe*] παραγγέλεσθαι καὶ ἀκοῦσαι τῶν μαρτυριῶν. Haloander non legit καὶ ἀκοῦσαι, vertens, *ſiſtendis intereſſe teſtimoniis.*

(72) *ut teſtim.*] ὥστε ἐκ τοῦ κατὰ μίαν μοῖραν δίδοσθαι τὰς μαρτυρίας, κατ' αὐτὸ τοῦτο ἀχρήστους εἶναι. Vetus vertit: *ut ex hoc ab una parte teſtimonium dentur, ut ſecundum hoc ipſum inutilia eſſent.* Hal. *ut teſtificata ex una tantum parte præſtita per ſe utilitatem non habeant.*

(73) *ac ſi*] ὡς ἂν εἰ μὴ μονομερῶς ἐτύγχανον οὖσαι. *Hal.* ἐτυγχάνον. Male. Mox pro ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ παρόντος. Hal. habet ἀλλ' ὡς καὶ &c.

ſed ipſo quoque præſente perhibita fuiſſent. Nam ſi recuſaverit, & venire atque teſtimonia audire noluerit, (74) quamquam in publico verſetur, & non poſſit ex inevitabili quadam neceſſitate non venire, idem erit, ac ſi advenilſet, nec commodum aliquod ex contumacia ſua ſentiet: (75) ſed videantur quidem utraque parte præſente facta, quæcunque vero illi exceptiones contra ea competunt, illis uti liceat: (76) ut tamen id ſolum, quod ab una tantum parte facta videantur (propter proterviam ejus, quippe qui voluntate ſua non adfuerit) teſtimoniis opponi non poſſit. Reliqua vero omnia, quæ de teſtibus a majoribus noſtris, vel nobis ipſis dicta & ſancita ſunt, rata maneant, atque a judicibus noſtris, ſive majores ſive minores, ſive in magna hac urbe, ſive in provinciis ſint, obſerventur: ut ea, quæ ad teſtes pertinent, quantum in nobis eſt, emendantes, efficiamus, ut purius adhuc & ſanctius lites agantur: propter quas, ut cognitiones ab omnibus judicibus, divinis eloquiis propoſitis, ſuſcipiantur ſancivimus, atque tam actores quam rei & advocati jusjurandum ut præſtent, juſſimus, Deum ubique & litigantium, & judicum, & teſtium animis præſentem ſiſtentes; & litigantes memoria ac præſentia Dei per omnia ſancte & ſine ſuſpicione lites agant. Quam legem in omne futurum tempus valere volumus.

EPI-

(74) *quanquam*] καίτοι δημοσιεύων τι καὶ ἐκ τ' ἐξ &c. Sic & Cod. Vatican. *Hal.* καὶ ἔτι δημοσιευομένων, καὶ ἐκ ἐξ &c. *quæque inſuper depoſita publicantur, non ex* &c. MS. Flor. καὶ ὅτι δημοσιεύων. Vet. [*etenim publicabuntur,*] *& niſi per inexcuſabilem aliquam neceſſitatem deduci non poſſit, ſimilis advenienti erit.* Verba καίτοι δημοσιεύων τι, abſunt a Baſil. Eſt autem δημοσιεύω hoc loco *in publico appareo, verſor.* Paulo poſt illi tribuitur ἀεργότητα, αἱ δαπάναι. In *Nov. 59. cap. 1. pr.* eſt δημοσίᾳ ἀπιέναι. Et eo quo diximus ſenſu τὸ δημοσιεύειν extat *Nov. 161. cap. 1.* Significat & δωρεὰν ἐργάζομαι, *operam gratis alicui navo,* apud *Suidam.*

(75) *ſed videantur*] Vet. *ſed videantur quidem probationes facta.* Ubi omittit Interpres τὸ σπάδην. dicitur enim ἀλλὰ δοκείτωσαν μὲν σπάδην γεγονέναι. Quid σπάδην ſit, ſupra dictum, & in ipſo textu hic explicatur.

(76) *ut tamen id ſolum*] Vet. hanc periodum exhibet his verbis: *licebit his uti, ſolum modo quod videntur eſſe ex una parte: propter ejus proterviam, propterque audaciam minime advenientis, teſtationibus opponere non valente. Hal. eo ſolo opponi nequeunte, quod cum a teſtimoniis audiendis obſtinatione quadam animi ſe ipſum abſentarit per contumaciam ejus ex una tantum parte facta videantur,*

Digitized by Google

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarantur, Excellentia tua effectui dare ſtudeat. (77) Dat. XV. Kal. Septemb. Conſtantinop.

Tit. III.

Quando primæ & ſecundæ dotis exactio fit, viro ſcilicet ſecundas nuptias contrahente, ut prior uxor, vel liberi ex prioribus nuptiis nati, præponantur. Item ſi uxor, vel is, qui pro ea dotem promiſit, dotem marito dare velit, & maritus, quæ promiſſa ſunt, accipere diſtulerit, ut ſoluto matrimonio, donatio ante nuptias ab ipſo promiſſa, ab illo exigatur. (1) Si vero dotem non accepit, ut neque donationem ante nuptias det.

CONSTIT. XCI

Imperator Juſtinianus Auguſtus, Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli Ordinario & Patricio.

Nuper judicantibus nobis in controverſiam (2) ſæpe vocata eſt res, quæ animadverſione digna, & clariore lege non indigna eſt. Quidam enim cum primæ uxoris, eaque amiſſa, (3) ſecundæ maritus factus eſſet, dote (4) ab utraque accepta, liberiſque ex priore (5) relictis,

(77) *Dat. XV.*] Vet. *Dat. V. Kal. Octob. Imp Dn. Juſtin. PP. A. Anno XIII. Apione V. C. Conſule.* Juliani Epitome caret ſubſcriptione hic & in multis quæ ſequuntur.

(1) *Si vero*] Quæ hic ſequuntur, non ſunt in veteri verſione.

(2) *ſæpe*] πολλάκις. Hal. πολλῆς ἄξιον ἐπισκέψεως. Vet. *multa correctione digna.* Quod rectius.

(3) *ſecundæ*] εἶτα δευτέρας. Hal. εἶτα δευτέραν συνοικήσας, *deinde alteram ſibi adjunxiſſet.* Baſil. εἶτα δευτέρᾳ συνοικήσας. Vet. *deinde ſecunda dotem ſuſcipiens.* Male, ut ex textu apparet.

(4) *ab utraque*] παρ' ἑκατέρας. Baſil. παρ' ἑκατέρων.

(5) *relictis*] καταλιπών. Hal. ἀποτε-κων *procreatis liberis.* Male.

lictis, ſecunda adhuc ſuperſtite obiit. Secunda igitur uxor, privilegio a nobis conceſſo utens, dotem a ſe datam exigere voluit. Contradixerunt liberi prioris matrimonii, maternam dotem ipſi opponentes: & dubium erat, num priore conjuge non amplius ſuperſtite liberos ſecundam dotem impugnantes ſuſcipere oporteret. Neque enim aliis, ſive hæredibus, ſive creditoribus, ſed ſolis liberis hoc privilegium dedimus & damus. Multa igitur dubia circa hoc negotium fuerunt, ſecunda conjuge dicente, maritum prioris uxoris dotem, etiam antequam ipſam in matrimonium duxiſſet, (6) expendiſſe, (7) nec juſtum eſſe, ut, cum vir tantum reliquiſſe inveniatur, quantum ſoli ſecundæ doti ſufficiat, ipſa dotem ſuam perdat, illi vero dotem jam conſumtam percipiant. At liberi hypothecas (8) objiciebant, quod, ſi defunctus res aliquas haberet, hypothecæ defunctæ conjugis, hypothecis ſecundæ omnino antiquiores eſſent.

CAPUT I.

His igitur in controverſiam deductis, illud in confeſſo & a nobis ſancitum eſt, (9) ſi quid ex rebus prioris, vel ſecundæ dotis appareat, neceſſe eſſe, ut vel liberi prioris, vel ſecunda uxor id habeat, vel ſi illa quoque mortua ſit, ſinguli ejus liberi, in quantum quiſque ſuum eſſe probaverit. Hic enim (10) actio in rem, vel de dominio pure competit, & unusquiſque ſuum habere debet, (11) quod nullo privilegio indiget. Si vero nihil (12) ex rebus utriuſque appareat, vel quædam adſint, quædam deficiant, ſive ſuperſint mulieres [priore matrimonio

per

(6) *expenderit*] ὡς ἐξαναλώσας ἔφθη. Recte. Hal. ὡ. ἐξ. ἔσθη.

(7) *nec juſtum*] καὶ ὡ δίκαιόν ἐστι τὴν μὲν αὐτῆς προῖκα. Recte. Hal. καὶ ἐκ εἶναι δίκαιον τὴν οἰκείαν μὲν &c. Vet. *& non eſſe juſtum, ſuam quidem &c. dotem eam perdere.* Qui pro τῆ δευτέρας προικὶ legit προῖκα. *Hal.* vero προικί.

(8) *Objiciebant*] προὔτεχον. *Hal.* προὔτείνοντο *protulerunt.*

(9) *ſi quid*] εἰ μὲν τι φαίνοιτο. Hal. μέντοι. Male.

(10) *actio*] ἡ in rem. Hal. ἀγωγὴ in rem.

(11) *quod nullo*] μηδὲν προνομίου δεομένου. Baſil. μηδενὸς προνομίου. Utrumque. Recte.

(12) *ex rebus*] τῶν ἑκατέρας πραγμάτων ὐδὲν. Baſil. τῶν ἑκατέρων, male.

Digitized by Google

per repudium forte ſoluto, & dote muliere competente] ſive ambæ relictis liberis defunctæ fuerint, vel una ex illis: potiorem eſſe in iis, quæ deſunt, priorem ejusque liberos, antiquiorem dotem præcedentes. Idem vero dicendum eſt & de nepotibus, & pronepotibus, & ſequentibus ſucceſſoribus, cujuscunque ſexus fuerint. Quemadmodum enim neceſſe eſt, ſi duo publica debita ſint, ut antiquius poſteriori potius ſit: ita hoc etiam caſu neceſſe eſt, ut privilegia prioris dotis dentur (13) priori, & tum ſecundæ, nec dos doti, nec hypotheca hypothecæ præferatur, ſed quod antiquius & tempore prius eſt, vim ſuam & privilegium retineat. Tempora enim hypothecam mutare, vel tollere nullo modo volumus. Atque hæc dicimus, non ignorantes, illa jam alibi in lege noſtra definita eſſe: ſed quia hæc res apud nos acta eſt, & variæ quæſtiones motæ ſunt, propterea ad præſentis legis neceſſitatem devenimus: non ut nunc primum quid ſanciremus, ſed ut manifeſtius id omnibus faceremus.

CAPUT II.

(14) Illud quoque legi adiicere operæ pretium eſt, quod ut ſimiliter nobis ad legem neceſſarium eſſet, quæſtio mota effecit. Si enim mulier dotem debeat, eamque vel ipſa forte, vel qui eam pro ipſa præſtat, quicunque ille fuerit, ſive propinquus, ſive extraneus, dare voluerit, [(15) ita ut aut profectitia, aut adventitia ſit dos, hæc enim verba ſunt legis] vir autem, vel forte pater ejus, vel avus eam accipere nolit, mulier vero denunciet, eamque ſolvere parata ſit, vel, quod etiam majus eſt, (16) faciat, & forte offerat, & ſi mobilis ſit, ſigillis impoſitis ſecundum legem deponat, vel ſola judicium ingreſſa hoc

(13) *priori*] πρωτέρᾳ. Hal. πρότερα. *priora.*

(14) *Illud quoque*] Ante hoc caput *Hal.* multa inſerit, quæ nec in Græco noſtro textu, nec in veteri verſione leguntur, ſed in *Baſilicis* eodem loco exſtant omnia.

(15) *ut aut prof.*] ὥστε ἢ profectitiav ἢ adventitiav εἶναι &c. Hal. ὥστε ἢ παρὰ πατρὸς διδομένην, ἢ παρὰ ἐξωτικοῦ διδομένην εἶναι τὴν προῖκα, ἤγουν προφεκτικίαν, ἢ ἀδβεντικίαν. Baſil. ὥστε ἢ παρὰ τοῦ ἔχοντος τὴν κόρην ὑπεξουσίαν, ἢ παρὰ ἐξωτικοῦ διδομένην εἶναι τὴν προῖκα. Vid. *Gloſſ.* verb. *dos profectitia, dos adventitia.*

(16) *faciat*] προάξει. Hal. παρέξει *exhibeat etiam*, Vide an hoc melius ſit.

fieri petat, atque ex judicio venientes quidam hoc viro denuncient, (17) attamen & ſic ille differat: non poteſt ſoluto matrimonio ſolutionem donationis ante nuptias, tanquam dote non data declinare. Qui enim dare voluit, eo, qui accipere rogatur, acceptationem recuſante, ſimilis eſt illi, qui dedit. Et hoc cum reliquis in dote valeat. Quemadmodum enim illi, ſi dotem per dilationem non dederit, donationem ante nuptias denegamus: ita licet dare velit, & ille, qui accepit, de induſtria accipere recuſet, damus (18) illi, matrimonio ſoluto, donationis ante nuptias petitionem, etſi dotem propter viri culpam non intulerit.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua effectui dare ſtudeat.

TIT. IV.

De immenſis donationibus in liberos collatis.

CONSTIT. XCII.

Idem Imperator Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli Ordinario & Patricio.

PRÆFATIO.

Quæ ad Falcidiam ejuſque portionem pertinent, ea jam definivimus, non ignobili acceſſione eam augentes. Quod enim nimis inæquale eſt, non valde nobis placet: ſed liberos quidem, quos pater voluit, præponere, reliquorum vero conditionem non adeo imminuere oportet, ut diminutionem (1) ferre nequeant.

CA-

(17) *attamen*] Ἐπειδὴ δὲ καὶ οὕτως. (18) *illi*] αὐτῷ. Hal. αὐτὸν minus ἀναβαλλόμενον ſcil. πρὸς τὸ ἀρθῆρ. H.l. bene ἀναβαλλόμενον, *quaſi quoq. e dotem acci-pere diſtulerat.* (1) *ferri*] ἀφόρητον. Vet. *importabilis.*

CAPUT I.

Lege igitur a nobis poſita in ſuo robore manente, hoc volumus, ut ſi quis immenſam donationem in aliquem, vel aliquos ex liberis contulerit, neceſſe habeat in diſtributione hæreditatis, (2) tantam unicuique ex liberis ſervare partem legitimam, quanta erat, antequam pater donationem in filium, vel filios, illa honoratos, conferret. Sic enim donationes illas non amplius accuſabunt, cum ex tota ſubſtantia patris legitimam habeant, atque ea (3) pars in tantum aucta ſit, quantum ſubſtantia patris continuit, (4) antequam donationibus exhauriretur. Neque liberi donationibus honorati dicant, ſe contentos eſſe immenſis illis donationibus, & velle a paterna hæreditate (5) abſtinere: ſed non cogantur quidem, ſi donationibus contenti ſint, hæreditatem adire, omni vero modo neceſſe ſit illis, fratribus inæqualitatem illam, ad eam menſuram, quam diximus, exequare, ne illi propter immenſam donationem minus habeant, quam legibus ipſis debetur: cum patri circa omnem ſobolem moderate affectum eſſe, illiſque, qui magis ab ipſo diliguntur, plus largiri, non vero reliquos liberos, per immenſam donationem in illos factam, lædere, noſtrumque ſcopum tranſgredi liceat. Et hoc quidem nobis ab initio in animo fuit. Cum vero nuper id diſtuliſſemus, hominum animos tentantes, quoniam eos ad ejuſmodi affectus delabi atque deferri videbamus, propterea nunc illi legi hanc adjectionem facimus.

§. 1. Hæc tamen de liberis dicimus, qui erga ipſos grati ſunt, non vero de ingratis, quibuſve pater juſtam & legitimam ingratitudinem objicit. Nam ſi hoc ita ſe habere appareat, & cauſæ ingratitudi-

Oooo 2 nis

(2) *tantam*] τοσοῦτον ἑκάστῳ τῶν παίδων φυλάττειν τὸ ἐκ τοῦ νόμου μέρος ὅσον ἦν πρὸ τῶν δωρεῶν &c. *Hal.* φυλάττειν ὅσον τὸ ἐκ τοῦ νόμου μέρος ἦν, πρὶν τὴν δωρεὰν &c. Eodem ſenſu.

(3) *pars*] αὐξομένου τούτου τοῦ μέρους. *Hal.* τὸ μέτρον. Quod & *Vet.* videtur legiſſe qui habet, *aucta quantitate.* Sed præceſſit τὸ ἐκ τοῦ νόμου μέρος, ut retineri poſſit.

(4) *antequam*] πρὶν ταῖς δωρεαῖς ἐξαντληθῆναι. Baſil. πλὴν τοῖς &c. Gloſſ. Cyrilli ἐξαντλῶ *exhaurio.* *Gloſſ. Philoxeni exanclat,* ἐξαντλεῖ.

(5) *abſtinere videri*] δοκεῖν δὲ ἀφίστασθαι τοῦ πατρῴου κλήρου. *Hal.* δοκεῖν δὲ τῷ ἀνέχεσθαι τοῦ πατρῴου κλήρου. Illud δοκεῖν redundat hic, ut apud alios Autores.

nis demonſtrentur, leges de ingratis latæ ratæ ſint, per hanc noſtram legem in nullo minuendæ.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege noſtra declarantur, Excellentia tua effectui dare ſtudeat.

Tit. V.

(1) De Appellatione. Ut, ſi lite apud appellationis judicem mota, litigantes ad arbitros veniant, & interea biennium decurrat, ac litem iterum ad appellationis judicem deferri contingat, lapſus biennii a victore non opponatur.

CONSTIT. XCIII.

Idem Imperator Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli Ordinario & Patricio.

SUbditorum noſtrorum interpellationes occaſionem nobis legum ad ſalutem ſubditorum conſcribendarum præbent. Adierunt enim nos quidam, (2) quod lex velit (3) appellantem, qui per biennium tacet, vel egit quidem, litem vero non perſecutus eſt, cauſa appellationis cadere & ſententia confirmata, ulterius procedere (4) non poſſe, ſed ſententiam utrique ratam eſſe: (5) ipſum autem ejuſque adverſarium

(1) *De Appellatione*] Apud Veterem diviſa eſt hæc inſcriptio, ut titulo *de Appellationibus* præmiſſo, reliqua verba *ut ſi mota* &c. ſubjiciuntur poſt Novellæ numerum; ubi tamen finalia verba ἀπὸ τοῦ νικῶντος, *a victore*, deſiderantur, ut & apud *Haloandrum.*

(2) *eo quod*] ὡς τοῦ νόμου βουλομένου. Vet. *quia lege volente appellantem* &c. *appellationum cadere certaminibus*; in quibus nullus apparet ſenſus.

(3) *appellans*] τὸν ἐκκλητον. *Hal.* τὸν ἐκκλητον, quod præferendum, quia ὁ ἐκκλητος pro *judice appellationis* alibi ponitur. Ut & in Novellæ hujus *inſcriptione & cap. 2.*

(4) *nequeat*] μηκέτι δύνασθαι. Apud *Hal* deeſt τὸ δύνασθαι

(5) *ipſum vero &*] αὐτὸν δὲ καὶ ἀντίδικον τὸν αὐτοῦ &c. *Hal.* αὐτόν τε &c. qui poſt αὐτοῦ Aſteriſcum ponit, quo deeſſe quædam indicatur. Et deſunt certe ea quæ leguntur in *Veteri verſione* ut Con-

rium lite in judicio Excellentiæ tuæ agitata, deſtitiſſe ab actione apud te mota, communeſque arbitros ſcriptura interveniente elegiſſe, apud quos comparuerint, & quædam etiam diſceptarint: poſtea (6) neglexiſſe eos judices electos, nec (7) litem apud eos motam perſecutos, (8) ſed biennio elapſo hac re abuſos eſſe, quod in judicio tuo illa lis amplius agi non poſſet, ſed biennio ſemel elapſo eam confirmari oporteret: illum vero propterea apud Gloriam tuam litem perſecutum non eſſe, quod cauſa apud electos judices ageretur.

CAPUT I.

Sancimus igitur, ut dicto negotio, de quo nobis hæc nunciata ſunt, lapſus temporis non præjudicet, neque ſententia judicis, (9) a qua ſemel appellatum eſt, firma ſit, ſed prius apud Gloriam tuam (10) examinetur, & legitime decidatur, (11) etſi millies biennii tempus elapſum ſit, vel elabatur. Impoſterum vero in omni negotio, in quo aliquid tale (12) continget, ſi in medio litis apud judicem appellationis motæ, vel etiam non motæ, alii quidam eligantur, & propterea biennium tranſeat, intra quod appellationis judicem litem decidere opor-

Oooo 3

tius notat, *in Veteribus libris poſteriore manu aptata*, quæ adſcribemus. *Heſychium autem & adverſarium ejus exercuiſſe quidem litem apud pedaneum judicem: ad dictum autem eundem Heſychium appellaſſe: & cauſam contigit recurrere ad tuam cognitionem & dum lis in judicio tua.* &c.

(6) *neglexiſſe*] ἀδυνῆσαι. *Hal.* παραιτῆσαι *contemtis compromiſſariis judicibus* Vet. *neglexiſſe*. *H*aloandri lectio ad ſenſum aptior eſt. Vide tamen, an legendum ſit ἀθετῆσαι τοὺς &c. *rejeciſſe, recuſaſſe*.

(7) *litem*] ἐκ ἐπεξελθεῖν δὲ τῇ παρ' αὐτοῖς κινηθείσῃ δίκῃ. *Hal.* τὴν κινουμένην δίκην. Nov. 6. c. 1. ſ. 10. cum accuſ. legitur.

(8) *ſed biennio*] ἀλλὰ διαδραμούσης τῆς διετίας ἀποχρήσασθαι τῷ μηκέτι δύνασθαι χρῆσθαι κατὰ τὸ σὸν δικαστήριον τῇ τοιαύτῃ δίκῃ. Vet. *Sed tranſacto biennio uti adverſarios ejus, quia non poſſit a condemnato exercere in ſuo judicio talis lis, ſed oportet &c.* Hal. ἀποχρῆσθαι τοὺς ἀντιδίκους τοὺς αὐτοῦ, τὸ μηδὲν *adverſarios ejus* &c.

(9) *a qua*] ἅπαξ ἐγκληθείσης. Baſil. ἐκκληθείσης.

(10) *examinetur*] ἀνεξετασθῆναι. Hal. ἀνεξετασθῆναι.

(11) *etſi millies*] κἂν οἱ μυριάκις τῆς διετίας χρόνο &c. Vet. *etiamſi decies millies plus quam biennii tempus exceſſerit* &c. Et ſic quoque Baſil. μυριάκις πλέον.

(12) *conting.*] γένηται. Baſil. γίγνη.

oportebat, ac lis rurſus quamcunque ob circumſtantiam ad judices appellationis redeat: reliquis quidem omnibus partibus uti liceat, ac ſi judicium appellationis non reliquiſſent, nec ad arbitros veniſſent: eo tamen, quod biennium prætererit, uti nequeant. Qui enim ſemel alios judices elegit, is ei, qui læſus eſt, non juſte ſilentium objiciet, quia iis credidit, (13) quæ circa electionem judicum facta ſunt, & propterea litem ibi neque perſecutus eſt, neque finivit, quod apud judices illos negotium diſceptaretur.

EPILOGUS.

HÆc igitur in omni negotio a judicio tuo, omnique alio, quod ſecundum formam appellationis judicat, ſervari volumus, ut nihil moleſtiæ ſubditis noſtris inferatur. Si tamen biennii tempus tranſeat, poſtquam electos judices deſeruerunt, tunc ſententia ſecundum conſtitutiones, a nobis hac de re factas, confirmetur, quod in ſimilibus caſibus, qui impoſterum contingent, obtinere volumus: reliquis omnibus, quæ de cauſis appellationis in prioribus legis dicta, & a nobis in legum libris ſcripta ſunt, in ſuo robore manentibus.

Tit. VI.

Ut matres tutelam liberorum ſine impedimento gerant, licet eos ſibi obligatos habeant, (1) vel ipſæ illis obligatæ ſint. Et ne jusjurandum præſtent, quod ad ſecunda vota non ſint tranſituræ.

CONSTIT. XCIV.

Idem Imperator Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

Præfatio.

LEgem nuper de cura minorum ſcripſimus, (cum multas fraudes adverſus eos committi ex frequentibus cauſis apud nos agitatis inveniſſe-

(13) *quæ circa*] τοῖς παρὰ τῆς αἱρέσεως. Baſil. περὶ τῆς αἱρέσεως.

(1) *vel ipſæ*] ἢ καὶ αὐτ. *Hal.* ἢ αἱ καὶ. Non male.

niſſemus,) (2) ne quis eorum curam gerat, qui minoribus obligatus eſt, vel ſe eos obligatos habere dicit: ne forte rebus in poteſtatem acceptis, ſcelus aliquod in minorem committat. (3) Atque hæc ipſa lex rata, & hac præſente confirmata eſto.

CAPUT I.

QUoniam vero matribus, quæ liberorum curam ſuſcipere volunt & tam ſecundum veteres, quam noſtras leges curam (4) ſubire deſiderant, hæc conſtitutio præter intentionem noſtram a quibuſdam non recte oppoſita eſt: volumus, ut a lege, quæ ea dicit, matrum perſonæ excipiantur. Primum enim id nunc prohibere, quod pro minoribus ſemper introductum eſt, abſurdiſſimum exiſtimamus: deinde nemo eodem loco & matrem & alios collocaverit. (5) Illam enim pius & naturalis erga liberos amor a ſuſpicione liberam utplurimum reddit: illis vero, quibus nulla cum liberis neceſſitas benevolentiæ intercedit, merito matres comparandæ non ſunt. Liceat itaque matribus ſecundum veterem obſervationem, ſi renuncient, & res ſuas obligent, (ſicut antea in uſu fuit) liberorum tutelam ſuſcipere, neque hanc exceptionem metuant, ſed, quantum ad illas, ita ſe res habeat, ac ſi ea de re lex plane ſcripta non fuiſſet. Quare ſive dotes, ſive donationes ante nuptias exigant, ſive mater minoribus, ſive minores matribus, ex paternis forſan, vel ex propriis cauſis quid debeant, (multa enim, qui cogitabit & circumſpiciet, inveniet) illa ab utraque parte integra ſint, & ſecundum priores conſtitutiones judicentur atque tractentur, ſive legitimorum, ſive naturalium liberorum tutelam mater gerat.

CAPUT II.

QUia vero admodum veremur, ne juramenta facile per magnum Deum præſtentur, & violentur: propterea etiam hanc legem corrigen-

(2 *ne quis*] ὅπως ἂν μηδεὶς &c. κηδεμονεύῃ. Hal. ὅπως ἂν μηδεὶς &c. ἀνδημονεῖν. Nimium.

(3) *Atque hæc ipſa*] καὶ ὅγε νόμος αὐτὸς. *Hal.* ὁ γενόμενος αὐτὸς &c.

(4) *ſubirent*] ὑπελθεῖν. Hal. ἐπελθεῖν.

(5) *Illam enim*] τὴν μὲν γὰρ. *Hal.* τὴν μητέρα γάρ. *Matrem enim.* Vet. *illam namque.*

rigendam putavimus, quæ matres, quando liberorum tutelam ſuſceptæ ſunt, jusjurandum præſtare vult quod ad ſecundas nuptias non ſint tranſituræ. Et toties legem hanc violatam, (6) & pejeratum eſſe ſcimus, quoties pene juratum eſt: (7) ut manifeſtiſſimum eſſet peccatum, ſi tale jusjurandum induceremus, quod ſtatim atque præſtitum eſt, violandum ſit. Neque enim, quia quædam jusjurandum ſervarunt, (8) propterea eas, quæ illud contemnunt, occaſionem impietatis erga Deum habere oportet. Nam quod raro contingit,((9) ſicut etiam antiqua dicit ſapientia) non obſervant Legislatores, ſed quod plerumque fit, id & reſpiciunt & curant. Propterea ſancimus, ut idem plane, quod in matribus cuſtodimus, ſecundum priorem formam obtineat, ipſæque Vellejano SCto & omni auxilio renuncient, omniaque faciant, quæ ante definita ſunt: jusjurandum vero non præſtent, ſed ſola renunciatio tum reliquis omnibus, tum etiam ſecundis nuptiis facta ſufficiat, nullo jurejurando hac de re præſtando. (10) Simulac tamen ſecundas nuptias contraxerit, a tutela expellatur, atque ea fiant, quæ ſi juraſſet, pertuliſſet, quod ſemel in judicio mentita ſit, ſuæque confeſſioni & depoſitioni ſecundam concupiſcentiam prætulerit.

EPILOGUS.

HÆc igitur lex pietatis cauſa lata ſit. Etenim ut honor Dei nullibi injuria afficiatur, hæc a nobis ſancita ſunt, (11) & ex hoc tempore valeant, Excellentia tua hanc legem in omnibus provinciis manifeſtam

(6) *& pejeratum*] καὶ ὅρκον ἐπὶ ὅρκῳ ἀθετούμενον ἴσμεν σχεδὸν καὶ δίδοται. *Hal.* καὶ ὅρκον ἐπίορκον διδόμενον. Sic legendum putamus. Nam in noſtris ſenſus nullus eſt; Ὅρκ@ ἐπίορκ@ eſt perjurium. Vetus quoque ita legit, vertit enim: *jusjurandum perjurum.*

(7 *ut manif. eſſet peccatum*) Vet. *ut peccatum apertiſſimum eſſet; quia hoc extulimus jusjurandum ad prævaricandum.*

(8) *propterea*) διὰ τοῦτο δεῖ καὶ τὰς ἀτιμαζούσας αὐτὸν ἔχειν πρόφασιν &c *Hal.* διὰ τοῦτο καὶ τὰς ἀτιμαζούσας αὐτὸν ἔχειν προφάσεις. Noſtra recte ſe habent.

(9) *ſicut*) ſicut & antiqua ſapientia dicit *non ſervant legislatores, ſed quod*, deſiderantur hæc in Cod. *Hal.*

(10) *ſimulac*) ἅμα μέντοι τῷ &c. *Hal.* ἅμα μὲν τῷ.

(11) *& ex*) καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν κρατείτω. *Hal.* ὡς καὶ &c. Vet. *ut ex nunc valeant.*

Digitized by Google

ſeſtam faciente. Hic enim Glorioſiſſimo Præfecto felicis hujus urbis, cui hæc curæ ſunt, legem de his tranſmiſimus, ut illius & clariſſimi Prætoris providentia, cui hæc pars curæ eſt, in omne tempus ſervetur, & ex hoc tempore valeat. Quare in omni pupillari ſubſtantia omnis cautio in rebus minorum cuſtodiendis adhibeatur, maxime inventarium cum diligentia conficiatur, præſente (12) clariſſimo ſcriba, cui harum rerum cura commiſſa eſt, cæteriſque qui ex more rebus illis adſunt: fidejuſſores etiam diligenter dentur, omniaque, ſicut legibus noſtris ſancitum eſt, (13) providentia clariſſimi Prætoris, cui hæc res curæ eſt, peragantur. Ipſe vero in regia hac urbe eam propones, ut omnibus manifeſta ſit neminemque lateant, quæ a nobis ſancita ſunt. Quomodo enim legem, quæ de his agit, in provinciis ſervari oporteat, Glorioſiſſimis Præfectis ſacro noſtro Prætorio miſimus. (14)

TIT. VII.

Ut Præſides quinquaginta dies depoſito Magiſtratu in provinciis commorentur, ſive militarem, ſive civilem (1) Magiſtratum geſſerint.

CONSTIT. XCV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus, Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli Ordinario & Patricio.

(12) *Clariſſimo ſcriba*) Vid. *l. ult. de Mag. conven.* & *Cujac. XVI. obſ. 14.*

(13) *providentia*) προνοίᾳ τοῦ λαμπροτάτου πραίτωρος οὗ τούτου μέλει τοῦ μέρους. Προθήσεις τε αὐτὸν αὐτὸς ἐπὶ &c. Hal. προνοίᾳ &c. τοῦ μέρους, προθήσει τε &c. Retinendum τὸ προνοίᾳ ut in præcedente; lege autem προθήσει, non προθήσεις. Intelligit enim præfectum urbis Conſtantinopolitanæ, cui paulo ante dixit, ſe hanc legem miſiſſe, ut eam ibi publicaret.

(14) Textus ſubſcriptione caret. Apud *Vet.* vero legitur. *Dat. V. Id. Octob. Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno XIII. Appione V.C. Conſ.*

(1) *Magiſtratum*] ἀρχὴν: deeſt hoc vocabulum apud *Hal.*

PRÆFATIO.

SCimus quidem legem iam latam eſſe, quæ vult, ut illi, qui in Magiſtratibus, ſive civilibus, ſive militaribus conſtituti ſunt, ne quidem Magiſtratu depoſito inde diſcedere poſſint, antequam quinquaginta dies in Metropolibus commorati, & in publico verſati fuerint, iisque, qui eos convenire volunt, ſatisfecerint: nec ut eo prætextu, quod huc vocati ſint, e provincia diſcedere poſſint: ſed etſi aliquid tale fecerint, ut (2) in provinciam remittantur. Invenimus vero quoſdam adeo audaces eſſe, ut & hac lege poſita, antequam Magiſtratu defungantur, provincias relinquere, & ad felicem hanc urbem, metu eorum, quæ ab ipſis commiſſa ſunt, neve pœnas delictorum ſuorum ſolvant, venire audeant.

CAPUT I.

SAncimus igitur, ut nulli omnino Magiſtratui cujuſcunque provinciæ, ſive orientalis, ſive occidentalis, ſive utriuſque, eam relinquere liceat, antequam Magiſtratum depoſuerit: ſed & poſt eum (renovamus enim antiqua) quinquaginta dies commoretur & in publico verſetur in provincia, quam rexit, actiſque publicis diem, qua e provincia diſcedit, inſerat, ut manifeſtum ſit, num eorum, quæ fecit, (3) fiduciam habeat, an non.

§. 1. Si vero quis Magiſtratum militarem, aut civilem gerens, vel etiam eum deponens, provinciam relinquat, is quidem Magiſtratus, qui eam ſine juſſu noſtro reliquit, Majeſtatis reus ſit, in provinciam vero remiſſus, ubi accuſantibus ſatisfecit, (4) læſæ Majeſtatis ultimas pœnas (5) ſuſtineat. Si vero depoſito Magiſtratu, per definitos dies in

(2) *in provinciam*] αὖθις ἐπὶ τὴν χώραν ἐπανέρχεσθαι. Hal. αὖθις αὐτοὺς &c. quod & habet Vet. *rurſus eos* &c. *Plant. edit.* habet αὐτοὺς ut & *Cont.*

(3) *fiduciam habeat*] εἴτε θαῤῥεῖ τοῖς ἑαυτῷ πεπραγμένοις. Vet. *ſive fiduciam habent.*

(4) *læſæ Majeſtatis*] τῆς καθοσιώσεως. Vid. *Gothofredi notas ad l. 10. C. Th. de re milit.* ubi dicitur *devotionis nota.* Eſt etiam *conſecratio.* Vid. *l. 1. C. Th. de Veteran.* Gloſſ. Cyrill. καθοσίωσις, *devotio, dicacio, majeſtas.*

(5) *ſuſtineat*] ὑπεχέτω. *Hal.* ὑποδεχέσθω.

Digitized by Google

in publico non verſetur, omnibus ſe oſtendens, ſed e provincia fugiat: ea, quæ a nobis hac de re ſancita ſunt, valeant.

§. 2. Illud vero omnibus præcipimus, ut Magiſtratum, quem ſuſceperunt, (6) obeant. Succeſſores vero illius Magiſtratus, non ultra fines provinciæ, diatagmata, uti vocantur, mittant, neque Præſides removeant, nec per otium aut iter faciant, aut hic commorentur, aut ad alias prius provincias proficiſcantur, (7) patriam viſuri, & quæcunque (8) fortunati & molles homines facere ſolent: ſed celeriter Magiſtratum obeant, cujus habenas ſuſceperunt: ne ſi illi deſinant, & hi non adſint, provincia Magiſtratu careat. Sed ante duos ſolum dies, quam provinciam ingrediuntur, in qua ille eſt, qui Magiſtratum gerit, amicam epiſtolam ad eum mittant, quæ velit, ut cohors ipſi obviam mittatur. Et ad id uſque tempus annonas accipiat, qui Magiſtratum gerit, eumque gubernat: nec tempus ex ſignis Magiſtratus, neque ex præceptis tuæ ſedis judicetur, ſed ex eo tempore, quo ipſe, ut dictum eſt, provinciam ingreditur, publicas annonas accipiat: uſque eo autem is, qui Magiſtratum gerit, nec quiſquam alius eas accipiat. Neque enim tolerandum aut ferendum eſt, ut plane ſine Magiſtratu provincia relinquatur, dum is, qui a nobis creatus eſt, conſtituat aliquem (9) qui vicem ejus impleat, hominem forte rerum imperitum: ille vero, qui in ipſo actu eſt, prius e provincia, quam tempus adveniat, diſcedat, & annonis privetur, quas eum (10) accipere oportet, donec Magiſtratum deponat. Deponet vero eum, quando ſucceſſor in provinciam advenerit, ante duo ſolum dies, quam ille provinciam ingrediatur.

(6) *obeant*] ἀντέχεσθαι πάντως. Quid hic ſit τὸ ἀντέχεσθαι in h. l. explicatur. Vid. *Nov. 15. Epil. Nov. 29. c. 2. Nov. 30. præf. Nov. 95. c. 9. §. 2. Nov. 102. cap. 1. Nov. 109. c. 1.*

(7) *patriam*] πατρίδας. Leg. πατρίδα cum *Hal.*

(8) *fortunati*] εὐτυχῶν καὶ κατεβλακευμένοις. *Hal.* ἐντρυφῶσι, non male. Vet. *fortuitis.* καταβλακεύειν, καταβλακεῖν, ἐκθυμεῖν ὃ δαπανᾶν ἐνθύμως. *Heſych.* Vid. Schol. Ariſtophan.

(9) *qui vicem*] ὃς αὐτοῦ πληρώσει τὸν τόπον. Hal. αὐτοῦ τὸν τόπον πληρώσει.

(10) *accipere*] Julian. *deceſſor accipiat.* Gloſſ. Julian. verb. *deceſſor.*

EPILOGUS.

QUæ omnia thronum Excellentiæ tuæ in perpetuum obſervare, & ubi eum in provinciam adveniſſe cognoveris, annonas ab eo in ſucceſſorem transferre, alioquin eas priori ſecundum conſtitutionem noſtram præbere volumus, donec in provinciam ſucceſſor veniens ſubditis ſe oſtendat. Quæ igitur nobis placuerunt & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua effectui dare ſtudeat. (11)

TIT. VIII.

De executoribus, illiſque, qui conveniuntur, & reconveniuntur, (1) & litigant.

CONSTIT. XCVI.

Imperator Juſtinianus Auguſtus, Johanni per Orientem Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli (2) Ordinario & Patricio.

PRÆFATIO.

QUoniam (3) calumnias odio habemus, (4) omnemque curioſitatem averſamur, propterea ejuſmodi actiones medela (5) legum egere putavimus. (6) Edocti enim ſumus nonnullos, nullam plane actionem habentes, ſed cum iis, qui cauſas exequuntur, eandem voluntatem ſuſcipientes, accuſare quoſdam, deinde libellos mittere, & ubi rei damnum ſenſerunt, iis relictis peregre abire, & irreparabile damnum illis afferre.

(11) Vet. ſubſcriptionem, qua hæc Nov. caret, talem affert: *Dat. Kal. Nov. C. P. Imp. Dn. Juſtin. P. P. A. An. XIII. Appione V. C. Conſ.*

(1) *& litigant*] καὶ δικαζομένων. Deeſt ap. *Hal.* & *Vet. Interpr.* & ſuperfluum videtur *Agylæo.*

(2) *ordinario*] Non legitur ap. *Hal.*

(3) *calumnias*) συκοφαντίας. *Hal.* συκοφάντας *calumniatores.* Illud mavult Agylæus.

(4) *& omnem*) καὶ πᾶσαν πολυπραγμοσύνην &c. *Hal.* καὶ κατὰ πᾶσαν. Heſych. πολυπράγμων ἐξεταστής. Gloſſ. Cyrill. πολυπράγμων, *ſcrutator, ſciſcitator.*

(5) *legum*) ἐκ νόμων. Hal. ἐν νόμῳ *legitimo remedio.*

(6) *Edocti enim*) Lacuna hic eſt apud Hal. quæ expleri debet iis, quæ hic leguntur & capite ſequenti.

afferre. Atque in eo magis (7) adhuc in provinciis peccatur, quod lucrum cum actoribus, & cauſarum executoribus communicatur.

CAPUT I.

De in jus vocando: vel ut actor caveat de lite intra duos menſes conteſtanda.

NE igitur hæc in perpetuum committantur, ſancimus, ut actores non aliter libellos mittant, & reis cauſam damni afferant, quam & reo, & cauſæ executori cautionem præſtiterint, ſe intra duos menſes omni modo apud judicem litem conteſtaturos, vel ſi hoc non fecerint, duplum omnis damni, quod inde eveniet, reſtituturos: cautione ſex & tringinta aureos non excedente.

CAPUT II.

De his qui conveniuntur & reconveniuntur.

ILlud quoque convenientem correctionem accipere oportet. Adiit enim nos quidam docens, ſe quendam ſibi obligatum apud aliquem ex glorioſiſſimis noſtris Magiſtratibus conveniſſe, reum deinde, (8) qui & ipſe actorem ſibi obligatum habebat, ipſum ad alium judicem traxiſſe. Et præter opinionem quid accidit. Quoniam enim uterque (9) actoris locum obtinuit, miſerandum quid& ridiculum inde evenit. Nam ſimul ac quis cauſam ſuam agere (10) voluit, ſtatim eum reconveniens ad alterum judicem, quem ipſe judicem acceperat, trahebat: atque ita ſe invicem circumducentes, immortalem litem exercebant.

§. 1. Sancimusigitur, ſi quis actorem ſibi obnoxium habere putet, ut eum, non coram alio judice, ſed coram eodem ſtatim ab initio conveniat, atque is ipſe in utraque cauſa judex ſit. Si vero forte

 judex

(7) *adhuc*) ἔτι. Hal. ὅτι.

(8) *Cum & actorem*) ὡς δὲ καὶ αὐτὸς &c. Hal. καὶ δὲ &c. Ad marg. verſ. *Hal.* notatum eſt, *Agylaum* velle totum hunc emendandum eſſe, quia ipſe de cauſis civilibus intelligendus eſt: ſed in ea, qua utor, editione notarum Agylæi, nihil tale extat: & judicium ejus non videtur probandum.

(9) *actoris*) ἰδίαν. Hal. ἰδία pro ſe.

(10) *volebat*) ἠβουλήθη. *Hal.* εἰ βουληθείη.

judex ille, apud quem litem inſtituit, ei diſplicuerit, hoc quoque ei emendare liceat. Nam cum viginti dierum ſpatium poſt libellum miſſum dederimus, poſt quod litem conteſtari oporteat, licebit intra dictas (11) inducias illum quidem recuſare, alium vero accipere, apud quem (12) rurſus utramque litem ſimiliter diſceptare convenit, ut ejusmodi artes inutiles reddantur, & unusquiſque ſuo jure utatur. Quod ſi tacuerit, & deinde litem apud alium judicem movere voluerit, neceſſe habeat finem exſpectare litis illi ab eo (13) motæ, qui eum ad judicium traxit: & ubi lis finem accepit, tum is cauſam ſuam apud alium judicem proponat: ut hac ratione artes & mutuas injurias tollamus.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua effectui dare ſtudeat. (14)

Tit. IX.

De æqualitate dotis & donationis propter nuptias. (1) Habet vero & alia capita.

CONSTIT. XCVII.

Idem Imperator Johanni ſacro Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

QUoniam multas in legibus quæſtiones, tam de primo ortu noſtro, hoc eſt, nuptiis & liberorum procreatione, quam etiam de ſupremis,

(11) *inducias*) διακωχῆς. *Hal.* ἀναβολῆς. *Heſych.* ἀνακωχῆς τῆς ἀναπαύσεως.

(12) *rurſus ſimiliter*) πάλιν ὁμοίως. Baſil. πάλιν ὡς.

(13) *motæ*) ἐπαγομένης αὐτῷ. *Hal.* ἐπ. καθ' αὐτοῦ.

(14) *Vetus Interpr.* ita finit h. Nov. *Dat. Kalend. Novemb. Imper. Dn Juſtin. P P. A. Anno XIII. Appione Viro Clariſſimo conſule.*

(1) *Habet*) Capita illa exprimit *Vet. Interpr.* addens: *& augmento dotis, & ante nuptias donationis: de privilegio dotis, quia aliis præponetur privilegiis:* (&) *ut excipiantur hoc privilegio in emtione militiæ,* (&) *de dote remeante ad patrem, & rurſus data pro eadem filia ſecundo viro: & de dotis collatione inope marito moriente.* Haloandri inſcriptio eadem eſt cum hac noſtra.

Digitized by Google

premis, (qualia ſunt ultimæ voluntates & teſtamenta) motas videmus: animus nobis nuper fuit curioſe inquirendi & cognoſcendi, quid antiqua lex velit, quæ in dotalibus inſtrumentis mutuorum pactorum in matrimonio modum maſculis & fœminis æqualem eſſe vult, æqualitatemque inter ſe contrahentium (2) ponderat, nec huic forte dimidiam, alteri vero tertiam, aut quartam partem ſtipulari concedit, ſed medio arrepto exigit, ut pactum ex utraque parte æquale fiat, nempe vel dimidiam in utroque conſtituens, vel tertiam, vel quartam, quantamcunque contrahentes voluerint: hoc vero non multo ante deſideraverit, ut eorum, quæ dantur, æqualis ſit menſura, ſed illis quidem mille, vel duo millia aureorum, vel quotcunque voluerint, his vero non tantundem, ſed minus (3) donare permittat: (4) quaſi æqualitas in ſolis (5) verbis, & nudis literis, non vero in rebus quærenda eſſet.

CAPUT I.

De æqualitate dotis & donationis propter nuptias.

HOc igitur ante omnia corrigimus, ut in dotibus & donationibus propter nuptias, tam in iis, quæ dantur, quam in ſtipulationibus pacta æqualia ſint: & tantam quantitatem vir ſcribat, quantam mulier, tantum quoque lucri ſtipuletur, & pro ea parte, quam voluerint: (6) modo æquales ſint partes. Alias enim juſtitiæ & æqualitatis ratio non ſervabitur, ſi, ut in commerciis ſolet, ſeſe mutuo circumſcribant, & æquales quidem ſtipulationes facere videantur, revera tamen inæqualis effectus maneat; non eadem quantitate in illis, quæ data ſunt, conſtituta: vel irridenda plane erit lex, ſi hic quidem (7) duo millia aureorum ſcripſerit, mulier vero ſex millia in dotem dederit, & a ſe invicem ſtipulati fuerint, ut quartam partem illius, quod ſcriptum eſt, lucrentur:

(2) *ponderat*) ταλαντεύει. *Heſych.* ταλαντεύει, σταθμίζει, ζυγοστατεῖ. Sic & Suidas.

(3) *donare*) ποιήσασθαι ἐπίδοσιν. Vet. *rationem facere*, lege *dationem*.

(4) *tanquam*) ὥσπερ. Vet. *ut æqualitas*.

(5) *verbis*) ῥηματίοις. Hal. ῥήμασι τοῖς.

(6) *æqualibus*) ἰσομερῆς μέντοι. *Hal.* ἰσομέτρου μέντοι. Malc.

(7) *duo millia*) Vet. *duobus milibus aureis*.

tur: deinde eveniente lucro hæc quidem nihil aliud, quam (8) quingentos aureos ex quarta parte lucretur, ille vero mille & quingentos ex eadem quarta, & velut (9) in ænigmate una quarta altera major appareat. Ex ficta enim æqualitate (10) abſurda inæqualitas ultro orietur. Dotalia igitur inſtrumenta antea facta, eo modo, quo conventa ſunt, ſe habeant. Impoſſibile enim eſt, ut id, quod factum eſt, infectum maneat. Impoſterum vero in omni (11) ditione ſancimus, ut æqualia dentur, (12) & de æquali lucrorum menſura pactum conventum fiat, ut per omnia juſtitiam & æquitatem colamus. Si quis enim altero ditior eſt, licet illi alio legitimo modo noſtriſque legibus probato, erga alterum liberalem eſſe, non autem per inæqualitatem, quæ æqualitatem (13) præ ſe ferat, majus lucrum alteri acquirere. Et hæc quidem lex hac de re ita ſe habeat, juſtitiam ſuam omnibus demonſtrans.

CAPUT II.

De augmento dotis & donationis propter nuptias.

ALiud quoque ex iis, quæ circa nuptiales donationes contingunt, ſpectavimus & conſideravimus: de augmento autem loquimur. Quoniam enim & ab anterioribus Legislatoribus, & nobis ipſis de augmentis dictum eſt, multa vero a nobis circa illa, quæque facile numerari nequeunt, etiam in his, 14) præter antiqua illa, inventa ſunt: excogi-

(8) *quingentos)* πεντακοσίους. Hal. τρια-κοσίους. In verſione tamen habet *quingentos.*

(9) *in ænigmate)* ὡς ἐν αἰνίγματι. Accurſius *ænigma, ſpeculum* interpretatur, quod non probat Alciatus, cum debuiſſet, *obſcure, perplexeque. Alciat. IV. Parerg. 19.* Vet. *tanquam in ænigmate.* Gothofredus in notis *dicis gratia* interpretatur. Sed ſatis explicatur in præcedentibus & ſubſequentibus, in quo illud ænigma conſiſtat. Gloſſ. Cyrilli αἴνιγμα *quæſtio, prodigium.* Vid. *Nov. 108. Præf. §. 1. l. f. C. de LL. l. 1. §. 13. C. de vet. jur. enucl.*

(10) *abſurda)* ἄτοπος. Vet. quanta.

(11) *ditione)* ὑπηκόῳ. Vet. *datione* leg. *ditione.*

(12) *& de æquali)* ἴσα δὲ τὰ μέτρα τῶν κερδῶν. Vet. *mediocria lucra*, μέτρια.

(13) *præ ſe ferat)* ὑποδυομένης. Hal. ὑπομένης. Vet. *redigens ad æqualitatem*; quod ſenſum corrumpit.

(14) *præter)* πρὸς τὸ παλαιὸν πεφιλοσόφηται. Vet. *ſuper antiquitate philoſophati ſunt.* Hal. *ad vetuſtatem commenti ſu-*

cogitatas a quibuſdam circumſcriptiones tollentes, & puram juſtitiam ſervare cupientes, etiam illud corrigimus. Dotibus enim privilegium dedimus, ut antiquioribus hypothecis potiora jura habeant, cum illi, qui cum maritis contrahunt, ſubſtantiæ illorum credant, non vero ſubſtantiæ mulierum, quæ tum forte maritis antea contrahentibus ne quidem (15) junctæ fuerunt. Dedimus etiam licentiam((16) id quod antiquum eſt) augmenta faciendi, tam viro quam mulieri id permittentes, ſive ambo,(17) ſive alter horum augmentum(18) facere velint Primum igitur, ne quæ circumſcriptio fiat, illud ſancimus, ut, ſi quis dotem vel donationem propter nuptias augere voluerit, non liceat huic quidem id facere, illi vero in prioribus manere, ſed uterque omnino augmentum faciat, neque res in voluntate, quemadmodum antea, ſed neceſſitate conſiſtat: ſemper tamen (19) quantitas æqualis ſit, quod & patris noſtri conſtitutio dicit. Et ne augmentum non revera, ſed ficte, & maxime ex parte mulieris, hac de cauſa fiat, ut privilegio utens creditores viri circumſcribat: tum ſi ab utraque parte res immobiles habeant, melius in immobilibus donatio fiet, (20) ut manifeſtum & indubitatum ſit, quid ab initio fuerit, & quid poſtea additum ſit. Si vero non ab utraque parte res immobiles adſint, mulier quidem omnino in rebus immobilibus augmentum faciat, ut tam dos, quam augmentum ſimiliter (21) contra priores creditores privilegium habeat, ubi adjectio ab omni parte indubitata eſt: maritus vero etiam in mobilibus augmentum faciat: nullum enim damnum inde oritur. Si vero mulier immobilem ſubſtantiam non habens, in mobilibus augmentum ſcripſerit, ſciat

mus. Gothofr. hic ait. *i. e. olim philoſophati ſumus*, quod non probamus. Vid. n. 16. ſeq.

(15) *juncta fuerunt*) ἡρμοσμένων. Vet. *quæ forte tunc non competebant iis, qui prius contraxerunt*. Hal. *juncta ſunt*.

(16) *id quod antiq.*) τοῦτο δὲ τὸ παλαιόν. Vet. *hoc videlicet, quod antiquitus*.

(17) *ſive alter horum*) εἴτε ἐκ τούτων ἕτερος. Baſil. εἴτε καὶ τούτων θάτερος. *Hal.* καὶ τούτων ἕτερος.

(18) *facere*) ποιεῖσθαι. Vet. *celebrare*.

(19) *quantitas*, ποσότης ἴσης. *Hal*, ποσότητος ἴσης. In verſione habet *æquali*.

(20) *ut ſit*] ὅπως ἂν εἴη δῆλον. Hal. ὅπερ ἂν εἴη δῆλον, qui vertit, *quo magis clarum*.

(21) *contra priores*] κατὰ τῶν προτέρων &c. Baſil. πρεσβυτέρων.

ſe privilegium (22) non eſſe habituram, niſi in ſola antiqua dote, non vero in ſimulato forte augmento. Quod enim ab initio fit, id plerumque ſuſpectum non eſt, quod vero poſtea (23) per machinationem fit, hoc in fraudem creditorum eo ipſo factum videtur. Neque ulla ratione volumus, ut homines privilegio, quod dotibus a nobis datum eſt, lædantur. Si vero nullum debitum viri, nec ulla (24) ſuſpicio fraudandorum creditorum adſit, tum & in pecunia & prout voluerint, augmenta (25) ab iis fiant: ab utraque tamen parte augmentum ita fiat, & æqualitatem habeat, ut æqualitatem ſervemus. (26) Quæ enim eſſet circumſcriptionis ſuſpicio, cum maritus nemini obligatus ſit, & propterea augmenta nullo negotio facta ſint?

CAPUT III.

De privilegio dotis & eorum, qui ad militiam emendam crediderunt.

His conſequens eſt, ut & illud definiamus, de quo in hujuſmodi caſibus dubitatum eſt. Scimus quaſdam hypothecas, etſi poſteriores, ex privilegiis a legibus illis conceſſis (27) præponi antiquioribus creditoribus: velut quando quis pecunia ſua navem (28) fabricaverit, vel eam emi, fabricari, aut reparari, vel domum forte ædificari, vel agrum, aut aliud quid emi curaverit. In his enim omnibus poſteriores creditores, quorum pecuniis res acquiſitæ vel renovatæ ſunt, potiores ſunt iis, qui multo ſunt antiquiores. Quæſitum igitur eſt, ſi mulier opponat privilegium antiquæ dotis, vel augmenti, in quo (29) illi

(22) *non eſſe habit.*] οὐκ ἕξειν τιμὴν ἐπὶ τῆς ὑπαρχαίας μόνης προικός. Βασιλ. & *Hal.* οὐκ ἔχειν εἰ μὴ ἐπὶ τῆς ἀρχαίας &c. Sic legendum.

(23) *per machinat.*] ἐπιτεχνώμενον. Hal. & Βασιλ. πρὸς ἐπιτεχνώμενον.

(24) *ſuſpicio*] ὑποψία τις. *Hal.* ὑποψία τις &c. περιεργεῖς. Non male.

(25) *ab iis fiant*] γίνεσθαι παρ' αὐτῶν. Βασιλ. γινέσθω παρ' αὐτῶν.

(26) *Quæ enim*] ποία γάρ. *Hal.* τίς γάρ.

(27) *præponi*] περιγίνεσθαι Vet. *præponere.* Hal. προκρίνεσθαι *præferri.* περιγίνομαι eſt, *vinco, ſuperior evado &c.* Æl. V. H. Lib. 1. c. 3. καὶ ἐκ τούτου περιγίνονται τῆς ῥώμης τῶν ὕδρων οἱ βάτραχοι τῇ σοφίᾳ.

(28) *fabricaverit*] κατασκευάσει. Βασιλ. ἐπισκευάσει.

(29) *illi*] αὐτῷ. Hal. τοῦτο. *hoc.* Sic & *Vet.* Non male.

illi quoque privilegium (ſicut ante dictum eſt,) ſervatur, & deinde prioribus creditoribus prævalere velit, veniat autem alius etiam creditor, qui licet poſterior ſit, opponat tamen pecunia ſua emtam vel acquiſitam eſſe navem, vel domum, vel agrum, & convenire, ut in illis rebus pecunia ſua emtis vel acquiſitis dictum privilegium habeat: utrum dotem etiam his præponere oporteat, an vero reliquis quidem creditoribus, qui talia non opponunt, prævalere his vero cedere debeat, quia ex ipſorum ſubſtantia res acquiſita eſt? Cum igitur multum de his deliberaſſemus, non invenimus juſtum eſſe, ut mulier (30) ejuſmodi privilegio cedat. (31) Videbamus enim, quæ eſt rei abſurditas, inhoneſtas mulieres corpore ſuo quæſtum facere, atque exinde vivere: bene autem educatas, quæque ſe ipſas & ſubſtantiam ſuam (32) ad maritum deferunt, non ſolum nullum a maritis non recte viventibus quæſtum eſſe, ſed etiam damno affici, & nullam ſpem reliquam habere. Propterea volumus, ut, licet quis alterius pecunia agrum emiſſe, licet quoque domum, vel prædium renovaſſe videatur, talia privilegia mulieribus opponere nequeat. Satis enim infirmitatem muliebris naturæ novimus, & (33) quam facile illæ circumſcribantur. Ut autem dos ipſarum minuatur nullo modo permittimus: cum ſufficiat eas lucris excidere, (34) ſi donatione propter nuptias antiquiora inveniantur: & da-

Qqqq 2 mnum

(30) *ejuſmodi privileg.*] τῷ τοιούτῳ προνομίῳ. Βασιλ. τοιοῦτον προνόμιον.

(31) *Videbamus*] ἑωρῶμεν. Hal. ὁρῶμεν.

(32) *ad maritum*] εἰς ἄνδρα ἀγαγοῦσαι. Βασιλ. εἰς ἄνδρας. Apud *Hal.* multa hic inſerta leguntur.

(33) *quam facile*] ὡς εὐκόλως. *Hal.* τὸ εὐκόλως. Vet. *quia.*

(34) *Si &c. antiquiora*] εἴγε προγενέστερον τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς εὑρεθείη. Vet. Si priora antenuptiali donatione inveniantur. Hanc verſionem longe rectiorem eſſe Haloandrina, quæ habet, *etſi tempore prior inveniatur antenuptialis donatio*) ait *A. Fab. Conject. lib. 8. c. 11.* Sed *Haloander* in ſuo, quem edidit, textu Græco legit: εἴγε προγενέστερον τὸ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς εὑρεθείη. Quam lectionem cum *Fabro* rejiciendam merito putamus. Nam in donatione propter nuptias, ſeu lucro nuptiali mulier nullum habet privilegium, ſed creditoribus antiquioribus poſtponitur. *l. 12 §. 2. c. qui pot. in pign.* Cum igitur Imp dicat, ſufficere illis hoc damnum, *ſi lucris ſuis excidant*. non videmus quomodo addere potuerit: *ſi prior inveniatur antenuptialis donatio.*

Digitized by Google

mnum quoque ſatis magnum exinde patiantur, non etiam volumus, ut quoad ipſam quoque dotem in periculo ſint.

CAPUT IV.

Ut ab hoc privilegio excipiantur, qui ad militiam emendam crediderunt.

QUoniam vero talem etiam ob cauſam interpellati ſumus, quod quidam aliorum pecunia militent, eoſque, qui in cauſas illas crediderunt, præponi oporteat: ſancimus, ſi quis revera in militiam, vel (35) ut filius fiat ſtatutus, vel ob alias ſimiles cauſas, mutuam pecuniam dederit, atque expreſſe hoc ipſum in inſtrumento ſcriptum & pactum ea de re conventum fuerit, (36) ut caſu exiſtente, ille ſit potior; qui in eam rem

Refert porro A. Faber τὸ προχωρήσειεν ad προοίμιον quod præcedit. Verum cum iſtud nimis remotum ſit, aliquot enim commatibus præcedit, & cum alia quoque videantur obſtare, dubitamus, an recte eo referatur. Fuit quidem tempus, quo putavimus legendum eſſe εἰς προχωρήσειεν (ſcilicet δανεισὰς) τὰς πρὸ χρημ &c. nam & alibi ita loqui ſolet Imperator, *hoc ſcil. cap. & Nov. 109. c. 1.* a quo & Haloander non longe abit legens προχωρήσειεν. Sed videndum an non aliud ſubintelligendum ſit, quod alibi, ſi ita videbitur, exponemus; nunc enim nihil decidimus.

(35) *Ut filius*] ἢ ἵνα στατῶτον γενέσθαι ἴσν παῖδα. *Hal. Ut aliquis inter ſtatutos referator.* Vetus: *ſive ſtatutum fieri:* Fuit certus Advocatorum numerus in foro præfecturæ Prætorianæ & Urbicariæ qui ſtatuti dicebantur, ſicut in quaque militia & collegio certi ſtatuti ſunt, alii ſupernumerarii dicuntur &c. *Cuj. ad l. 66. C. de Decur.* Vid. *l. 7. 10. 11. C. de Prox. ſacr. ſcrin.* Addemus *Lal. Taurelli* de hoc loco judicum. Sic autem ille: quinimo ut inter ſtatutos referatur pecunia quaſi poſſe palam eſt; & Zenoniana & alia Novella (hac 97.) conſtitutione, & cum id ſit, caſum factum dici, hoc ipſo loco, ſic enim interpretor ea verba *caſu facto:* illo nempe ex caſu inter ſtatutos relato, vel militia indepta: non autem pro eo, quod ſit obligatione commiſſa: nam id exprimi nequaquam cautione oportuit, neque creditori expediens fuerat, ut obligationem ſuſpenderet dies aut conditio: cui res ut quam tutiſſimo loco exſtet, hortatur Princeps expreſſim inſtrumento pactum adſcribi. Inter ſtatutos autem referri, Accurſianam ſcilicet illam conſtitutionem reſpicit. Qua mutua locorum collatione apparet & eam ad ſtatutos numerarioſque ſubrogationem pecunia fieri & ex caſu appellari. &c. *LÆL. TAUR. d. militiis ex caſu.*

(36) *ut caſu*] τοῦ κάσου γενομένου. Βασιλ. τοῦ ἔργου γενομένου.

Digitized by Google

rem credidit: ut in hac ſola ſpecie mulier cedat: cui tamen non temere, ne quidem propter teſtes, fides habeatur, ſed ſi res in ſcriptis celebrata fuerit, & teſtes ſubſcripſerint, & revera geſtum fuerit: tunc enim, ſi his modis omnibus negotium geſtum ſit, ſuſpicionem non habet: & convenit, ut (37) qui ita contrahunt, rebus ſuis non priventur. Mulier vero reliquis omnibus, ſecundum privilegium ipſis a nobis datum, prævaleat.

CAPUT V.

De dote ad patrem redeunte, & rurſus pro eadem filia ſecundo marito data.

VErum quia legem jam ſcripſimus, ut pater, qui ſemel pro filia, quæ ſub poteſtate ejus conſtituta, vel ſui juris eſt, dotem dedit, (38) ſed ut ſibi reſtituatur, pactus eſt: quæſitum fuit a quibuſdam, an

con-

(37) *qui ita contrahunt*] τοὺς οὕτω συμβάλλοντας. Βασιλ. αὐτῷ συμβάλλοντας.

(38) *ſed ut ſibi*] τὴν δὲ ἐπανάδοσιν εἰς ἑαυτὸν πεποιηκότα. Hal. εἰς αὐτὸν πεποιημένων. Poſt hæc verba in *Hal.* edit. legitur λείπει. Vet. habet: *reverſionem in ſemet ipſos facientes*, deeſt utique id, quod lex de patre in hoc caſu conſtituit. Lex autem, de qua Imperator loquitur eſt *l. 1. §. 13. C. d. Res Uxor. act.* qua patri pro filia in poteſtate conſtituta dotem danti tacita ex ſtipulatu actio conceditur. Extraneo vero, vel patri filiam in poteſtate non habenti eadem actio ex ſtipulatu, ſi dotem ſibi reddi expreſſam pactus fuerit. Et hoc eſt, quod Imperator hoc etiam loco ait, ut evidens ſit, textui, ut ſenſus ſit perfectus, addendum eſſe, *ex ſtipulatu actionem habeat*, eamque pro caſuum diverſitate vel *tacitam* vel *expreſſam*. Haloandrinæ ſane verſioni inſerta ſunt verba *tacitam ex ſtipulatu actionem haberet:* Sed illud *tacitum* perperam poſitum arbitramur; quia non convenit caſui, quo pater pro emancipata dotem dedit; eo enim caſu, expreſſam habet, per *d. l.* Addamus autem quæ *Agylæus* adhunc locum offert: Tractatum inquit de non imminuenda dote ſic inchoandum eſſe ex diverſis conjecturis perſuaſum habeo: *Prætereaquia* legem ſic ſcripſimus, *ut pater,* qui ſemel dotem dedit *pro filia* ſub ipſius poteſtate *conſtituta, vel* in quidem juris facta, ſed tum *ita, ut dos* ſibi reſtituatur, *ex ſtipulatu actionem habeat: quæritur* &c. Utramcunque editionem inſpexeris, habebis, quod requiras. In *Haloand.* verſione quanquam illum hoc loco multum laboraſſe ſententiæ non indocta expletio argumento ſit, erit etiam quod carpas. Hæc *Agylæus.* Noſtri textus lectionem ſervant Βασιλ. Fabrottus vero verſioni ſuæ inſeruit: *Tacitam vel expreſſam ex ſtipulatu actionem habeat.*

Digitized by Google

conveniat, ut mortuo genero, & dote ad patrem, qui eam dedit, redeunte, pater, qui illam ſemel dedit, poſſit eam, filia ſecundas nuptias contrahente, minuere: an vero id facere nequeat, cogitans, quod ſemel a ſubſtantia ſua alienata ſit: ſed (39) eadem menſura illi nubenti iterum dare debeat, ac ſi vidua facta non eſſet? Hoc enim nobis denunciatum nunc eſt, patrem quendam, cum triginta libras auri in dotem dediſſet, filia deinde vidua facta, & ſecundas nuptias contrahente, non amplius triginta illas, ſed quindecim ſolum dediſſe: quia mulier (40) dimidiam partem donationis ante nuptias in quindecim libris auri conſiſtentem lucrata erat, & pater de ſuis rebus triginta illas libras non dederat, ſed ipſe quidem quindecim, quindecim vero (41) ex lucris mulieris. Non juſtum igitur hoc eſſe exiſtimavimus, ſed illa in diviſione lucrum donationis ante nuptias præcipuum habeat, ex paternis vero reliquas quindecim accipiat, quaſi pater filiam lædere voluerit. Quid enim feciſſet, ſi eam ad ſecundas nuptias venire non contigiſſet, ſed gener ejus ſuperſtes manſiſſet? Vel quomodo dotem a ſe jam datam diminuere vel lucrum, quod illi competit, ſibi vindicare, & in dotem ſecundo viro dare potuiſſet? (42) cum certe illam inter parapherna hæc habere, atque ex hac forte cauſa ditiori viro nubere oporteat, quod non ſolum triginta librarum domina ſit, quindecim ſcilicet donationis ante nuptias, & quindecim (43) a patre datarum, (44) ſed etiam id quod

(39) *eadem*] αὐτῷ τῷ μέτρῳ. *Hal.* αὐτὸ τὸ μέτρον.

(40) *dimidiam*] τὸ ἥμισυ. deeſt. ap. *Hal.*

(41) *Ex lucris*] ἐκ τοῦ κέρδους. Βασιλ. ἐκ τοῦ μέρους τῆς &c.

(42) *cum illa*] καίτοι δέον. *Hal.* καίτοι δεῖ.

(43) *a patre*] τῆς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐπιδεδομένων. Βασιλ. & *Hal.* τῶν παρὰ &c. Sic legendum.

(44) *ſed etiam*] ἀλλὰ τοῦ μὲν ἐν παραφέρνοις αὐτῇ καθεστῶτος. *Hal.* ἀλλὰ πέντε καὶ τεσσαράκοντα, τοῦ μὲν &c. *Sed quadraginta quinque, lucro qui em. &c.* Cum quo facit Vetus Int. qui habet. *ſed quadraginta quinque, lucrum quidem &c.* Ad ſenſum neceſſaria ſunt verba illa πέντε καὶ τεσσαράκοντα, quæ & *Hal.* & *Vet.* habent. Filiam ſcilicet dominam eſſe non ſolum 30 librarum; (quindecim ſcilicet illarum, quas ex donatione propter nuptias lucrata eſt, & quindecim a patre illi datarum in dotem, cum ſecundo nuberet,) ſed dominam eſſe 45 librarum, lucri ſcilicet τῶν quindecim

Digitized by Google

quod inter parapherna ejus erat, lucrum nempe a fortuna illi datum, & quod ex liberalitate paterna illi tributum eſt, (45) integrum maneat. Hæc vero ſancimus, ſi quidem patris ſubſtantia in eodem ſtatu maneat, in quo antea fuit. Nam ſi fortuitus quidam caſus facultates illi diminuerit, ut neque ſi velit, dotem (46) priori menſuræ æqualem rurſus dare poſſit, & caſu quodam diminuta ſubſtantia patris manifeſto appareat: tunc (47) plus dare non cogatur, quando ſecunda vice filiam collocat, quam quantum ſubſtantiæ ejus vires patiuntur: ſed lucrum prioris donationis ante nuptias integrum habeat, tantam vero dotem a patre ſecunda vice accipiat, quantum ſubſtantiæ illius modus patitur. Manifeſtum enim eſt, quod hoc lucrum (ex donatione ſcilicet ante nuptias, cujus illi ſolum uſum damus) filiæ, quæ proprietatis etiam donationis ante nuptias domina omni modo facta eſt, moriens neceſſario reſtituere debeat.

CAPUT VI.

De dotis datione, ſi maritus inops moriatur.

Ut vero illud quoque ſanciamus, maxime neceſſarium eſſe exiſtimavimus, quod in multis & innumeris rebus quæſitum eſt. Dederat enim pater, vel mater forte pro filia ſua dotem, hæc vero illam dedit marito, & maritus inops mortuus eſt; mortuo deinde patre & matre, exigebatur ab ea, quæ nupſerat, ut dotem conferret, aut tanto minus caperet. Si igitur maritus locuples eſt, res ab omni parte facile ſolvi poteſt. Si vero illa nullius alterius rei, quam actionum contra maritum domina ſit, hæ vero inanes ſint, & mulieri opponatur, dotem pro illa jam datam eſſe, hæc autem actionem nullum plane effectum habentem conferat: res nobis lege digna viſa eſt. Et ſcimus multis jam ſententiis durius id deciſum, mulieremque coactam fuiſſe dotem conferre, vel pro ſe datam computare, ex qua nullum plane fructum

& triginta illarum, quæ in veteri dote erant.

(45) *integrum*] ἢ μένοντος ἀκεραίου. *Hal.* καταμένοντος ἀκεραίου *manente integro.* Sic & *Vetus*, ni fallor rectius.

(46) *priori*] τῇ προτέρᾳ. Βασιλ. τῆς προτέρας.

(47) *plus dare*] ἀναγκάζεσθαι διδόναι. Βασιλ. ἀναγκάζεσθαι τὸν πατέρα διδόναι. Sic & *Vet.* & *Hal.* Recte.

Digitized by Google

ctum reipſa acceperat. Nos vero ex aliis legibus negotio ſubvenimus. Quoniam enim mulieribus, (48) marito male res adminiſtrante, electionem dedimus, (49) conſtante etiam matrimonio eas accipiendi, & decenti modo adminiſtrandi, quemadmodum noſtra quoque conſtitutio dicit, ſi quidem mulier ſuæ poteſtatis & perfectæ ætatis ſit: ſibi ipſi imputet, quod viro ſubſtantia male uti incipiente, non ſubvenerit, ſibique ipſi auxiliata fuerit. Ita enim in collatione res ſuas plane non imminutas habuiſſet, (50) & collationem tanto minore in ſumma feciſſet.

§. 1. Si vero ſub poteſtate ſit, & ſine voluntate patris hoc facere nequeat, ſiquidem patrem adiit, eaque dixit & rogavit, ut conſentiat, & res conſtante adhuc matrimonio accipiat, eaſque ſecundis temporibus ſervet, idque pater fecerit: rurſus & hoc caſu integra jura habebit, rebus illi ſervatis; cum illi quoque permiſerimus, ut res donationis ante nuptias vel conſtante matrimonio vindicet, omnique ſequenti periculo liberetur. Quod ſi illa quidem patrem rogavit, ille vero nec actionem movit, nec conſenſit, nec poteſtatem hoc faciendi filiæ conceſſit, nullo in periculo ſit, ſed nudam actionem contra inopis mariti bona conferat, illique conditio cum fratribus ejus æqualis ſit: non tamen ex collatione illa damno afficiatur, ſed competens illi portio ex paternis rebus detur, & actio quidem conferatur, ab omnibus vero fratribus moveatur, ad illoſque omnes id perveniat, quod fortunæ eventus dederit. Atque hoc valeat, ſi pater in ejuſmodi caſibus dotem dederit, & de ſubſtantia ejus collatio ſperanda ſit; ſin vero dos major forte fuerit, & collatio ex contumacia patris ſperetur, qui neque ipſe actionem movere, neque illi, ut moveret, permittere voluit: tum (51) ipſa filia agat, neque

(48) *maritus*] ὁ ἀνὴρ. Deeſt ap. *Hal.*

(49) *eas &c. accipiendi*] λαμβάνειν αὐτά. Baſil. καὶ λαμβάνειν αὐτά.

(50) *& collat.*] καὶ ἐν τῷ παρὰ &c. τὸ καὶ deeſt ap. *Hal. Vet. & in eo tanto minus collationem facere. Hal.* collationem in tanto majore ſumma facere. Male, ut Cujac. judicat, & textus probat. Initio capitis dicitur παρὰ τοσοῦτον λαβεῖν tanto minus accipere.

(51) *ipſa filia*] αὐτὴν τὴν θυγατέρα μόνην. Baſil. αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν τὴν θυγατέρα μόνην. *ipſam ſolam.* Sic & *Hal.* Vet, *Per ſemetipſam.*

que hoc prætextu utatur, (52) quod agere non potuerit, ſed ipſa ſe juvet, & merum de inopia mariti deponat. Scimus enim ſapientiſſimum quoque Ulpianum talia quæſiviſſe, & cum vir inops repertus eſſet, mulierem juviſſe, ab eaque, (53) in quantum vir facere poteſt, collationem fieri voluiſſe.

§ 2. Sed quoniam in multitudine legum, quæ extant, antequam eas conſtitueremus, & in perſpicuum ordinem redigeremus, multa etiam neceſſaria ignorabantur, & ſententiæ, quæ contrarium volebant, a judicibus ferebantur: ne fraus quædam in his committatur, propterea neceſſarium putavimus, præſertim cum in medium a nobis propoſita ſit conſtitutio, quæ conſtante etiam matrimonio mulieribus opem fert, pulchriorem & planiorem viam ingreſſi, præſentem legem ferre. Ne vero ſingulatim perſonas, in quibus eam valere oportet, enumeremus: generali lege definimus, ut inter quos collationis ratio habetur, in iis etiam conſtitutio obtineat, ſive pater, ſive avus, ſive mater, ſive avia, ſive quis ex remotioribus ſit perſonis.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua per (54) præcepta tua omnibus more ſolito manifeſta fieri curet, & in perpetuum obſervare ſtudeat. Dat. Kal. Dec. Conſtantinop. Imper. Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno XIII. Arione V. C. Conſ.

TIT. X.

Conſtitutio, ut neque vir dotem, neque mulier donationem ante nuptias lucretur: ſed ut liberis ſuis proprietatem ſervet, licet ad ſecundas nuptias non (1) veniant.

(52) *quod movere*] τὸ μὴ δυνηθῆναι κινῆσαι. *Hal.* τῷ μὴ &c.

(53) *& in*] καὶ εἰς ὅσον. *Hal.* καθ' ὅσον.

(54) *præcepta*] προστάγματα. *Hal.* & Vet. προγράμματα *programmata*. In fine ap. Hal. deeſt quoque τὸ σπουδαζέτω.

(1) *veniant*] Vet. addit, hic multa quæ vide.

CONSTIT. XCVIII.

Scripta eſt Johanni iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

QUæ ſemper & eodem modo ſe habent, variis legibus non egent, cum ſimplicia & ab omni varietate perpetuo immunia ſint, æterniſque ac divinis legibus, nullaque correctione indigentibus utantur. Quod vero apud nos in refluxus perturbatione poſitum eſt, gubernatrice indiget ſapientia, quæ a legibus adhibetur negotiis. Quare cum ad nos, quos etiam judicare non piget, multæ lites deferantur, ſingulis quidem medemur, unamquamque vero quæſtionem a nobis & judicibus noſtris in dubium vocatam, ſumentes, generaliter ea, quæ facienda ſunt, in unaquaque quæſtione per legem exponimus. Illud igitur ante omnia antiquis Legiſlatoribus, non ſine quadam diſtinctione viſum forte eſt: nos vero ſapienti lege, quæ ex hoc tempore initium capit, nihilque eorum, quæ antea (2) geſta ſunt, curioſe ſcrutatur, ad ſimplicitatem rem redigendam eſſe exiſtimavimus: quoniam nobis ipſis etiam, cum leges hac de re nuper latæ nobis non diſplicerent, poſteriora meliora viſa ſunt. Nam cum lucra nuptialia, ſi quidem aliquis ex conjugibus thorum ſervet, apud illos firmiter maneant, eorumque bonis inhæreant, & ſi alii quoque perſonæ jungantur, prioris matrimonii liberis ſervanda ſint, ſimplici & pulchriore lege duplicem hanc tollere viſum eſt. Si enim mulier ſecundas nuptias contrahens, vel etiam vir ad ſecundum forte matrimonium reſpiciens, lucra ex morte & repudio profecta, liberis ſervat, (etſi illis alii forte liberi ex ſecundis nuptiis futuri ſint) quòmodo juſtum eſt illos, qui ſolis liberis legitimis relictis (3) moriuntur, non ſervare eis lucra parentum illorum defunctorum

(2) *geſta ſunt*] πεπραγμένα. Vet. *termina ſunt.*

(3) *moriantur*] σαλεύοντες. Vet. *in ſolis filiis legitimis moriuntur*, legendum τελευτῶντες. *H*ic enim loquendi modus uſitatiſſimus Imp. τελευτᾷν ἐπὶ τινί. An σαλεύω hoc ſenſu uſurpetur, me fugit. Gloſſ. Cyrill. σαλεύω *moveo, commoveo, agito*, quo ſenſu ſupra paſſim occurrit. *H*eſych. σαλεύει, ἐκταράζεται. Suidas. Σαλεύη, ξῆ, διάγει. Σαλεύουσα βουλευομένη.

ctorum, ſed ad alios tranſmittere? Quid enim pretioſius eſt liberis, qui ſe non ingratos parentibus præbent?

CAPUT I.

Ut (4) proprietas dotis & donationis propter nuptias liberis ſervetur.

QUam ob rem ſancimus, ſi mulier moriatur, & maritus dotem lucretur, ut illa liberis omnino ſervetur, ſive ſecundas nuptias contraxerit, ſive non: contra ea, ſi vir moriatur, mulier vero donatione ante nuptias fruatur, ut illa quoque omni modo lucra donationis ante nuptias omnibus liberis ſuis ſervet, & uſusfructus quidem lucrorum nuptialium (5) penes eos ſit, dominium vero liberis illorum omni modo ſervetur, & quæ de parentibus ſecundas nuptias contrahentibus, ſancita ſunt, in ſuo ordine cuſtodiantur. Atque hoc obtineat in matrimoniis, quæ quocunque modo ex hodierna die & omni futuro tempore ſolventur: nec non in matrimoniis, quæ ſoluta quidem ſunt vel morte, vel alio quocunque modo, adhuc vero durant, eo quod unus adhuc ſuperſtes ſit. Si enim ambo defuncti ſunt, id hæredibus non damus, ſed tanquam ſemel determinatum veteribus legibus relinquimus: cum hoc manifeſtum ſit, ſi illa ſemel liberorum facta fuerint, & lex dominium ipſis tribuat, quod tunc ſucceſſiones cœteræque acceſſiones ita in his futuræ ſint, quemadmodum in prioribus liberis ſancitum eſt, qui propter ſecundas nuptias parentum, lucrum aliquod a legibus conſecuti ſunt.

CAPUT II.

Ut nuptiis repudio vel bona gratia ſolutis, quod ab utraque parte ſervatum eſt, (6) filio ſervetur: & ut liberi a parentibus alantur.

DE eo quoque, quod ex lite quadam ad nos delatum eſt, legem fe-

(4) *proprietas*] deeſt id in inſcript. Sed addendum ex textu & Vet. verſ. vel legendum τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν &c. δωρεάν.

(5) *apud eos*] παρ' αὐτοῖς. Scribendum ſſeet παρ' αὐτῷ, & in ſeq. τοῖς αὐτῆς, pro ἰδίοις αὐτῶν. Præcedit enim αὐτῶν ſcil. *mulierem*. Sed mutatio numeri & perſonarum non infrequens eſt.

(6) *filio*] τῷ παιδὶ. Forte legendum τοῖς παισὶ, *liberis*.

rendam eſſe exiſtimavimus. Cum enim (7) divortio a viro & uxore facto, liberiſque, quos ex matrimonio ſuſceperant, neglectis, ambo parentes mendicantes circumirent: propterea ſeveriore quidem forte, ſed ad id, quod melius eſt, reſpiciente lege utendum eſſe cenſuimus: ut metu pœnarum, vel injuſtorum lucrorum cauſa, matrimonia diſtrahere, vel etiam proprios liberos negligere deſinant.

§. 1. Nam ſi matrimonium vel divortio, vel alio modo plane diſtrahatur, ſi quidem nulli adſint liberi, priora in ſuo ordine maneant. Si vero id liberis exiſtentibus fiat, nullaque habita ratione liberorum ſpontaneæ & conſenſu factæ, vel etiam invitæ forte diſſolutioni occaſionem præbeant, ſive viro, quæ digna ſunt amiſſione donationis ante nuptias, ſive muliere, quæ amiſſione dotis digna ſunt, committente: neque vir dotem, neque mulier donationem ante nuptias lucretur, ſed dote vel donatione ante nuptias amiſſa, lucrum proprietatis ſtatim ad communes liberos veniat, & illorum fiat, ſolo uſufructu apud ſeparatos manente: ita tamen ut is, qui uſumfructum lucratur, liberos ex matrimonio ſuſceptos & nutrire, & reliquis omnia ſecundum modum lucratæ ſubſtantiæ illis præbere cogatur.

§. 2. Scimus autem tale quid etiam contigiſſe, cum matrimonium bona gratia diſſolutum & donatio ante nuptias ad eum qui ſcripſit, dos vero ad eam quæ dedit, revertiſſe videretur, propter damnum tamen aliaſque ob cauſas, non modicam pecuniæ quantitatem alterutri parti datam eſſe, ita ut id non lucrum nuptiale, neque liberis ſecundum leges de his latas ſervari, ſed extrinſecus adveniens videretur, quaſi ex alia cauſa lucrum fieret ejus, qui, ut id acciperet, pactus erat. Quare ut huic etiam læſioni, quæ ex hac fraude contingit, remedium afferamus, ſancimus, ut licet aliquid tale fiat, & alterutri lucrum aliquod accedat, tamen hoc quoque liberis ſimiliter ſervetur, & dominium ſtatim ad eos tranſeat, ſolo uſufructu apud eum, qui lucratus eſt, manente. Sic ab omni diminutione omnique irrationali cupiditate abſtinebunt. Sic nec inviti, nec volentes, liberos ſuos lædent, ſed moderatiores erunt, maxime quoad caſtitatem, tum etiam quoad conjugalem affe-

(7) *divortio*] διελύοντο. Vet. *tranſegerunt*, & *tranſactionem* pro *divortio*.

affectionem, quam illos, qui ſemel invicem juncti ſunt, mutuo habere convenit, rem certe caſtitate plenam, bonis moribus convenientem, & paterno atque materno affectu plenam: ut quod parentes ſua ſponte ipſis non ſervant, id poſt Deum communis omnium pater (Imperatorem dicimus) illis, qui a parentibus læſi ſunt, per legem ſervet. Atque hic quoque ea obtineant, quæ de lucro & ſucceſſionibus antea definita ſunt. Nihil enim eorum innovamus, præterquam id ſolum, quod expreſſe in hac lege ſcripſimus.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua effectui dare ſtudeat. (8) Dat. XV. Kal. Jan. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno XII. Juſtin. V. C. Conſ.

TIT. XI.

(1) De Reis promittendi.

CONSTIT. XCIX.

Idem Imperator Johanni iterum Præfecto (2) Prætorio, Exconſuli & Patricio.

Scimus nos pridem de electione mandatorum, fidejuſſorum & ſponſorum legem tuliſſe, (3) in qua multa ſubditiſque noſtris in commune utilia ſancita ſunt: impræſentiarum vero alia quadam explanatione, (4) non inepta, nec communi Reipublicæ inutili adjectione egere nobis viſa eſt.

(8) *Dat.*] Julianus: Dat. K. Jul. Conſt. Imp. Dn. Juſtin. P. P. A. Ann. XIV. Juſtino V. C. Conſ.

(1) *De reis*] περὶ ἀλληλεγγύων. *Hal. de duobus reis promittendi, qui vice mutua fidejuſſores accepti ſunt:* Ἀλληλέγγυοι *ſunt rei promittendi.* Et ita a Græcis dicuntur, quia cum ſolidum a ſingulis exigi poſſit, invicem fidejubere quaſi videntur, quod & probat *Cuj. ad h. N.* Vide eundem & Tit. 4. ad Afr.

(2) *Prætorio*] Vet. Orientalium Prætoriorum, qui & in ſeqq. habet, *Exconſuli Ordinario.*

(3) *in qua multa*] In Græco eſt, *multas* &c. *habentem legislationes.* Quod & vetus Int. habet. *Haloander quæ tametſi multas legislationes complectitur.*

(4) *& non inepta*] οὐκ ἀγενῆς. Vet. *non*

CAPUT I.

SI quis enim reos promittendi accipiat, neque addat, debere ſingulos in ſolidum teneri, omnes ex æquo conveniantur: ſin autem id additum ſit, pactum quidem ſervetur, non tamen ſtatim ab initio ſolidum a ſingulis exigatur, ſed interim pro parte, qua quiſque tenetur: ille vero reliquos etiam (5) conveniat, ſi ſolvendo & præſentes ſint. Et ſi hoc ita ſe habere appareat, ſi quidem divites & præſentes ſint, ſolvere illis neceſſe ſit (cuilibet pro ſua parte) quod ipſis tanquam reis promittendi creditum eſt, ex qua parte omnino obligati ſunt: nec commune debitum proprium alicujus onus fiat. Sin vero reliqui, ((6) ſive omnes, ſive aliqui, ſive pro parte, ſive in ſolidum) non idonei appareant, vel abſentes forte ſint, etiam in illud teneantur, quod a reliquis accipi non potuit. (7) Sic enim ei quoque pactum ſervabitur, & actor nullum damnum ſentiet. Ac licet illi, (8) ignorante eo, qui illos obligatos habet, pactum aliquod inter ſe fecerint, tamen unuſquiſque tenebitur, ſicut ab initio ſcripſit, nec licentiam habebit artibus, dolis, aut tranſactionibus pacta violandi.

§. 1. Quod

ex genere (quod Accurſius non intelligens monſtra hic locutum eſſe notat *Contius*) *neque uſu imperfecto & inutili conſiſtente.*

(5) *conveniat*] χωρεῖν δὲ αὐτὸν καὶ κατὰ τῶν ὑπολοίπων. Vet. *cedere autem eum & contra reliquos actionem.*

(6) *ſive omnes*] Deeſt ap. *Hal.*

(7) *Sic enim*] οὕτω γὰρ κἀκείνῳ. *Hal.* οὕτω γὰρ κἀκεῖνος. Βασιλ. οὕτω γὰρ κἀκείνοις. Si noſtram lectionem tueamur, ἐκείνῳ referri debet vel ad *actorem*, de quo dicitur: *reos illi teneri in id, quod a reliquis accipere non potuit.* vel ad unum ex reis, pro reliquis ſolventem. Sed ad actorem non videtur ſat commode trahi, quia actoris in ſequentibus mentio fit, iſque ab ἐκείνῳ illo ſeparatur: dicitur quippe: *ſic enim & illi pactum ſervabitur, & actor nullum damnum ſentiet.* Quare ad reos id pertinere puto, & proinde potius legendum ἐκείνοις ex Βασιλ. quod & *Vetus Interpres* legit. Poſt vocem ἐνάγων in Græco diſtinctio major recte noſtro quidem judicio ponitur, etſi in *Vet. verſione* minor reperiatur. Nam in ſequentibus verbis: *Licet illi inter ſe* &c. alius proponitur ſenſus, qui cum ſeqq. magis cohæret. Vertendum itaque putamus *Ac licet.* vel *Et ſi.* In Βασιλ. punctum eſt poſt συμφώνου τρόπος & ſequentia junguntur. Judicium tamen ſit Lectoris.

(8) *ignorante*] ἀγνοοῦντος δὲ τούτου. Βασιλ. ἀγνοοῦντος τοῦ δὲ ἔχοντος.

Digitized by Google

§. 1. Quod ſi uterque, vel omnes iiſdem locis habitent, ſancimus, ut judex cauſæ illos ſtatim in jus vocet, & communiter cauſam examinet, communem quoque ſententiam ferat. Ita enim omnes rei (9) exigentur, (10) & quantitas ſubſtantiæ eorum examinabitur, neque ſolum ſecundum juſtitiæ, ſed etiam ſecundum legis ordinem debitum procedet.

§. 2. Si vero Magiſtratus non ſit, qui cauſam cognoſcit, ſed alius quidam, facultatem damus, vel hic competenti judici interpellato, vel in provinciis clariſſimo Præſidi, aut competenti judici his denunciatis, per officium ſuum etiam illos cogendi ut cauſæ interſint, & pars ejus fiant, ne quod impedimentum ſacræ huic legi inferatur. Atque hæc omnia in contractibus futuri temporis & poſt hanc legem latam obtineant. Nam quod præteriit, legibus hac de re antea latis relinquimus.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua effectui dare ſtudeat. Dat. XV. Kal. Jan. Conſtantinop. Dn. Juſtin. P. P. Aug. Arione V. C. Conſ.

COLLATIO OCTAVA.

TIT. I.

(1) De tempore non ſolutæ dotis.

CONSTIT. C.

(2) *Idem Imperator Johanni iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.*

PRÆ-

(9) *exigetur*] ἐνδυνδιάσονται οἱ ἔνοχοι. Gloſſ Cyrill. ἐνδύνω, ἀπαιτῶ, *exigo*. Fabrot. & *Hal.* *inquiſitionem vocabuntur.*

(10) *& quantitas*] καὶ ἡ τῆς οὐσίας αὐτῶν ποιότης ἐξετασθήσεται. Deſunt hæc in edit. *Hal.*

(1) *De tempore*] περὶ τοῦ χρόνου τῆς ἐπὶ τῇ προικὶ ἀναργυρίας. Vet *de tempore non ſoluta pecunia ſuper dote.* *Hal. de tempore non ſoluta dotalis pecunia.*

(2) *Idem Imp.*] Vet. *Imp. Juſtin.* &c. qui & cum *Hal.* addit ut in reliquis *per ersentem*, & *ordinario.*

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Exceptiones non numeratæ pecuniæ, quæ certis caſibus opponuntur, leges noſtræ indiſcuſſas non reliquerunt: ſed (3) longum & effuſum earum tempus contraximus, ne homines negligentia ſua, aut forte dolo, (4) ut in negotiationibus, fruantur, aliiſque negotia faceſſant. Neque enim æqualiter ſemper probationes ſuppetunt illis, qui eas dare volunt, multas vero tempus quoque repudiat. Quapropter in quibuſdam caſibus querelas non numeratæ pecuniæ recte contraximus, ut ex iis, quæ a nobis jam ſcripta ſunt, colligere licet. Atque id ipſum impræſentiarum etiam in dote facimus. Quoniam enim toto tempore matrimonii, quamdiu nuptiæ conſtabant, viris, de non ſoluta dote queri conceſſum eſt, majuſque additamentum factum, ut etiam poſt mortem virorum, quemadmodum poſt repudium, intra annum querela moveretur: propterea brevi & conciſa lege querelam non ſolutæ dotis celeriorem efficiendam, mulieresque in ejuſmodi rebus a probatione poſt longum tempus liberandas eſſe exiſtimavimus.

CAPUT I.

De exceptione non ſoluta dotis.

Si quis igitur per duos ſolum annos, vel etiam breviore tempore uxori junctus fuerit, & dotem non acceperit, ſilentio illo neque maritus lædatur, neque hæredes mariti, licet etiam ille tacuerit: ſed intra alium annum querelam moveat. Brevitas enim matrimonii nos ad hanc legem vocat. Si vero matrimonium ad tempus biennio majus, decen-

(3) *longum*] τὸ μακρὸν αὐτῶν καὶ συγκεχυμένον. Vet. *prolixitatem earum & effuſionem*, de tempore, quo exceptiones illas opponere licebat, loquitur.

(4) *ut in negot.*] ἵνα μὴ τῇ ἑαυτῶν ῥᾳθυμίᾳ ἢ κακουργίᾳ ἴσως ἐμπορικώτερον ἀπολαύοιεν ἄνθρωποι. Vet. *Ne ſua negligentia aut calliditate forſan negotiis fruantur homines.* In commerciis contrahentes in pretio ſe circumſcribere ſolent, dum vilius volunt emere & carius vendere. Ad quod Imp. verbo ἐμπορικώτερον videtur alludere. Sic in *Nov. 97. c. 1.* ἐμπορικῶς ἀλλήλους περιγράφειν; *ſe mutuo circumſcribere ut in commerciis.* ad quem locum vide *Cujac. ad d. Nov.* Gothofredus hunc locum ita exponit; *minus negotiatione fruantur homines.*

Digitized by Google

decennio vero minus duret, marito concedimus ut queratur, & dotem pro parte vel in totum (5) ſibi collatam non eſſe dicat: eoque facto, querelam (6) tranſmittat, cum maritus ſemel queſtus ſit, & uxor ſe eam dediſſe non probaverit.

§. 1. ·Si vero intra decem annos non queratur, ob ſilentium mariti querelam tollimus, nec permittimus, ut poſt decem annos queratur, neque hæredibus ejus annum tribuimus. Et hoc etiam non ſit noſtra in quoſdam pœna, ſed cura tranquillitatis ſubditorum. (7) Cui enim per tam longum tempus (decennium ſcilicet) querelam (8) proponere licet, ſi ſilentium eligat, manifeſtum eſt, eum, etſi dotem non accepit, hæredes tamen ſuos eam (9) omnino dare voluiſſe. Atque hæc ipſa obtineant, etſi nuptias repudio diſſolvi contingat. Nec diſtinguimus, num mulier dotem ſe dediſſe ſcripſerit, an pater, an vero alius quis (10) pro ea: tempore in omnibus ejuſmodi ſpeciebus (ſicut ante diximus) ſuos effectus oſtendente, & querelam dante, vel tollente. De denunciatione vero non loquimur, quæ verbis ſolum fit, (ſæpe enim vel ira quædam, vel alia incidens occaſio efficit, ut vir talia loquatur: vel cum ille nihil dixerit, emti teſtes id mentiantur,) ſed denunciationem in ſcriptis fieri oportet. Si vero quis eam in judicio forte facere velit, omnino id mulieri, vel illi, qui dotem ſe dediſſe ſcripſit, innoteſcere oportet: cœteroquin nihil eſt, quod prohibeat, quo minus ipſe maritus ſolus hoc faciat & queratur, & mulier, quid agatur, ignoret, (11) ſibi vero nullo modo proſpicere poſſit, cum querelam ſibi motam eſſe neſciat.

(5) *ſibi*] αὐτῷ. Hal. ἑαυτῷ Recte.

(6) *tranſmittat*] διαπέμπεσθαι. *Hal.* περιτέμνεσθαι.

(7) *Cui enim*] ᾧ γάρ. Baσιλ. ὅς γάρ.

(8) *proponere*] προσθεῖναι. Hal. προθεῖναι.

(9) *omnino*] πάντως. Hal. πάντα.

(10) *pro ea*] ὑπὲρ αὐτῆς. Miror, *Haloandrum*, hominem alias ſagaciſſimum, græca ſecutum *pro eo* vertiſſe; cum de muliere agi ex orationis ratione quam evidentiſſimum ſit. AGYL. Legit Hal. ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ χείρω.

(11) *ſibi vero &c.*] πρόνοιαν δὲ ἑαυτοῦ θέσθαι κατὰ μηδένα δύνασθαι τρόπον, ἅτε δὴ ὅτι μέμψεις αὐτῷ γέγονεν ἀγνοοῦντι. Sic Baσιλ. & Cod. Vaticanus. Vet. *providentiam vero ſui etiam ponere nullo valere modo: & quia vel ab eo querela facta eſt, neſcire.* Hal. Πρόνοιαν δὲ αὐτοῦ θέσθαι, καὶ

CAPUT II.

(12) VT igitur generaliter dicamus, ſi matrimonium intra biennium, ſive morte, ſive repudio ſolutum eſt, tam ipſi marito de non numerata pecunia, quam hæredi ejus intra alium annum queri licet. Si ultra biennium uſque ad decem annos matrimonium duret, marito, ejuſque hæredi intra tres menſes querelam damus. Si præterierint decem anni, tum nec vir, nec hæredes ejus querelam habebunt, cum mulieri tempus ad omnia ſufficiat. Si maritus minor ſit, & non queratur, ad reſtitutionem tantum temporis illi damus, ut duodecim annos a tempore nuptiarum non excedat. Scimus enim eos, qui celeriter admodum nuptias contrahunt, non minores quindecim annis illas contrahere. Quare & vigeſimum quintum annum ſuperabit, & intra vigeſimum ſeptimum annum de dote non numerata (13) queri poterit: mortuo vero eo hæredes intra dictum tempus, annum illum ad querelam movendam habeant.

§. 1. Si minores ſint hæredes ejus, qui queſtus non eſt, ſive is major ſive minor fuerit, quinquennium ſolum ad movendam querelam non numeratæ pecuniæ habeant: atque id tempus ſufficiat, nec exitum omnium temporum minorum exſpectet: id quod nos ad hanc legem excitavit. Cum enim mulier quatuordecim annos nupta fuiſſet, poſt vigeſimum annum a morte parentis, abutens quidam ætate minoris, agebat contra matrem, quarto & trigeſimo anno poſt matrimonium initum pecuniam non numeratam eſſe opponens: quod nos judicantes

μηδένα χρῆναι λέγοντος δύνασθαι λέγει καὶ ὅτι &c. *modo prius in animo reponat, nulla id ratione valere poſſe contra eum, qui quod querela ad verbum ipſum facta ſit, ignorat.* Fabr. in Βασιλ. *partem mulieris ignorare, quæ geruntur: modo prius cogitet, nihil agi, ſi is, adverſus quem querela proponitur, actum rei ignoret.* Legendum τεχν &c. ἀγνοοῦντος. Referenda enim ſunt verba illa ad præcedens ἑαυτῶν μέρος ſcilicet τῆς γυναικός: Vel dicendum eſt, dativum perperam pro genitivo poſitum eſſe, quod non ſemel factum. Mens autem Imperatoris manifeſta eſt.

(12) *Ut igitur*] συνελόντα τοίνυν εἰπεῖν. *Hal.* συνελόντι.

(13) *queri poterit*] ἔσται δυνατὸς μέμψασθαι. Hal. δυνατόν. Et Vet. *est possibile.* Sed δυνατὸς recte ſcriptum.

Digitized by Google

dicantes ſanavimus, & ob ejuſmodi circumſtantias tempus etiam minorum, quinquennii ſpatio hac lege determinavimus: quo ille ſcilicet non numeratam eſſe pecuniam opponat, qui dotem ſe accepiſſe ſcripſit, & cauſa ſecundum tempora ſua, ſive perfectæ ætatis quis ſit, ſive imperfectæ, decidatur. Hæc vero lex in matrimoniis poſtea futuris obtineat. In iis enim, quæ jam contracta ſunt, ſi quidem decennium reliquum ſit, aut non minus biennio, hoc tempus ad querelam non numeratæ pecuniæ movendam habeat, quæ illi tranſmiſſionem etiam tribuit. Si vero tempus minus biennio ei ſuperſit, vel totum decennii tempus præterierit, tum illis quidem ad querelam non numeratæ pecuniæ movendam biennium, hæredibus vero eorum, poſt diſſolutionem matrimonii, tres menſes damus, ut per omnia juſtitiam illis ſervemus.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua (14) effectui dare ſtudeat. Dat. XIII. Kal. Jan. Conſtantinop. Dn. Juſtin. P. P. (15) Aug.

Tit. II.

De Decurionibus.

CONSTIT. CI.

Idem Imperator Johanni iterum Præfecto Prætorio Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

OCcaſionem bonæ legis ferendæ dedit nobis interpellatio quorundam curialium, eamque legem non quibuſdam curialibus, ſed omnibus ſubditis ferimus: omnibus ſcilicet, qui Orientem verſus ſunt, & quos ſol occidens aſpicit, & qui ab utroque latere ſunt. Quoniam enim curiales & oblationes Curiis factas Majoribus noſtris curæ fuerunt, & alii quidem ad fortunam curialem trahi, alii vero liberari ſolent: illud ſancimus, ut curialibus, non ſolum ejuſdem urbis curiales hæredes inſtituere, (quod & hucuſque licuit,) ſed etiam, ſi quos a curia liberos

(14) *effectui*] Hal. φανερὰ πᾶσι κατα-στῆσαι.

(15) *Aug.*] Addit vetus Int. *Anno XIII. Arione V. C. Conſ.*

hæredes inſtituere velint, id facere liceat: hac tamen conditione, ut hæres vel hæredes curiali conditioni defuncti (id eſt, in qua ille fuit) ſeſe omnino offerant, & curialia munera ſubeant, hæreditatemque nemine impediente capiant. Cum enim ſciamus, (1) hanc rem ita emendari, quia nunc quidem curiæ ex modis illis pecuniaria utilitas adjicitur, (2) ex ſequenti vero lege tam curialis quam ſubſtantia accedet, (3) & curiæ pluribus corporibus florebunt, ſuaſque habebunt ſubſtantias.

CAPUT I.

PRopterea ſancimus, ut curialibus teſtamenta facientibus hæredes inſtituere liceat, ſive curiales ejuſdem civitatis, (id quod legis eſt) ſive quoſdam ex cognatis, ſive extraneos, (ſive illi curiales ſint, ſive non) ſive in partem novem unciis non minorem, ſive in ſolidum: ſi modo curiæ ſe offerant, eorumque corpori uniantur, & inculpate munera obeant. Atque hoc in ipſis liberis, nepotibus, & ſequentibus ſucceſſoribus obtineat: non quidem ſecundum eam formam, quam paulo ante facta conſtitutio circa eos, qui ſe curiæ offerunt, conſtituerat, (4) quæ prolem eorum, qui ſeſe obtulerunt, conditioni illi non ſubjiciebat:

(1) *hanc rem*] ὡς τοῦ πράγματος ἔσται τῆς παρούσης ἐπανορθώσεως, ὅτι νῦν μὲν &c. Vet. *quia hac res erit in præſenti correctio, quoniam, &c.* Hæc verba parentheſi includenda judicamus, quia præcedens ἐπιστάμενοι γὰρ, *ſcientes enim*, credimus ad ſequentia ὅτι νῦν μὲν pertinere. Ipſa vero illa verba, ut & verſio noſtra parum boni ſenſus habent. Neque etiam liquet quomodo exponenda aut emendanda ſint. Videbatur legendum, ὥστε τοῦ πράγματος εἶναι τοῦ παρόντος ἐπανόρθωσιν, *ut hac res emendetur*, vel ſic N.108. Epil. κατὰ ταύτην λοιπὸν ἔστω τοῖς πράγμασι τομή. *Secundum hac cauſa decidantur.* Interim illud ἔσται, deeſt apud Hal. qui & pro ἐπιστάμενοι, quod præcedit, male legit ἐπιστάμενος, & vertit, *cognitum enim habens quod negotii præſentis correctio.* * *quod iſtiuſmodi rationibus &c.* Agylæus vero ad h. l. inquit: circuitus hic ſat perſpicuus fuerit, ut aſteriſcus tolli poſſit.

(2) *ex ſequenti*] ἐκ τῆς ἑπομένης. *Hal.* ἐσομένης, *futura.* Vet. *futura.*

(3) *& curiæ*] verba veteris verſionis citat Albericus ex hac Nov. in verbo *florebit.* non ex Nov. 38. aut. 87. ut credidit Ant. Auguſtinus. CONT.

(4) *quæ prolem*] τὴν γονὴν τῶν ἐπιδιδομένων οὐχ ὑπάγουσα τύχῃ. *Hal.* omittit τύχῃ. ſignificantius legi dicit *Agylæus prolem eorum, qui curiæ oblati ſunt, ipſorum fortuna non ſubjiciens.*

Digitized by Google

ciebat: (5) ſed quaſi ab initio curiales fuiſſent, ita & illi cum ſobole ſua (6) albo & corpori curiæ uniti ſint. Nulla enim differentia eſt, ſive quis curialem ejuſdem urbis hæredem ſcribat, ſive eum, qui talis mox futurus eſt.

CAPUT II.

SI vero etiam cognatus aliquis, qui curialis, vel aliter ab illa conditione liber eſt, ad hæreditatem defuncti curialis, qui teſtamentum non ſcripſit, vocetur, & is ſe ipſum curiæ offerre velit: liceat illi hoc facere ſuamque voluntatem intra ſex menſes apud acta declarare, & cum ſucceſſoribus ſuis ac ſubſtantia ſimul curialis & hæres eſſe: (7) nihilque omnino ex ſubſtantia ejus prætextu quartæ partis, vel (8) novem unciarum exigatur: ſed is, qui hæreditatem ſemel ſuſcepit, vel jam ſit curialis, vel mox fiat, ac bona rurſus ad curiam veniant. Sin autem quis plurimas res ex ſubſtantia ſua, ſaltem non minus quam novem uncias, illi, qui ejuſdem reipublicæ civis eſt, vel etiam alii cuidam donaverit, qui tamen ſe ipſum & ſubſtantiam ſuam, (9) & ſobolem, quam habet, vel habiturus eſt, & ſequentes ſucceſſores curiæ offerat, ex qua ille eſt, qui donationem fecit: ſancimus, ut donatio valeat, quæ ſub ea conditione facta eſt. Summo enim ſtudio dignum nobis eſſe videtur, ne curialium ſubſtantiæ a curia illius urbis, in qua ſunt curiales, ullo modo alienentur.

CAPUT III.

VErum ne illa per fraudem geri videantur, & quidam hæreditatum curialium vel per donationem, vel per teſtamentum, (ſicut prædiximus) vel etiam ab inteſtato domini facti, differant, protrahantque oblationem, ac rebus quidem frui velint, ſe ipſos vero non offerant: ſan-

(5) *ſed quaſi*] ἀλλ' ὥσπερ εἰ. Hal. καὶ ὥσπερ τὸν.

(6) *albo & corpori*] λευκώματι τε καὶ σώματι. Hal. λευκώματι τῆς σώματι*, *curiæ albo adjunctis, corporales &c.* Aſteriſcus in edit. *Hal*) expungi poterit, ſi *curiæ albo corporique adjuncti ſunt* legas. AGYL.

(7) *nihilque*] οὐδὲν παντελῶς τῆς οὐσίας ἀπαιτουμένης. Hal. ἀπαιτουμένην. Non male.

(8) *novem*] ἐνναυγκίου. Hal. ἐνναυγκίων.

(9) *& ſobolem*] καὶ τὴν γονὴν. *Hal.* καὶ τὴν ἐφεξῆς διαδοχήν. Vet. *atque prolem.*

ſancimus, ſi quidem (ut ante dictum eſt) donatio facta ſit, non ante res tradantur, ſed apud donatorem maneant, donec ille, qui donationem accipit, monumentis apud Præſidem provinciæ confectis, gratis & ſine ulla largitione (dicto modo) curiæ offeratur, & in albo inſcribatur: tunc enim etiam res illi dari volumus. (9) Si vero donator, nondum facta confeſſione, quæ accipientem curiæ ſubjicit, res tradiderit, etiam ſic quæ donata ſunt, a curia uſque ad novem uncias vindicentur, ad quas omnino curiam vocari volumus.

§. 1. Si ex teſtamento, vel ab inteſtato ille, qui curialis non eſt, ad hæreditatem curialis veniat, tum ſtatim a morte curialis curia coëat, & una cum defenſore civitatis, (10) nullo damno rebus defuncti inferendo, inventarium faciat, [(11) præſente etiam eo, qui ad eam vocatur] & res tam a defenſore, quam a Dei amantiſſimo illius loci Epiſcopo obſignatæ, Curiæ tradantur. (12) Et cum prædicta monumentorum confectio apud Præſidem provinciæ peracta, & ille, (ut ſæpe dictum eſt) cum ſubſtantia & liberis, quas habet & habiturus

(9) *ſi vero*] deſunt hæc in edit. *Hal.* uſque ad *§. 1.*

(10) *nullo damno*] πάντως χωρὶς ἐπιβλαβῆς &c. ἐσομένης. Vet. *Præter læſionem futuram rerum defuncti.*

(11) *præſente*] (παρόντος καὶ αὐτοῦ τοῦ πρὸς τοῦτο καλουμένου) καὶ τὰ πράγματα παραδίδοσθαι τῇ βουλῇ, ὑπὸ σήμαντρα γινόμενα τοῦ τε ἐκδίκου τοῦ τε θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου. Sic & Cod. Vaticanus & MS. Flor. niſi quod pro γινόμενα habeat κείμενα. Hal. καὶ τὰ πραγμάτων, παραδίδοσθαι τῇ βουλῇ ὑπεισιόντα παρόντος γινομένου καὶ αὐτοῦ τοῦ πρὸς τοῦτοι καλουμένου κληρονόμου, τοῦ τε ἐκδίκου, τοῦ τε θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου. *cum in bonis repertum aſſignet curia, in præſentia conſtituto tam ipſo herede, qui ad hereditatem vocatur, quam defenſore & Dei amantiſſimo locorum Epiſcopo.* Hal. textus corruptus eſt: in noſtro nihil eſt, quod deſideres, niſi forte quis clarius legi putet τοῦ πρὸς τοῦτον καλουμένου κληρονόμου vel πρὸς ταῦτα. Sed vetus Interpres noſtram ſequitur lectionem, & ut τὸ κληρονόμου adjiciatur, neceſſe non eſt, attamen illud τοῦτον omnino retinendum: pertinet enim ad κλῆρον. *Vet.* legit ταῦτα ſcilicet πράγματα.

(12) *& cum prædicta*] καὶ ἐπειδὰν ἡ πρόσθεν εἰρημένη πρᾶξις τῶν ὑπομνημάτων γίνοιτο παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι. Sic & Cod. Vaticanus. *Hal.* καὶ ἐπειδὰν ἡ πρὸς θεὸν εἰρημένη πρόστασις τῶν ὑπομνημάτων γίνοιτο &c. *Et ſimulatque ad Deum & ſub conſpectu Dei* (ut appellatur) *actorum publicorum præſidentia celebratur* &c. Corrupte. MS. Flor. πρόταξις.

turus eſt, Curiæ traditus fuerit: tunc & res accipiat, & dominus ſit, ſicut prior curialis fuit, nihilque ab eo differre videatur, confeſſione ſcilicet illa apud Præſidem provinciæ ſine ullo lucro & damno peragenda. Etenim neque ad fraudem, neque ad diſpendium curiæ, ſed ad utilitatem hanc legem ferimus, ut perpetuo obtineat, & pecuniis atque corporibus ſubſtantias curialium (13) & collegia augeat. Si hæres Curialis, qui ab inteſtato vocatur, cum non ſit Curialis, adire, & Curiæ ſe offerre noluerit, curia quidem novem uncias retineat, ipſe vero trium ſolum unciarum dominus ſit, quod illi prior etiam lex tribuit, etſi curialis non ſit. Si plures ſint, qui eodem gradu ad hæreditatem Curialis vocantur, & hi quidem ſe offerant, illi vero recuſent, novem illas uncias ille, vel illi, qui ſe curiæ obtulerunt, tres vero uncias reliqui, a lege vocati hæredes accipiant. Operam enim dedimus, ut novem unciæ omnino ad Curialem ejuſdem urbis (14) perveniant.

CAPUT IV.

Si quis relicta filia moriatur, ſi quidem illa curiali ejuſdem urbis (15) nubat, manifeſtum eſt, eam ſine calumnia res paternas vel in ſolidum, vel ſaltem novem uncias habituram eſſe, ſi forte pater tres uncias ad alium pervenire voluerit. Sin autem ei nubat, qui ab initio curialis non fuit, veniat autem aliquis, qui eam velit ea de cauſa uxorem ducere, ut curialis ſit, & curiæ ſe tradat, atque hæ nuptiæ illi placeant, etiam ſic novem uncias ſine calumnia habeat, propter bonam voluntatem erga curiam, & quia rebus Curialis datus, illaſque adminiſtraturus eſt, propterea omnino mulieri illas dari volumus. Si plures ſint filiæ, & quædam ex illis nubant Curialibus, qui vel tales jam ſunt, vel per oblationem futuri ſunt: novem unciæ inter eas dividantur, tres vero unciæ ad reliquas veniant. Mariti autem utantur (16) bonis ad cauſas curiales,

(13) *& collegia*] καὶ οὐσίαις. Vet. *atque ſubſtantias.*

(14) *pervenirent*] περιίοιεν. *Hal.* ἴοιεν. *veniant.*

(15) *nubat*] γαμηθείη. Hal. γαμετὴ *uxor.*

(16) *bonis &c. utantur*) χρήσονται τοῖς πράγμασιν εἰς τὰς βουλευτικὰς αἰτίας. *Hal.* χρήσονται πράγμασι τῆς βουλευτικῆς οὐσίας, *mariti autem curialis patrimonii rebus utentur, fruentur.* Noſtram lectionem convenientiorem dicit *Agylæus.*

Digitized by Google

riales, licet in dominio uxorum ſint. Propterea enim bona patris illis dedimus, ut exinde earum mariti curiales functiones impleant. Si eam, quæ curiæ ſe offerendi nupſit, mori contingat, ſi quidem maſculos liberos ex eo ſuſcepit, bona ad liberos pertinebunt, illique curiales erunt, & res nulla curioſitate indigebit.

§. 1. Si fœminæ naſcantur, ſi quidem & ipſæ nupſerint vel curialibus illius urbis, vel illis qui ſe curiis illius urbis obtulerunt: & ipſæ ſimiliter ſine negotio illa habebunt, per viros ſuos curialibus muneribus ſubjecta. Si quædam nubant curialibus ejuſdem urbis, quædam vero non nubant curialibus, qui vel tales ſunt, vel futuri ſunt: tunc ſecundum dictam jam diſtinctionem illæ, quæ curialibus nupſerunt, novem uncias propter curialia munera habebunt, reliquæ vero tribus unciis contentæ erunt. Si neque maſculos, neque fœminas habebunt, quamdiu vir ſupereſt, eorum uſumfructum habeat, & curiales functiones impleat. Et ſi quidem ſecundas nuptias contraxerit, fiatque liberorum maſculorum vel fœminarum pater, eaſque curialibus junxerit, ſimiliter res curiali corpori iterum ſerventur. Si moriatur, non contractis ſecundis nuptiis, vel procreatis filiabus, quas curialibus, qui vel ſunt, vel futuri ſunt, matrimonio non junxit, tunc curia res directo accipiat. Nunquam enim hæc curialium bona & munera alienare permittimus, etſi multos ſucceſſores familia habeat. Quare perpetuo in linea illa deſcendente, ſive per liberos curiales maſculos, ſive per generos curiæ ſe offerentes, novem unciæ curiæ ſerventur. Quam certe legem omni futuro tempore, atque in iis, quæ adhuc pendent, & ſententia judicis, vel amica compoſitione deciſa non ſunt, obtinere volumus.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua cuſtodire ſtudeat, omnium maxime utilitatis publicæ curam gerens. Dat. Kal. April. Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug. Arione V. C. Conſ.

Tit. III.

De Moderatore Arabiæ.

CONSTIT. CII.

Idem Imperator Johanni iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

MUltos quidem alios Magiſtratus provinciarum, qui humiles & abjecti erant, nec rebus neceſſariis agendis ſufficiebant, in melius jam (1) mutavimus: quoniam vero eos in altiore loco collocavimus & potentiores undique effecimus, atque ut ita negotia ſuſciperent, quo omnia in meliorem ſtatum transferrentur. Proconſules enim, Prætores, Moderatores, & antiquorum horum nominum gravitas a nobis inventa eſt, & annonæ ipſis auctæ, omniſque poteſtas illis data, ac ante omnia illis interdictum, ne ſubditos affligant, multiſque manibus adverſus eos utantur: juramentis etiam omnium maxime horrendis eam rem (2) munivimus: nec aliter illis Magiſtratus tradimus, quam ſi præſtito jurejurando codicillos Magiſtratus conſecuti ſint. Reſpeximus igitur & ad Arabum regionem, cumque in cauſam inquiſiviſſemus, quare fiſcus inopia laboret, (licet florentiſſimæ ſit regio) & interpellantium multitudo nos (3) circumdet, omneſque lamententur, aliis quidem furta, aliis injurias, aliis vero alia ad nos damna deferentibus: occaſionem cauſamque hujus mali ex infirmitate Magiſtratus ortam invenimus. (4) Qui enim civili Magiſtratu fungebatur, ita abjectus erat, ut ab eo, qui armis præerat, pene in ſervitutem redactus fuerit, & in voluntate ejus ſalus illius poſita eſſet, vel ut plane non eſſet hic Magiſtratus. Longum igitur tempus eſt, ex quo ille deſiit, & quæ civilis Magiſtratus ſunt, militaris agit, (5) cum tamen neque ſibi, neque illi omnino ſufficiat. In

(1) *mutavimus*] μετεποιήσαμεν. *Hal.* μετεθήκαμεν.

(2) *munivimus*] κατησφαλισάμεθα. *Hal.* κατησφαλισόμεθα.

(3) *circumdet*] περιΐσταται. Hal. ἀνίσταται. Vet. *nos excedat*, forte *excitat.*

(4) *qui civili*] ὁ τὴν πολιτείας κεκτημένος ἀρχὴν. *Hal.* τὴν πολιτικὴν ἔχων ἀρχήν.

(5) *Cum tamen &c.*] Hal. mendoſe legit verbis mediis omiſſis; μηδὲν ἑαυτῷ μηδὲ ἐκείνῳ παντελῶς, ἂν ἑκατέρωθεν ἀνακερδαίνοι, quæ Agyl. vertit, *nihil ſibi, nihil illi omnino utrinque lucri faciat. In hoc enim*

In eo enim occupatur, non ut utilitatem aliquam ſubditis afferat, ſed ut ab utraque parte lucrum capiat.

CAPUT I.

HÆc nos ad hoc conſilium excitarunt, atque hac lege utentes, Magiſtratui pulchriorem formam dedimus, illique Moderatoris (6) ſeu Harmoſtæ appellationem (7) largimur, (quod etiam in Ponto fecimus) & jus ſpectabilium Magiſtratuum damus: ut in nullo Ducico minor ſit, ſed publicas quidem exactiones cum omni vehementia faciat, utilitatem vero privatorum quoque curet: nec permittat, neque ſpectabili Duci, neque (8) Phylarcho, neque cuidam ex domibus potentum, neque etiam (9) ſacro patrimonio, neque ſacris noſtris (10) privatis, neque ipſi etiam ſacræ noſtræ domui, ut quodcunque damnum ſubditis noſtris inferant: nec facile flectatur, nec timidus ſit, ſed fortiter ſubditos (11) regat, & ante omnia puras manus Deo, nobis, & legi ſervet: iiſdem enim juramentis, quibus reliqui Magiſtratus, ipſum (12) etiam ſubjectum eſſe volumus. Deinde cum codicillis etiam mandata Imperialia accipiat, quæ anteriores Legiſlatores & antiqua Reipublicæ forma (13) non ignorarunt, nos vero, cum obſole-

eſt, non ut utilitatem aliquam ſubditis afferat, ſed ut utrinque lucrum capiat.

(6) *ſeu Harmoſtæ*] ἤτοι ἁρμοστήν. Deſunt hæc apud *Hal.*

(7) *illi*] φιλοτιμούμεθα καὶ αὐτῇ. MS. Βασιλ. φιλ. κ. αὐτὸν.

(8) *Phylarcho*] Vid. *Gloſſ.* verb. *Phylarchum.* Julianus *Saracenorum ducem* interpretatur. Duces fœderatorum proprio nomine Phylarchi dicebantur. Nam in *Nov. 102.* rectiſſime Julianus Phylarchum interpretatur Saracenorum ducem, quos ex fœderatis fuiſſe conſtat. Procopius. I. d. bell. Perſ. οὔτε δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων στρατηγῷ ἄρχων. οὔτε Δούκας καλοῦσιν, οὔτε Σαρακηνῶν τῶν Ῥωμαίοις ἐνσπόνδων ἡγούμενοι οἱ φύλαρχοι ἐπιχειροῦντες. *Cuj. ad L. 7. C. de Exact. Trib.* Vide & *Valeſ. ad Amm. Marc. Lib. 24. c. 2.*

(9) *ſacro*] τῷ θείῳ πατριμονίῳ. MS. Βασιλ. τῷ θείῳ τῷ ἐπὶ τῶν θησαυρῶν.

(10) *privatis*] πριβάτοις. MS. Βασιλ. ἀδυνάτοις.

(11) *regat.*] ἐξηγεῖσθαι τῶν ὑπηκόων. Hal. ἡγεῖσθαι. Non male.

(12) *etiam ſubj.*] Ante hæc verba aſteriſcum ponit *Hal.* ſed ſenſus ſat commodus eſt. In MS. Βασιλ. ante hæc verba deerant ὑπὸ γὰρ τοῖς αὐτοῖς ὅρκοις, ὑφ' οὓς τὰς ἄλλας ἀρχάς.

(13) *non ignorarunt*] ἠπίσταντο. MS. Βασιλ. ἠπίσταντο.

ſoleviſſent, iterum renovavimus, inque Rempublicam reduximus, ut & hæc ſemper legat, & juſſa noſtra obſervet. Si enim hoc ſequatur, non eſt, cur non omnia illi bene cedant, & (14) cum legibus ad commoditatem juſtamque facilitatem perveniant.

CAPUT II.

PRimum igitur ſtudio illi ſit (ſicut diximus) publicorum tributorum exactio, quæ devotis quidem humana & paterna, contumacibus vero vehemens & ſevera ſit. Deinde Reipublicæ etiam, & tranquillitatis (15) ejus curam gerat, neve tumultibus & ſeditionibus, vel Boſtreni, vel alii (16) ſe dedant, quæque ad delectationem ab antiquis permiſſa fuerunt, in furorem & cædes vertant. Habebit vero ſecundum ſacra noſtra præcepta milites quoque ſibi obedientes, (nam & hoc exinde intelligi poteſt) nihilque eorum, quæ neceſſaria ſunt, negliget. Sicut enim in Ponto Moderatorem fecimus, ita eum quoque in iiſdem hujus Magiſtratus veſtigiis (17) collocamus, eritque & ipſe ſpectabilis: & ſimiliter appellationes, cœteraque ab ipſo adminiſtrabuntur. Neque tantum in priori illo ſolatio ſubſiſtemus. Volumus enim, ut ille pro annonis & reliquo ſolatio quindecim auri libras, (18) aſſeſſor vero Magiſtratus duas libras, ejuſque cohors (19) duas auri libras accipiat. Licet autem is per Imperialia etiam mandata (ſicut diximus) militibus jam præſit, curæ tamen nobis erit, ut (20) aliquem ex militaribus numeris, qui ibi collocati ſunt, illi ſubjiciamus, qui hunc Magiſtratum habet, ut illi ſoli obediant, ejuſque mandatis obtemperent & pareant. Nullam vero communionem neque ſpectabilis Dux habeat, nec cum

 mili-

(14) *cum legibus*] μετὰ τῶν νόμων. MS. Βασιλ. μετὰ τὸν νόμον.

(15) *ejus*] τῆς αὐτοῦ. MS. Βασιλ. τῆς αὐλῆς.

(16) *ſe dedant*] ἐκδιδῶσθαι. MS. Βασιλ. ἐκδίδοσθαι.

(17) *collocamus*] ἐκβιβάζομεν. Forte ſcribendum ἐμβιβάζομεν. Quod eſt, *ingredi facio, immitto.*

(18) *aſſeſſor*] τὸν δέ γε πάρεδρον αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς. *Hal.* αὐτῆς τῆς ἀρχῆς.

(19) *duas*] *Hal.* θ. *novem.* Pro *novem duas* ponendum eſt, β & θ. literæ non admodum diſſimiles ſunt, faciliſque ex una in alterum lapſus eſt. AGYL.

(20) *aliquem*] τινά. *Hal.* τινὰς *quasdam.*

militibus, quos illi expreſſe dabimus, nec (21) cum ullo privato, (22) eorumve litibus, *ſi quas inter ſe habent, nec ſi aliquis ex privatis reus ſit. Neque ullam habeat cum privatis cauſis communionem: (23) quoniam multum intereſt inter militarem curam & politicam adminiſtrationem: eaque (24) diſcernantur, ſicut patres reipublicæ noſtræ hæc ordinarunt & conſtituerunt. Sciat autem ſpectabilis Dux, ſi civilibus negotiis ſe ipſum immiſcere velit, quod neque militaria tractaturus, ſed illis exutus privatus futurus & huic Magiſtratui ſubjiciendus ſit.

CAPUT III.

Atque hæc nobis de Magiſtratu etiam Araborum regionis ſancita ſint. Confidimus enim, hanc rem, Deo volente, bene ceſſuram. Nam ſi nec pecuniis pepercimus, (25) ſed annonas illi auximus, ſcimus etiam, eum, qui hunc gerit Magiſtratum, operam daturum eſſe, ut talem circa veras publicorum tributorum exactiones ſe præbeat, ne exinde damnum, ſed juſtum lucrum fiſco proveniat. Illud tamen fieri & obtinere volumus, ut ipſe annonas ſpectabilis Ducis exinde accipiat, (26) quantum Præſes provinciæ juſſerit: cum manifeſtum ſit, tanta cum ignavia negotia tractaturum non eſſe, ut nec proprias annonas exigere poſſit: cum ſciat, ſi adverſus hæc quid fecerit, quod pœna (27) quinque librarum auri plectendus ſit. Dat. VI. Kal. Jun. Conſtantinop. Dn. Baſil. V. C. Conſ.

Tit.

(21) *cum ullo*] ἰδιώτῃ οὐδενί. Hal. οὐδενὶ ἰδ. ἰ. MS Βασιλ. ἰδιωτικῶν οὐδενί.

(22) *eorumve*] ἐκείνων. MS. Βασιλ. ἐκεῖθεν.

(23) *quoniam*] Aſteriſcum & hic ponit *Hal.* de quo, ut & priori ſupra *n. 5.* *Agylæus* notat: quia duo in Græco exemplari aſteriſci ſunt, eorum prior duriuſculæ orationis & conſtructionis index eſſe videtur, quid autem poſterior ſibi velit, non ita video.

(24) *& diſcernuntur*] καὶ διακεκρίσθαι. *Hal.* καὶ διακεκρίσθαι. MS. Βασιλ. καὶ δεῖ διακεκρῖσθαι.

(25) *ſed annonas*] ἀλλ' ηὐξήσαμεν. Hal. καὶ ηὔξησα.

(26) *quantum*] ὁπόσον. Hal. ὁπόθεν. Recte, præcedit enim ἐκεῖθεν. MS. tamen Βασιλ. ὁπόσα ἄν.

(27) *quinque*] Sic in textu legitur. Hal. *n. quindecim.* MS. Βασιλ. πέντε καὶ δέκα χρυσίου λίτρας.

Digitized by Google

TIT. LV.

De Proconſule Palæſtinæ.

CONSTIT. CIII.

Scripta eſt Johanni ſacro Prætorio iterum Præfecto Glorioſiſſimo, Exconſuli & Patricio.

JAm quidem & alios gentium Præſidatus, qui antea humiles erant, nec quicquam fortiter peragere poterant, majores fecimus: & partim quidem ſpectabiles eos effecimus, partim vero ipſis atque Aſſeſſoribus & cohorti annonas auximus, cœteraque omnia largiti ſumus, & de appellationibus ut cognoſcerent, permiſimus. Atque hos quidem Proconſulum, alios vero Comitum, uti vocantur, alios Prætorum, alios Moderatorum honoribus ornavimus, ſemperque ſplendidi quid invenientes, novum reipublicæ noſtræ decus conciliavimus. In mentem vero nobis venit (1) Cæſarea Metropolis, quæ in prima Palæſtina principatum tenet, quam præ reliquis majore honore frui oportebat: quoniam antea quoque Proconſul eam habuit, & talis Magiſtratus illi præfuit, atque ex majore in minorem dignitatem tranſlata eſt, cum Palæſtina, quæ antea tota una tantum fuit, in tres partes poſtea diviſa fuerit, nec Proconſulatus (2) ejus manſerit, ſed in hunc Magiſtratum, qui ordinarius vocatur, tranſlatus ſit: quanquam antiqua ſit, ſemperque in honore fuerit, tum quando eam Straton primus fundavit, qui Græcia oriundus eam condidit, tum etiam quando Veſpaſianus piæ memoriæ, celeberrimus Imperatorum, Pater Titi piæ memoriæ, (quod illi vel ſolum ad omnem gloriam ſufficit) (3) Cæſarum nomine ipſam appellavit, (cum antea (4) turris Stratonis vocaretur) honorem hunc ipſi

(1) *Cæſarea*] ἡ καισαρέων μητρόπολις. *Hal.* ἡ Καισάρεια.

(2) *ejus*] αὐτῆς ὑπάτου. *Hal.* αὐτῆ.

(3) *Cæſarum*] εἰς τὴν τῶν καισάρων αὐτὴν ὀνόματι προσηγορίαν. *Hal.* οἱ τὴν αὐτῶν καισάρων αὐτὴν &c. ipſorum Cæſarum appellatione eam nominavit.

(4) *turris*] Στράτωνος πύργον. Gloſſ. Cyrill. πύργος *turris*, *burgus*. Fuerunt *burgi* habitacula ſeu propugnacula per limitem & parva caſtella, eaque munita. Hinc Burgarii, qui Burgis ſerviebant. *l. 2. C. Th. de his qui cond. prop. Vid. Gothofr. ad l. 1. de Burgariis.* Cæſaream autem ædificavit *H*erodes in honorem Octaviani, cum Burgus Stratonis antea vocaretur.

(5) præbens, quod in ea poſt victorias Judaicas Imperatoribus adſcriptus eſt.

§. 1. Videmus autem eam magnæ & admirabili regioni (6) imperare, fructumque reipublicæ noſtræ quam maximum, tributorum magnitudine & devotionis excellentia, præbere, magnique nominis urbes habere, & bonos ac doctos cives, quique inter ſacerdotes celebres ſunt, alere: &, quod omnium maximum eſt, in ea conditorem univerſi, JEſum Chriſtum, verbum Dei, totius humani generis ſalutem, in terris viſum, noſtraque aſſumere dignatum eſſe.

CAPUT I.

HAnc igitur quo non modo honoremus, & Proconſularem ad formam evehamus, illique, qui Magiſtratum hunc habet, concedamus, ut Proconſul ſit & vocetur? id quod ſacra hac Pragmatica ſanctione facimus. Vocari autem eam volumus (7) ſingularem Cæſarienſium legem, & Proconſulem (8) appellamus eum, qui Magiſtratum gerit, illique concedimus, ut ſpectabilibus adſcribatur, omniaque, quæ illi Imperio propria ſunt, habeat: cauſas etiam appellationum uſque ad decem libras auri, quæ ex utraque Palæſtina ad eum deferuntur, cognoſcat, (9) atque in omnibus potens ſit, quo mandata noſtra pulchre & ſtrenue exequi poſſit. Utetur autem honorifica illa atque antiqua (10) Tebenno, (ſtola ſcilicet purpurea) feſtis diebus in-

Amm. Marcell. lib. 14. cap. 8. Ubi vide notas.

(5) *præbuit*] χαρισάμενος. *Hal.* χαρισάμενος, hoc illi honore impenſo.

(6) *imperare*] ἄρχουσαν. *Hal.* ἀρχοῦσαν, niſi vitium ſit typographi.

(7) *ſingularem*] ἰδικὸν νόμον. *Hal.* εἰδικὸν *privilegium.*

(8) *appellamus*] ἀποκαλοῦμεν. *Hal.* ἀποκαλοῦμεν. Recte. Sic enim & alibi.

(9) *potens*] ἰσχύειν τε τῷ παντὶ καθεστάναι. *Hal.* ἰσχύειν τε &c. *Valeatque omnino talis exiſtere.* Minus bene.

(10) *Tebenno*] τήβεννον. *Hal.* τηβέννῳ. *Antiqua Veneta* male. Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *Tebennum.* Conſulum ornamenta ſunt Trabeæ, eædemq; regum, quæ & τήβεννα Nov. 103. & Artemidoro, Sudæ, Moſchopulo Autori Etymol. *Cujac. ad l. 1. C. de Public. lætit. vel Conſ.* Nomen accepit a Tebenno Arcade, qui primus iſtam chlamydem induit, cum in jonium ſinum navigaſſet, & ab illius loci incolis receptus fuiſſet. &c. Vide *Suidam.* Add. & *Cujac. in Expoſ. h. Nov.*

Digitized by Google

induens eam: & tanto honore affectus glorietur, (11) belliſque & tot militibus præſit, & omne id, quod fiſco atque ſubditis noſtris utile eſt, faciat. Annonarum vero nomine illi præbemus (12) viginti duas libras auri, ut illas inter ſe, aſſeſſorem ſuum, & cohortem ſibi parentem, quo velit ipſe modo, dividat, eaque nobis indicet, ut ſacra pragmatica ſanctione eam diviſionem confirmemus. Neque enim (13) ferre poſſumus, ut ipſe ejuſque Aſſeſſor veterem illam & exiguam annonam accipiant, ac cohors ejus penitus auxilio deſtituatur, quæ tamen de tot exactionibus laborat, & periclitatur. Quare illa benevole ei miniſtret, & publica tributa exigat, injuſtiſque muneribus accipiendis abſtineat.

.CAPUT II.

NUllam vero plane cum civilibus cauſis, & tributorum publicorum exactionibus communionem habebit ſpectabilis pro tempore illorum locorum Dux, ſed ipſe omnes privatas & publicas, ut dictum eſt, cauſas dijudicabit, maximeque providebit, ut tributa indeſinenter inferantur, & ipſe puris utatur manibus, (quod & ſpectabilis Stephanus, qui nunc primus in illa eſt, obſervans inclaruit, quem & porro id facturum eſſe, ex præteritis, perſuaſi ſumus) omnium vero maxime curam geret tranquillitatis civitatum, neve in civitatibus ullus tumultus publicus excitetur. Nam & hoc proprium eſt Magiſtratus illius, qui provinciam tum ob alias cauſas, tum maxime ob diverſitatem religionum ſeditionibus laborantem, ſuſcipiens, eam pacatam reddidit, omnique tumultu liberavit: quod ut denuo faciat, illi præcipimus, & ſi forte tale quid fiat, in ſecundam Palæſtinam excurrat, & tumultus componat, nec permittat, ut in illa quid duri ſtatuatur, maxime in illa, quoniam multos ibidem tumultus exortos, nec exiguos eorum (14) effectus eſſe videmus.

CA-

(11) *belliſque*] καὶ πολέμων ἐξαρχέτω. *Hal.* καὶ πολλῶν &c.

(12) *viginti duas*] *Hal.* κʹ. *lege*: *viginti.*

(13) *ferre*] ὑπομένομεν. *Hal.* ὑπομείναιμεν.

(14) *effectus*] ἀποτελέσματα καθεστῶτα. Hal. omittit τὸ καθεστῶτα.

CAPUT III.

SI vero militibus indigeat, qui in provincia degunt, etiam hos illi (15) ex fortiſſimorum militum catalogo, prout nobis placuerit, (16) præbebimus, tum ad ornatum urbis, eorumque, qui agros incolunt, tranquillitatem, tum etiam ad tributorum exactionem: ſacra pragmatica ſanctione, quæ illi quoad hæc nuper data eſt, etiam numerata manente: quæ non vult ſpectabilem Ducem, vel glorioſiſſimum Magiſtrum militum, licentiam habere milites apud eum commorantes abſtrahendi, ne exinde tumultus quidam in urbibus oriatur: id quod nunquam fiet, ſi ille Magiſtratum civilem adminiſtret, & tranquillitati eorum, qui tributa conferunt, proſpiciat, atque auxilium a militibus habeat, & tam ipſorum militum, quam reliquorum ferociam, ipſorum opera corrigat.

§. 1. Erunt vero plane diſtincti, Dux ſpectabilis locorum, & is, qui (17) Proconſulare Imperium gerit. Ac ille quidem militibus limitaneis fœderatis, & ſi quid in illa regione in armis eſt, præerit, exceptis militibus Procònſuli aſſignatis. Hic vero civilium perſonarum & rerum, militumque, qui eum obſervant, curam & cuſtodiam habebit. Ob publicos tamen reditus, vel ſeditiones publicas nemo plane eximetur a ſpectabilis Proconſulis juriſdictione: ſed omnibus imperabit, omnibus præcipiet, & nemo mandatis ejus reſiſtet: nec quiſquam vel fiſcum defraudandi, vel cives lædendi ullam occaſionem habebit, qui publicæ ſeditionis auctor factus eſt. Nec cingulo, aut dignitate, aut ſacerdotio,

(15) *ex fort.*] ἐξ ὧνπερ ἂν ἡμεῖς συνίδοιμεν γενναιοτάτου στρατιωτικοῦ καταλόγου &c. Hal. ἐξ ὧνπερ ἂν ἡμεῖς συνείδομεν γενναιότητος στρατιωτ. &c. *ex quo militarium numerorum ſtrenuitatem compertam habemus tam in &c.* Aliter videtur diſtinguendus hic locus, & verba γενναιοτάτου στρατ. καταλόγου jungenda cum ſequenti μέρος, non cum συνείδομεν, ut ſequentia probant. Verbis autem τοῦ θείου πραγματικοῦ &c. præmitti debet ἐξ, vel legendum τύπῳ, vel ſimile. Si quis etiam pro γενναιοτάτου στρατ. velit legere γενναιοτάτων στρατιωτῶν καταλόγων, non ſine ſpecie eum id facturum arbitramur, etſi noſtram lectionem non contemnamus.

(16) *præbebimus*] παρέξομεν. *Hal.* προστάξομεν. *adjungimus.*

(17) *Proconſulare*] ἀνθύπατον ἀρχὴν. Hal. ἀνθυπάτειας ἀρχήν.

Digitized by Google

dotio, aut cujuſdam alterius cauſæ (18) privilegio utetur, ſed eo ſolo ſe ipſum a pœna liberabit, ſi innocens ſit.

§. 2. Hæc igitur, (ut díximus) huic quoque Magiſtratui tribuimus, eumque perpetuo cuſtodire ſacra hac pragmatica lege volumus: & ut Celſitudo tua perpetuo eam cuſtodiat, ſancimus. Atque ſecundum hunc modum particularibus ſedis tuæ conſtitutionibus adſcribatur, omneſque Palæſtini in futurum ſciant, jus Proconſulatus ipſis rurſum datum, &, qui primæ Palæſtinæ præeſt, (19) Proconſulem eſſe, ut antea, (20) a priori ſupercilio (21) liberatum, in majori nunc honore, civitati debito, futurum.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hàc pragmatica & ſpeciali lege declarata ſunt, Excellentia tua effectui, (22) rationi & fini dare ſtudeat. (23) Dat. Kal. Junii Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug. Biliſ. V. C. Conſ.

(18) *privilegio*] προνομίῳ. *Hal.* *προνομία prærogativa.*

(19) *Proconſul*] ἀνθύπατος ἐστὶν αὐτοῖς ὡς πρότερον. Hal. ἀνθύπατος αὖθις δὲ καὶ πρότερον. *Proconſul rurſus ſit ut olim.*

(20) *& a priori*] Locus obſcurior eſt, quam ut facile intelligi poſſit. Ego certe, ut ingenue fatear, quocunque illum excutio, mihi plane ſatisfacere non queo. AGYL. Male in editionibus noſtris latinis interpretationes hujus loci duæ *Haloandri* nempe & *Agylæi* junctæ leguntur, eadem verborum ſerie, hoc modo: *ſummuſque in prima Palæſtina Magiſtratus Proconſul rurſum ſit, ut olim, qui liberatus priſtino faſtu nunc in honore quam qui* (Agyl. ſcripſit, *qui quidem*) *civitati debeatur futurus. Et majore* (Ita h. l. vertit *Agyl.*) *& priore liberata ſupercilio nunc in majore honore erit nempe civitati debito.* Quæ verba ſunt *Haloandri.* Putamus, cum ὀφρὺς faſtum & ſuperbiam denotet, ſenſum eſſe; Magiſtratum Palæſtinæ a faſtu aliorum ſicque contemtu nunc liberatum, majore honore decoratum eſſe. Nam in præfat. *Eum a majore dignitate ad minorem tranſiviſſe* & cap. 1. ait: *ſe ferre non poſſe, ut priſtina Vilitate annonam percipiat.*

(21) *liberatus*] ἀπηλλαγμένος. Hal. *ἀπηλλαγμένης.* priore *liberato* ſupplicio.

(22) *rationi*] καὶ λόγῳ. Deeſt ap. Hal. ut & καὶ ἰδίῳ quod præcedit.

(23) *Dat. Kal.*] Subſcriptionem nullam habet *Vet. Interpr.*

TIT. V.

(1) De Prætore Siciliæ.

CONSTIT. CIV.

* *Epitome ex Haloandro.*

§. 1. HAbeat Sicilia Prætorem, qui civilia tractet & militaris impenſæ curam gerat.

§. 2. Tributa Siciliæ ne ſint ſub Prætore, ſed ſub Comite Patrimonii Italiæ.

§. 3. Appellationes & ſententias defenſorum & primorum civitatis Siciliæ Quæſtor examinet. Publicata poſt Conſulatum Beliſarii.

Epitome Juliani.

Ut provocationes a Sicilia venientes apud Quæſtorem eminentiſſimum ventilentur.

PRovocationes a Sicilia in hac civitate venientes apud Excellentiſſimum Quæſtorem ventilentur. Et ſi Defenſorum in civitatibus creandorum, vel patrum decreta opus ſit celebrari, apud eundem Inluſtriſſimum virum celebrentur.

TIT. VI.

De Conſulibus.

CONSTIT. CV.

Scripta eſt Strategio Glorioſiſſimo Comiti ſacrarum largitionum, Exconſuli & Patricio.

Con-

(1) *De Præt.*] Quartæ ſupra centeſimam conſtitutionis præter inſcriptionem Scrimgerus nihil habet. Quare quod *H*aloander habet, quale id eſt, eo contenti ſimus oportet. *H*abet autem ſimile quiddam ille in 75. Conſtitutione. AGYL.

* Περὶ πραίτωρος Σικελίας. Διάταξις. ρδ'.

α'. Ἐχέτω ἡ Σικελία πραίτωρα πράττοντα τὰ πολιτικὰ καὶ φροντίζοντα τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης.

β'. Τὰ δημόσια τῆς Σικελίας οὐκ εἰσὶν ὑπὸ τὸν πραίτωρα, ἀλλ' ὑπὸ τὸν κόμητα τῶν πατριμονίων τῆς Ἰταλίας τελοῦσι.

γ'. Τὰς ἐγκλήσεις καὶ τὰ ψηφίσματα τῶν ἐκδίκων καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως Σικελίας κοιαίστωρ πράττει. Ἐξεφωνήθη μετὰ τὴν ὑπατείαν τοῦ Βελισαρίου.

CONſulatus nomen & res ipſa ad bellorum neceſſitatem a veteribus Romanis inventa eſt, (1) & in decretis, quæ ipſis in creatione communis Reipublicæ forma dabat, (ſtatim enim Romani provincias ſortiebantur, in quibus bellum gerebant, & ſecundum eas ſorte capiebant faſces,) poſtea vero tempus, quod in piiſſimos Imperatores (2) belli gerendi paciſque faciendæ poteſtatem tranſtulit, Conſulibus rem illam in ſolam liberalitatem eamque moderatam, & ordinatam, modumque non excedentem mutavit. Verum paulatim tantos ſumtus quidam in eam rem fecerunt, ut ſuam ſolum magnificentiam oſtentarent, (3) non tamen ignorarent, ſe aliud exemplum habituros non-eſſe. Neque enim in multis conveniunt maximæ divitiæ & liberalitas animi, quæ non modum rei, ſed propriam magnitudinem ſequitur. Itaque quoniam periculum eſſe videmus, ne Conſulum nomen intercidat, quod per tam longa tempora ad milleſimum uſque annum fere duravit, & cum Romanorum Republica floruit: propterea hanc rem (4) contrahendam & immenſitate ejus reſciſſa, conſularem impenſam ad pulchrum modum redigendam eſſe putavimus, ut perpetuo Romanis maneat, omnibuſque bonis viris ad eam aditus pateat, quos tali honore dignos eſſe judicaverimus. Omnibus itaque perſcrutatis, perſpeximus, quantum conveniat id eſſe, quod dandum eſt. A Marciano igitur Imperatorum optimo lex ſcripta eſt, quæ noluit Conſules pecunias ſpargere. Et hæc quidem conſtitutionum ejus prima fuit. Invenimus igitur poſt dictam conſtitutionem, alios quidem eam ſecutos,

 nihil

(1) *& in decretis*] κἀν τοῖς ψήφοις ὡς αὐτοῖς &c. Non habent hæc, quo referri, poſſint aut in præcedentibus aut ſubſequentibus. Videntur autem poſt τὸ ῥαβδὸς quædam deeſſe. Cum enim in ſequenti dicatur, tempus, quo imperium ad Imperatores translatum fuit, rationem ſpargendorum miſſilium in liberalitatem mutaſſe, deeſt, ſi quis rem recte æſtimet, in textu, quid antea obtinuerit. Si cum *Vet. Interpr.* parentheſi, quæ ſequitur, ſublata τὸ γὰρ, quod ibi poſt διηλλάγκαμεν eſt, velimus expungere, habebunt quidem verba noſtra, quo referantur, ſenſui tamen non ſat conſultum eſſe credimus.

(2) *belli gerendi*] τοῦ πολεμεῖν. Hal. τοῦ πολεμοῦν.

(3) *non tamen*] ὑμῶν ἀγνοεῖν. Vet. *non tamen cogitarent.*

(4) *contrahendam*] ἀναστεῖλαι. *Hal.* συστεῖλαι. Non male. Sic & *infr. c. 2. §. 2.*

nihil plane in vulgus ſpargere voluiſſe: alios vero, cum petiiſſent, ut id præter legem facerent, atque obtinuiſſent (5) quæ petierant, deinde ad animi ſui modum reſpicientes, ultra modum in ſpargendo liliberales fuiſſe: alios vero medietate recte electa, modicis (6) loco multorum contentos fuiſſe. Et quoniam majoribus noſtris optimum in medio conſiſtere viſum eſt, quaſi periculum eſſet, ne extrema, quæ ab utraque parte ſunt, ſtatim ad immenſitatem prolaberentur, nos quoque id, quod decet, hac in re definiendum eſſe putavimus, ut illud nec immoderatum, nec inordinatum, (7) nec legibus noſtris indignum ſit.

CAPUT I.

De ſeptem proceſſibus Conſulum.

Quantum igitur Conſulem ſingulis annis a nobis creandum, ſportularum cæterarumque omnium diſtributionum & expenſarum nomine dare oporteat, hæc omnia deſcriptione complexi ſumus, eamque ſacræ huic legi ſubjici juſſimus. In legis enim formam id redegimus, ut tranſgreſſor convenientem aliquam pœnam ſuſtineat. Omnes autem eorum proceſſus ſeptem eſſe volumus. Nam ſi eam ob rem hoc excogitatum eſt, ut ſpectacula (8) ad vulgi hilaritatem præbeantur, hæc vero a nobis ludis circenſibus, ſpectaculis, cædibuſque ferarum, & ſcenæ atque (9) Thymeles delectationibus circumſcripta ſunt, neutro horum populus noſter privabitur: ſed erit illi primus proceſſus, quo conſulatum ſuſcipit, & codicillos ejus acquirit, Calendis Januariis: poſt eum ſecundum præbebit ſpectaculum equorum certantium, quod (10) Mappam

(5) *quaque pet.*] ἃν ᾔτησαν. *Hal.* ἃν ᾐτήσαντο.

(6) *loco*] ἀντὶ πολλῶν. *Hal.* πολλαπλῶν *pro multiplicibus.*

(7) *nec noſtris*] Vet. *neque noſtrorum temporum indignum.*

(8) *ad vulgi*] τοῦ δήμου. *Hal.* τὸν δῆμον.

(9) *Thymeles*] Thymele eſt pulpitum orcheſtræ, in qua ſunt Tibicines, citharœdi &c. *Hinc Thymelica*, quæ ſaltat in Thymele, de qua vid. *l. 5 C. Th. de Scenicis.* Thom. Mag. θυμέλην οἱ ἀρχαῖοι ἀντὶ τοῦ θυσίαν ἔθεν· οἱ δὲ ὕστερον ἐπὶ τοῦ τόπου τοῦ ἐν θεάτρῳ, ἐφ' οὗ αὐληταὶ καὶ κιθαρῳδοὶ καὶ ἄλλοι τινὲς ἀγωνίζονται μουσικὴν, ἄλλοι δὲ ᾠδῆς μουσικῆς θυμέλην λέγουσι.

(10) *Mappam*] Julian. *Tmappa.* Vid. *Gloſſ. Jul.* & Ant. Aug. verb. *Mappa.* Adde & *Not. Gothofredi* ad hunc locum.

Digitized by Google

pam appellant: & tertium (11) theatri ita vocati venationem, non bis, ſed ſemel peragendam: poſt illud id, quod (12) Monomerium dicitur, ubi populum multa voluptate (13) Pancarpum, ut vocant, ſpectandum, hominesque cum beſtiis pugnantes, & audacia celebres, ac inſuper beſtiæ occiſæ implebunt. Quintum etiam faciet proceſſum, qui ad theatrum ducit, quem (14) Pornas dicunt, ubi illis in ſcena locus erit, qui riſum excitant, item Tragœdis & Thymeles choris; ſpectaculis quoque variis, rebuſque auditu jucundis apertum eſt theatrum. Rurſus (15) ſpectaculum equorum certantium, quod Mappa vocatur, exhibebit, ſextum celebrans conventum ſolennem. Deinde annuum hunc honorem deponet, pro depoſitione, uti vocatur, more ſolito panegyrin celebrans. Atque ita ſeptem noctium & (16) proceſſuum curſus perficietur, nullam ſpeciem earum, quæ ab initio ſtatutæ fuerunt, prætermittens. Aliam enim quandam Mappam invenire, & duas theatri venationes, uti vocantur, conjungere, nec priori contentum eſſe, manifeſtum eſt, id nil novi reſpectu priorum habere. Hæc igitur res merito ſufficere putetur: ſed ſingula clare repræſentabuntur, non vero in tantum, ut populo etiam exoſa fiant. Quæ enim raro fiunt, admirationem habent. Hæc igitur quoad conſularem expenſam a nobis ſcripta & determinata ſint.

CAPUT II.

De uxore & matre conſulis.

QUod ſi Conſul uxorem habeat, etiam quoad eam modus expenſarum a nobis definitus eſt. Etenim has quoque ſplendore matri-

Quid ſit mappa, in ipſo textu explicatur verb. *ſpectaculum equorum certantium.*

(11) *Theatri*) Vid. Gloſſ. Jul. & Ant. Aug. verb. Theatro quinegium & θεάτρου κυνήγιον.

(12) *monomerium*) Vid. *Gloſſ. & Ant. Aug.* de illa voce & *Gothofr.*

(13) *Pancarpum.*) Vid. *Gloſſ. & Ant. Aug.* de illo verbo & *Gothofr.*

(14) *Pornas*) Vid. *Gloſſ. Jul. & Ant. Aug.* de illa voce & *Gothofr.*

(15) *ſpectaculum*) Julian. *in circum procedat, & faciat mappam.* Vid. *Gloſſ.* verb. *circus.*

(16) *proceſſuum*) Vid. *Gloſſ. & Ant. Aug.* verb. *Proceſſio.* Proceſſus. legitur in *l. 41. ff. d. donat. int. vir. & ux.* Cujac. h.

Digitized by Google

menii una frui oportet. Si vero uxorem non habeat ſuperflua illa ſunt: niſi mater illi ſit, quæ (17) conſulatu digna, & prius (18) honorata fuerit, eamque honore illo ſecum frui velit. Hoc enim quoad ſolam matrem illi permiſſum eſt: alia vero mulier, præter conjugem & matrem, nullo modo aſſidebit: illa quidem omni modo, (quoniam mulieres radiis maritorum illuſtrantur, lege hoc ipſis concedente) mater vero, ſi conſul hoc voluerit: non vero filia, nec ſoror forte, nec uxor filii, & multo magis, (19) ſi eum genere non attingat: id enim plane abſurdum foret.

§. 1 Quid vero Conſulem ſeptem illis proceſſibus in populum ſpargere oporteat, melius nos definimus, quam Marciani ſactæ memoriæ conſtitutio dicit. Illa enim ſimpliciter ipſum (20) liberalem eſſe prohibuit, nos vero eam emendamus, rem voluntati illius permittentes, qui (21) Conſulatus honorem gerit, ſive enim nihil omnino ſpargere velit, non cogimus eum, ſive rurſus id agere argenteiſque donis populum honorare voluerit, nec hoc prohibemus. (22) Non tamen aurum ſpargere permittimus, neque parvæ alicujus, neque majoris, neque mediæ plane notæ, aut ponderis, ſed argentum ſolum, ut diximus. Aurum enim Imperatori ſpargere liceat, cui ſoli aurum contemnere fortunæ permittit faſtigium. Argento vero, quod ſtatim poſt aurum pretioſiſſimum eſt, reliqui etiam conſules liberalitatem convenienter exercebunt, atque hoc illi ſpargere permittimus, & (23) in mili-

(17) *Conſulatu*) ὑπατείας. *Hal.* ἐνδεταθείας. *Voluptate.* Vet. *niſi mater ejus conſtat jam conſulatu digna.*

(18) *honorata*) τετιμημένη *Hal.* ἀξιοτιμωμένη.

(19) *ſi gen.*) Vet *ſi nec pertinens ad genus ſit, hoc enim pure illicitum exiſtebat.*

(20) *liberalem eſſe*) φιλοτιμεῖσθαι. Quod non legit *Hal.*

(21) *conſulatus*) τὴν ὕπατον ἔχοντα τιμήν. *Hal.* τὴν ὑπάτειαν.

(22) *Non tamen*) Conf. l. 7. C. Th. de falſa moneta, ibique *Gothofr.*

(23) *ſin miliariſiis*) μιλιαρισίοις. De his Vid. *Gothofr.* hic in notis. Numiſmatis eſt Pars XII. complectens folles 24. *MEURS. Gloſſ. Jur.* μιλιαρίσιον, στρατιωτικὸν δῶρον. Μιλιαρίσιον τὸ χιλιαστὸν τῆς τοῦ χρυσοῦ λίτρας, μίλε γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ χίλια καλοῦσι καὶ οὕτω κατακερματοῦσι, τὸ ποσὸν τῆς λίτρας, ἵνα δι' αὐτοῦ σώζηται τὰ χίλια μιλιαρήσια, ὥστε κατὰ νόμισμα λαγχάνειν μιλιαρίσια ιβ.

miliariſiis, uti vocantur, & (24) melis, & (25) caucis, & (26) quadrangulis, & id genus aliis: quanto enim minutius erit id, quod ſpargitur, tanto plures erunt qui accipienr. Modus vero rei ſit dantis facultas & voluntas, ut vel nihil, vel modicum, vel plurimum populo det. Hoc enim in Conſulatibus definimus, neque invitos ſpargere cogentes, neque prohibentes eos, qui volunt & liberales ſunt. Sed hæc quidem de argento ſpargendo nobis ſancita ſint: & ſi hoc voluerit, licentiam habeat argentea dona in proceſſibus ſuis diſtribuendi, ſicut ipſe id recte ſe habiturum putaverit, ſolumque aurum ejicere (27) aut attingere prohibeatur, quod Imperatori tantum a nobis tributum eſt.

§. 2. Ex reliquis vero, quæ a nobis definita, & deſcriptioni, (28) quæ hac lege continetur, inſerta ſunt, quid violare, vel augere, vel minuere, nullo modo ipſi permittimus. Nam quod indefinitum eſt, (ſparſionem ſcilicet) in voluntate dantis omnino ponimus, efficientes, ut penes illum arbitrium ejus rei ſit: quod vero ſemel a nobis definitum & conſtitutum eſt, id hæc noſtra lex violare vetat. Sed ſi quis id, quod definitum eſt, excedere auſus fuerit, centum librarum auri pœnam ſolvet, utpote qui præcepta noſtra violavit, & totum hujus legis ſcopum, (29) quantum in ſe eſt, corrupit. Si enim ob hanc ſolam cauſam lata eſt, ne immenſitate eorum, quæ eroganda ſunt, (30) Conſules deſint, & nos ideo ſuperfluas illas dationes & ſumtus con-

(24) *melis)* μήλοις. Μῆλον nummi genus eſt ave ſignati. *MEURS. Gloſſ. verb.* μῆλον. Vid. *Gothofr.*

(25) *caucis)* καυκίοις. Vid. *Gothofr.* & *Cujac.* hic.

(26) *quadranguli)* τετραγωνίοις. Vid. *Gothofr.* & *Cujac.* h. l.

(27) *aut attingere* Vet. *quod Imperatori tantum tributum eſt contingere.* Nobis verbum *contingere* ad priora pertinere videtur. μήτε ἐγχειρεῖν τῷ χρυσίῳ ὅλως ἅψασθαι &c. ἢ προσψαῦσαι &c. *Hal.* τῷ &c. ἀφωρισμένον. Minus bene. Nam τὸ ἀφωρισμένον jungendum cum χρυσίον.

(28) *quæ hac lege)* τοῖς τῷ δὲ ἐμπεριεχομένοις τῷ νόμῳ, atque *hac lege comprehenſa ſunt.* *Hal.* καὶ τῷ δὲ ἐμπεριεχομένῳ τῷ νόμῳ. Vet. *deſcriptione quæ hac* &c. quod retinendum.

(29) *quantum)* ἐφ' ἑαυτῷ Hal. ἐφ' ἑαυτό.

(30) *Conſules)* τὸ τῶν ὑπάτων *Hal.* τῶν ὑπατευόντων.

contraximus, effuſiſque in publicum proceſſibus & ſpectaculis modum convenientem conſtituimus, forte etiam elegantius quid circa numeros excogitavimus, voluntati Conſulum permittentes, velint ne (31) argentum ſpargere, an nihil dare, quo plures nobis ſint, qui nomine ſuo tempus exornent: ille, qui id, quod conſtitutum eſt, violat, merito, ceu legis noſtræ tranſgreſſor, pœna dignus ſit. Ita enim perpetuo nobis Conſules erunt, qui rei immenſitatem non horreant, (32) nec tanquam præſentiſſimum periculum Conſulatum fugiant & averſentur. Sancimus igitur, ut hæc lex firmiter cuſtodiatur.

§. 3. Quamobrem nemo ab ea recedere audeat, neque ſi divitiis abundet, neque ſi ex Magiſtratibus noſtris ſit, neque ſi ex magna Curia ſit, aut nullum Magiſtratum gerat. Hæc enim omnia conſiderantes, omnes largitiones æquales fecimus, nulli omnino licentiam dantes, ut modum hac lege comprehenſum excedant, ſed ſolum argentum in proceſſibus ſpargant, vel neque hoc faciant: (33) quod voluntati Conſulum, (ut ſæpius dictum eſt) permiſimus. Illis quoque, qui ea accipere ſolent, maximum beneficium hac noſtra lege (34) conceſſum ſit. Nam ſi periculum erat, ut illi deficientibus Conſulibus nihil acciperent, nunc vero mediocria accipiant: merito magnam gratiam huic legi habebunt, ſi pro nihilo, quantum ſatis eſt, accipiant. Nam illud ipſum, quo glorioſiſſimis Conſulibus aurum, vel (35) etiam majus quid ſpargere non permittimus, ſed ut in miliariſiis & melis & caucis & quadrangulis mediocribus (36) & id genus aliis, largitionem

(31) *an argentum*) πρὸς τὸ ῥίπτειν ἄργυρον &c. ταῖς ἑαυτῶν τῶν ὑπάτων ἀνατιθεικότες γνώμαις. Vet. *id eſt ſpargere argentum &c. eorundem conſulum dimittentes voluntatibus.* τὸ πρὸς delendum eſſe, ipſe textus demonſtrat.

(32) *nec tanquam*) deſunt hæc & ſeq. ap. *Hal.* uſque ad *averſantes.*

(33) *quod Conſ.*) ἃ ταῖς [illegible]ῶν &c. *Hal.* ὃ ταῖς &c. Vet. *quod.* Recte.

(34) *conceſſum*) ἀποκείσθω. Melius Hal. ἀπόκειται, & Vet. *repoſita ſunt.*

(35) *& majus quid*) ἢ καὶ μεῖζον. Vet. *aut vaſa majora*, quod & Julian. Epit. habet: ut verbum in Græco intercidiſſe videatur. Videntur autem *quadrangula mediocria* hiſce Vaſis opponi in ſeqq.

(36) *& id gen.*) καὶ τοῖς τοιούτοις ποιεῖσθαι τὴν δόσιν. Hal. καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ποιεῖσθαι τὴν δόσιν. Apud quem poſt πράττοιεν quædam deſunt.

Digitized by Google

tionem faciant, ſancimus, ad humanitatem utilitatemque populi a nobis inventum eſt. Si enim hoc fecerint, (37) qui conſularia miſſilia ſpargunt, & ſola in cives ſparſerint, non amplius pro magnis lucris certantes, ſeditiones inter ſe excitabunt, ac ad mutuas plagas venient, quas fuſtibus, lignis, lapidibus ſæpius intulerunt: quæ res nobis admodum exoſa eſt. Videbamus enim eos ſeditiones quidem movere, & ineffabilibus malis propter ea, quæ ſparguntur & ab ipſis rapiuntur, mutuo afficere, domum vero nihil plane portare, ſed eadem die ebrietate & potationibus omnia conſumere. (38) Si vero ſæpe ſpe majoris lucri antea quid expenderunt, deinde vero nihil vel minus accipiunt, damnum etiam habent, & in plagas, vulnera & mala, quæ exinde oriuntur, incidere coguntur. Verum ſi modicum ſit, quod ſpargitur, non admodum contendent, neque uberem quæſtum (39) ſperantes, plagas ſibi mutuo (40) præter modum inferent. Quare communem providentiam hac lege communi (41) etiam formæ reipublicæ afferimus: ut tempus poſt Imperatorem habeat etiam perpetuam memoriam & appellationem Conſulis, in glorioſiſſimis noſtris Magiſtratibus, quique ex magno Senatu ſunt: quoniam ex illis digni honorandi ſunt, & qui præter modum expenſas non faciunt: & decentem conſolationem populo noſtro, & reliquis omnibus illiſque damus, qui hac de re jam deſperarunt: eam ob cauſam ſuperfluum auferentes, ut Conſulatum reipublicæ immortalem (42) faciamus.

§. 4. Subjaceat igitur, (ut diximus) diſpoſitio noſtra huic noſtræ legi, cujus exemplum in judicio Celſitudinis tuæ una cum lege ad eam tranſmiſſa reponatur. Sancimus tamen, ut glorioſiſſimi pro tem-

(37) *qui conſularia*] οἱ τῶν ὑπάτων δόσιν φιλοτιμούμενοι καὶ τούτοις δὲ μόνοις καταπάττοιεν, *qui conſulum largitionem ambiunt, & hac ſola ſpargunt*: Deſunt hæc ap. *Hal.* *Agylæus* vertit, *qui conſularem elargituri liberalitatem ſunt, & hac ſola in populares ſparſerint.*

(38) *ſi vero*] εἰ δέ τι πολλάκις ἐλπίδι. Hal. εἰ δέ ποτε. Vet. *ſi vero forſitan*, εἰ δὲ ἴσως.

(39) *ſperantes*] προσδοκῶντες. *Hal.* προσδοκοῦντες.

(40) *præter*] ὑπὲρ μέτρον. *Hal.* μέτρυ.

(41) *etiam*] καὶ. Id recte deeſt apud *Hal.*

(42) *faciamus*] Lacuna hic eſt apud *Hal.* qua deſiderantur ſequentia, *faciamus: ſubjaceat igitur, ut diximus, noſtra.*

pore Conſules ex ſolo dicaſterio tuo exemplum deſcriptionis huic legi ſubjectæ accipiant, ut ſecundum eam omnia dentur. Deſcriptionem enim propterea a ſede tua dari volumus, ut neque illis quid violare, neque his, qui breviatores vocantur, quid eorum, quæ a nobis conſtituta ſunt, adulterari liceat: ſed ut periculo eorum, qui hanc deſcriptionem in judicio Celſitudinis tuæ cuſtodiunt, exemplum detur cum ſubſcriptione illius, qui eum Magiſtratum, cui tu nunc præes, gerit: ut per omnia incorrupta maneant, quæ a nobis diſpoſita ſunt. Nemo autem eorum, qui (43) ad Conſulatus dignitatem perveniunt, indignetur, ſi moderatis adeo expenſis factis nomen tempori ſit daturus. Nam omne id, quod huc uſque Conſules, tum ex dicaſterio Celſitudinis tuæ, tum a glorioſiſſimis noſtis Præfectis, & aliunde, liberalitate noſtra (44) acceperunt, hoc illis etiam nunc dabimus: qui expenſas quidem ab illis factas contraximus, liberalitatem vero noſtram non minuimus. Ab omnibus vero, quæ a nobis dicta ſunt, Imperator eximatur, cui ipſas etiam leges Deus ſubjecit, & quem tanquam vivam legem hominibus miſit. Propterea Imperatori, qui omnibus urbibus, populis, & ſingulis, quæ vult, diſtribuit, Conſulatus ſemper ſubeſt. (45) Stola vero, quando ipſis placuerit, accedit; ſicut & Imperatoris Conſulatus perpetuo ſceptra ſequetur.

EPILOGUS.

TUa igitur Excellentia hanc legem ſuſcipiens, operam adhibeat, ut illa quoad omnem ejus ſententiam perpetuo in robore ſuo maneat. (46) Legatur. Scriptum eſt exemplum Johanni Glorioſiſſimo iterum Præ-

(43) *Conſulatus*] εἰς τὴν ὕπατον ἡμῶν. Hal. εἰς τὴν ὑπατείαν & mox pro τὴν ὕπατον, τὴν ὑπάτου.

(44) *acceperunt*] ἐκομίζοντο. *Hal.* εἶχον. Vet. *percipiebant.*

(45) *ſtola vero*] προσέρχεται δὲ ἡνίκα αὐτοῖς δόξειεν ἡ στολή. Vet. *advenit: aut cum ipſe annuum erit trabea.* Rectius legit Vet. Int. αὐτὸς ut ſit ſenſus, perpetuum quodammodo ab Imperatore Conſulatum geri, & ab eo manare trabeam, aliiſque deferri ex nutu ejus, atque hac ratione Conſulatum imperio hærere ſemper ſceptrave ſubſequi. Et hujus loci ſenſum ut ita aſſequeremus viam fecit Petr. Faber &c. *Cujac. in Expoſ. h. Nov.* *Hal.* αὐτὸς κινήσειν τῇ στολῇ. Sic & *Vet.*

(46) *Legatur*] Rectius Vet. Jul. *Legi.*

Præfecto ſacro Prætorio, Exconſuli. Scriptum exemplum Longino prudentiſſimo & glorioſiſſimo Præfecto felicis hujus urbis. (47)

TIT. VII.

(1) De Nauticis Uſuris.

CONSTIT. CVI.

Idem Imperator Johanni iterum Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

NUntium Excellentiæ Tuæ audivimus, cui nos ipſi occaſionem præbuimus. Indicaſti enim Petrum & (2) Eulogeium ſacræ poteſtati noſtræ ſupplicaſſe, rebuſque ſuis explicatis dixiſſe, ſe naucleris, ſive negotiatoribus aurum credere conſueviſſe, maxime illis, qui transmarinas negotiationes exercent, vitamque ex maritimis illis creditis, quæ lex apud nos trajectitia vocare ſolet, tolerare: timere vero eos, quia controverſiæ illis exinde (3) exortæ eſſent, & propterea oportere, ut conſuetudo, quæ in rebus illis obtinet, fiat manifeſta: ita ut ſacra juſſio a nobis fuerit edita, quæ conſuetudinem illam in manifeſtiſſimam legem transferret. Itaque nos tibi mandaſſe, ut controverſiæ naturam cognoſceres, eamque nobis exponeres, quo illa nobis decla-

Xxxx 2 rata,

ut *Nov. 22.* Subſcriptio eſt quæſtoris. *CUJAC. in Expoſ. h. Nov.*

(47) Subſcriptionem, quæ in Græco & *Juliano* deeſt, habet *Vet. Dat. V. Kal. Jul. Conſtantinop. poſt Conſ. Béliſarii V. Clariſſimi.*

(1) *De uſuris*] Impoſuit haud dubio *Haloandro*, quod in veteri translatione de uſuris Nauticis Conſtitutio inter poſtremas poſita eſſet, ut illam ipſe etiam in extremis relinqueret, mihi vero, ut id in noſtro ad Juris Civilis Novellas libello approbarem, atque hanc conſtitutionem ab abrogatione poſt centeſimam decimæ conſtitutionis defenderem, quod cui Præfecto inſcripta eſſet, ejus nomen mutatum eſſet, impoſuit. Verum nunc hujus editionis auctoritati, aliiſque certis rationibus cedentes, illam huic ſuo loco reſtituamus. AGYL. Iſta conſtitutio de nautico fœnore loquitur, & eſt pro non ſcripta, quia ab alia poſteriore conſtitutione penitus deleta eſt, quaſi nec ſcripta, nec promulgata fuiſſet. *JULIAN. Epitom.*

(2) *Eulogetum*] εὐλογητὸν. Vet. *Eulogium.*

(3) *exortæ*] poſt hæc verba quædam deeſſe videntur.

rata, id, quod videretur, perpetua lege compleĉteremur: tuamque Gloriam a nobis id facere juſſam, congregaſſe naucleros, quibus hæc credita curæ ſunt, & interrogaſſe, quæ fuerit antiqua illa conſuetudo: illos vero jurejurando etiam præſtito, varios eſſe horum creditorum modos, fuiſſe teſtatos. Et ſiquidem creditoribus placuerit in unumquemque pecuniæ ſolidum, quem dederunt, unum modium tritici, aut hordei navi imponere, nec mercedem pro eo publicis portitoribus ſolvere, ſed quantum ad eos, ſcaphas ſine vectigali ambulare, hunc eos percipere fructum ex pecunia, quam crediderunt & præterea pro decem aureis unum ſolum, uſurarum nomine, in ſingulas pecuniæ decades accipere: ad ipſos autem creditores ſpectare periculum eventus. (4) Si vero creditores hanc viam non eligant, (5) octavam partem pro unoquoque ſolido uſurarum nomine non ad certum quoddam tempus numerandorum, ſed donec navis ſalva redierit, accipere. Hoc igitur pacto

(4) *ſi vero*] Vet. *ſi vero non erumpant hanc viam creditores.* οἱ δὲ οὐχ ἕλοιντο τὴν ὁδὸν ταύτην.

(5) *Octavam*] In ſcriptulo ſex ſiliquæ ſunt, ſiliquis igitur 20. æſtimatur aureus, quæ res in Juſtiniani Novella 130. manifeſta eſt, qua octava ſolidi pars tres ſiliquæ eſſe dicuntur. Eam Conſtitutionem *Haloander* Græce non edidit propterea quod in Florentino Marcianæ Bibliothecæ libro, quem Ludovicus Bononienſis deſcribendum curavit ex conſtituto deſideraretur: quod facit, ut dubitem, an ne ea ſit, quam *Nov. 110.* abrogat. Neque enim me earum conſtitutionum ordo movet, quod aliquando præpoſtere multa ex eo libro ſcripta eſſe deprehendi. Et plane ita eſt. Nam cum Venetiis hos libros edendos curarem atque ego legum & decretorum Pontificiorum libris Græcis legendis operam darem, inveni in Marciana Bibliotheca librum pervetuſtum Novellarum, ex quo omnia fere, quæ in Norica deſunt, deſcripſi, quorum utilitas ut omnibus juris ſtudioſis prodeſſe poſſit, brevi efficiam. In eo optimo libro Græca illa conſtitutio, quæ 130. exiſtimatur, περὶ τῶν ναυτικῶν δανείων 106. eſt: cui adſcriptum eſſe vidi id, quod antea dicebam, πάντων ἀργεῖ νεαρά. Nam 110. περὶ τῶν τόκων. *H*oc enim loco, ut in cæteris libris illic eſt. *H*anc ſine dubio abrogat, & utraque eſt ad Johannem Præfectum Prætorio miſſa &c. Illud ſane in Accurſio & Pyrrho deſidero, quod ſiliquas ſolidos interpretantur, conſtitut. ſingulari de imponenda lucrativis deſcriptione, quam ille alio loco Iſidorum veræ interpretationis teſtem citat, quod ex ſupra a me ſcriptis atque aliis conſtitutionibus conſtat. (*Nov. 123. § ſportular. Nov. 32. 34. 59.*) quæ hanc interpretationem accipiunt. *Ant. AUGUST. Lib. 2. Emend. p. 102.*

Digitized by Google

pacto (6) contingere forte, ut in annum etiam tempus extendatur, ſi navis tamdiu foris moretur, ita ut annus finiatur, vel etiam excedatur: ipſa vero citius redeunte, tempus ad unum ſolum, vel duos menſes trahi, & e tribus ſiliquis utilitatem habere: licet adeo breve ſit tempus, licet quoque ulterius apud debitorem debitum maneat. Illud ipſum vero obtinere, ſi mercatores aliam rurſus profectionem ſuſcipiant: adeo ut ſecundum unumquodque onus modus definiatur, juxta quem debitum vel manere, vel mutari conveniat, ſecundum pactum inter partes hac de re initum. Si tamen poſt reditum, ſalva nave & propter tempus non amplius navigare (7) valente, redeant, viginti ſolum dierum terminum debitoribus a creditoribus dari, & nihil uſuræ nomine pro debitis exigi, donec onus vendatur. (8) Si vero debitum ulterius maneat, nec ſolvatur, tum illas duas partes centeſimæ dominis pecuniæ uſuræ nomine dari, ſtatimque mutari mutuum, & in terreſtrem modum tranſire, periculis maritimis creditorem non gravantibus. Atque hæc omnes dixiſſe, teſtimonium jurato perhibentes: quæ nobis indicaſti, ut id, quod nobis videatur, ſtatueremus, & propterea dixiſti, te id poteſtati noſtræ nunciaſſe.

CAPUT I.

NOS igitur id, quod actum eſt, legentes, & de re ipſa edocti, ſancimus, ut juxta id, quod coram Excellentia tua teſtes edixerunt, illa nunc & in omne futurum tempus obtineant, quia cum legibus jam latis non pugnant: ita ut impoſterum ſecundum ſpecialem quandam legem in naucleroru m ſeu negotiatorum litibus de ejuſmodi cauſis, ea obſervari, & ſecundum modum dictorum pactorum, cœteraſque omnes (9) conſuetudines, quibus antea apud ſedem tuam teſtes edixerunt,

(6) *contingere*] συμβαίνει, lege συμβαίνειν, ut mox παραλυθῆναι & ἔχειν.

(7) *valente*] Vet. *valentes, revertuntur.*

(8 *ſi vero*] εἰ δὲ μεῖνοι περαιτέρω τὸ χρέος ἀναποδιδόμενον &c. Vet. *parcentes apud alium eſſe debitum non reddendum duas partes centeſima dominis pecuniarum dare uſuras, & mutuare, & mox mutuum* &c.

(9) *conſuetudines*] ἔθη. Vet. *reliqua omnia.*

rant, ſententias quoque (10) ferri oporteat: ut per ſpecialem legem hæc in naucleris & negotiatoribus obtineant. Quod enim longo adeo tempore frequentatum eſt, & immutabiliter obtinuit, (quemadmodum teſtes apud Gloriam tuam definiverunt.) quomodo juſtum non eſt, in reliquis etiam omnibus, quæ impoſterum contingent, obtinere & hanc illi eſſe (11) rerum deciſionem, quæ ex ſpeciali lege valeat, neque alia diſpoſitione indigeat, ſed in nauclerorum, vel negotiatorum cauſis omni tempore obtineat, quippe quæ generalis quædam ſit, quæque in nauclerorum, ſeu negotiatorum contractibus valeat, & pars eſſe debeat legum a nobis latarum, (12) ut & judices ad hanc reſpicientes ſententias ferant?

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, Celſitudo tua perpetuo ſervare ſtudeat. Dat. XIV. Kal. Sept. Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug.

Tit. VIII.

(1) De ultimis voluntatibus inter liberos confectis.

CONSTIT. CVII.

Idem Imperator Baſſo Magnificentiſſimo Comiti (2) devotiſſimorum dome.

(10) *ferri*] οὕτως γενέσθαι τὰς ἀποφάσεις. Vet. *ita fieri etiam eventus*, qui ἀποβάσεις legit.

(11) *deciſio*] διάλυσιν, quod h. l. videtur eſſe *deciſio*. Vet. *tranſactionem*. Gloſſ. Cyrill. διάλυσις, *diſſolutio, tranſactio, deciſio.*

(12) *ut &*] ὥστε καὶ τοὺς δικ. Vet. *& judicantes proferre.*

(1) *De ultimis*] Inſcriptio hujus conſtitutionis in *Haloandri* græco codice eſt: *de imperfectis voluntatibus*, ſive *teſtamentis*. Ille autem de extremis voluntatibus poſuit, fortaſſe, quod vox *voluntas*, ſine adjectione vocis extremitatis ſignificativæ, non ita pro teſtamento intelligatur. Sed ea res ita magni momenti non eſt. Scrimgerus ſuccinctius habet, *de teſtamentis inter filios factis*. Si ponatur *de imperfectis extremis voluntatibus* &c. nihil requiri poſſit. AGYL. *Hal.* περὶ τῶν ἀτελῶν βουλήσεων καὶ τῶν εἰς παῖδας γινομένων τιμήσεων. *de extremis voluntatibus & bonorum in filios diviſionibus.* Vet. *de teſtamentis imperfectis a parentibus in filios factis, & de diviſione rerum a filiis coram parente & de ejus facultatibus facta & ſubſcripta.*

(2) *devotiſſim.*] τῶν καθοσιωμένων.

Digitized by Google

domeſticorum, Vicario Johannis Glorioſiſſimi iterum Præfecti Prætorio, Exconſulis & (3) Patricii.

PRÆFATIO.

A Conſtantino divæ memoriæ lex ſcripta eſt, quæ ad antiquam ſimplicitatem collineat: varietas vero rerum, & natura eas frequenter mutans effecit, ut lex illa correctione noſtra indigeret. Dicit igitur lex, defunctorum voluntates, (4) quando parentes ſunt, omnibus modis inter liberos valere debere: (5) & in tantum eos veretur, qui parentes ſunt, ut ipſis (6) obſcuram etiam rerum declarationem permittat, inquens, etſi non manifeſtæ ſint eorum diſpoſitiones, ſi tamen ex indiciis & nominibus & quacunque ſcriptura colligi poſſint, etiam ſic eas valere; (7) idque tam de ſuis, quam emancipatis (8) liberis dicit. Inſuper quoque Theodoſii conſtitutio idem ſtatuit, non in patribus ſolum id diſponens, ſed etiam in matribus, & in aſcendentibus utriuſque ſexus. Hanc licentiam homines amplexi, in tantam obſcuritatem inciderunt, (9) ut vatibus magis, quam interpretibus indigeant. Nam cum neque perſonas ſcribant, neque rerum notas indicent, & forte ne quantitatem quidem, conjecturis tamen & præſumtionibus talia committere volunt.

CA.

Hal. τῶν καθωσιωμένων *devotiſſimorum*, quod & *Vetus Interpr.* habet.

(3, *Patric.*] καὶ Πατρικίῳ. *Hæc* ut & præcedentia ἀπὸ ὑπάτων noſtro quidem judicio ad Johannem PP. ſunt referenda, & proinde ex legibus ſyntaxeos πατρικίῳ legendum putamus. In ſequenti Novella, ubi eadem eſt ſubſcriptio, deſunt iſta.

(4) *quando*] ὅταν ὦσι γονεῖς. *Hal.* ὅταν εἰσί. Non male.

(5) *& in tantum*] καὶ τοσοῦτον αὐτοὺς αἰσχύνεται γονεῖς ὄντας. Vet. *& tamen erubeſcit eos parentes exiſtentes.*

(6) *obſcuram*] καὶ ἀσαφῆ δήλωσιν. Vet. *& claram ſignificationem. Rerum declaratio* hic idem eſt, quod *voluntatis ultima declaratio.*

(7) *idque*] Nota Juſtinianum hic a Conſtantino conſtitutum dicere, ut teſtamentum imperfectum parentum etiam inter emancipatos valeat. Idemque dici in *l. ult. C. fam. erciſc.* Fucum vero Triboniani *d. l. ult. C.* interpolantis hic obſervavit *Gothofred. ad l. 1. C. Th. de fam. erciſcund.* & ſtuporem Juſtiniani idem in *hac Nov.* aſſerentis, cum Conſtantinus de ſolis *ſuis hæredibus* loquatur in *d. l. 1. C.* ad quam vid. *Gothofr.*

(8) *liberis*] παίδων, deeſt apud *Hal.*

(9) *ut vatibus*] ὡς μάντεων. *Hal.* ὡς μάντων.

CAPUT I.

De voluntate parentum in dividendis ipſorum patrimoniis.

(10) QUare cum omnia clara & aperta eſſe velimus, (nihil enim adeo proprium eſt legibus, quam claritas, maxime in defunctorum voluntatibus) volumus, ut ſi quis literarum peritus inter liberos ſuos teſtari velit, ille (11) primum quidem tempus, deinde etiam nomina liberorum propria manu ſcribat: deinde uncias, in quibus eos hæredes ſcribit, non ſignis numerorum indicatas, ſed integris literis declaratas, ut omnino manifeſtæ & indubitatæ ſint. Si vero bonorum (12) etiam diviſionem facere, vel in certis quibuſdam rebus omnes,

(10) *Quare*] ἡμεῖς τοίνυν. *Hal.* ἡμεῖς δὲ.

(11) *primo quidem*] πρῶτον μὲν αὐτοῖς προγράφειν τὸν χρόνον. Hal. πρῶτον μὲν αὐτῆς γράφειν τον νόμον. *quo tempore ea conficiatur, adſcribat.* Vet. *primum quidem ejus ſubſcriptione tempus declaret.* Lege αὐτῆς προγράφειν. *Hal.* Quod docti quidam pragmatici dicunt, dici enunciationem jure antiquo non fuiſſe neceſſariam, ſed Novell. 107. jus illud mutatum, atque ea cautum, ut ſi quis inter liberos teſtari velit, id tempus primum adſcribat, in ea re fugit eos ratio. Neque enim tempore aut temporis adſcriptione quidquam adſcriptum eſt ea *Nov.* ſed jus ab Imp. Conſtant. confirmatum, quo teſtamentum, inter liberos ſuos &c. notis ſcriptum valebat, corrigebatur &c. &c. Quæ autem habentur initio Nov. male accepta, pragmaticos in fraudem induxerunt. βουλόμεθα &c. χρον. Quæ non bene reddita ſunt a vetere Nov. interprete. *Volumus* &c. peccavit interpres, quod ea ſeparavit, quæ ſunt uno tenore accipienda. Conſtituebat ergo Juſtin. non diem adſcribi, ſed cum adſcriberetur, illud propria manu teſtatoris inter liberos teſtantis, &c. perſcribi. Quare autem temporis meminit, idque propria manu teſtatoris adſcribi voluit? quia principium teſtamenti ſcribi volebat manu teſtatoris inter liberos teſtantis. Teſtamenta autem quibus dies apponebatur, incipiebant a die & Conſule. Quod προγράφειν χρόνον ideo dicit Juſtinianus, peſſime interpres *ſubſcribere* interpretatur, cum ſit præſcribere. Acta publica incipiebant a die & Coſ. quibus adponebatur dies l. 3. ff. d. accuſ. quare & in teſtamentis. Quod vel ex teſtamento Gregor. Nazianz. quod circumfertur, conſtare poteſt &c. Chryſoſtomus *Hom.* 2. &c. Obſerva ibi τὸν χρόνον ἄνωθεν προγεγραμμένον. quomodo προγράφειν apud Juſtinianum. Sed multo clarius ſequentibus verbis &c. In actis autem privatis diem in fine apponebant. Id. Chryſoſt. ibid. &c. Hic κάτωθεν παραγράφειν, ut ſupra ἄνωθεν προγράφειν. HERALD.

(12) *etiam*] καὶ, deeſt ap. Hal.

omnes, vel aliquos inſtituere velit, illarum quoque notas adſcribat, ut literis ejus omnia declarata ſint, nec ullam amplius contentionem liberis relinquant. Si tamen uxori, vel extraneis quibuſdam perſonis legata, vel fideicommiſſa, vel etiam libertates relinquere velit, & illa propria manu ſcripta ſint, atque teſtatores coram teſtibus dicant, ſe omnia in teſtamento poſita ſcripſiſſe, & valere velle: firma ſint, nulloque modo ea de cauſa infirmentur, quod in chartis ſcripta videantur, nec reliquas teſtamentorum ſolennitates habeant: ſed in eo ſolum differant, quod dextra & lingua ejus omnem vim chartæ præbuerit.

CAPUT II.

ET ſi quidem ad mortem uſque hæc forma maneat, nemo poſtea teſtes adducat, voluiſſe eum voluntatem illam forte mutare, aut tale quid facere: quoniam illi licuit, id quod factum erat, corrumpere, & aliam voluntatem facere, declarantem ultimam ejus voluntatem, quæ valere debeat. Nam id ei facere permittimus, ſi hoc ipſum expreſſe præſentibus (13) ſeptem teſtibus ſignificet, quod (14) ejuſmodi voluntatem quidem fecerit, eam tamen non amplius valere, ſed aliam facere velit. Atque hoc vel in perfecto teſtamento faciat, quod omnia teſtamentorum ſigna habeat, vel non ſcripta perfecta voluntate: (15) ut ſcripto vel non ſcripto teſtamento relicto decedere videatur, priori diſpoſitione per ſecundum illius teſtamentum vel voluntatem perfectam irrita facta.

Yyyy CA-

(13) *ſeptem*] *Hal.* addit ἢ καὶ πέντε, *vel quinque.* Expungendum id puto, cum neque Scrimger. neque vetus translatio id habeat. A G Y L. Supereſſe hæc verba videntur ἢ καὶ &c. quæ etſi *Harmenopulus* agnoverit, *Vetus* tamen *Interpres & Julianus Anteceſſor* non agnovit, & ſane pugnant, ut videtur, cum his, quæ ſequuntur &c. niſi ea verba ἢ καὶ ad eum caſum referamus, quo & quinque teſtibus teſtamentum perfici conſtitutum eſt *in l. ult. C. d. Teſtam. Cujac. III. obſ. 3.* Additionem τοῦ πέντε ex lege novella Leonis Juſtiniano poſterioris factam eſſe, putat *Contius.*

(14) *ejuſmodi*] τινὰ τοι αὐτήν. Vet. *quandam talem.* Apud *Hal.* deeſt τινὰ.

(15) *ut ſcripto*] ὡς ἐν ἐγγράφῳ ἢ ἀγράφῳ βουλήσει, *ut ſcripto vel non ſcripto teſtamento.* Deſiderantur hæc ap. *Hal.*

CAPUT III.

QUoniam vero ſcimus, quoſdam inter liberos ſuos diviſiones facere, & curare, ut illi his ſubſcribant, hanc etiam formam admittimus. Nam ſi quis res ſuas diſtribuat, liberiſque convocatis efficiat, ut diviſionibus iſtis ſubſcribant, & ratas (16) habeant, atque confiteantur, hoc modo illa ſeſe habere, etiam hæc bonorum diviſio firma ſit, ſecundum conſtitutionem noſtram, quam ea de re fecimus, quamque in omnibus, quæ ea continentur, ratam eſſe, etiam hac lege ſancimus. Quodſi ipſe diviſionibus ſubſcripſerit, omniaque (17) ſubſcriptione ſua manifeſta fecerit, etiam hoc ratum ſit, quoniam hoc quoque lege noſtra continetur. Manifeſtum vero eſt, in illis cauſis hanc legem non eſſe valituram, quas poſt eam moveri contigerit.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Gloria tua cognoſcens, omnibus manifeſta faciat, ut nihil eorum lateat, quæ recte & cum providentia pro noſtris ſubditis ſancita ſunt. (18) Dat. Kalend. Febr. Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug. Biliſar. V.C. Conſ.

TIT. IX.

De Reſtiturionibus.

CONSTIT. CVIII.

Idem Imperator Baſſo Magnificentiſſimo Comiti devotiſſimorum domeſticorum, Vicario Johannu Glorioſiſſimi ſacro Prætorio Præfecti.

DUbiam ſpeciem audivimus quæ ex teſtamento incidit, quam interpretari, & accurata lege complecti juſtum exiſtimavimus. Conſuetu-

(16) *habeant*] Hal. legit ὁμολογῆσαι καὶ ἡγήσασθαι ταῦτα κατὰ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. *profiteantur, arbitrenturque*, inverſo ordine ex Scrimg melius leges, *arbitrentur, profiteanturque. Agyl.* Vetus Int. *profiteri filios hoc ſecundum hunc habere modum.* Forte non male ex *Hal.* legas κατὰ τοῦτον.

(17) *ſubſcriptione*] ὑπογραφῆς. Hal. ὑπογράψεως.

(18) *Dat. Kal*] Vet. *Dat. Kal. Jan. &c. Anno XIII. Baſilio V. C. Conſ.*

Digitized by Google

ſuetudinis enim noſtræ eſt, ex quæſtionibus, quæ de ſpeciebus moventur, bonarum legum occaſionem arripere. Nam cum quidam liberos ſuos hæredes inſtituiſſet, velletque deinde eos, non exiſtentibus liberis, ſibi invicem ſubſtituere, juſſit, ſi quem ex liberis & hæredibus ſuis humanis rebus abſque liberis excedere contingat, ut detractis iis, quæ illi ex rebus ab ipſo illi relictis per legem debentur, reliquæ omnes res & jura, quæcunque (1) apud illum tempore mortis inventa fuerint, veniant & reſtituantur ei, qui ex illis ſuperſtes futurus ſit, vel liberis ejus, ſi ille mortuus fuerit: omni cautione & fidejuſſione propter dictam reſtitutionem inter eos ceſſante. Poſtea cum is moreretur & unus quidem ex liberis & hæredibus ejus liberos haberet, alter vero ſine liberis maneret, ille, qui liberos habebat, prohibebat eum rebus uti, qui liberis carebat, quaſi eas diminueret: hic vero verbis teſtamenti utebatur, & quod id reſtituere juſſus ſit, quod tempore mortis apud eum inveniretur: & hoc modo licentiam vult habere, quo modo velit, rebus utendi, nulla prohibitione circa earum adminiſtrationem illi inferenda.

§. 1. Nos igitur occaſionem exinde arripientes, veterem incertitudinem & diſtinctionem, quæ ſecuta eſt, illam quidem definiendam, hanc vero puram hominibus tribuendam, & propterea lege rem complectendam eſſe, ut homines omnem legis ordinem diſcant, ſecundum quem talia diſcere & judicare conveniat. (2) Scimus igitur, quæ a ſapientiſſimo Papiniano in libro decimo nono quæſtionum dicta ſunt, ubi alienationes (3) in tali ſpecie permittit, hoc (4) ſolum tanquam de induſtria in ænigmate proponens, quod tum demum alienationes prohibitas eſſe oporteat, quando ad diſſolvendum fideicommiſſum is, qui illo gravatus eſt, data opera ad alienationem venit. Et

Yyyy 2 inter

Corrupte in Scrimgeriana legitur Biliſario. CONT.

(1) *apud*] παρ' αὐτῷ. *Hal.* ἐπ' αὐτῷ.

(2) *Scimus igitur*] *Hal.* hic legit. Ἴσμεν τοίνυν Παπινιανῷ τῷ σοφωτάτῳ ῥηθὲν ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ &c. *Scimus igitur a Papiniano ſapientiſſimo quid dictum eſſe in decimo nono* &c. Idem habet vetus: *Novimus igitur, apud Papinianum* &c. Sunt illa ad ſenſum neceſſaria & retinenda.

(3) *in tali*] ἐπὶ τῷ τοιούτῳ θέματι. *Hal.* ἐπὶ τοῖς τοιούτοις θέμασι.

(4) *ſolum*] μόνον, deeſt apud Hal.

Digitized by Google

inter Imperatores Marcus Philoſophus, tali quadam ſpecie propoſita, conſtituit, ut arbitrium boni viri talibus verbis (5) ineſſe videretur.

CAPUT I.

(6) NObis igitur recte ſe habere viſum eſt, ſi legem ita ferremus, ut ſi quis totum fideicommiſſum reſtituendum eſſe dicat, ea obtineant, quæ in ejuſmodi caſibus definita, & a nobis jam ſancita ſunt. Si vero tale ſit fideicommiſſum, quale propoſitum eſt, & teſtator ea (7) ſolum fideicommiſſo ſubjecerit, quæ tempore mortis inventa, vel relicta ſunt, id quod indefinite a majoribus dictum eſt, ſub legitimam quandam diviſionem & ordinem deducamus. Nam ſi quis hoc (8) vel etiam aliud quid dixerit, ſancimus, ut fideicommiſſi reſtitutione gravatus uſque ad ſolam Falcidiam inſtitutionis ſuæ ſervare neceſſe habeat, nec quidquam plane exinde diminuere poſſit. Sufficit enim ſi hæres tres partes habeat, huic vero quarta ſolum relinquatur. Neque enim (9) permittemus, ut gravatus donationes quaſdam faciat, idque de induſtria forte (quod Papinianus dixit) intervendi fideicommiſſi cauſa, ut quarta etiam inſtitutionis ſuæ minuatur: ſed hoc fideicommiſſum omnino relinquat, reliquis omnibus in poteſtate ejus manentibus, adeo ut illi arbitratu ſuo iſtis uti liceat, quemadmodum veris dominis convenit. Quod ſi gravatus quartam etiam attingat, curioſe in cauſam inquirendum eſt, (10) ob quam hoc fecerit. (11) Et ſi quidem vel dotem dare velit, vel donationem ante nuptias, cum alia bona non habeat, hoc illi (12) permittendum eſt, ſecundum id tamen, quod lege noſtra jam continetur, ad quod illi plane ejuſmodi diminutionem non negavimus. Si vero ad captivorum etiam redemtionem (hanc enim

(5) *ineſſe*] δοκεῖν ἐνεῖναι. *Hal.* δοκεῖν ἀπεῖναι. Vet. *ineſſe*. Recte.

(6) *Nobis*] ἡμῖν οὖν. *Hal.* ἡμῖν δέ. *Nobis vero.*

(7) *ſolum*] ὑπάγει μόνα. Hal. ὑπάγει μόνῳ τῷ φ δ. Male.

(8) *vel &*] ἢ καί τι λοιπὸν ἕτερον φήσει. Hal. ἢ καί τι λοιπὸν φ.

(9) *permittemus*] ἐφήσομεν. Hal. ἐφίεμεν. Vet. permittimus.

(10) *inquirendum*] πολυπραγμονεῖσθαι. *Hal.* πολυπραγμονῆσαι.

(11) *& ſiquidem*] καὶ εἴπερ. Hal. ἀλλ' εἴπερ.

(12) *permittendum*] δεῖν αὐτῷ τοῦτο συγχ. Hal. δεῖ &c. Vet. *oportet*. non male.

Digitized by Google

enim cauſam excipimus, & Deo dicamus) hoc quoque illi facere, & quartam minuere liceat: cum pietatis ratio omnibus rebus pretioſior nobis videatur.

CAPUT II.

Si vero contingat, ut neque ipſe quibuſdam ex cauſis habeat, unde expenſas faciat, facultatem ei concedimus, etiam (13) illas ex hac reſtitutione faciendi: id quod teſtator quoque permiſit, qui voluit, ut quod reliquum eſt, totum ad reſtitutionem trahatur, & (ut ita dicamus) ex eo, quod ſupereſt, reſtitutio fiat. Si vero nulla ejuſmodi cauſa ſubſit, omnino neceſſe habeat quartam partem inſtitutionis ſuæ ſervare, & reſtitutionem facere. Si tamen quid expendat & habeat, unde ſupplementum faciat, ex eo quarta quoque ſuppleatur, nullaque de cauſa minuatur. Sin vero quartam attingat, neque alia bona in ſupplementum habeat: tum adverſus eos, qui emerunt, vel aliter res acceperunt, in rem actionem, & hypothecas auctoritate hujus legis damus, ut fideicommiſſario per rerum vindicationem ſibi ipſi ſatisfacere liceat: id quod etiam in legatis jam conceſſimus, (14) & in conſtitutione tam in rem actionem quam perſecutionem fideicommiſſi illis largiti ſumus. Quare & cautionem fideicommiſſarius præſtabit, ſe non minus quarta ſervaturum: niſi & ipſam teſtator remiſerit, quemadmodum in facto ad nos relato fecerat. Ubi enim teſtator non ſolum fidejuſſionem, ſed & cautionem remiſit, ſi nos aliter de eo diſponeremus, id non eſſet ad morientis voluntatem (15) reſpicere.

EPILOGUS.

Secundum hæc igitur cauſæ decidantur, tam illa ipſa, quæ quæſtionem præbuit, quam reliqua omnia, in quibus ſpecies in ſuſpenſo eſſe con-

(13) *illas*] ταύτας. Hal. ταῦτα. Male.

(14) *& in conſtit.*] καὶ τὴν ἐξ διατάξεως in rem αὐτοῖς. *Hal.* καὶ τὴν ἐκ τῆς διατάξεως ἀγωγὴν αὐτοῖς, *& tam ex conſtitutione conditionem.* Pro *conditionem* ponendum eſt *in rem.* Ita enim & Scrimgerus habet, & ipſa etiam ratio requirit, *Agylaus.*

(15) *reſpicere*] ἐγχαρισμένως, Hal. ἐγχαρισμένον. Forte legendum ἐγχαρισμένον, mutato commate quod eſt poſt ἐὰν, eoque poſt διαθέτην rejecto.

contigerit: teſtamentis ita confectis, & teſtatoribus forte vita functis, fideicommiſſo vero nondum locum habente, ſed eo, qui gravatus eſt, adhuc ſuperſtite. Atque hæc dicimus non ſolum de liberis, ſed & aliis cognatis, & extraneis, quibus omnino ejuſmodi fideicommiſſum relinqui contigerit. Gloria igitur tua omnibus ſubditis hæc manifeſta faciat, ut ſciant, quomodo eos & vivere, & mori, & teſtari, & fideicommiſſa relinquere, & alia agere conveniat, quæ in illis ſancita ſunt. Dat. Kal. Febr. Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. (16) Aug. Baſil. V.C. Conſ.

Tit. X.

(1) De Mulieribus fide hæreticis.

CONSTIT. CIX.

Idem Imperator Johanni ſacro Prætorio iterum Præfecto, Exconſuli & Patricio.

Præfatio.

Unicum nobis auxilium per omnem Reipublicæ noſtræ & Imperii vitam ſpem in Deum eſſe credimus, idque animæ & Imperio noſtro ſalutare eſſe ſcimus. Quare leges etiam noſtras exinde pendere, ad eam reſpicere, ipſamque earum initium, (2) medium & finem eſſe convenit. Omnes igitur ſciunt, eos, qui ante nos imperarunt, & maxime Leonam piæ memoriæ, ac Juſtinum divæ memoriæ, patrem noſtrum, in conſtitutionibus ſuis, omnes hæreticos prohibuiſſe, ne ullius militiæ participes eſſent, nec ad publica munera admitterentur, ne prætextu militiarum & publicorum (3) munerum, ſanctæ, catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Dei (4) partem affligerent. Nos quoque ipſi hoc

(16) *Aug.*] Addit *Vetus Int.* Anno XIV.

(1) *De mulieribus*] Περὶ αἱρετικῶν τῇ πίστει γυναικῶν. Vet. *De privilegiis datis hæreticis mulieribus non præſtandis.* Vid. *Ant. Aug.* verb. *hæreticos.*

(2) *medium*] ἢ μέσον. *Hal.* μέσον.

(3) *munerum*] ἐπιταγμάτων. *Hal.* ἐν πραγμάτων. Conſ. præced. φροντίν.

(4) *partem*] τῷ μέρει. Hal. τὰ μέρη, *partes.* Vet. *membra.* λυμαίνομαι cum dat. & Accuſ. conſtruitur, teſte *Suida.* Vid. *N. 102. præfat. Edict. 11. c. 3.*

Digitized by Google

hoc ipſum fecimus, conſtitutionibus noſtris illa confirmantes. Hæreticos autem & illi dixerunt & nos dicimus, qui diverſarum hæreſium ſunt: quibus conjungimus & connumeramus etiam eos, qui Neſtorii Judaicam ſequuntur inſaniam, & Eutychianiſtas, & Acephalos, & quicunque Dioſcori & Severi pravas opiniones ſectantur, qui (5) Manichæi & Apollinariis impietatem renovant, & (6) ante omnia, qui non ſunt membrum ſanctæ, catholicæ (7) & Apoſtolicæ Eccleſiæ Dei, in qua uno ore omnes ſanctiſſimi totius terrarum orbis Patriarchæ, tum ille, qui in Roma occidentali, tum qui in regia hac urbe, & Alexandria, & Theopoli, & Hieroſolymis eſt, omneſque ipſis ſubjecti ſanctiſſimi Epiſcopi, Apoſtolicam fidem & traditiones prædicant. Illos igitur, qui immaculatam communionem in Catholica Eccleſia a ſacerdotibus ejus Dei amantiſſimis non accipiunt, hæreticos juſte vocamus. Nam licet illi Chriſtianorum nomen ſibi imponant, cum tamen ſe ipſos a vera Chriſtianorum fide & communione ſeparent, Dei judicio ſeſe ſubjicere intelliguntur.

CAPUT I.

Leges igitur de hæreticis latæ omnibus manifeſtæ ſunt. Nos vero cum eos, qui orthodoxorum fidem amplectuntur, eique adhærent, majus privilegium præ illis habere velimus, qui ſe ab ovili Dei ſeparant, (quoniam juſtum non eſt, ut hæretici cum orthodoxis æqualibus privilegiis digni habeantur) propterea ad hanc legem reſpeximus. Quoniam enim fœminis privilegium dotium dedimus, ut & antiquioribus creditoribus præferantur, & meliore loco ſint, quanquam tempore vincantur: in donationibus vero propter nuptias, ut (8) ſecundum

(5) *Manichæi*] Μανιχαίων. Hal. Μανιχαίων.

(6) *ante omnia*] καὶ πρὸ γε πάντων. *Hal.* καὶ πρὸ γε πάντας τοὺς, *& inſuper omnes* ſic quoque Vet. *& ad hoc omnes* quod rectius ſine dubio. Vid. cap. 2.

(7) *& Apoſtolicæ*] καὶ Ἀποστολικῆς. Non legit id *Hal.*

(8) *ſecundum tempora*] Ex hoc loco & aliis Ranchinus probat, mulierem in hypobolo ſeu *augmento dotis* hypothecam habere a tempore mortis mariti. *Var. Lect. lib. 3. cap 19.* Adde & *Nov. 97.* cap. *his conſequens* &c.

Digitized by Google

dum tempora, quibus fiunt, hypothecas habeant: omnibus im præſentiarum per ſacram hanc noſtram legem manifeſtum facimus, nos & hoc privilegium, & tacitas hypothecas, cœteraque omnia, quæ mulieribus in diverſis privilegiis a legibus noſtris data ſunt illis ſolis concedere, (ut iis fruantur, & beneficiis eorum utantur) (9) quibus curæ eſt, ut rectam & adorandam noſtram fidem (Catholicæ ſcilicet & Apoſtolicæ Eccleſiaſticæ) teneant, & de ſalutari ejus communione participent. Quæ enim a Sancta, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia Dei ſe ipſas ſeparant, neque in ea immaculatam communionem a ſacerdotibus ejus Dei amantiſſimis accipere ſuſtinent, eas omnino his privilegiis frui nolumus. Nam ſi a donis Dei ſe ipſas ſeparant, & a ſacra & immaculata communione ſe alienas reddunt, multo magis nos eas privilegiis illis indignas habebimus, nec permittemus, ut legum noſtrarum favore fruantur: (10) ſed ad beneficia legum illis nullo modo aditus pateat, omnique privilegio, conſtitutionibus noſtris ipſis dato priventur.

CAPUT II.

Licebit vero illis, ſi ad meliorem mentem redierint, & rectam atque veram fidem amplexæ fuerint, Illique ſemper adhæſerint, donis illis & privilegiis frui. Hæc autem in omni ditione noſtra valeant & obſerventur, præcipue quidem a Dei amantiſſimis ſacerdotibus, deinde vero a noſtris etiam Magiſtratibus & judicibus, ſive majores, ſive minores ſint, & præterea a Celſitudine tua, ad quam etiam hanc legem ſcribimus. Judices itaque, apud quos contra mulieres, aut a mulieribus privilegia quædam ſibi vindicare volentibus, lites moventur, ad præſentis noſtræ legis vim reſpicere convenit: & ſi eas non orthodoxæ fidei eſſe, nec incontaminatam & adorandam communionem in ſanctiſſima Catholica & Apoſtolica Eccleſia a venerabilibus ejus ſacerdotibus accipere deprehendant, illis non concedere, ut privilegiis noſtrarum conſtitutionum fruantur.

EPI-

(9) *quibus curæ eſt*] αἷς ἐπιμελές ἐστι &c. Vet. *quæ diligentiam habent rectam*,

(10) *ſed ad*] ἀλλ' ἔστωσαν αὐταῖς ἄβατος πάντως &c. Vet. *ſed ſint eis in aggreſſibilia omnino* &c.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua cognoſcens in litibus (11) apud ipſam motis obſervare, & effectui dare curet, atque per conſueta edicta & præcepta tam in felici hac urbe, quam in provinciis omnibus manifeſta faciat: ut omnes intelligant, quantæ nobis curæ ſit vera in Dominum Chriſtum, verum illum Deum fides, & ſubditorum noſtrorum ſalus. Dat II. Kal. Maii. Conſtantinop. Domino Juſt. PP. Aug. Anno XIV. Baſilio V. C. Conſ.

TIT XI.

(1) De Uſuris.

CONSTIT. CX.

Idem Imperator Johanni iterum (2) Præfecto Prætorio, Exconſuli & Patricio.

PRÆFATIO.

SCimus ad relationem Celſitudinis tuæ legem nos de trajectitiis pecuniis jam feciſſe, quæ judicio tuo inſinuata fuit.

CAPUT I.

QUoniam autem poſtea, cum interpellati eſſemus, (3) præcepimus, ne lex illa valeret, mandantes ut e judicio tuo tolleretur, eam vero in provinciis quibuſdam jam inſinuatam eſſe cognovimus: propterea ſancimus, ut lex illa plane ceſſet, (4) & ſi eam in provinZzzz cias

(11) *apud ſe*] παρ' αὐτῶν. Hal. παρ' αὐτῇ. Recte.

(1) *De uſuris*] περὶ τῶν τόκων. Sic & Hal. qui tamen cum Vet. vertit *de uſuris nauticis.*

(2) *Præfecto*] ἐπάρχῳ. Hal. ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ.

(3) *præcepimus*] προσετάξαμεν τὸν νόμον ἐκεῖνον μὴ κρατεῖν, ἀναληφθῆναι αὐτὸν προσδοκήσαντες &c. Vet. *præcepimus, legem illam non valere, reſcindi eam ſperantes ex foro tuo.*

(4) *& ſi eam*] καὶ εἰ συμβῇ κατὰ χώραν αὐτὸν πεμφθῆναι, μηδὲ ἐκεῖσε κρατεῖν, *& ſi contingat, eam in provincias mitti, nec ibi valeat:* deſiderantur hæc in edit. *Hal.*

cias mitti contingat, ibi non valeat, ſed invalida ſit: (5) atque ita rem illam procedere volumus, quaſi dicta lex nunquam ſcripta eſſet, ſed ſecundum leges de illis a nobis jam latas negotia (6) examinentur & decidantur.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Excellentia tua effectui date ſtudeat. Dat. VI. Kal. Maji, Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug. Biliſ. V.C. Conſ.

Tit. XII.

(1) De Tempore actionum, quæ ſacris locis competunt.

CON-

(5) *Et ſic*) Vet. *Sicque non volumus.*
(6) *examinentur*) ἐξετάζεσθαι. Vet. *æſtimatione & ſententia potiantur.*

(1) *De tempore*) Vet. *Hæc conſtitutio innovat conſtitutionem, quæ præſcriptionem centum annorum venerabilibus locis dederat.* Haloander hujus Novellæ Epitomen habet. Julianus verba Novellæ in verſu, *Et jubemus,* refert. De Haloandri Epitome judicium *Agylæi* adſcribemus ita vero ille: Quæ undecimæ conſtitutionis loco Græci codices habent, non ea Juſtiniani ſunt, ſed alterius cujuspiam, qui conſtitutionis argumentum relinquere nobis voluiſſe videtur. In quo ille non tam conſtitutionem præ oculis habuit, quam quo neſcio alio cogitationes ſuas convertit. In quo etiam ſine judicio, atque adeo turpiter, ut ex verſione noſtra liquere poterit, verſatus eſt. Quid cauſæ fuerit, cur Haloander illa non verteret, non ita video. Senſus autem eorum hic eſt. *Omnis actio, quæ venerabili cuipiam domui competit, ſive perſonalis, ſive hypothecaria ſit, non tranſcendit quadraginta annos temporalium præſcriptionum, quæ unicuique iſtiuſmodi ſacræ domui competunt, & quidem ſua tempora ſervant. Ubi, inquit, actiones ad iſtiuſmodi venerabilia loca pertinentes, centum tantummodo annis exſtingui: ſimiliter etiam eas, quæ in res, quæ in captivorum redemtionem expoſita & relicta ſunt, competunt. Verum indicat, quod quæ prius emiſſa conſtitutio eſt, actionum, quæ in res in captivorum redemtionem relictas competunt, mentionem non fecerit. Quocirca profecto exiſtimo, quod ad hoc uſque tempus centum annorum ſolummodo ſpacio, non etiam quadraginta annorum intervallo exſtinguantur. PP. menſe Junio, anno decimo quinto Imperii Juſtiniani, B. ſilio Conſ.* Quæ quidem nos rudius craſſioreque Minerva expreſſimus, quo videlicet inſigne iſtius hominis, quisquis tandem pro conſtitutione, hoc nobis ſuppoſuit, ad vivum magis exhiberetur

Digitized by Google

CONSTIT. CXI.

PRÆFATIO.

(2) QUod medicamenta morbis, id leges præſtant negotiis. Unde facile intelligitur, ſæpe ea, quæ ab aliquo probata fuerunt, contrarium habuiſſe effectum, (3) & quod quavis conjectura credebatur utile eſſe, ipſo experimento (4) inutile inventum eſſe. Oſtendit hoc præſentis legis neceſſitas, in qua privilegium, quod ante exiguum

tempus

artificium. Quæ eadem quam cum Juſtiniani præſcripto non congruant, cum ex veteri verſione cognoſcere facile ſit, tum Scrimgeriana editio commode ipſam conſtitutionem quanquam alio loco ſuppeditat. Quintum enim illa ibi inter edicta locum occupat, quo ex conſtitutionum corpore exemta, traducta & tranſpoſita eſt. Quod ipſum ſi non aliunde liqueat, ſupina profecto illa ſive incogitantiam, ſive oſcitantiam dicere oportet, qua proximæ ſequentis conſtitutionis inſcriptio, ut illius, illo tranſcripta eſt, & retenta, ſatis ſuperque oſtendat. Unde ſane hanc conjecturam ſumo, quaſi poſterioribus temporibus quæ conſtitutiones edicta inſcriberentur, in ſeparatum edictorum corpus ſelectæ ſint: quanquam inter conſtitutiones edicta etiamnum, ſed ea perpauca conſpiciantur. Ut credi poſſit, ſi quibus locis adhuc conſtitutiones deſiderantur, ea in loca pro numeri atque ordinis ratione edicta reſtituentur, ipſum conſtitutionum corpus denuo prope conſummari poſſe. Quod alias volente Deo accuratius videbimus. Hæc *AGYLÆUS*. Poſt collationem Epitomes illius cum ipſa Novella inſtitutam apparuit: Verba *ubi inquit*, &c. ἔνθα φησὶ & ſeqq. non pertinere ad Epitomen, nec forte eſſe Epitomatoris, ſed alterius cujuſdam, neſcio quo caſu Epitomæ juncta: conjectura etiam erat in libris Βασιλικῶν eadem non exſtare; quos cum inſpexiſſemus, non reperimus, niſi ſequentia: Πᾶσα ἀγωγὴ προσήκουσα οἱῳδήποτε οἴκῳ εἴτε προσευκτικῷ εἴτε ὑποδοχείῳ ἐστὶν ἢ ὑπερβαίνει τὰ πεντήκοντα εἴτε τῶν ἁρμοζόντων ἑκάστῳ οἴκῳ τοιούτῳ εἰσάγει προνομίων προσγενομένων φυλαττομένων μέτροις τοῖς οἰκείοις χρόνοις: quæ ab *Haloandri* verbis non diſcrepant, niſi quod ille pro προσευκτικῷ legat τεσσαρακονταλία. Similem errorem notabimus infra in *Nov. 114.*

(2) *Quod medic.*] Hæc latina lingua primum ſcripta eſt, poſtea vero in Græcam verſa, quaſi ad verbum & in editione Scrimgeri edita inter edicta Juſtiniani, quam nos hic ſuo loco rejectis brevibus ejus epitomis reponimus. CONT.

(3) *& quod*] καὶ ὅπερ ἑκάστου στόμαλος ὀνήσιμον ἐπωφελὲς εἶναι. Sic & Cod. Vaticanus. Vetus, *& quod credebat* conjectura prodeſſe, Lege καὶ ὅπερ ἴσμεν στοχασμοῖς.

(4) *inutile*] ἄχρηστος. Lege ἄχρηστον.

Digitized by Google

tempus ex pia intentione ſanctiſſimis Eccleſiis & Monaſteriis aliiſque venerandis locis conſtitutione noſtra datum eſt, neceſſaria quadam emendatione (5) confirmamus. Si enim jam olim ad centum uſque annos curſum præſcriptionis venerabilibus locis extendi juſſimus, juxta quam hujus legis conceſſione multa negotia mota, & quaſi antiquorum vulnerum obductæ cicatrices rurſus (6) patuerunt, neque ſanari, difficultate ſcilicet probationum impediente, potuerunt: (7) quia per tantum ſeculi magis quam temporis ſpacium, nec integritas probationum, nec fides actorum, nec ætas teſtibus auxilio eſſe poteſt.

CAPUT I.

Itaque quia liberalitati noſtræ cauſarum anguſtia non convenit, cum ratione ſimul & ſanctitate dictum privilegium tractantes, ut ad commodum modum id redigeremus ex ipſo experimento traximus: & jubemus, ut cauſæ, quas antea triginta annorum exceptio removit, nunc ad quadraginta annos Eccleſiis, Monaſteriis, & (8) Xenonibus, nec non Orphanotrophiis, (9) brephotrophiis & ptochiis, producantur: ſalva ſcilicet manente vi illa circa reliquas perſonas & res, quam triginta annorum præſcriptio ſibi vindicavit: quoniam hanc decem annorum adjectionem, ſolis, ut dictum eſt, locis venerabilibus, eorumque juri & contractibus largimur, ut ceſſante hoc temporis ſpacio tam perſonales quam hypothecariæ actiones in perpetuum quieſcant: reliquis exceptionibus nullo modo diminutis, ſed annali & triennii præſcriptione, cæteriſque, quæ ad majora vel minora tempora extenduntur, vim ſuam & robur retinentibus. Nam, ut dictum eſt, in ſolis cauſis ſacrorum locorum ſacros contractus dicto privilegio quadraginta annorum frui volumus, in quibus ipſis centum annorum privilegium conſtitutio noſtra

(5) *confirmamus*] διασφαλιζομένη. Legendum διασφαλίζομεν. Vet. *diſtinguimus*. Eſt autem *munire*.

(6) *patuerunt*] ἀνεπλώθησαν. Gloſſ. Cyril. ἀπλῶ *implico pando*.

(7) *quia*] ἐπειδὴ δὲ. Iſtud δὲ expungendum eſt. Ratio enim præcedentium redditur.

(8) *Xenonibus*] Vid. *Gloſſ. Jul.* & Ant. Aug. verb. *Xenon.*

(9) *brephotrophiis*] Vid. *Ant. Aug.* eo verbo.

Digitized by Google

ſtra dederat. Cum igitur in confeſſo ſit, quaſdam cauſas ante hanc conſtitutionem noſtram ab Eccleſiis cœteriſque ſacris locis ubicunque motas judiciali ſententia vel tranſactione deciſas eſſe: eas non renovari, ſed in reliquum tempus hanc legem iis imponi volumus, quas antehac ſilentio octo luſtrorum ſopitas hucuſque moveri, vel motas finiri non contigit.

EPILOGUS.

ILluſtris igitur & magnifica autoritas tua quæ generali hac lege (10) Serenitas noſtra definivit, edictis propoſitis ad omnium notitiam venire curet. (11)

TIT. XII.

(1) De litigioſis: & de cautione ab actoribus ante reorum citationem præſtanda: & quando actor privilegio, quod invitus agere non cogatur, uti nequeat.

CONSTIT. CXII.

Idem Imperator Theodoto Præfecto (2) Prætorio.

PRÆFATIO.

MUlta quidem de litigioſis, tum a ſapientibus & antiquis legislatoribus, tum etiam Imperialibus conſtitutionibus, dicta ſunt: Impræſentiarum vero judices quidam Serenitatem noſtram rogarunt, ut controverſiam hucuſque in ejuſmodi cauſis in dicaſteriis motam decideremus, & leges atque conſtitutiones de his latas clarius explicaremus, ut impoſterum extra controverſiam ſit, quas res litigioſas vocari conveniat.

(10) *ſerenitas*] γαληνότης. Vet. *æternitas.*

(11) ſubſcriptionem exhibet *Vet. Dat. Kal Jun. Conſtantinop. Imper. Dn. Juſtin. perpetuo Auguſt. Anno XV. Baſilio V. C. Conſ.* Sic & *Julianus.*

(1) *De litigioſis*] περὶ τῶν λιτιγιόσων. *Hal.* περὶ τῶν ἐνδίκων & in ſeqq. ſemper. Sic & *Baſil.* Vet. *de litigioſis & de decima parte litis ab actore cautela præſtanda.*

(2) *Prætorio*] *Hal.* τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων, *Orientalium Prætoriorum.* Et ſic *Vetus.*

Digitized by Google

CAPUT I.

Quid res litigioſa ſit.

PRopterea ſancimus, ut litigioſa dicatur & intelligatur res (mobilis vel immobilis, vel ſe movens) de cujus dominio inter actorem & reum quæſtio movetur, vel per judicialem citationem, vel per oblatas Imperatori preces, judicique inſinuatas, & per eum adverſario actoris notas factas. In his enim ſpeciebus priorem etiam manſuetudinis noſtræ conſtitutionem, in qua ſcientes & ignorantes emtores diſcrevimus, poſt hæc valere volumus. Sed & hoc addendum eſſe perſpeximus, ſi pendente lite de re litigioſa reum mori contingat, velintque hæredes ejus res dividere, ut ſine impedimento id ipſis facere liceat. Cum enim res litigioſæ per ſucceſſionem ad hæredes veniant, harum rerum inter hæredes diviſio non debet pro alienatione haberi. Illud quoque hac noſtra lege ſancimus, ſi unum ex iis, qui de rebus illis litigant, ubi ex humanis rebus diſcedit, per ultimam voluntatem quaſdam res, de quarum dominio movetur quæſtio, legati nomine alicui relinquere contingat: ſi quidem hæres per ſententiam judicis dominus earum declaretur, ut tum legatarius, quod illi relictum eſt, omni modo accipiat. Si vero contra hæredem ſententia in judicio lata ſit, legatarius aliam rem pro eodem legato ab hærede exigendi jus non habeat: quia teſtator, cum rem litigioſam eſſe ſciret, litis eventum legatario reliquit. Unde legatario facultatem concedimus, ſi hoc ſibi conducere arbitretur, ut ſocius fiat litis: ne forte negligentiam quandam, vel proditionem (3) earum hæredi poſſit opponere. Hac vero litigioſi appellatione ut hypothecæ eximantur, in illiſque hæc diſtinctio obtineat ſancimus: ut, ſi in rebus ſingularibus, mobilibus, vel immobilibus, vel ſe moventibus, nominatim hypothecæ conſtitutæ fuerint, debitori quidem, cuicunque & quando velit, eas vendere liceat: (4) ita tamen, ut ex

(3) *earum*] προδοσίαν αὐτῶν. *Hal.* προδοσίαν δύνασθαι αὐτὸν τῷ κληρονόμῳ. *aut proditionem poſſit ille* &c. Sic legendum.

(4) *Ita tamen*] ὥστε ἐκ τοῦ τιμήματος τούτου μέχρι τῆς τοῦ χρέους ποσότητος τὸ ἱκανὸν αὐτῷ ποιῆσαι, *Hal.* ὥστε ἐκ τοῦ τιμήματος τὸ ἱκανὸν αὐτὸν ποιῆσαι τῷ δανειστῇ.

Digitized by Google

ex earum pretio uſque ad debiti quantitatem creditori ſatisfaciat. Si vero debitor hoc non fecerit, creditori, qui hypothecam in re vendita habet, facultatem concedimus illam vindicandi, donec de debito ipſi ſatisfiat. Hæc vero ſervari volumus, ſi non eadem res antea, vel ſpeciali nominatim, vel generali hypotheca aliis forte creditoribus obligata fuerit: tunc enim ſancimus, ut ſecundum tenorem legum noſtrarum unicuique creditori privilegia temporum ſerventur. Unde manifeſtum eſt, quod multo minus generales hypothecas litigioſi appellatione contineri velimus: ſed earum actiones ſecundum veterum legum definitiones examinari & vim ſuam habere præcipiamus. Et hæc quidem de litigioſis, & ſpeciali, nec non generali hypotheca diſpoſuimus, ut nulla impoſterum de his dubitatio in judiciis oriatur, ſed ſecundum dictam diviſionem lites illæ terminentur.

CAPUT II.

Ut Actor cautionem præſtet, antequam rei citentur.

AD actiones vero eorum, qui per calumniam illas movent, & executorum fraudes excludendas, aliud adhuc remedium providentia noſtra invenit. Sancimus enim, ut omnes judices, ſi aliquos (5) prehendi, ſeu citari voluerint, hanc conditionem interlocutionibus ſuis addant, ne reis alii libelli conventionis dentur, vel (6) ſportulæ executoribus præbeantur, niſi antea actor libello vel ipſe, vel per tabularium ſubſcripſerit, & actis intervenientibus idoneum fidejuſſorem periculo cohortis (7) ſuæ dederit, qui promittat, quod uſque ad finem litis permanſurus, & actiones ſuas vel per ſe, vel per legitimum procuratorem moturus, & ſi poſtea injuſte litem moviſſe probetur, ſumtuum & expenſarum nomine decimam partem quantitatis, quæ libello continetur, reo ſit reſtituturus. Quod ſi dicat, ſe non poſſe ejuſmodi

(5) *teneri*] ὀχληθῆναι ἢ γοῦν ὑπομνησθῆναι. Sic & *Nov. 115. inſcript.* Vid. & hac *Nov. cap. ſeq.* ut & in fine hujus *cap.* Lege autem ἄγειν ut *Nov. 119. præfat.* & paſſim. Hal. ἐγχωθῆναι.

(6) *ſportulæ*] σπόρτουλα. Baſil. συνηθείας.

(7) *ſuæ*] ἁρμοδίως. Baſil. ἰδίας. Sic ἁρμόδιος δικαστής.

di fidejuſſorem dare: tum apud judicem, apud quem cauſa (8) examinanda eſt, (9) ſacris Evangeliis propoſitis jurejurando confirmet, atque ita juratam cautionem exponat, eaque, quæ ſupra dicta ſunt, promittat.

§. 1. Si vero hæc omnia dicto modo geſta non ſint, nullum reſponſum executori reum dare permittimus. Sin autem contra dictam diſpoſitionem vel aliquis ex judicibus, vel officium ejus, vel quicunque executorum citare aliquem auſus fuerit: judex quidem ejuſque cohors decem librarum auri pœnam ſuſtinebunt, ipſe vero executor cauſæ publicationi bonorum ſubjicietur, & quinquennali exilio multabitur: pœna videlicet lege conſtituta, periculo glorioſiſſimi pro tempore Comitis ſacrorum noſtrorum privatorum exigenda, & (10) fiſco noſtro inferenda. Omne autem damnum, quod reus ex hac (11) conventione contra præſentis legis tenorem paſſus fuerit, reo ex ſubſtantia actoris ſarcietur periculo judicis, (12) a cujus executore citatus eſt, nec non cohortis, quæ illi paret: ut illi, qui potentiæ noſtræ a divino nutu concrediti ſunt, ab omni parte indemnes ſerventur. Cauſas vero, quæ conſenſu utriuſque partis in judicio agitantur, a pœna præſente conſtitutione comprehenſa liberas eſſe, & quemadmodum reliquis noſtris conſtitutionibus continetur, (13) terminari volumus.

CAPUT III.

Ut in contumacem actorem poſt annum & tria edicta ſententia feratur.

Verum cum omnes cauſas celeriter decidi velimus, illorum etiam dolis adverſamur, qui actiones ſolum proponunt, nolunt autem eas

(8) *examinanda*) ἐξετάζεσθαι. *Hal.* ἐγγυμνάζεσθαι.

(9) *ſacris Evangeliis*) *Hal.* Evangeliis.

(10) *fiſco noſtro*) τῷ ἡμετέρῳ. Baſil. εἰς τὸ ἡμέτερον δημόσιον.

(11) *conventione*) μεθοδείας. Gloſſ. Cyrill. μεθοδεία *conventio.* Vet. *conventione* cap. ſeq. διὰ ἀρχικῆς μεθοδείας: Gloſſ. Jur. μεθοδεῦσαι μετελθεῖν.

(12) *a cujus*, ὅντινα ὑπὸ τοῦ ἐκβιβαστοῦ. *Hal.* ὑπὲρ. Male.

(13) *terminari*) διατυποῦσθαι. Hal. διαπερᾶσθαι. Lege, ſi vis, διαπεραίνεσθαι. In fine cap. præced. dixerat πέρας τῷ δίδοσθαι. Noſtrum etiam retineri poteſt. Vid. *Nov. ſeq. præf. & c. 1.*

eas ad finem uſque litis perſequi, dicentes, legem eſſe, quæ ſanciat, ne quis invitus ad actiones ſuas exercendas cogatur. Hunc itaque dolum tollere ſtudentes, jubemus, ne memoratæ legis auxilio utantur, qui actiones ſuas contra aliquem intendunt, ſive per conventionem apud Magiſtratum, ſive per preces Imperatori oblatas, & (14) judici inſinuatas, atque per eum ad notitiam adverſarii delatas, & a judice legitime examinari cœptas. Neque enim juſte recuſat agere, qui promte adverſarium in jus vocavit: cum ejuſmodi recuſatio reo magis quam actori conveniat. Propterea ſancimus, ut actor cœptam cauſam uſque ad finem perſequatur. Si vero cauſam perſequi differat, reo facultatem damus, judicem, apud quem lis conteſtata eſt, rogandi, ut actorem citet, quo is in judicio vel per ſe, vel per legitimum procuratorem compareat. Et ſi id nequaquam fecerit, tribus edictis propoſitis vocetur, unaquaque vocatione non minori quam triginta dierum ſpatio circumſcribenda. Jubemus enim (15) ordinarios judices, embathmos ſcilicet, non ſolum voce præconis, ſed & edictis propoſitis unamquamque litigantium partem (16) abſentem in judicium vocare. Etenim præconum vocem pauci, qui præſentes ſunt, audire poſſunt: edicta vero per multos dies popoſita omnes fere poſſunt cognoſcere. Reliquis vero omnibus judicibus, qui Imperiali juſſu cauſas examinant, hac lege permittimus, partes, quæ judicio ſe non ſiſtunt, (17) propoſitis edictis vocare, ne cauſæ indeciſæ maneant.

§. 1. Si vero apud judicem lis nondum cœpta, ſed quis citatus ſolum eſt, vel precibus Clementiæ noſtræ oblatis, juſſio noſtra ſive in ſcriptis, ſive per mandatum de hoc proceſſit, & judici inſinuata eſt, atque ad adverſarii notitiam pervenit: etiam ſic reo competentem

Aaaaa judicem

(14) *judici*) τῷ δικαστῇ. *Hal.* δικαστηρίῳ.

(15) *ordinarios*) ὀρδιναρίους. Basil. ἐμβάθμους. In noſtro textu additur ἤγουν ἐμβάθμους, quod ſignificat *ordinarios magiſtratus* de quo ſupra.

(16) *abſentem &c.*) ἀπολιμπανόμενον καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον. *Hal.* ἀπολιμπανόμενον ἐν καλεῖν &c. (*quacunque tandem litigatorum pars a judicio ſe abſentet*) *eam in jus vocent.*

(17) *propoſitis*) προτεθειμένοις ἐδίκτοις καλεῖν. Basil. προτεθειμένων ἐδίκτων καλεῖσθαι. Sic ſupra *princ. h. cap.*

Digitized by Google

judicem adire, & adverſarium ſuum ſimili modo vocare licet, ut ſi quidem ſui copiam fecerit actor, res ſecundum ordinem legum examinata, legitime decidatur.

§. 2. Sin autem propoſitis edictis vocatus ad judicium venire, & actiones ſuas, vel per ſe, vel legitimum, ut dictum eſt, procuratorem exercere noluerit, tunc aliud unius anni ſpatium illi concedimus, intra quod ſi actionem ſuam non perſequatur, poteſtatem judici damus, abſente etiam adverſario, jura partis præſentis, ſecundum leges noſtras examinandi, & veritate accurate (18) quæſita legitimam ſententiam (19) ferendi. Quod ſi intra dictum unius anni ſpatium compareat, & actiones ſuas intendere velit: jubemus, ut judex ſumtus vel expenſas, quas reus, qui in judicio permanſit, propter litem ſuſtinuit, ante omnia ab actore exigat, & reo præbeat: atque ita actor maneat, uſque dum res ſecundum leges finem accipiat. Nam ſi compareat ſolum, & redditis ſumtibus ſive damnis, annale ſolum tempus interrumpere velit, ac rurſus a judicio recedens ad finem uſque cauſæ non permaneat, jubemus, ut dictis edictis & annali ſpatio obſervatis, omni actione excidat, quam ſibi contra reum competere exiſtimavit. Illius enim dolus pejor eſſe intelligitur, qui interruptam litem rurſus relinquit, quam ejus, qui ſemel a lite conteſtata deſtitit. Privilegio autem hujus legis, quæ nullam neceſſitatem iis imponit, qui (20) actiones ſuas movere nolunt, illis & quidem ſolis uti permittimus, qui nullam litem ſecundum prædictos modos adverſariis movent.

EPILOGUS.

HÆc autem omnia in his cauſis obtinere ſancimus, (21) quæ nondum vel judiciali ſententia, vel amica conventione, vel alia legitima deciſione finitæ ſunt. (22)

TIT.

(18) *quæſita*] ζητουμένης. Baſil. ἐξεταζομένης.

(19) *ferendi,*] ἀποφέρειν. *Hal.* ἐκφέρειν.

(20) *actiones ſuas*] τὰς ἰδίας ἐναγωγάς. Hal. τὰς ἐναγωγάς. Recte additur *ſuarum*. AGYL.

(21) *quæ nondum*] Cont. edidit ἴως μόνον ὁ κατὰ &c. legendum ἴων. quod & *Hal.* habet.

(22) *Vetus* Interpres clauſulam adjicit, quæ deſideratur in noſtra & *Haloand.* editione.

Digitized by Google

TIT. XIV.

Ne in medio litis ſacræ ſanctiones, vel ſacræ juſſiones fiant, ſed ſecundum generales leges lites decidantur: & ut præſens conſtitutio ante perſonarum confirmationem actis inſeratur.

CONSTIT. CXIII.

Idem Imperator Theodoto Præfecto ſacro Prætorio.

PRÆFATIO.

CUm omnia ſecundum leges noſtras fieri velimus, operamque adhibeamus, ut illarum vis conſervetur: viſum nobis eſt hanc legem ad ipſarum legum obſervationem ſcribere. Cognovimus enim judices quoſdam, quando iis, qui cauſas agunt, moram facere volunt, & dilationes ſuas occultare (1) ſtudent, hoc ſæpe prætextu uti, dicentes, ſacras ſanctiones, vel ſacras juſſiones, aut diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum Referendariorum ipſis inſinuatas eſſe, (2) quæ diſponant, quomodo cauſas ipſos examinare, vel eas dijudicare oporteat.

CAPUT I.

PRopterea ſancimus, ut lite, ſive pecuniariis, ſive criminalibus, ſive aliis quibuſcunque cauſis emergentibus, apud judices, ſive hic, ſive in provinciis examinata, nec pragmatica ſanctio, nec aliud reſcriptum, nec ſacra noſtra ſive ſcripta, ſive non ſcripta juſſio, vel diſpoſitio, in hac regia urbe a ſpectabilibus noſtris Referendariis vel alio quodam, (3) quæ definiat, quomodo cœptam litem examinare vel judicare oporteat, judicibus inſinuetur, vel inſinuata valeat, ſed ſecundum generales leges noſtras lites examinentur & decidantur. Nam quod legum noſtrarum poteſtate dijudicatum eſt, id extrinſeca quadam diſpoſitione non eget. Si enim cauſa quædam, quæ vel apud judicem jam agitata eſt, vel etiam (4) antequam initium accepit, ad nos perveniat,

Aaaaa 2 illam-

(1) *ſtudent*] σπουδάζουσι, lege σπουδάζοντες cum *Haloandro.*

(2) *quæ diſponant*] ὡς δεῖ διαλυτικῶς. ap. *Hal.* deeſt ὡς δεῖ & cap. ſeq.

(3) *quæ*] διαλυτικῶς αὐτοῖς. *Hal.* αὐτῆς.

(4) *antequam*] πρὸ τοῦ λαβεῖν προοίμιον

Digitized by Google

illamque proprio noſtro judicio diſponere & decidere placuerit, illa alterius cujuſdam judicis judicio non amplius eget. Nam quæ ſacra, ut dictum eſt, ſententia a nobis diſpoſita vel deciſa ſunt, aliorum examinatione, aut ſententia, aut aliqua retractatione non indigent. Nos enim, quibus Deus poteſtatem leges ferendi dedit, ſi quam ſententiam de ſpecie aliqua feramus, non committemus eam alii judici, ſive per ſanctiones, ſive per ſpectabilium noſtrorum Referendariorum, vel alterius cujuſdam depoſitiones, quomodo ſpecies illa examinanda (5) vel decidenda ſit, cum illa ſemel a nobis deciſa ſit, & a nemine retractari queat: his videlicet obtinentibus, ſi in ſcriptis ejuſmodi quædam ſententia noſtra prodierit. Si tamen judici alicui dubium circa legem aliquam oriatur, id potentiæ noſtræ indicetur, & a nobis negotii declarationem vel interpretationem accipiat, ac litem ſecundum eam decidat.

§. 1. Si vero dum cauſa agitur, pragmatica noſtra ſanctio, vel ſpectabilium noſtrorum Referendariorum, vel alterius cujuſdam depoſitio, vel aliud quid ex omnibus, quæ dicta ſunt, judici inſinuetur, quod (6) examinationem ejus, vel ſententiam injungat: jubemus judicem ad hæc plane non attendere, ſed his ceſſantibus, (7) & nullam omnino vim habentibus, ſecundum generales noſtras leges rem examinare & legitime decidere. Si vero judex hæc non obſervet, pœnæ decem librarum auri ſubjaceat, & præterea aliam quoque majorem indignationem noſtram experiatur. Eidem pœnæ autem etiam ille ſubjiciatur, qui ejuſmodi ſanctionem aliquam dictare audet, quique miniſterium ei præbent, & ſpectabiles quoque Referendarii noſtri, qui talem aliquam diſpoſitionem faciunt. Atque hæc dicimus, ſive ſacra noſtra ſanctione quis judicare juſſus eſt, ſive juſſu Magiſtratuum, (8) ſive

λαβεῖν. *Hal.* ὡς τοῦ ταύτην τὴν δίκην ϖρ. &c.

(5) *vel decid.*] ἢ κρίνεσθαι, οἷα παρ' ἡμῶν ἅπαξ κεκριμένην. *Vel judicari tanquam ſemel a nobis deciſam.* Non leguntur hæc apud *Hal.*

(6) *examinationem*] τὴν αὐτῆς ἐξέτασιν. *Haloand.* male ἐπὶ αὐτῆς &c.

(7) *& nullam*] καὶ μηδεμίαν παντελῶς ἰσχύουσαν. In Baſil. hæc deſunt, in verſione vero *Fabrotti* exſtant.

(8) *ſive tanquam*] εἴτε κατὰ τὸ τοῦ αἰ-

Digitized by Google

ſive tanquam electus vel compromiſſarius arbiter, (9) de quæſtione cognoſcat, idque in ſcriptis, vel (10) ſine ſcriptis. Sed & ſi quis judicum, propria ſalute contemta, (11) tali modo ſententiam ferre auſus fuerit, eam adeo irritam eſſe volumus, ut nec appellatione indigeat, nec pœna ex compromiſſo debeatur. Omnes enim judices ſecundum generales noſtras leges cognoſcere & judicare volumus. Illud quoque indubitatum eſt, neque Magiſtratuum juſſionem adverſus id, quod hac lege a nobis ordinatum eſt, valituram eſſe.

CAPUT II.

INſuper & hoc judices ſcire oportet, debere eos quæſtiones etiam hactenus motas ſecundum generales noſtras leges decidere, licet quis ſacram ſanctionem jam acceperit, quæ examinationem aut ſententiam judicis præcipiat. Illi enim, qui tale quid jam impetravit, ſententiam vero definitivam nondum obtinuit, nihil ea, quæ impetravit, prodeſſe volumus. Nam definitiva ſententia ſemel lata, nullo modo eam per hanc noſtram legem curioſe examinari jubemus, licet appellatio ſecuta, vel & retractandæ ſententiæ ſpes quædam adſit. Eam vero ſanctionem, quæ non definit, quomodo judex, vel is qui judicaturus eſt, cognitionem inſtituere, vel ſententiam ferre debeat, ſed legitima diligentia litem peragi vult, vel actorum editionem (12) imponit, vel judicem legitimam ſententiam ferre cogit, vel alium ſimul judicem ſecundum leges noſtras addit, eam fieri & valere, ſive ſcriptam ſive non ſcriptam, non prohibemus.

ρετῶν ἢ κομπρομισσαρίων διαγνωμένων σχῆμα &c. Βασιλ. εἴτε κατὰ τὴν τῶν αἱρετῶν ἢ τῶν δικαστῶν τάξιν ἀναδεξαμένων διαγνωμένων σχῆμα. Noſtra recte ſe habent.

(9) *de quæſtione*] τὰς ζητήσεις ἀκροᾶται, εἴτε ἐγγράφως εἴτε γραμμάτων χωρίς. *Hal.* τὰς ζητήσεις ἀκροᾶσθαι, εἴτε ἐγγράφως, εἴτε γραμμάτων χωρὶς ἐτάχθη δικάζειν, *accommodare audientiam, ſive ſcriptura interveniente, ſive ſine ſcriptura & de plano judicare juſſus fuit.* Eodem ſenſu. *Vetus* noſtram ſequitur lectionem.

(10) *ſine ſcript.*] γραμμάτων χωρὶς. *Hal.* addit ἐτάχθη δικάζειν. Sed ſine neceſſitate; id enim jam præcedit. Nec *Vet. Int.* id habet.

(11) *tali modo*] ἐκ τινὸς τοιούτου τολμήσειε. Βασιλ. ἐκ τινὸς τοιούτου τολμήματος. male.

(12) *imponit*] ἐπάγουσαν ἔκδοσιν. Βασιλ. ἐπείγουσαν.

Digitized by Google

CAPUT III.

VT autem omnes ſubditi noſtri, maxime illi qui litibus atteruntur, noſtram pro illis providentiam cognoſcant, & nemo ſacram hanc legem noſtram (13) circumveniat, nec illius ignorantiam opponat: ſancimus, ut illa in unaquaque cauſa, quæ initium apud judicem ſumit, ſtatim a principio, & ante perſonarum confirmationem ſcribatur, & pars actorum fiat. Hoc etenim modo ſi in actis emineat, prohibebit ea, quæ contra tenorem ejus, tum circa alia, tum circa ipſam forte perſonarum confirmationem fiunt: & pœnas interminans, illos, qui eam violare nituntur, ab ejuſmodi auſis (14) retinebit, neque permittet ut pœnis ſuis occaſio detur. Nam ut iniquitatem ſimul & injuſtitiam perpetuo ejiceremus, præſentem hanc legem tulimus, eam undique & per eam reliquas reipublicæ leges ſecuras & inſidiis non expoſitas cuſtodientes: ſecundum quas nos ipſi imperium Deo dante ſuſcepimus, & ut Reſpublica noſtra perpetuo cuſtodiatur, illiſque muniatur optamus.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarantur, Excellentia tua ſervare ſtudeat, omnibuſque manifeſta faciat: (15) proponens eam in ipſa hac felici civitate, ſolitis vero præceptis, ad Præſides provinciarum utens, ut omnes homines ex illa quoque cognoſcant, quantam pro illis curam geramus. Dat. X. Kal. Decembr. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XV. Baſil. V. C. Conſ.

TIT. XV.

Ut divinæ juſſiones ſubſcriptionem habeant Glorioſiſſimi Quæſtoris.

CONSTIT. CXIV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Theodoto ſacrorum Pretoriorum Præfecto.

PRÆ-

(13) *circumveniat*] [illegible]. *Hal.* [illegible].

(14) *retinebit*] ἀναχαιτίσαι. ἀνοχλίσει.

(15) *proponat*] [illegible]θεῖσα. Hal. [illegible]θησομένη.

Digitized by Google

Præfatio.

NOſtræ ſerenitatis ſolicitudo remediis invigilat ſubjectorum, nec ceſſamus inquirere, ſi quid ſit in noſtra republica corrigendum. Ideo namque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus. Unde ad univerſorum utilitatem pertinere perſpeximus, ſi ſacras etiam juſſiones cum competenti jubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro ſua voluntate profiteri.

CAPUT I.

NAm præſenti lege decernimus, nullam divinam juſſionem neque per viri magnifici Quæſtoris adjutores, neque per aliam cujuslibet militiæ aut dignitatis aut officii perſonam, cuicunque judici confectam, a quolibet ſuſcipi cognitore, cui magnifici viri Quæſtoris annotatio ſubjecta non fuerit, qua contineatur & inter quos, & ad quem judicem, vel per quam fuerit directa perſonam: quatenus omni poſthac ambiguitate ſubmota, nulla cuilibet excuſationis relinquatur occaſio: ſcientibus judicibus vel adminiſtratoribus univerſis, quod ſi in quolibet negotio ſacram ſuſceperint juſſionem, niſi cui Quæſtoris viri magnificentiſſimi fuerit ſubjecta annotatio, mulcta viginti librarum auri, & officium eorum ſimili pœna plectetur. Quibus jubemus, ſi qua talis juſſio ad eos pervenerit, mox ad prædictum virum magnificum Quæſtorem referre, aut cum illo qui hæc ingerit, deſtinare: ut in eum vindicta procedat, quam in falſarios jura noſtra conſtituerunt, Theodote, parens chariſſime, atque amantiſſime.

EPILOGUS.

QUam legem perpetuo valituram Celſitudo tua ad univerſorum faciat pervenire notitiam.

Ejusdem breve argumentum.

(1) De ſacris juſſionibus.

OMnis ſacra juſſio ſubſcriptionem Quæſtoris habeat, & declaret, qua de re publicata ſit, & qualem judicem (2) det. (3) [Ne con-

(1) *de ſacris*] De ſacris juſſionibus conſtitutionis Græcæ argumentum ac expoſitiunculam quandam tantummodo habent, eaque ſic ſonant; Omnis ſacra &c.

Digitized by Google

contrarium tibi videatur, (4) etſi jubeat, (5) omne Imperatoris reſcriptum manu Imperatoris omnino ſubſcribi oportere. Nam præſens conſtitutio non tollit id, quod in Codice dictum eſt, ſed addit, quod hic ſancitum eſt, (6) ſcilicet quæ a Principe ſubſcribi non oporteat.]

Tit. XVI.
CONSTIT. CXV.
(1) Sex capita habet.

(I) Cum de appellationibus, retractationibus & relationibus judicum cognoſcitur, ut ſecundum eas leges negotia decidantur, quæ tempore latæ ſententiæ & relationis obtinent, non quæ poſtea latæ ſunt.

(II) Si altera pars litigantium allegationibus contenta concludat, altera vero quid ſuperaddat, utpote iis non contenta: judex unius, vel tertii

AGYL. Extat hoc argumentum apud *Hal.* cum inſcriptione περὶ θείων κελεύσεων *de Sacris Juſſionibus*, quæ in edit. *Amſtel.* perperam Novellæ ſequenti 115. præmiſſa. Extat idem argumentum in Lib. Βασιλικῶν.

(2) *det*] καὶ ὅτι ποῖον δίδωσι δικαστήν. Fabrot. vertit, *& ad quem judicem directa ſit.* Lege ὁποῖον.

(3) *Ne contrarium*] μὴ ἐναντιωθῶσι *Hal.* καὶ μὴ &c. *Hactenus* verba conſtitutionis, quæ in libris βασιλικῶν reperiuntur. *lib. 2. tit. ult.* in fine: quæ ſequuntur ab iis, quæ citavimus, verbis, *Ne contrarium* &c. non pertinent ad textum, nec verba ſunt conſtitutionis, ſed ſcholion *Theodori* JCti Græci, quod legitur inter ea, quæ ad *d. Tit.* a JCtis Græcis notata, incuria vero vel imperitia Compilatoris harum conſtitutionum verbis textus addita fuerunt. Solent enim JCti in ſcholiis illis, ad τὸ πλάτος i. e. integrum textum Novellarum provocare & proœmia quoque earum in textu Βασιλ. omiſſa, referre. *Hoc* autem loco quem notavimus & ab ipſo argumento diſtinximus, dubium, ut apparet, quoddam removetur a Theodoro JCto.

(4) *etſi jubeat*] κἂν κελεύῃ: ſic & Βασιλ. *Hal.* κἂν κελεύσοι. Agylæus, *quod jubetur.*

(5) *omne*] πᾶσα βασιλέως ἀντιγραφὴ ὀφείλει πάντως &c. Lege πᾶσαν βασιλέως ἀναγραφὴν ὀφείλειν &c. ut in Βασιλ. ubi tamen pro βασιλέως legitur βασιλικὴν, eodem ſenſu. *Hal.* πᾶν ῥησκρίπτον ὀφείλειν.

(6) *ſcilicet*] quæ hic habentur ad finem uſque, deſiderantur apud *Hal.*

(1) *Cum de app.*] Vet. *ut cum de appellatione cognoſcitur, ſecundum illas leges debeat judicari, quæ tempore latæ ſententiæ obtinebant, non ſecundum eas, quæ poſtea promulgata ſunt, & de aliis capitulis.*

Digitized by Google

tii menſis det ſpacium: his autem præterlapſis, non amplius exſpectet, ſed ſententiam ferat.

(III) Juſtæ cauſæ ingratitudinis, quæ a parentibus liberis objici poſſunt.

(IV) Juſtæ cauſæ ingratitudinis, quæ a liberis parentibus objici poſſunt.

(V) Ut lugentes & propinqui eorum, intra nonum diem nulla de cauſa prehendantur, vel in jus vocentur.

(VI) De conſtituta pecunia, & ſponſionibus: ſi quis ita conſtituat, vel ſpondeat, ſatis ſibi facio, vel, ſatis tibi fiet a me, & ab hoc, & ab illo: vel etiam ſatis tibi fiet a me, aut ab hoc, aut ab illo.

Idem Imperator Theodoto ſacro Prætorio per orientem Præfecto.

PRÆFATIO.

AD notitiam Serenitatis noſtræ pervenit, lite inter Euſtathium Dei amantiſſimum Epiſcopum civitatis (2) Tlos, & Piſtum Diaconum Eccleſiæ Telmiſſenſis mota, ſententiam definitivam a Rectore provinciæ latam, ab eaque appellatum eſſe. Judices igitur, qui de appellatione cognoſcebant, ad Clementiam noſtram dubitantes retulerunt, utrum ſecundum leges eo tempore, quo definitiva ſententia lata eſt, obtinentes, an vero ſecundum vim legis a nobis poſt definitivam ſententiam latæ, negotium illud examinari debeat? Juſtum itaque nobis viſum eſt, ut ſecundum eas leges, quæ tempore latæ ſententiæ obtinuerunt, de prædicta appellationis cauſa cognoſceretur, & ſecundum eas decideretur. Placuit autem, ut, ſi poſtea etiam talis quædam dubitatio oriatur, illa ſimili modo decidatur.

CAPUT I.

Ut cauſa appellationis decidantur ſecundum eas leges, quæ tempore lata ſententia obtinuerunt.

PRopterea ſancimus, ſi de negotio quodam definitiva ſententia feratur, & ſequatur appellatio, ut illi, qui de appellatione cognoſcunt, ſecundum eas leges negotium decidant, quæ tempore ſententiæ definitivæ

(2) *Tlos*] Vet. *Tholena.* Tlos autem civitas Lyciæ numeratur a Plinio, ut & Themiſſus lib. 5. cap. 27. in aliquibus latinis MS. eſt Thone. *Cont.*

tivæ obtinuerunt. Atque hoc ipſum etiam obſervetur, quando glorioſiſſimorum Præfectorum ſententiæ retractantur, & in relationibus judicum, quando utraque pars omnibus ſuis allegationibus renuntiat, judiceſque per (2) relationes ſuas, (3) qui ſtatuendum ſit, interrogant. In dictis enim omnibus caſibus, leges illas ab arbitris ſervari volumus, quæ tempore ſententiæ (4) aut relationis obtinuerunt, licet poſtea legem ferri contingat, quæ aliquid novi diſponat, & vim ſuam ad præterita quoque negotia referat.

CAPUT II.

De his, qui poſt renunciationem adverſariorum allegationes ſe habere dicunt.

SEd & hoc præſenti legi (5) addimus. Quoniam enim inter litigantes interdum contingit, ut altera pars allegationibus ſuis renunciet, altera vero cognoſcens ſe (6) malam cauſam habere, poſt cauſæ cognitionem, & terminos, quos leges probationibus concedunt, confiteri nolit, allegationibus ſe contentam eſſe, ne qualitas cauſæ ſtatim nota fiat: jubemus, quando una pars allegationibus ſuis renuntiat, altera vero pars dicit, habere ſe, quod (7) proponat, ut judex cauſæ omni modo partem, quæ dilatione utitur, intra triginta dies poſt (8) alterius partis renuntiationem, ſine ulla dilatione, id quod voluerit, proponere cogat. Quod ſi non fecerit, tum alius menſis, ut malitia ejus vincatur, a judice indulgeatur. Si vero & ſic moras nectat, alterius adhuc menſis ſpatium illi concedat: ita tamen, ut ſi intra dictos tres men-

(2) *relationes*] ἀναφορῶν. Vid. *Ant. Aug.* verb. *relatio* & *Gloſſ Jul.* eodem verbo.

(3) *quid ſtatuendum*] τί ἄρα αὐτοῖς διαλυτῶσθαι. *Hal.* τί ἄρα ὀφείλουσι διαλυτῶσθαι, *quam negotio tandem formam debeant præſcribere.*

(4) *aut relat.*] ἢ δηλαδὴ τῆς ἀναφορᾶς. Ap. Hal. deeſt iſtud ἢ. Vet. *aut certe.*

(5) *addimus*] προσέθεμεν. Hal. θεσπίζομεν. Vet. addimus.

(6) *malam*] κακὴν. *Hal.* κακῶς.

(7) *proponat*] προσθεῖναι. Hal. προσθεῖναι adjicere. Rectius *proponere* legi, dicit *Agyl.*

(8) *alterius*] τὸ ἕτερον μέρος. *Hal.* τὸ ἓν μέρος.

(9) *litigatoribus*] litigάτορσι. Baſil. ἀντιδίκοις.

Digitized by Google

menſes, quos (9) litigatoribus moram facientibus conceſſimus, allegationes ſuas non (10) proponat, tum judex non amplius exſpectet, ſed omni modo ſententiam legibus convenientem ferat, vel, ſi velit, ad nos referat: ne partibus injuſte litigantibus litium exitus in longum protrahere liceat.

CAPUT III.

Quæ ſint juſtæ liberos exhæredandi cauſæ.

ALiud inſuper caput huic legi addere placuit. Sancimus igitur, ne ullo modo patri aut matri, avo aut aviæ, proavo aut proaviæ, filium ſuum, aut filiam, aut reliquos liberos in teſtamento ſuo (11) præterire, vel ex hæredare liceat, (etſi quacunque donatione, vel legato, vel fideicommiſſo, vel alio quocunque modo partem legibus illis debitam dederint) niſi forte ingrati probentur, & parentes ipſas ingratitudinis cauſas nominatim in teſtamento ſuo ſcripſerint. Sed quia cauſæ, ex quibus liberi ingrati judicari debent, per diverſas leges diſperſas, nec clare expreſſas invenimus, (quarum quædam ad ingratitudinem ne ſufficere quidem viſæ, aliæ vero, licet ſufficerent, prætermiſſæ ſunt) propterea neceſſarium eſſe nobis viſum eſt, præſenti lege illas nominatim comprehendere, ut præter eas nemini liceat, ex alia lege ingratitudinis cauſam opponere, niſi illas, quæ (12) ſerie præſentis conſtitutionis continentur. Juſtas vero cauſas ingratitudinis has eſſe decernimus.

1) Si quis parentibus ſuis manus intulerit.

2) (13) Si gravem & indignam contumeliam illis intulerit.

3) Si eos in criminalibus cauſis, quæ non ſunt adverſus Principem aut Rempublicam, accuſaverit.

4) Si cum veneficis ut veneficus converſetur.

5) Si vitæ parentum veneficiis, aut alio modo inſidiari conatus fuerit.

 6) Si

(10) *proponat*] προθῶσιν. Hal. προσθῶσιν.

(11) *præterire*] Sic in *gr.* legitur. Hal. παρῶμ. ημονεύτως καλεσματων.

(12) *ſerie*] τῷ ὕφει. *Hal.* τῇ ὕφῃ. quod idem eſt.

(13) *Si gravem*] ἐν βαρείᾳ. *Hal.* ἢ βαρείαν.

6) Si filius cum noverca ſua, vel (14) concubina patris ſui rem habuerit.

7) Si filius parentes detulerit, & delatione ſua effecerit, ut gravia damna perpeſſi ſint.

8) Si quem ex parentibus ejus carceri includi contingat, & liberi, qui ab inteſtato ad ſucceſſionem ejus venire poſſunt, ab eo rogati, vel unus ex illis, pro eo, ſive pro perſona, ſive pro debito, fidejubere (15) nolint, in quantum ille, qui rogatus eſt, facere poſſe probatur. Hoc tamen, quod de fidejuſſione ſancimus, ad maſculos liberos, & quidem ſolos pertinere volumus.

9) Si quis ex liberis convictus fuerit, quod parentes ſuos teſtari prohibuerit, ſi quidem poſtea teſtamentum facere potuerint, liceat ipſis ea de cauſa filium (16) exhæredem facere. Si vero in ipſa prohibitione aliquis ex parentibus inteſtatus deceſſerit, & alii, ſive ab inteſtato, (17) vel cum ipſo filio, qui teſtamentum fieri prohibuit (18) vel poſt eum, ad defuncti hæreditatem vocati, (19) ſive quos hæredes, vel legatarios habere voluit, ſive qui damnum quoddam ex prohibitione teſtamenti ſuſtinuerunt, id ipſum demonſtraverint, ſecundum reliquas leges hac de re latas ejuſmodi negotia (20) decidantur.

10) Si filius præter voluntatem parentum (21) arenariis vel mimis ſe

(14) *concubina*] παλλακῇ, *Hal.* παλλακίδι. Et pro συμμίξει, ἐπιμίξει. Infra eſt συμμιγῇ.

(15) *non velint*] μὴ βουληθεῖεν εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐγγύην τοῦτον ἀναδέξασθαι ἢ ὑπὲρ προσώπου ἢ τοῦ χρέους. *Hal.* ὑπὲρ προσώπου. *in fidem ſuam eum recipere noluerint aut pro perſona prove ære alieno fidejubere.* Addidit *Haloander* τὸ *fidejubere*, quod recte factum dicit *Agyl.* Credidimus contrahi hæc poſſe, ut ſupplemento illo opus non ſit. Vet. *in ſua eum fidejuſſione ſuſcipere vel pro perſona vel pro debito*

(16) *exheredem*] ἀποκληρονόμον. Leg. ἀποκληρονόμον. vel ἀπόκληρον.

(17) *vel cum ipſo*] ἢ μετ' αὐτοῦ τοῦ παιδὸς. Baſil. ἢ μετὰ τοῦ παιδός.

(18) *vel poſt eum*] ἢ μετ' αὐτὸν καλούμενοι. Vet. *aut poſt illum vocantur.* *Hal.* ἢ μετ' αὐτῶν &c. Vertit autem *poſt ipſum.*

(19) *vel quos*] εἴτε οὓς κληρονόμους ἢ ληγαταρίους ἔχειν ἠβούλετο. *Hal.* εἴτε οὓς κληρονομίαν ἢ λήγατα ἔχειν &c. *ſive quos hereditatem vel legata habere* &c.

(20) *decidantur*] περαινέσθω. *Hal.* περαίνεσθαι.

(21) *arenariis*] Jul. *harenariis.* Vid. Ant. Aug. ea voce.

ſe ſociaverit, & in hac poſſeſſione permanſerit: niſi forte & parentes ejuſdem profeſſionis fuerint.

11) Si cui ex dictis parentibus filiæ ſuæ (22) vel nepti maritum dare & dotem pro modo facultatum pro ea præſtare volenti illa non conſentiat, ſed turpem vitam eligat. Si vero filia ad (23) viginti quinque annorum ætatem pervenerit, & parentes eam marito jungere differant, ac forte exinde contingat, ut illa in proprium corpus peccet, (24) vel ſine conſenſu parentum viro, libero tamen, nubat: hoc filiæ in ingratitudinem imputari nolumus, quoniam non ſua, ſed parentum culpa id commiſiſſe intelligitur.

12) Si quis ex prædictis (25) parentibus furioſus ſit, & liberi ejus, vel quidam ex illis, vel ſi nullos liberos habeat, reliqui ejus cognati, qui ab inteſtato (26) ad hæreditatem ejus vocantur, miniſterium & debitam curam illi non exhibeant, ſiquidem ab eo morbo liberatur, licebit ipſi, ſi velit, filium, vel liberos, vel cognatos, qui eum neglexerunt, ingratum, vel ingratos in teſtamento ſuo ſcribere. Si vero extraneus quis eum in furoris morbo a propriis liberis, cognatis, vel aliis ab eo ſcriptis hæredibus negligi videat, & miſericordia commotus ejus curam gerere voluerit: damus ei facultatem, ut illis, qui ab inteſtato, vel ex teſtamento jam facto ad hæreditatem furioſi vocantur, ſcriptis denuntiet, quo ejus curam gerere ſtudeant. Sin autem etiam poſt denuntiationem illam negligant eum, & extraneus furioſo in domum ſuam ſuſcepto ſumtibus ſuis uſque ad mortem curam ejus geſſiſſe probetur: ſancimus, ut ille, qui miniſterium & curam furioſo exhibuit, etſi plane extraneus ſit, ad illius hæreditatem veniat: everſa illorum inſtitu-

Bbbbb 3 tione,

(22) *vel nepti*] ἢ ἐγγόνῃ. Βασιλ. ἢ ἐκγόνῃ.

(23) *viginti quinque*) numerus hic annorum omiſſus in *Hal. græc. edit.* pro quo in verſione poſuit; *ſi filia legitimum annorum modum ac ætatem habeat.*

(24) *vel ſine*) ἢ δίχα συναινέσεως τῶν γονέων ἀνδρὶ ἑαυτὴν ἐλευθέρῳ μέντοιγε συζεῦξαι. Vet. *ſine conſenſu parentum ſe ipſam viro, & tamen libero conjungere.* Deſiderantur hæc in *Hal.* edit.

(25) *parentibus*) γονέων. Abeſt a Cod. *Hal.* quod *Agylæus* neceſſario conſervandum judicat.

(26) *ad hæred.*) εἰς τὸν αὐτοῦ κλῆρον. Βασιλ. αὐτῶν.

Digitized by Google

tione, quippe cum indigni ſint, qui, ut diximus, furioſi curam gerere neglexerunt: ita tamen ut reliqua teſtamenti capita in robore ſuo maneant.

13) Si unum ex prædictis parentibus in captivitate detineri contigerit, ejusque liberi, ſive omnes, ſive unus, eum redimere non ſtudeant. Quare ſi calamitatem captivitatis effugere poſſit, in poteſtate ejus ſit, num hanc ingratitudinis cauſam in teſtamento ſuo ſcribere velit. Si vero per negligentiam aut contemtum liberorum non liberetur, ſed in captivitate moriatur, illos ad ſucceſſionem ejus venire non patimur, qui redemtionis ejus curam habere non ſtuduerunt: ſed omnibus liberis hoc negligentibus, omnes res ab illo relictæ Eccleſiæ ejus loci, unde ortus eſt, devolvantur: inventario ſcilicet publica (27) fide faciendo, ut nihil de ſubſtantia ejus pereat: eum in finem ut omne, quod exinde ad Eccleſiam pervenit, ad captivorum redemtionem cedat. Sed hæc quidem de perſonis, quas exhæredare non licet, niſi cauſæ ingratitudinis ſcribantur & probentur, dicta ſunt. Occaſionem vero nobis generalem legem faciendi præſens cauſa dedit Et propterea generaliter jubemus, ſi ille, qui in captivitate detentus eſt, liberos non habeat, cœteriſque, qui ad hæreditatem ejus ab inteſtato vocantur, operam non dantibus ut eum liberarent, in captivitate deceſſerit: ut nemo eorum, qui eum neglexerunt, ad hæreditatem ejus veniat, licet ante captivitatem teſtamentum forte ab eo factum ſit, in quo memoratas perſonas hæredes ſcripſit. Nam & hic inſtitutione (28) hæredum infirmata, reliquiſque teſtamenti capitibus in ſua vi manentibus, ſubſtantia illarum perſonarum, ſimili modo ad Eccleſias civitatum, ex quibus oriundi ſunt, devolvantur, nec in alias cauſas, quam liberationes captivorum expendantur: ut, unde illi a ſuis liberati non ſunt, exinde aliorum liberationes procurentur, & ſimiliter illorum animæ pia illa actione ſubleventur. Atque hoc ipſum etiam obſervetur, ſi aliam extraneam perſonam ante captivitatem hæredem ſcripſerit, & illa ſciens, ſe ab eo hæredem ſcriptam eſſe, captivitate eum liberare neglexerit.

Hanc

(27) *fide*) ἐμμαρτυρίῳ. Sic & *Nov. 134. cap. 3.*

(28) *hæredum*) κληρονόμων. Hal. κληρονομουμένων.

Hanc autem pœnam contra eos obtinere volumus, qui decimum octavum ætatis annum impleverunt: in illis vero cauſis, quibus pro liberandis captivis pecuniam dari neceſſe eſt, ſi quis propriam pecuniam non habeat, liceat illi, ſi dictæ ſit ætatis, mutuam pecuniam accipere, & res mobiles, vel immobiles, ſive proprias, ſive ejus, qui in captivitate detinetur, pignori dare; quia in omnibus iis, quæ dicta ſunt, & pro liberatione captivorum dantur, vel expenduntur, ejuſmodi contractus perinde firmos eſſe jubemus, ac ſi a perſona ſui juris & perfectæ ætatis celebrati eſſent: nullum vero præjudicium illis fiat, qui cum ejusmodi perſonis in memoratis cauſis (ſicut dictum eſt) contrahunt: quia ſcilicet illi, qui ex captivitate redit, neceſſitas incumbit ut contractus illos pro firmis habeat, iiſque tanquam propriis debitis obligetur.

14) Si quis ex dictis parentibus orthodoxus ſit, videatque filium ſuum, vel liberos catholicæ fidei non eſſe, nec cum ſanctiſſima Eccleſia communionem habere, in qua omnes beatiſſimi Patriarchæ una conſpiratione & conſenſu rectiſſimam fidem prædicant, (29) & quatuor ſanctas Synodos (Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam & Chalcedonenſem,) amplecti ſeu recitare noſcuntur, liberique in illa infidelitate maneant: parentibus eorum poteſtatem damus, ut eos hac ex cauſa ingratos & (30) exhæredes in teſtamento ſuo ſcribant. Atque hoc quidem quoad cauſam ingratitudinis definivimus. Verum ut generaliter liberis orthodoxis proſpiciamus: jubemus, ut (31) ſalvis ſervatis legibus, quæ de reliquis hæreticis jam latæ ſunt, etiam quoad Neſtorianos, & Acephalos illa ſerventur: ut, ſi forte parentes reperiantur, qui vel Judaico Neſtorii furori dediti, vel Acephalorum dementiam amplexi, & propterea a communione Catholicæ Eccleſiæ ſeparati ſunt, ne illis liceat alios hæredes ſibi inſtituere, quam liberos orthodoxos, & cum Eccleſia catholica communionem habentes, vel liberis non exiſtentibus, agnatos, vel cognatos, eos ſcilicet, qui catholici ſunt. Si forte

(29) *& quatuor*) καὶ τὰς ἁγίας &c. *Hal.* κατὰ τὰς &c.

(30) *exhæredes*) ἀποκληρονομένων. *Hal.* ἀποκληρονόμους. Vid. *ſupr.* §. 9.

(31) *ſalvis*) σώων φυλαττομένων τῶν νόμων. *Hal.* κελεύομεν οὖν φυλαττομένων &c. *jubemus igitur ſervatis* &c. Noſtra lectio retinenda eſt.

forte aliqui ex liberis orthodoxi quidem ſint, & cum Eccleſia Catholica communionem habeant, alii vero ab illa ſeparati ſint: ſancimus, ut tota parentum ſubſtantia ad liberos, & quidem ſolos Catholicos veniat: licet perſonæ illæ teſtamenta fecerint, quibus contra tenorem hujus conſtitutionis noſtræ quid (32) diſponant. Si poſtea fratres ab Eccleſia ſeparati, ad eam revertantur, portio illis debita in eo ſtatu, quo inventa fuerit, eo tempore, quo datur, ipſis præbeatur, ut nullum propter fructus, aut medii temporis adminiſtrationem incommodum, vel moleſtiam Catholici patiantur, qui dictas res ante detinuerunt: quia ſicut illarum rerum, quas ex portione fratrum nullam cum Eccleſia communionem habentium orthodoxi acquiſiverunt, alienationem prohibemus: ita & præteriti temporis fructus, vel adminiſtrationem nullo modo ab his, qui eas detinuerunt, exigi, vel retractari jubemus. Si ad finem uſque vitæ ſuæ illi, qui cum Eccleſia communionem non habent, in eodem errore permaneant, tum ut orthodoxi fratres, vel hæredes eorum pleniſſimo dominii jure illas res poſſideant, ſancimus. Si liberi (33) quidem perverſi & a communione Eccleſiæ Catholicæ alieni inveniantur, alii vero proximi agnati, vel cognati, orthodoxam fidem colere, & in Eccleſiæ communione eſſe probentur, hi liberis hæreticis præferantur, eorumque hæreditatem accipiant. Si & liberi, & proximi agnati, & cognati, a communione orthodoxæ fidei alieni ſint, tum, ſi quidem parentes eorum Clerici ſint, ad Eccleſiam civitatis illius, ubi domicilium habuerunt, (34) eaſdem res pertinere volumus: ita tamen, ut, ſi Eccleſiaſtici intra anni ſpatium res (35) ejuſmodi perſonarum vindicare neglexerint, illorum dominium fiſco noſtro vindicetur. Si Laici ſint, ſine ulla diſtinctione ſubſtantia eorum

(32) *diſponant*) διατυπῶσι. Hal. in edit. Βασιλ. τὶ διατυπώσαντα; in Pariſ. διατυπώσαντες. *quid diſponentem.* Lege τὶ διατυπῶσι.

(33) *quidem*) μὲν. Hal. πάντες, *omnes.* Quod poteſt admitti in textum. Vet. *ſi filii quidem omnes* &c.

(34) *eaſdem res*) τὰ αὐτὰ πράγματα. *Hal.* τὰ αὐτῶν.

(35) *ejuſmodi*) ὡς τὰ τῶν τοιούτων προσώπων πράγματα. Illud ὡς expungendum eſt. Nec Hal. id habet.

eorum ad ſacra noſtra privata ſimiliter veniat. Atque hæc etiam valere volumus, etſi ſine teſtamento tales perſonæ moriantur: reliquis omnibus, quæ contra hæreticos in reliquis conſtitutionibus diſpoſita ſunt, & contra Neſtorianos, Acephalos, cœteroſque omnes, qui in Catholica Eccleſia partem non habent, (ad quam (36) celebratæ ſacræ quatuor (37) Synodi, & Patriarchæ pertinent) etiam contra hæredes eorum ſimiliter ſervandis. Nam ſi de mundanis rebus ſolliciti ſumus, quanto magis pro ſalute animarum ſumma cum providentia cura adhibenda eſt? Itaque ſive omnes dictas ingratitudinis cauſas, ſive eas, quæ ex illis manifeſtæ ſunt, ſive unam parentes in ſuo teſtamento ſcripſerint, & ſcripti hæredes expreſſam, vel expreſſas cauſas, vel unam ex illis veram eſſe oſtenderint, teſtamentum vim ſuam habere jubemus. Si vero hæc non obſerventur, liberis exhæredatis nullum præjudicium fiat, ſed quantum ad inſtitutionem hæredum pertinet, teſtamento infirmato, ad hæreditatem parentum liberi ab inteſtato æquis partibus veniant: ne liberi fictis accuſationibus condemnentur, vel circumſcriptionem quandam in bonis parentum ſuſtineant. Si tamen contingat, ut in ejuſmodi teſtamentis legata quædam, vel fideicommiſſa, vel libertates relinquantur, vel tutores dentur, vel alia quæcunque capita legibus probata nominentur, illa omnia impleri, iiſque dari jubemus, quibus relicta ſunt, quaſi pro ea parte teſtamentum non everſum valeat. Et hæc quidem de teſtamentis parentum diſpoſuimus.

CAPUT IV.

Quæ ſint juſtæ cauſæ parentes exhæredandi.

JUſtum vero nobis viſum eſt eadem e contrario de teſtamentis liberorum cum quadam diſtinctione conſtituere. Sancimus igitur, ne li-

 beris

(36) *celebratæ*) [illegible]. Hal. *προλεχθεῖσαι, prædictæ.* Sic & *Vetus*, quod non repudiandum eſt, etſi Imp. alibi eo verbo vix uti ſoleat.

(37) *Synodi*) addit *Hal.* καὶ αἱ λοιπαὶ *& reliquæ.* Quod recte expungetur utpote quod falſarii cujuſdam fraude procul dubio adjectum ſit. Liquere id facile poteſt ex ſuperioribus: tum nec Scrimgerus nec vetus translatio id habet. Memini me alibi in jure noſtro iſtiuſmodi loca animadvertiſſe &c. AGYL.

Digitized by Google

beris parentes ſuos præterire, vel eos quocunque modo a rebus ſuis, in quibus poteſtatem teſtandi habent, plane excludere liceat, niſi cauſas, quas enumerabimus, in teſtamentis ſuis ſpecialiter ſcripſerint. Eas autem has eſſe decernimus.

§. 1. Si parentes liberos ſuos ad ultimum ſupplicium dederint: excepta tamen cauſa, quæ ad crimen læſæ Majeſtatis ſpectat.

§. 2. Si venenis, (38) aut veneficiis, vel alio modo parentes vitæ liberorum inſidiatos eſſe probentur.

§. 3. Si pater cum nuru ſua, vel concubina filii ſui rem habuerit.

§. 4. Si parentes liberos ſuos in iis rebus teſtari prohibuerint, in quibus teſtandi facultatem habent: omnibus ſcilicet illis, in prohibitione ejuſmodi teſtamentorum obſervandis, quæ in parentum perſonis definivimus.

§. 5. Si virum uxori ſuæ, vel uxorem viro ad mortem, vel mentis alienationem venenum dare, vel alio modo alterum alterius vitæ inſidiari contigerit: tale quidem crimen tanquam publicum ſecundum leges examinari, & legitime vindicari volumus, liberis vero in teſtamentis ſuis ex ſubſtantia ſua, (39) illi perſonæ, quæ tale ſcelus perpetraſſe cognoſcitur, nihil relinquere liceat.

§. 6. Si parentes liberorum, vel unius ex illis in furore conſtituti, curam gerere neglexerint, omnia etiam ibi obſervanda eſſe præcipimus, quæ de (40) furioſis parentibus ſuperius ſancivimus.

§. 7. His caſibus captivitatis etiam calamitatem addimus, in qua ſi liberos detineri, & per parentum contemtum, vel negligentiam non liberatos mori contigerit, nullo modo illorum parentes, ad ſubſtantiam liberorum veniant, de quibus liberi teſtari potuerunt. Sed omnia etiam in hoc capite ſerventur, quæ de parentibus, & cognatis, & agnatis ab inteſtato, ad illorum jura vocatis, vel de extraneis hæredibus ſcriptis ſupra diſpoſuimus.

§. 8.

(38) *veneficiis*) Julian. *ſuſurris magicis*. Vet. *maleficiis* γοητείαις. Vid. *Gloſſ. Jul.* verbo *ſuſurris magici*.

(39) *illi perſ.*) ἐκείνῳ τῷ τεχνώτῃ. Hal. τῷ τεχνῃ.

(40) *furioſis*) μαινομένοις. Hal. ἐμμαινομένων.

§. 8. Si quis ex prædictis liberis orthodoxus ſit, & parentem ſuum vel parentes catholicos non eſſe animadvertat, eadem in illis quoque perſonis obtineant, quæ ſupra de parentibus diſpoſuimus.

§. 9. Si igitur liberi tales cauſas, vel eas, quæ ex illis manifeſtæ ſunt, vel unam, in teſtamentis ſuis ſcripſerint, & ſcripti ab illis hæredes, (41) vel omnes manifeſtas eſſe, vel unam ex illis probaverint: ut teſtamentum in ſuo robore maneat præcipimus. Si vero illa non obſerventur, nullam vim ejuſmodi teſtamentum, quantum ad inſtitutionem hæredum, habere ſancimus, ſed everſo teſtamento, (42) hæredes ab inteſtato ad defuncti hæreditatem vocamus, iiſque res illius dari ſancimus: legatis ſcilicet, ſive fideicommiſſis, & libertatibus, & dationibus tutorum, & aliis capitibus, [ſicut ſupra dictum eſt] vim ſuam habentibus. Sin autem quid vel (43) de legato, vel fideicommiſſo, vel libertatibus, vel aliis quibuſcunque capitibus, in aliis legibus huic conſtitutioni contrarium reperiatur, nullo id modo valere volumus. Atque hæ quidem exhæredationis vel præteritionis pœnæ, quantum ad cauſas ingratitudinis, in dictas perſonas ſtatutæ ſint. Si vero quædam ex illis ad crimina pertineant, eorum auctores alias etiam pœnas legibus definitas ſuſtineant.

CAPUT V.

Ne creditori liceat hæredes defuncti propter debitum ante novem dies moleſtare.

HÆc vero diſpoſuimus, ut tam parentes, quam liberos a teſtamentorum injuria liberemus. Si vero quidam hæredes nominati fuerint, etſi certis rebus contenti eſſe jubeantur, (44) hoc quidem caſu

 teſta-

(41) *vel omnes*) ἢ πάσας φανεράς. Hal. minus bene ἢ πᾶσαι, ἢ φανεραί. *Vel omnes vel manifeſtas.*

(42) *hæredes*) τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου ἐπὶ τὴν τοῦ τελευτήσαντος κληρονομίαν καλοῦμεν καὶ πρὸς αὐτοὺς τὰ ἐκείνου πράγματα δίδοσθαι διαλύομεν. Lege cum *Hal.* τοῖς ἐξ ἀδιαθ. &c. καλουμένοις τὰ ἐκ. πρ. &c. Sic & *Vet.* legit.

(43) *de legato*) περὶ ληγάτου ἢ φιδεικομμίσσου. Melius ap. Hal. legitur ληγάτων ἢ φιδεικομμίσσων.

(44) *quoad hoc*] ἐν τούτῳ δὴν μὲν &c. Baſil. τούτῳ δὴν μὲν.

teſtamentum non ſubverti præcipimus, quod vero illis minus legitima parte relictum eſt, hoc ſecundum alias noſtras leges ab hæredibus expleatur. Unica enim eſt Serenitatis noſtræ cura, (45) ut injuriam præteritionis & exhæredationis parentum & liberorum tollamus.. Etenim conſiderare debent (46) parentes, quod & ipſi liberi fuerint, atque illa a parentibus ſuis acceperint: (47) & ſimiliter liberi, qui nunc ſunt, operam dare debent, ut parentum ſuorum voluntati obſequantur, quoniam & ipſi parentes fieri cupiunt, atque a liberis ſuis honorari optant. Unde manifeſtum eſt, ad amborum utilitatem hanc legem reſpicere, quam non ſine cauſa, ſed data occaſione, (48) ferre placuit. Invenimus enim (49) Pulcheriam, licet a matre ſua grata filia dicta ſit, in teſtamento tamen tum quoad paterna, quam materna bona exhæredatam eſſe: & quia chartam illam dolo & machinatione compoſitam cognovimus, nullo eam modo valere permiſimus, ſed filiam hæredem patris & matris fieri juſſimus, quemadmodum etiam noſtra hac de re ſententia ſcriptis prolata declarat.

§. 1. Meminimus inſuper legem a nobis latam eſſe, qua juſſimus, ut nemini plane corpora defunctorum debiti nomine detinere, vel eorum ſepulturæ impedimentum inferre liceat. Impræſentiarum autem cognovimus, nonnullos defuncti cujuſdam patrem, a funere filii ſui redeuntem, debiti nomine detinuiſſe. Propterea pium & humanum eſſe nobis viſum eſt, crudelitatem illam piiſſima hac lege prohibere.

(45) *ut injur.*] τὴν ὕβριν &c. ἀνελεῖν. *Hal.* τὴν ὕβριν &c. Illud Imperatori ſæpius uſurpatum. *Nov. 72. c. 4. Nov. 73. præfat.*

(46) *parentes*] οἱ γονεῖς, quod *Hal.* non legit, retinendum autem cenſet *Agylæus.*

(47) *& ſimiliter*] καὶ ἐξακολουθῶσιν οἱ νῦν ὄντες υἱοὶ σπουδάζειν &c. Hal. καὶ παρομοίως οἱ νῦν ὄντες υἱοὶ σπουδάζουσιν. *Studeant.* Rectius σπουδάζειν leges: pendet enim a verbo præcedenti ὀφείλουσι.

(48) *ferre*] προενεγκεῖν. *Hal.* προσενεγκεῖν. Vet. *promulgandam.*

(49) *Pulcheriam*] Πουλχερίαν. *Hal.* Πολυσκερίαν. *Polyſceriam*, & hunc locum ita vertit. *Deprehendimus enim in quodam negotio diſceptantes, quod cum Polyſceria &c.* Verba illa *in quodam negotio diſceptantes* nec Scrimgeri, nec *Hal.* textus græcus habet, & omitti poterunt. An vero *Polyſceria* an Pulcheria legendum ſit, conſtitui non poteſt, neque vero refert. *AGYL.*

Digitized by Google

bere. Quamobrem ſancimus, ut nemini plane liceat vel hæredes (50) defuncti, vel parentes, vel liberos, vel uxorem, vel agnatos, vel cognatos, vel alios affines ejus, vel fidejuſſores ante novem dierum ſpatium, in quibus lugere videntur, convenire, aut quocunque modo illos moleſtare, aut citationem quandam illis offerre, aut in judicium eos vocare, ſive debiti a defuncto contracti nomine, ſive alterius cujuſque cauſæ gratia, quæ ad dictas perſonas ſpecialiter pertineat. Si quis vero intra novem dies aliquem ex dictis perſonis detinere, vel convenire, aut confeſſionem aliquam, vel promiſſionem, vel fidejuſſionem ab eo accipere audeat, ut hæc omnia irrita ſint, ſancimus. Elapſis autem novem diebus, ſi quis contra ejuſmodi perſonas actiones quaſdam habere putaverit, eas ſecundum leges exerceat, nullo ſcilicet præjudicio actoribus ex termino illo circa temporalem præſcriptionem, aut aliam quamcunque legitimam allegationem penitus generando.

CAPUT VI.

(51) *De conſtituta pecunia.*

PRæter ea aliud quoque caput quod ad conſtitutam pecuniam, ſeu promiſſiones ſpectat, hac lege definire nobis viſum eſt. Sancimus igitur, ſi quis pro ſe, vel pro alia perſona pecuniam conſtituerit, dicens forte alicui, ſatis tibi faciam, ut hic in quantitatem, quam dixit, omnibus modis obligetur, & conſtitutum ſuum impleat, atque debitum ſolvere cogatur. Si quis vero dicat, ſatis tibi fiet, hic [cum ejuſmodi ſermo ſine mentione perſonæ prolatus ſit] tanquam nihil dixerit, ab omni exactione liber ſervetur. Sin autem quis dicat, ſatisfiet tibi a me, & ab hoc, & ab illo, illis quidem, quos nominavit, niſi conſentiant, nullum ex illo ſermone (52) præjudicium orietur; ſed nec is, qui id dixit, pro illis perſonis, quas nominavit, exactionem aliquam ſuſtineat: pro ſe vero, id quod ex debito ſecundum leges probato debere apparuerit, pro rata parte ſolum ſolvat. Quod ſi dicat,

ſatis

(50) *defuncti*] τελευτῶντος. *Hal.* τελευτήσαντος.

(51) *de Conſtituta*] περὶ τῆς χρήματος ἀντιφωνουμένων. Scribe χρημάτων.

(52) *præjudicium*] πρόκριμα. *Hal.* κρῖμα.

ſatis tibi fiet a me, vel ab hoc, vel ab illo, tunc perſonis quidem nominatis ſimili modo non conſentientibus nullum fiat præjudicium, ille vero, qui hoc conſtituit, integrum debitum ſolvere cogatur: ſi quam autem contra perſonas nominatas putaverit ſibi actionem competere, hanc contra eas ſecundum leges proponat, & legum auxilio fruatur.

EPILOGUS.

HÆc vero omnia in omnibus caſibus obtinere ſancimus, qui judiciali ſententia, vel amica (53) compoſitione finem non acceperunt. (54) Excellentia igitur tua efficiat, ut hæc generalis noſtra (55) lex, programmatibus per hanc regiam urbem more ſolito propoſitis, & præceptis ad provinciarum Rectores miſſis, ad omnium notitiam perveniat. Dat. Kal. Febr. Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. (56) Aug. Baſil. V. C. Conſ.

Tit. XVII.

(1) De Militibus.

CONSTIT. CXVI.

Præfatio.

(2) POſt Domini Dei benevolentiam ſubditorum noſtrorum ſecuritas eſt, militarium rerum imperium & conſtitutio. His enim Dei providentia conſtitutis, barbarorum petulantia refrenatur, reique publicæ opes creſcunt. Quoniam igitur nonnulli ſalutis ſuæ nullam rationem

(53) *compoſitione*] *συμβάσει*. Hal. *συμβιβάσει*.

(54) *Tua igitur*] Ante hæc verba inſerit. Hal. in verſione ſua. *Præfecte chariſſime atque amantiſſime* quod cum nec in Græca ejus editione, nec in Scrimgeri, & noſtra reperiatur. *Agylæus* id nullum locum ibi habere docet.

(55) *lex*] *νομοθεσίαν*. *Hal.* *διάταξιν*. Vet. *conſtitutionem*.

(56) *Aug.*] *Vet.* addit. *Ann. XV.* Jul. *Ann. XV. poſt Conſul. Beliſarii.*

(1) *de militibus*] Vet. *ut neque miles neque fœderatus obſervetur domui privata aut poſſeſſioni alicujus.* Junge *l. 15. C. Th. de Re milit.* ibique *Gothofr.*

(2) *Poſt domini*] Vet. *Cum domini de benevolentia ad cuſtodiam noſtrorum ſubjectorum militarium rerum incipit ordinatio.*

Digitized by Google

tionem habentes, milites & (3) fœderatos, qui pro libertate Reipublicæ contra hoſtes pugnare debent, ſubducere, & in privatis utilitatibus occupatos detinere audent: hac lege omnibus denunciare nobis viſum eſt, ut nemo in poſterum militem, in quemcunque numerum relatum, ſive fœderatum, ſubtrahere, vel in domo ſua habere, vel ad neceſſitates ſuas detinere audeat: circa quos multos labores ſuſtinuimus, (4) exercentes & militantes, ut Reipublicæ utiles eſſent.

CAPUT I.

SCiant igitur omnes, quicunque (5) operam dederunt, ut milites, vel fœderatos quoſdam in domibus ſuis, vel in poſſeſſionibus qualiercunque morantes, & privatis quibuſdam neceſſitatibus eorum inſervientes haberent: niſi intra triginta dierum ſpatium (ab inſinuatione hujus noſtræ conſtitutionis in illo loco numerandorum) eos expulerint, bona eorum, qui illos habent aut detinent, publicationi ſubjecta fiſco addicenda, ipſoſque a dignitate & militia, quam habent, ejiciendos eſſe. Milites autem & fœderati, qui poſt præſtitutum diem apud illos manent, non ſolum vita privabuntur, ſed etiam extrema ſupplicia ſuſtinebunt. Sciant quoque cujuſque provinciæ Præſides, (6) ſi qui inventi fuerint, qui in locis, quos regunt, (7) vel in quibuſdam locis, vel perſonis, vel domibus, vel dominiis, vel poſſeſſionibus, vel quibuſcunque privatis neceſſitatibus morentur, nec diligenter eos deprehen-

(3) *fœderatos*] φοιδεράτους. Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *fœderati.* Fœderati erant milites ex variis gentibus fœderatis. Suidas. φοιδεράτων, ὅτω ἐκάλουν Ῥωμαῖοι τοὺς ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν. *Gloſſ. Jur.* φοιδεράτοι οἱ ὑπόσπονδοι τῶν Σκυθῶν. Sic & φοιδεράτων ὑπόσπονδος ibid. Mentio eorum fit quoque in *l. 16. C. Th. de Tiron.* Ad quam vide Comment. *Gothofr.* Gothos fuiſſe tradit Malchus in Elog. & Jordanus, nomenque illis datum a Conſtant. M. *MEURS. Gloſſ.*

(4) *exercentes*] Vet. *exercentur enim & militant, ut communibus utiles ſint rebus.*

(5) *operam*] ἔχειν ἐσπούδασαν. Haloand. ἔχουσιν. Vet. *habent.*

(6) *quod ſi*] ὡς εἴ τινες εὑρεθεῖεν ἐν τοῖς τόποις τοῖς παρ' αὐτῶν ἰθυνομένοις. Vet. *in locis, quæ ſub his ſunt exactoribus & convictoribus. Gothofredus* notat, verba ultima deeſſe in Scrimger. editione, ſed voluit Vetus τὸ ἰθυνομένων & ἐπιτρόπων.

(7) *vel in locis*] ἢ ἐπὶ τόποις τισίν. *Hal.*

Digitized by Google

hendant, atque ſuppliciis ſubjiciant, & milites ad numeros, in quibus militant, fœderatos vero ad optiones ſuas mittant: ab ipſis quoque decem librarum auri pœna exigendam, ipſos inſuper exilio afficiendos eſſe: utpote qui juſſiones noſtras negligere auſi ſint. Nemo igitur neque ſacra quadam ſanctione, de hoc forte lata, neque præceptis judicum utatur, neque tales ſanctiones vel præcepta judicum ſuſcipiat: ſed cum omni celeritate, milites quidem ad numeros ſuos, fœderati vero ad optiones ſuas revertantur, & pro Republica pugnent. Nullo enim modo imposterum permittimus, ut milites noſtri, aut fœderati privatis aliquibus neceſſitatibus (8) occupentur.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & hac lege declarata ſunt, Excellentia tua cognoſcens, in hac quidem regia urbe edictis more conſueto propoſitis, in provinciis vero miſſis mandatis omnibus manifeſta facere ſtudeat. Dat. V. Jdib. Aprilis. (9) Biliſario Viro Clariſſimo Conſ.

TIT. XVIII.

(1) De diverſis capitibus, & ſolutione matrimonii.

CONSTIT. CXVII.

(2) *Idem Imperator Juſtinianus Auguſtus Theodoto Præfecto Prætorio.*

PRÆ-

ἢ ὑπηρετοῦσι ποιῶν. *vel procuratoribus quibuſdam.* Haloandri lectionem ſervandam opinamur, præcedit enim τόποις quod minus eleganter repetetur. Nec etiam Vetus Interpr id habet.

(8) *occupentur*] ἀπασχολεῖσθαι. *Hal.* ὑπασχολεῖσθαι.

(9) *Biliſario*] Vetus: *Imperii Domini Juſtiniani Perpetuo Auguſti. Anno XV. Baſilio V. C. Conſ.*

(1) *De diverſis*] Sic & Hal. niſi quod pro γάμου habet γάμω. *Vet. ut liceat matri & aviæ & aliis parentibus poſt legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint, reſiduam facultatem ſuam diſponere, & alia capitula plura.*

(2) *Idem*] Inſcriptio nulla extat in edit. Cont. & Plantin. *Hal.* vero habet ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Θεοδότῳ ὑπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

DIverſis capitibus ad nos (3) delatis, generali lege de iis diſponere neceſſarium nobis viſum eſt.

CAPUT I.

Si quis filiumfamilias hæredem inſtituerit, ut ipſius pater uſumfructum hæreditatis non habeat.

SAncimus igitur, ut matri, & aviæ, reliquiſque parentibus, ubi liberis portionem legibus debitam reliquerunt, reliquam ipſorum ſubſtantiam, ſive ſolidum, ſive partem voluerint, filio, vel filiæ, vel nepoti, vel nepti, vel reliquis deſcendentibus donare, vel etiam ultima voluntate relinquere liceat: hac lege & conditione, ut, ſi velint, pater, vel quicunque eos in poteſtate habet, in his rebus neque (4) uſumfructum, nec ullam plane partem habeat. Hæc enim extraneis etiam relinquere poterant, unde nulla inde ad parentes utilitas perveniſſet. Jubemus autem ut hoc non ſolum parentibus, ſed omni etiam perſonæ liceat.

§. 1. Eas vero res, quæ perſonis ſub poteſtate conſtitutis ita relictæ vel donatæ ſunt, ſi quidem perfectæ ætatis ſint, licet ſub poteſtate conſtituti, quo velint modo, (5) adminiſtrandi facultatem habeant. Si vero imperfectæ ætatis ſint, (6) ab eo adminiſtrentur, qui teſtatori vel donatori placuerit, (7) donec illi, quibus donatum vel relictum eſt, ad perfectam ætatem veniant: licentiam habente teſtatore, vel donatore earum adminiſtrationem matri, & aviæ eorum, in quos res collatæ ſunt, ſi velint, credere, quamvis dictæ mulieres maritos

Ddddd

(3) *delatis*] ἐνεχθεῖσιν. *Hal.* ἀναχθεῖσιν. *relatis.*

(4) *Uſumfructum*] Sic legitur in *græc.* Hal. χρῆσιν καρπῶν, quod idem eſt.

(5) *adminiſtrandi*] διοικεῖν. Eruditi docuerunt in autographo græco Juſtin. Cæſaris hanc diſpoſitionem non ita late patere, ut teſtandi facultatem includat, ſed de libera adminiſtratione & Jure diſponendi inter viros eſſe intelligendam. Galvan. d. Uſufr. cap. 9. n. 7. Idem late docet *Tim. Fab. diſput. 19. n. 1.*

(6) *ab eo, qui*] δι' ὧνπερ ἂν συνίδοι. Basil. συνίδῃ.

(7) *donec*] μέχρις ὅτου. Basil. μέχρις ὅτου. Recte.

Digitized by Google

ritos habeant: ita tamen ſi illæ adminiſtrationem ſuſcipere velint. Quod ſi is, qui relinquit, vel donat, nullum forte adminiſtratorem iis conſtituerit, vel qui ab eo datus eſt, adminiſtrationem hanc ſuſcipere aut noluerit, aut non potuerit, vel antequam illi perfectæ ætatis fiant, moriatur: tum jubemus, ut competens judex curatorem fide dignum cum legitima fidejuſſione illis rebus conſtituat, qui ſubſtantiam illis perſonis relictam adminiſtret & cuſtodiat, donec illi, ut dictum eſt, ad perfectam ætatem venerint. In illis enim caſibus legem, quæ uſumfructum parentibus præbet, obſervari volumus, quibus ſpecialiter hæc conditio adjecta non eſt.

CAPUT II.

(8) *De eo, qui in inſtrumento aliquo filius nominatus eſt.*

PRæterea etiam illud ſancire nobis viſum eſt, ſi quis filium, vel filiam ex libera uxore, cum qua matrimonium conſiſtere poteſt, ſuſcepit, & in inſtrumento, ſive publico, ſive propria manu conſcripto, & ſubſcriptionem trium teſtium fide dignorum habente, vel in teſtamento, vel (9) ad acta, illum vel illam, filium ſuum vel filiam (10) eſſe dicat, nec addat, naturalem: ut liberi illi legitimi ſint, neque ab ipſis ulla alia probatio exigatur, ſed omnibus juribus fruantur, quæ legitimis liberis leges noſtræ præbent: quippe cum illorum pater eos, ut dictum eſt, liberos ſuos vocet. Exinde enim eum etiam cum matre eorum legitimum habuiſſe matrimonium probatur, ut neque (11) ab illa ad matrimonii fidem alia probatio requiratur. Si vero pater, cum multos habeat ex eadem muliere liberos, uni ex illis quocunque ex prædictis modo teſtimonium præbuerit, reliquis etiam (12) ex eadem

(8) *De eo qui*] *Hæc* inſcriptio eſt Veteris Interpretis & textui convenit. Græca verba corrupta ſunt in fine, ut, quid ſibi velint, aut quomodo reſtituenda ſint, neſciamus. Sic autem ſe habent: *περὶ τοῦ ἐν τοῖ συμβολαίῳ παιδὸς τοιάυτη αἵρεσις.*

(9) *ad acta*] ἐπὶ πράξεως. *Hal.* ἐπὶ πράξει.

(10) *eſſe*] εἶναι, quod verbum abeſt ab edit. Hal. Recte vero id addi dicit *Agyl.*

(11) *ab illa*] παρ' αὐτοῖς. *Hal.* παρ' αὐτῆς. Vet. *ab ea.* quod retinendum.

(12) *ex eadem*] ἐκ τῆς αὐτῆς γυναικός. Baſil. μετὰ τῆς αὐτῆς γυναικός.

Digitized by Google

eadem muliere natis ad jura (13) legitimorum, (14) uni a patre datum teſtimonium ſufficiat.

CAPUT III.

De muliere, quæ ſine dotalibus inſtrumentis nupſit.

HOc quoque præſenti conſtitutioni addere placuit, ut, ſi quis ſine ſcriptis maritali affectione uxorem ducat, ex eaque liberos ſuſcipiat, ſoluto vero cum ea matrimonio, aliam uxorem inſtrumentis dotalibus intervenientibus ducat, atque ex ea ſimiliter liberos ſuſcipiat, nullum præjudicium quoad paternam hæreditatem liberis ex indotata uxore natis oriatur, ſed & illi cum aliis liberis, qui ex ſecunda uxore cum dotalibus inſtrumentis ducta nati ſunt, ad patris hæreditatem vocentur; cum ſola etiam affectione nuptiæ conſiſtere poſſint. Quod ſimiliter valere volumus, ſi quis primum uxore confectis inſtrumentis dotalibus ducta, poſt illam ſola maritali affectione aliam duxerit.

CAPUT IV.

(15) *Ut nuptiæ Illuſtrium confectis dotalibus inſtrumentis fiant.*

QUia vero legem nuper promulgavimus, quæ vel dotalia inſtrumenta confici, vel alias probationes apud (16) defenſores Eccleſiæ fieri jubet, per quas nuptias confirmari, ſeu juramenta præſtari conveniat: melius ea, quæ antea ſancita fuerunt, diſponere in præſentiarum nobis placuit. Jubemus igitur, ut magnis dignitatibus ornati, (17) uſque ad Illuſtres, non aliter quam confectis dotalibus inſtrumentis nuptias celebrent: niſi quis ſola affectione uxorem duxerit, antequam tales dignitates fuerit conſecutus. Ejuſmodi enim nuptias ante dignitatem factas, etiam poſt dignitatem legitimas manere, & liberos

(13) *legitimorum*] τῶν νομίμων. Βασιλ. νομίμων.

(14) *uni*] τῷ ἑνί. Βασιλ. τῶν ἑνί.

(15) *Ut nuptiæ*] ὥστε τοὺς γίνεσθαι τοὺς ἰλλουστρίους &c. Lege ὥστε τὸ γίνεσθαι &c.

(16) *defenſ. Eccleſ.*] Numero quatuor erant Eccleſiæ defenſores, qui in *Nov. 56.* ἐκκλησιέκδικοι appellantur, de quibus vid. *Meurſ. Gloſſ.* verb. ἔκδικος.

(17) *uſque ad illuſtres*] Βασιλ. μέχρι ἰλλουστριαδίων.

ex illis natos legitimos liberos eſſe jubemus. Verum poſtquam talibus dignitatibus quidam honorati ſunt, non aliter uxores ducant, quam confectis inſtrumentis dotalibus. Hanc autem legis ſubtilitatem remittimus barbaris Reipublicæ noſtræ ſubjectis, licet ejuſmodi dignitatibus ornati ſint: ut, ſi velint, nuda quoque affectione nuptias contrahere poſſint. (18) Reliquos vero omnes, (præter eos, qui magnis, ut dictum eſt, dignitatibus ornati ſunt) cujuſcunque ſint dignitatis, aut militiæ, aut ſtudii, (19) ſi non velint, vel poſſint, non prohibemus cum dotalibus inſtrumentis uxores ducere. Quod ſi id non obſervaverint, ſancimus, ut (20) nuptiæ etiam ex ſola affectione probatæ, firmæ ſint: & qui ex illis nati ſunt, legitimos liberos eſſe jubemus.

CAPUT V.

(21) Ut ſuperſtes inops conjux, quando matrimonium eſt indotatum, quartam partem defuncti accipiat.

(22) QUia vero legem jam tulimus, quæ jubet, ut, ſi quis abſque dotalibus inſtrumentis conjugali affectione uxorem ducat, eamque ſine cauſa legibus cognita ejiciat, illa quartam partem ſubſtantiæ ejus accipiat: atque aliam poſtea legem fecimus, quæ definit, ut ſi quis

(18) *Reliquos vero*] τοὺς δὲ λοιποὺς ἅπαντας παρὰ τοὺς τοῖς &c. Baſil. ἅπαντας τοὺς παρὰ τοὺς ταῖς ἀξίαις, ὡς εἴρηται &c.

(19) *ſi non velint*] εἰ μὴ βουληθεῖεν. Lege εἰ μὲν, *ſi quidem* quod ad ſenſum neceſſe eſt. Idque habet etiam *vetus verſio.* Non prohibet eos Imp. cum inſtrumentis contrahere nuptias, ſi velint, ſi non velint, firmas tamen eas eſſe jubet.

(20) *nuptiæ probatæ*] ἀποδεικνυμένους γάμους. Baſil. ἀποδεικνυμένους νομίμους εἶναι παῖδας κελεύομεν.

(21) *Ut conjux*] περὶ τὴν γαμετὴν ἄπορον περιοῦσαν &c. Lege περὶ τοῦ τὴν γαμετὴν &c.

(22) *Quia vero*] Nec initium, nec finis hujus capitis apud *H*aloandrum legitur, ſed media ſaltem ejus verba, εἰ μὲν ἄχρι τριῶν ἔχοι παίδων, *ſi quidem tres liberos* &c. uſque ad διὰ τοῦ παρόντος ἐκελεύσαμεν νόμου, *per præſentem legem juſſimus.* Multa vero alia interſerit *H*aloander, de quibus *Agylæus*, inquit: Quæ Haloander interſerit, ad conſtitutionem quinquageſimam tertiam pertinent, unde confuſe & nonnullis mutatis in illius Græcum Codicem tranſcripta fuerunt. Ita ille. *H*abentur illa omnia, quæ in *H*al. editione leguntur, totidem verbis in *Baſil. lib. 28. Tit. 12.*

Digitized by Google

ſi quis inopem mulierem ex ſola affectione ducat, & cum ad mortem uſque cum ea vixiſſet, prior moriatur, ſimiliter & ipſa quartam partem ſubſtantiæ accipiat, (ita tamen ne id quantitatem centum librarum auri excedat) utramque legem in præſentiarum pulchrius formantes, in utraque ſpecie ſancimus, ut liberi, qui ex illis matrimoniis naſcuntur, legitimi ſint, & paternam ad hæreditatem vocentur: uxor autem in utraque hac ſpecie, ſi quidem maritus ejus uſque ad tres liberos vel ex ipſa, vel ex alio matrimonio habeat, quartam partem ſubſtantiæ viri capiat: ſi vero plures ſint liberi, in utroque ſimiliter caſu tantum mulierem accipere volumus, quantum uni ex liberis competit: ita ſcilicet, ut in illis rebus mulier ſolum uſumfructum habeat, dominium vero liberis illis ſervetur, quos ex eo matrimonio habuit. Sin autem mulier liberos ex eo non habeat, jubemus, ut res, quæ ex ſubſtantia viri ad eam venire hac lege juſſimus, etiam dominii jure habeat. Quæ vero injuſte ejecta eſt, jubemus, ut illa ipſo ejectionis tempore, eam partem accipiat, quæ hac lege continetur. Maritum enim in ejuſmodi caſibus quartam partem ſecundum priorem noſtram legem ex ſubſtantia uxoris capere omnibus modis prohibemus.

CAPUT VI.

De Leonis & Conſtantini conſtitutione.

ILlud autem ſine dubitatione obſervandum eſt, Leonis piæ memoriæ conſtitutionem in reliquis omnibus caſibus, qui hac lege non continentur, vim ſuam habere. Conſtantini vero piæ memoriæ legem ad Gregorium ſcriptam, ejuſque interpretationem a Marciano piæ memoriæ factam (per quas mulierum conjunctiones, quas Conſtantini lex abjectas vocavit, cum quibuſdam dignitatibus decoratis prohibentur) (23) nullo plane modo valere permittimus: ſed licentiam illis,

 qui

(23) *nullo*] Ante hanc Novellam, Juſtini ut & Juſtiniani conſtitutione ad omnes Epiſcopos data ſenatori matrimonia cum mulieribus ſcenicis permiſſa fuerunt. Utramque exhibet *Aleman. ad Procop. ἀνεκδ. p. 45.* ac illam quidem *Juſtini* latinam, *Juſtiniani* vero græcam, datam *Juſtin. PP. A. IV. Paulino Coſſ.*

qui volunt, præbemus, etſi quibuſcunque magnis dignitatibus (24) ornentur, tales mulieres (25) inſtrumentis dotalibus factis ſibi jungendi. Reliquis vero, præter eos, qui magnis dignitatibus ornati ſunt, liceat ejuſmodi mulieres, ſive ſcriptis voluerint, ſive ſola maritali affectione in matrimonium accipere: modo liberæ ſint, & tales, cum quibus nuptias contrahere permiſſum eſt.

CAPUT VII.

Quomodo, & apud quem liberi, matrimonio per divortium ſoluto, alantur.

ILlud quoque definiendum eſſe duximus, ut, ſi forte nuptias inter virum & uxorem ſolvi contingat, liberi, qui ex nuptiis illis nati ſunt, nullo modo ſeparatione matrimonii lædantur, ſed ad parentum hæreditatem vocentur, ex patris ſubſtantia ſine dubio alendi. Et ſi quidem pater occaſionem ſeparationi præbuit, & mater ſecundas nuptias non contraxit, a matre alantur, patre ſumtus præbente. Si vero culpa matris matrimonium ſolutum probetur, tunc apud patrem liberi & habitent & alantur. Quod ſi patrem inopem, matrem autem divitem eſſe, contingat, jubemus ut apud illam (26) inopes liberi maneant, ab eaque alantur. Quemadmodum enim divites liberi egentem matrem alere coguntur, ita juſtum judicamus, ut etiam liberi a divite matre alantur. Quod autem de alenda matre liberiſque egentibus definivimus, hoc in omnibus etiam aſcendentibus & deſcendentibus perſonis utriuſque ſexus (27) obtinere, jubemus.

CA-

(24) *ornentur*] κοσμῶντο. Βασιλ. κοσμούμενοι.

(25) *inſtrumentis*] Inſtrumenta dotalia etiam requirit dicta Juſtiniani conſtitutio ad omnes Epiſcopos, ſed neceſſitatem reſcripti Imperatoris remittit, quod requirebat Juſtinus in altera illa latina. Ait ibidem Imp. ſe conſtitutionem illam poſuiſſe ἐν τῷ ἑτέρῳ βιβλίῳ τῶν παρ' ἡμῶν διατάξεων τούτου δὴ τοῦ ἐξ εὐσεβείας ἡμετέρας ἐπωνύμου βιβλίου πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀναγεγραμμένων. *In altero libro conſtitutionum hujus Codicis, qui a pietate noſtra nomen habet, ad Magiſtratus civiles reſcriptam.* Sed non reperitur ibidem.

(26) *inopes*] πενομένους. *Hal.* δεομένους.

(27) *obtineat*] κρατεῖν. Deeſt in *Hal.* editione. Addendum id putat *Agyl.*

Digitized by Google

CAPUT VIII.

De juſtis divortiorum cauſis marito permiſſis.

QUoniam vero multas in antiquis & noſtris legibus cauſas invenimus, ex quibus diſſolutiones matrimoniorum facile fiebant: propterea viſum nobis eſt, illarum numero quaſdam eximere, quæ nobis indignæ videbantur, ut matrimonia ſolverent, eaſque ſolas nominatim huic legi inſerere, ex quibus & vir & mulier juſte repudium mittere poſſit. Cauſas igitur, ex quibus maritus ſine periculo repudium mittere, & dotem mulieris lucrari poteſt, ita ut dominium ejus liberis ejusdem matrimonii ſervetur, aut liberis non extantibus ipſe etiam dominio fruatur, has eſſe decernimus.

§. 1. Si mulier aliquos contra Imperatorem (28) conſilia agitare ſciat, idque marito ſuo non indicaverit. Si vero maritus id a muliere ſibi nunciatum tacuerit, fœminæ per quamcunque perſonam hoc Imperatori denunciare liceat: ut maritus ex hac cauſa nullam repudii occaſionem inveniat.

§. 2. Si maritus uxorem ſuam adulterii convinci poſſe exiſtimaverit, convenit maritum primo mulierem vel etiam adulterum accuſare: (29) & ſi accuſatio illa vera probata fuerit, tum miſſo repudio, (30) maritus una cum donatione propter nuptias dotem quoque habeat: præterea, ſi liberos non habeat, tantum ex reliquis bonis mulieris accipiat, quantum tertia pars dotis eſſe intelligitur: ut dominio ejus & dos, & pœna a nobis definita applicetur. Si enim liberos ex eodem matrimonio habeat, jubemus, ut & dos, ſecundum leges hac de re latas, & reliqua mulieris ſubſtantia liberis ſervetur, atque ita adulter

(28) *conſilia*] βυλευομένοις. *Hal.* βυλευομένοις.

(29) *etſi accuſatio*] καὶ εἴπερ ἡ τοιαύτη κατηγορία ἀληθὴς ἀποδειχθῇ. Baſil. καὶ εἴπερ τὸ τῆς μοιχείας ἔγκλημα φανερῶς ἀποδειχθείη. Sic & *Hal.* eodem ſenſu.

(30) *maritus una*] ἔχειν τὸν ἄνδρα &c. Alia hic ſunt in *Hal.* edit. quæ, ut *Agylæus* ait, ex conſtitutione ſupra centeſimam trigeſima quarta mutatis non nihil quibuſdam verbis deſumta ſunt, nec locum hic habent, quare progrediendum eſt. *Si quocunque modo mulier.* Sic *Agylæus.* Totum hoc caput eadem ſerie, qua apud Haloandrum legitur, exſtat in libro *Baſιλικῶν 28. Tit. 7.*

Digitized by Google

ter legitime convictus, una cum muliere puniatur. Et ſi quidem adulter uxorem habeat, illa tam dotem ſuam, quam donationem propter nuptias accipiat: ita ut ſi liberos habeant, mulier ſolo uſufructu donationis fruatur, dominio ſecundum leges liberis ſervando: reliquam vero mariti ſubſtantiam liberis ejus ex liberalitate noſtra donamus. Sin autem liberi non extent, ſancimus, ut dominium quidem donationis ante nuptias mulieri competat, reliqua vero omnis mariti ſubſtantia fiſco ſecundum veteres leges applicetur.

§. 3. Si quocunque modo mulier vitæ mariti inſidietur, vel aliis hoc facientibus conſcia, id viro non indicaverit.

§. 4. Si cum extraneis viris nolente marito convivetur, & cum iis lavetur.

§. 5. Si nolente marito extra domum, niſi forte apud parentes ſuos, maneat.

§. 6. Si ludis circenſibus, vel theatris, vel cynegiis ſpectandi cauſa interfuerit, ignorante vel prohibente marito.

§. 7. Si vero præter aliquam ex dictis cauſis quempiam uxorem ſuam domo ſua expellere contingat, ut, cum illa parentes non habeat, apud quos manere poſſit, ex neceſſitate foris noctu maneat: jubemus, ut nulla ſit viro poteſtas, propter hanc cauſam uxori repudium mittendi, quoniam ipſe illius rei cauſa eſt.

CAPUT IX.

De juſtis divortii cauſis uxori conceſſis.

CAuſæ vero, ob quas marito repudium ab uxore juſte mitti, & ex quibus ipſa dotem accipere atque donationem propter nuptias exigere poteſt, ita ut liberis ſimiliter dominium donationis ſervetur, vel ſi liberi non extent, ipſa quoque dominium illius habeat, has ſolas eſſe ſancimus.

§. 1. Si contra Imperatorem vel ipſe conſilia agitet, vel cum illis, qui id machinantur, conſcius eſſet, id non vel per ſe, vel per quamcunque perſonam Imperatori indicaverit.

§. 2. Aut

Digitized by Google

§. 2. Aut ſi quocunque modo maritus vitæ uxoris inſidietur, aut cum alios hoc velle ſciret, id uxori non indicaverit, nec ſecundum leges vindicare voluerit.

§. 3. Si vir caſtitati uxoris inſidiatus, aliis eam adulterandam tradere tentaverit.

§. 4. Vel ſi maritus uxorem adulterii accuſaverit, nec adulterium probaverit, liceat mulieri, ſi velit, ex hac quoque cauſa viro repudium mittere, & dotem ſuam recipere, donationemque propter nuptias lucrari: & pro hac calumnia, ſi liberos ex illo matrimonio non habeat, mulier tantum jure dominii ex reliqua viri ſubſtantia accipiat, quantum donationis ante nuptias tertia pars eſſe intelligitur. Si enim liberos habeat, totam mariti ſubſtantiam liberis ſervari jubemus: firmis manentibus illis, quæ de donatione ante nuptias reliquis legibus continentur: ita tamen, ut propter inſtitutam & non probatam adulterii accuſationem, etiam illis pœnis maritus ſubjaceat, quas mulier paſſura fuiſſet, ſi accuſatio illa probata fuiſſet.

§. 5. Si maritus in eadem domo, in qua cum uxore ſua habitat, illa contemta, cum alia in eadem domo manere inveniatur, vel cum in eadem urbe habitet, in alia domo cum alia muliere aſſidue manere probetur, & ſemel atque iterum vel a ſuis, vel ab uxoris parentibus, vel aliis perſonis fide dignis reprehenſus, a luxuria illa non abſtineat: liceat mulieri propter hanc etiam cauſam matrimonium diſſolvere, datamque dotem & donationem propter nuptias recipere, & pro contumelia illa tertiam partem pretii, quam donatio ante nuptias efficit, ex reliqua illius ſubſtantia accipere: ita tamen, ut ſi liberos habeat, mulier ſolo uſufructu rerum, quas ex donatione ante nuptias & pœna tertiæ partis ſubſtantiæ mariti accipit, fruatur, dominio communibus liberis ſervando. Si enim liberos ex eodem matrimonio non habeat, jubemus, ut ipſa illarum etiam rerum dominium habeat.

Digitized by Google

CAPUT X.

Ne matrimonium conſenſu ſolvere liceat, niſi ex probabili cauſa.

(31) QUia vero nonnulli conſenſu etiam matrimonia in hunc uſque diem ſolverunt, impoſterum nullo id modo fieri permittimus, niſi forte quidam caſtitatis deſiderio id fecerint. Quod ſi ejusmodi perſonæ liberos habeant, tam dotem, quam donationem propter nuptias liberis eorum ſervari præcipimus. Si quis ex illis, maritus forte vel uxor, poſt matrimonium conſenſu caſtitatis gratia ſolutum, alias nuptias contrahere, vel luxurioſe vivere inveniatur: jubemus, ſiquidem, ut dictum eſt, ex dicto matrimonio liberi adſint, ut præter dotem & donationem propter nuptias, ipſis etiam tradatur dominium reliquæ ſubſtantiæ ejus perſonæ, quæ talia commiſiſſe convicta fuerit. Si imperfectæ ætatis ſint liberi, præcipimus, ut illi regantur & alantur ab eo parente, qui adverſus hanc legem nihil commiſit. Si ambo parentes in ejuſmodi vitium incidant, tum utriuſque parentis ſubſtantia liberis applicetur, tutor vero illis, qui imperfectæ ætatis ſunt, providentia competentis judicis, vel etiam aliorum, quibus id a legibus noſtris commiſſum eſt, conſtituatur. Si nulli liberi adſint, alterius perſonæ ſubſtantia fiſci rationibus addicatur, quique talia commiſerunt, legitimis ſuppliciis ſubjiciantur. Aliter enim ſolutionem matrimonii conſenſu fieri nullo modo permittimus.

CAPUT XI.

Quamdiu uxor maritum in expeditione degentem exſpectare debeat.

QUod autem a nobis de iis ſancitum eſt, qui (32) in expeditione, & in

(31) *Quia vero*] Caput hoc decimum deſideratur in *Hal.* editione. Habet autem ille alia, quæ, ut *Agylæus* indicat, non ad hanc conſtitutionem, ſed ad vigeſimam ſecundam pertinent. Inde ille huc in græco ſuo Codice iſta traducta invenit. *Agyl.* Sed & hæc in *Baſil. lib. 28. tit. 7.* eadem ſerie leguntur *ex Nov. 22. c. 15. & 16.*

(32) *in expedit.*] ἐν ἐξπεδίτῳ ὄντων. Hal. ἐν ἐξπεδιτίωσι, *in expeditionibus.* Baſil. ἐν πεξιτίοις. Gloſſ. Baſil. ἐξπέδιτόν ἐστιν, ὅταν ἀπάγει τὸ στρατόπεδον.

& in militias allecti ſunt, (ſive milites ſint, ſive (33) fœderati, ſive (34) ſcholares, ſive alii quicunque in aliam quamcunque armatam militiam delecti,) melius ordinare placuit. Et jubemus, ut quotcunque etiam annos in expeditione maneant, uxores eorum exſpectent, etſi nec literas, nec reſponſum quoddam a maritis ſuis accipiant. Si quæ vero ejuſmodi mulierum virum ſuum mortuum eſſe (35) audiverit, ne tum quidem alias nuptias eam contrahere permittimus, niſi prius mulier, vel ipſa, vel per parentes ſuos, vel per aliam quamcunque perſonam, Priores numeri & (36) chartularios, in quo maritus ejus militavit, adierit, eoſque, (ſive tribunum, ſi adeſt,) interrogaverit, num revera maritus ejus mortuus ſit: ut illi ſanctis Evangeliis propoſitis apud acta deponant, virum revera mortuum eſſe. (37) Et hæc ubi fecit, atque in teſtimonium ſuum mulier acta accepit, etiam poſtea per unius anni (38) ſpatium eam exſpectare jubemus, ut poſt ejus lapſum legitimum illi matrimonium contrahere liceat. Si contra hanc obſervationem mulier ſecundum matrimonium contrahere audeat, & ipſa, & (39) qui eam duxit, tanquam adulteri puniantur. Si illi, qui jurejurando apud acta præſtito teſtati ſunt, (40) falſum teſtimonium dixiſſe poſtea convincantur, ipſi quidem militia exuti decem auri librarum pœnam illi, quem mortuum eſſe mentiti ſunt, ſolvere compellentur: huic vero, ſi velit, conjugem ſuam recipere liceat. Si ſcholaris

(33) *fœderati*] Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* eo verbo.

(34) *ſcholares*] Vid. *Gloſſ.* verbo *ſcholares.*

(35) *audiverit*] ἀκούσῃ. *Hal.* ἀκούσει.

(36) *Chartularios*] Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *Chartularii.*

(37) *& hæc*] καὶ μεθ' ὃ ταῦτα πράξῃ, τὰ ὑπομνήματα ἀναληφθέντα ἡ γυνὴ &c. ἐκλάβῃ. Sic & Cod. Vatican. Ante τὰ ὑπομνήματα non male videtur poni καὶ τ quod *Hal.* addit. Libri Baſil. noſtram lectionem tuentur: ubi Fabrot. *Et poſtquam hoc fecerit, actorum monumenta pro teſtimonio ſuo mulier excipiat. Et poſt hæc jubemus* &c. Vet. *Et poſtquam hæc geſta monumentorum confecta mulier pro ſuo teſtimonio perceperit.*

(38) *ſpacium*] διάστημα. *Hal.* διαστήματα, *ſpacia.*

(39) *qui eam*] ὁ ἀγόμενος. *Hal.* ὁ ἀγαγόμενος.

(40) *falſum &c. convinc.*] ἐλεγχθῶσι μετὰ ταῦτα πλασῶς &c. Baſil. μετὰ ταῦτα εὑρεθῶσι πλασῶς &c.

Digitized by Google

ris ſit is, de cujus morte dubitatio eſt, a primis ſcholæ, & (41) actuario: ſin fœderatus, ab optione ejus dictum teſtimonium uxor ejus accipiat. Atque hæc obſerventur etiam in reliquis omnibus, qui ad armatam militiam referuntur.

CAPUT XII.

Ex quibus cauſis matrimonia ſine pœna ſolvantur.

Dictis vero cauſis etiam has nominatim addendas eſſe viſum nobis eſt, ex quibus nuptias abſque pœna diſſolvere licet: hoc eſt, tam eas, quæ ad illos pertinent, qui ab initio matrimonii cum uxoribus ſuis non miſceri, neque ea, quæ a natura viris data ſunt, agere poſſunt: quam inſuper eas, quæ ad illos viros & mulieres ſpectant, qui conſtante matrimonio vitam religioſam, & habitationem in monaſteriis elegerunt: & prætérea eas, quæ illas perſonas concernunt, quæ in captivitate ad tempus aliquod detinentur. Nam in tribus hiſce caſibus, quæ de illis in prioribus noſtris legibus continentur, firma eſſe ſancimus. Dictas igitur omnes cauſas hac lege comprehenſas, ſolas ad diſſolutionem legitimorum matrimoniorum (42) ſufficere, reliquas vero omnes ceſſare, nullamque aliam, exceptis iis, quæ nominatim huic legi inſertæ ſunt, matrimonium diſſolvere poſſe, jubemus, ſive noſtris, ſive antiquis contineatur legibus.

CAPUT XIII.

Si mulier abſque juſta cauſa marito repudium miſerit.

(43) Quoniam vero mulieres quædam vel mariti inhoneſte vivere volentes, matrimonia ſua ſolvere ſtudent: ſancimus, ut ſi forte mulier quædam ſine aliqua ex dictis cauſis matrimonium cum conjuge

(41) *actuario*] ἀκτουαρίου. Hal. ἀκτουα-ρίῳ. Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *Actuarius.*

(42) *ſufficere*] ἀρκεῖν. *Hal.* ἁρμόζειν. *competere.*

(43) *Quoniam vero*] *Hoc* caput usque ad verba ejus finalia: *Et hac quidem, quæ dicta ſunt,* &c. deſiderantur in editione *Haloandri*, quæ autem ille habet, illa *Agylao* teſte peregrina ſunt, atque ex conſtitutione ſupra centeſimam trigeſima quarta in hanc tranſpoſita.

Digitized by Google

juge ſolvere velit, id faciendi poteſtatem non habeat. Si vero in tam impio propoſito permaneat, & repudium viro mittat, jubemus, ut dos quidem marito detur, liberis communibus ſecundum leges ſervanda (ſi vero liberos non habeat, viri ſit lucrum) mulier autem periculo judicis, qui cauſam cognoſcit, Epiſcopo urbis, in qua commune domicilium habuerunt, tradatur, ut illius cura in monaſterium conjiciatur, in eoque per omnem vitam ſuam permaneat. Ac ſiquidem mulier illa liberos habeat, duæ partes ſubſtantiæ ejus liberis dentur, tertia vero pars monaſterio, in quod conjicitur, dominii jure applicetur. Si nullos liberos, ſed parentes habeat, duæ quidem partes ſubſtantiæ ejus præbeantur Monaſterio, in quod conjicitur, tertia vero pars parentibus illius detur, niſi ſi, cum eam in poteſtate haberent, de injuſto repudio conſenſerunt. Quando enim in hoc conſenſerunt, nihil eos plane ex ſubſtantia filiæ habere permittimus, ſed omnia ſacro monaſterio applicari volumus. Si nec liberos, nec parentes habeat, ſimiliter tota ejus ſubſtantia ad monaſterium pertineat. Quod ſi judex, qui cauſam examinat, id non fecerit, nec ad hoc damnatam, ut in monaſterium conjiciatur, Epiſcopo urbis tradiderit, ab ipſo, ſi quidem Magiſtratum in felici hac urbe gerit, viginti librarum auri pœna exigetur, & a cohorte ejus aliæ decem. Si vero in provincia talis ſit judex, neque fecerit, quæ nobis hac in re placuerunt, decem librarum auri pœnam ſolvet, ejuſque cohors alias quinque. Sin autem judex ſit, qui nullum Magiſtratum gerit, ab ipſo quidem decem librarum auri pœna exigetur, a miniſtris vero ejus quinque. Quare multa, quæ inde competit, a dictis perſonis per Comitem privatorum & (44) ſcholam palatinorum exigatur, noſtroque ærario applicetur. Si maritus matrimonium cum uxore ſolvere velit, & injuſtum repudium miſerit, jubemus ipſum dotem, quam accepit, ſimul cum donatione ante nuptias reddere: atque tantum ex reliquo ejus patrimonio mulieri præbeatur, quantum tertia pars donationis ante nuptias efficit. Et ſi quidem illa liberos habeat, ſolum uſumfructum donationis ante nuptias, tertiæque partis a nobis ad-

Eeeee 3 ditæ

(44) *Scholam Palatinorum*] Vid. *Gloſſ.* verb. *Schola Palatinorum* & *Ant. Aug.*

ditæ mulier habeat, dominium vero liberis ſervetur. Liberis autem non exſtantibus, mulier præter uſumfructum, etiam dominium in iiſdem rebus habeat. Atque hæc quidem, quæ de nuptiis, juſte vel injuſte diſſolutis, dicta ſunt, diſpoſuimus, & ut omnes dictæ ſpecies (45) ſecundum hanc noſtram conſtitutionem judicentur & decidantur, definimus.

CAPUT XIV.

Si quis uxorem flagellis ceciderit.

SI vero quis uxorem ſuam flagellis, aut (46) fuſtibus ſine aliqua earum cauſarum, quas ad matrimonium cum uxoribus ſolvendum ſufficere juſſimus, ceciderit: matrimonium quidem eam ob cauſam non ſolvi, ſed virum, qui ſine tali cauſa flagellis vel fuſtibus uxorem verberaſſe probatur, tantum pro illa contumelia mulieri ex reliqua ſua ſubſtantia, conſtante etiam matrimonio, dare volumus, quantum tertia pars donationis propter nuptias efficit.

CAPUT XV.

Si quis ſuſpicatus fuerit, aliquem velle uxoris ſuæ caſtitati (47) illudere.

HIs quoque & illud adjicimus, ſi forte quis ſuſpicetur, aliquem uxoris ſuæ caſtitati illudere velle, illique (48) tres ſcriptas denunciationes miſerit, quæ teſtimonia virorum fide dignorum habeant, & poſt tres illas ſcriptas teſtationes inveniat eum cum uxore ſua vel in propria domo, vel uxoris ſuæ, vel adulteri, vel in (49) popinis, vel in ſub-

(45) *ſecundum*] κατὰ ταύτην ἡμῶν &c. Bααλ. κατὰ ταύτην &c.

(46) *fuſtibus*] Jul. *lignis*. Vid. *Gloſſ.* verb. *ligna*.

(47) *illudere*] συμπαίξαι. Julian. *in ludere*. Εμπαίξαι forte quis legeret.

(48) *tres illi denunciat.*] διαμαρτυρίας, pro quo mox ſequitur διαμαρτυρίαν. Gloſſ. Cyrill. διαμαρτυρία, *denunciatio*. Trina denunciatio etiam in aliis rebus & cauſis requiritur ut *l. 4. ff. de pign. act. l. Contumacia ff. de Re jud. l. 8. 9. C. quom. & quand. c. 1. X. de Cohab. Cler. l. 2. C. Th. ad SC. Claud.* ubi vid. *Gothofred.*

(49) *popinis*] ἐν καπηλείοις. Vet. *popinis*. Julian. *propinis* quam vocem vid. in *Gloſſ. Jul.*

Digitized by Google

ſuburbiis commercium habentem: ut liceat marito manibus ſuis eum perimere, nec ullum periculum ea de cauſa (50) metuat. Si vero in alio loco eum cum uxore ſua loquentem inveniat, non minus tribus teſtibus fide dignis convocatis, (per quos probare poſſit, ſe eum cum uxore ſua deprehendiſſe) magiſtratui illum tradat, qui de criminibus cognoſcit: hic autem ubi eum poſt tres illas ſcriptas teſtationes cum muliere illa deprehenſum eſſe, revera cognovit, illum quidem, quaſi ex eo ſolo in adulterii crimen inciderit, nulla alia probatione requirenda, puniat: marito autem, (51) quo voluerit modo, uxorem accuſare & crimen ſecundum leges perſequi liceat.

§. 1. Quoniam vero nonnulli adeo impii repetiuntur, (52) ut in venerabilibus etiam domibus ejuſmodi ſceleribus ſe committere, ibique de delictis conſultare audeant, ubi illi, qni Deum timent, peccatorum veniam petere ſolent: jubemus, (53) ſi quis in ſacris locis cum aliena uxore, de qua in ſuſpicionem venit, poſt tres denunciationes, ut dictum eſt, loqui inveniatur, ut marito ejus utramque perſonam defenſori Eccleſiæ, vel reliquis Clericis tradere liceat, (54) ut ipſorum periculo ſeparatim cuſtodiantur, donec loci Magiſtratus id cognoſcens ad Epiſcopum urbis mittat, ut illi tradantur, quo ſecundum leges pœnas ſuſtineant, quæ adulteros a ſanctiſſimis Eccleſiis vindicari vetant: neque hic ullam aliam adulterii probationem præter tres illas, quas ſupra diximus, teſtationes judex requirat. Nam his tribus teſtationibus probatis, omnibus modis illi ut adulteri puniantur. Neque enim debent ejuſmodi perſonæ venerabilis loci ſecuritate gaudere, quam ipſi ſcelere ſuo contemſerunt, (ſi enim illos, qui raptus fœminarum & adulteria alibi committunt, ad domus orationum confugientes, in iis retineri

(50) *metuendo*] εὐλαβουμένῳ. *Hal.* εὐλαβούμενον. Male.

(51) *quo voluerit modo*] ὡς ἂν βούλεται. Βασιλ. ὡς ἂν βούληται.

(52) *ut in venerabil.*] ὥστε καὶ ἐν σεβασμίοις οἴκοις &c. Βασιλ. ὥστε καὶ ἐν σεβάσματι, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς σεβασμίοις.

(53) *ſi quis*] εἴ τις τοιοῦτος εὑρεθείη. *Hal.* εἴ τις τοιοῦτον &c. διαλεγόμενος, *ſi quis dotem deprehenderit.*

(54) *ut ipſorum*] ὥστε τῷ αὐτῶν κινδύνῳ. *Hal.* τῷ αὐτῷ κινδύνῳ. Vitium forte Typographicum. Vertit enim, *ipſorum.*

Digitized by Google

tineri leges noſtræ non permittunt, quomodo illis, qui in ipſa Eccleſia ejuſmodi ſcelera perpetrare volunt, permittemus, ut auxilium aliquod in Eccleſiaſticis finibus inveniant?) (55) ſed illi omnibus modis judicibus tradantur, atque pœnam ſuſtineant, qua ii digni ſunt, qui ſacra loca inquinare audent. Nam qui ibi delinquit, ubi ſalutem petet? Et generaliter ſancimus, ſi quis uxorem ſuam, vel filiam, vel neptem, vel ſponſam in ſacris domibus cum aliquo colloquentem inveniat, eosque turpis cauſæ gratia colloqui ſuſpicetur, ut Defenſori vel aliis illius ſacræ Eccleſiæ Clericis tradantur, quo (56) illi ſuo periculo utramque perſonam ſeparatim cuſtodiant, donec illius loci Magiſtratus eas accipiat, & ſecundum leges cauſam (57) cognoſcat.

EPILOGUS.

QUæ igitur præſente hac & in perpetuum valitura lege Serenitas noſtra definivit, in omnibus prædictis ſpeciebus obtinere volumus, niſi forte aut ſententia judiciali, aut amica (58) conventione deciſa ſint, quæ ſuum robur habere ſancimus. Glorioſa igitur & eminentisſima auctoritas tua in hac quidem glorioſa urbe edictis propoſitis, omnibus hæc nota faciat: in provinciis vero per præcepta ad clariſſimos provinciarum Præſides miſſa, hæc omnibus manifeſta facere ſtudeat, ut nemo prorſus ignoret, quæ pro utilitate noſtrorum ſubditorum a nobis (59) diſpoſita ſunt: ita tamen, ut omnibus per præcepta ſua injungat, ut ſine injuſto aliquo damno hæc lex ſubditis noſtris inſinuetur. (60) Dat. XV. Kalend. Jan. Dn. Juſtin. Aug. Ann. XV. Baſil. V. C. Conſ.

COL-

(55) *ſed omnibus*] ἀλλὰ πᾶσι. *Hal.* ἀλλὰ μὴ πᾶσι. Male.

(56) *illi ſuo*] τούτυς τῷ ἰδίῳ κινδύνῳ ἑκάτερον πρόσωπα κεχωρισμένως φυλάξῃ ἄχρις ἂν ὁ τοῦ τόπου ἄρχων, *illi ſuo periculo utramque perſonam ſeparatim aſſervent, donec illius loci judex.* Deſunt hæc in *Hal.* edit. culpa librarii, ut videtur, omiſſa, qui e voce τούτυς erroris occaſionem accepit.

(57) *cognoſcat*] ἐξετάσει. Hal. ἐξετάσει.

(58) *conventione*] συμβάσει. *Hal.* συμβιβάσει. ut ſupra.

(59) *diſpoſita*] διατυπωθέντα. Hal. διατυπωθέντων, male.

(60) *Dat. Kal.*] Julian. *Dat. III. Decemb. Conſtantinop. An. XV. Imper. Juſtin. Aug. poſt Conſ. Beliſ. V. C.* Hujus Novellæ diem ſcito non eſſe 15. Kal. Jan.

Digitized by Google

COLLATIO NONA.

Tit. I.

(1) Conſtitutio, quæ jura agnationis tollit & ſucceſſiones ab inteſtato definit.

CONSTIT. CXVIII.

Idem Imperator Petro Glorioſiſſimo per orientem ſacro Prætorio Præfecto.

Præfatio.

CUm multas & diverſas leges antiquis temporibus promulgatas inveniamus, per quas differentia ſucceſſionis ab inteſtato inter agnatos & cognatos non juſte introducta eſt: neceſſarium duximus, hac lege omnes ſimul ſucceſſiones cognationis ab inteſtato clara & compendioſa diſtinctione definire, ut ceſſantibus prioribus legibus, quæ hac de cauſa latæ ſunt, impoſterum ea ſolum ſerventur, quæ nunc definimus. Itaque quia omnis ab inteſtato familiæ ſucceſſio, tribus ordinibus cognoſcitur, ſcilicet aſcendentium, deſcendentium, & collateralium, (2) qui in agnatos & cognatos dividuntur: ut deſcendentium ſucceſſio prima ſit, ſancimus.

CAPUT I.

De ſucceſſione deſcendentium.

ITaque ſi deſcendentes habeat is, qui inteſtatus moritur, cujuſcunque ſexus aut gradus, ſive ex maſculis, ſive ex fœminis deſcendant,

& perperam omnes excuſi præferunt libri; ſed ipſas Kal. Jan. ne alioqui referatur ad annum præcedentem, contra quam ſubjicitur de anno 15. Imperii Juſtiniani Baſilio V. C. Conſ. quod ſtare non poteſt, & vero ne alioqui Novella 117. ſit recentior atque poſterior, quam Novella 134. quod alii non advertunt, *P. Fab. 3. Semeſtr. cap. 22.*

(1) *Conſtitut.*] Hal. *Conſtitutio 118.* &c. qui & addit: *καὶ συγγενικὰ* & *cognationis*, quod tolli debet; non eſt enim in græco textu. Vet. *de hæredibus ab inteſtato venientibus, & de agnatorum jure ſublato.*

(2) *qui in*] ἅπερ εἰς ἀγνάτους καὶ κογνάτους διαιρεῖται. Deſunt hæc in Baſil.

ſive ſui juris ſive ſub poteſtate ſint, illi omnibus aſcendentibus, quique a latere ſunt, præponantur. Licet enim defunctus ſub alterius poteſtate fuiſſet, liberos tamen ejus, cujuſcunque ſint ſexus aut gradus, ipſis etiam parentibus, ſub quorum poteſtate defunctus erat, præferri volumus: in illis ſcilicet rebus, quæ ſecundum alias noſtras leges parentibus non acquiruntur. (3) Quantum enim ad illarum rerum uſumfructum, (4) qui illis acquiri vel ſervari debet, leges de his latas parentibus ſervamus: ita tamen, ut, ſi quem ex his deſcendentibus relictis liberis mori contigerit, filii ejus aut filiæ, aut reliqui deſcendentes, ſive ſub poteſtate defuncti ſive ſui juris inveniantur, in parentis ſui locum ſuccedant, & tantam ex hæreditate defuncti partem capiant, quotquot etiam ſint, quantam parens ipſorum, ſi ſuperſtes eſſet, accepiſſet: quam ſucceſſionem (5) in ſtirpes antiquitas vocavit. In hoc enim ordine gradum requiri nolumus, ſed ut cum filiis & filiabus nepotes ex præmortuo filio vel filia vocentur, ſancimus: nulla differentia inter maſculos & fœminas, eosve, qui ex maſculis aut fœminis deſcendunt, ſive ſub poteſtate, ſive ſui juris ſint, facienda. Et hæc quidem de ſucceſſione deſcendentium diſpoſuimus. Conſequens autem nobis videtur de aſcendentibus etiam, quomodo ad ſucceſſionem deſcendentium vocentur, conſtituere.

CAPUT II.

De ſucceſſione aſcendentium.

QUare ſi defunctus deſcendentes hæredes non reliquit, pater vero & mater, aliique parentes illi ſuperſtites ſint, ſancimus ut illi omnibus ex latere cognatis præferantur: exceptis ſolis (6) fratribus defuncto

(3) *Quantum*] ἐπὶ γὰρ τῇ χρήσει τῶν πραγμάτων τούτων ὀφειλούσῃ. Hal. ἐπὶ γὰρ ὧν χρῆσις τῶν πραγμάτων τούτων ὀφείλει &c. *In quibus enim caſibus earum rerum uſusfructus debet* &c. Eodem ſenſu.

(4) *qui illis*] ὀφειλούσῃ προσπορίζεσθαι. Βασιλ. ὃ ὀφείλουσι. Male.

(5) *in ſtirpes*] Sic in græco eſt. Βασιλ. κατὰ σπορὰν ἐξ ἴσου.

(6) *fratribus*] *Hal.* addit: καὶ ἀδελφοπαίδων, *fratrumque filiis.* Hæc & quæ ſequuntur (*n. 7.*) expungenda ſunt, utpote quæ hic ab imperito quopiam ex centeſimæ vigeſimæ ſeptimæ conſtitutionis præſcripto inſerta, ut ipſa conſtitutio ſibi non conſtare contrariaque tradere videatur, faciant. *Agylæus.* Contius perverſe additum judicat, *fratrumque filiis*

functo ex utroque parente conjunctis, ſicut in ſequentibus declarabitur. Si multi aſcendentium ſuperſunt, eos præferri jubemus, qui gradu propinquiores inveniuntur, maſculos & fœminas, ſive materni ſive paterni ſint. Si in eodem gradu ſint, æqualiter inter eos hæreditas dividetur, ut dimidiam partem omnes paterni aſcendentes, quotcunque illi ſint, accipiant, reliquam vero dimidiam aſcendentes materni, quotcunque eos inveniri contigerit. Si cum aſcendentibus inveniantur fratres vel ſorores defuncto per utrumque parentem conjuncti, cum aſcendentibus gradu propinquioribus vocabuntur, licet pater aut mater ſint: hæreditate ſcilicet inter eos pro numero perſonarum dividenda, ut quilibet deſcendentium & fratrum æqualem (7) partem habeat. Neque in hac ſpecie pater in filiorum aut filiarum parte ullum uſumfructum ſibi omnino vindicare queat, quoniam pro illo uſufructu partem hæreditatis dominii jure ipſi hac lege dedimus. Nulla quoque differentia inter illas perſonas obſervetur, an fœminæ an maſculi ſint, qui ad hæreditatem vocantur, an per maſculum an per fœminam conjungantur, an ſui juris an ſub poteſtate fuerit, cui ſuccedunt. Reliquum eſt, ut tertium quoque ordinem definiamus, qui ex latere appellatur, & in agnatos & cognatos dividitur: ut hac quoque parte definita lex undiquaque perfecta inveniatur.

CAPUT III.

De ſucceſſione collateralium.

QUamobrem ſi defunctus neque deſcendentes neque aſcendentes relinquat, primo ad hæreditatem vocamus fratres & ſorores ex eodem patre & eadem matre (8) natos, quos etiam cum parentibus ad hæreditatem vocavimus. His vero non exſtantibus in ſecundo ordine

 illos

quia hi primum in hoc caſu vocari cœperunt per Nov. 127. infr. Leguntur autem verba illa in Baſilicis, unde in *Hal.* edit. translata ſunt.

(7) *partem*] Apud *Hal.* & in *Baſil.* additum legis, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀδελφόπαιδες ἵν μοῖραν τοῦ ἰδίου γονέως λαμβάνωσιν, *ſed & fratrum filii portionem ſui parentis capiant.*

(8) *natos*] *Hal.* & *Baſil.* addunt ὁμοίως καὶ τοὺς ἀδελφοπαῖδας.

Digitized by Google

illos fratres ad hæreditatem vocamus, qui ex uno parente defunćto junguntur, ſive per patrem ſolum, ſive per matrem. Quod ſi defunćtus fratres habeat, & alterius prædefunćti fratris aut ſororis liberos: hi cum thiis paternis & maternis, maſculis & fœminis, ad hæreditatem vocabuntur: & quotcunque tandem ſint, tantam ex hæreditate partem capient, quantam parens eorum fuiſſet habiturus, ſi vixiſſet. Unde conſequens eſt, ſi forte præmortuus frater, cujus liberi ſuperſunt, per utrumque parentem defunćtæ perſonæ conjunćtus fuerit, ſuperſtites vero fratres per patrem forte ſolum aut matrem illi conjungantur: ut liberi ejus patruis ſuis præferantur, etſi tertio gradu ſint, (ſive paterni ſive materni ſint thii, ſive maſculi ſive fœminæ,) ſicut pater ipſorum prælatus fuiſſet, ſi vixiſſet. Contra ea, ſi ſuperſtes frater per utrumque parentem defunćtum cognatione attingat, qui vero præmortuus eſt, per unum parentem conjungatur, (9) liberos ejus ab hæreditate excludimus, quemadmodum & ipſe, ſi viveret, excluderetur. Hoc autem privilegium in hoc cognationis ordine (10) ſolis concedimus fratrum maſculorum vel fœminarum filiis vel filiabus, ut in parentum ſuorum jura ſuccedant; nulli vero alii plane perſonæ ex hoc ordine venienti, hoc jus concedimus. (11) Sed & ipſis fratrum liberis tum illud beneficium præbemus, quando cum thiis ſuis, maſculis & fœminis, ſive paternis ſive maternis vocantur. Si cum fratribus defunćti, deſcendentes etiam, ut ante diximus, ad hæreditatem vocantur, nullo modo ad ſucceſſionem ab inteſtato fratris aut ſororis liberos vocari permittimus, nec ſi ex utroque parente pater ipſorum vel mater defunćto conjunćtus fuerit. Quandoquidem igitur fratris & ſororis liberis hoc privilegium dedimus, ut ſoli, cum tertio gradu ſint, in parentum locum ſuccedentes, cum illis, qui (12) primo & ſecundo gradu ſunt, ad hæreditatem

(9) *liberos hujus*] *Hal.* τὺς τοιύτυς παῖδας, *id genus filios.*

(10) *ſolis præbemus*] τάξις hic eſt *ordo collateralis*, non tertius ille gradus, in quo ſunt patrui defunćti, quos ſolos excludi putat. *P. Fab. Semeſtr. 3. c. 24.*

(11) *ſed & ipſis*] Deſiderantur hæc usque ad verſ. *quandoquidem igitur* &c. apud *Haloandrum* & in *Baſil.*

(12) *primo &*] ἐν πρώτῳ καὶ &c. Quomodocunque in Græcos codices πρώτῳ irrepſerit, defendi nulla ratione illic po-

tatem vocentur: illud manifeſtum eſt, quod defuncti patruis maſculis & fœminis, paternis & maternis præponantur, licet illi quoque tertio ſimiliter ſint cognationis gradu.

§. 1. Si defunctus neque fratres, neque fratrum liberos, ut diximus, reliquerit, omnes ex latere cognatos ordine ad hæreditatem vocamus, ſecundum uniuscujusque gradus prærogativam, ut propinquiores gradu reliquis præponantur. Si multi ejuſdem gradus inveniantur, pro numero perſonarum inter eos hæreditas dividatur: id quod leges noſtræ capita appellant.

CAPUT IV.

De Agnatorum jure in hæreditate ſublato.

NUllam vero differentiam eſſe volumus in quacunque ſucceſſione, aut hæreditate, inter maſculos & fœminas ad hæreditatem vocatos, qui ut ex æquo ad hæreditatem vocentur, definivimus, ſive per maſculum, ſive per fœminam defuncto conjungantur: ſed in omnibus ſucceſſionibus agnatorum & cognatorum differentiam ceſſare volumus, ſive per fœmininam perſonam, ſive per (13) emancipationem, vel alium quemcunque modum prioribus legibus (14) conſiderata fuerit, omnesque ſine ejusmodi differentia ſecundum cognationis ſuæ gradum ad cognatorum ab inteſtato ſucceſſionem venire jubemus.

CAPUT V.

De legitima tutela liberorum: & de matre & avia.

EX his autem, quæ de hæreditate diximus & diſpoſuimus, etiam ea, quæ ad tutelam pertinent, clara ſunt. Sancimus enim, ut unusquisque eo gradu & ordine, quo ad hæreditatem vel ſolus, vel cum aliis vocatur, munus quoque tutelæ ſuſcipiat: nulla differentia ne-

terit, ut deleri in latinis *primo &* debeat. *Agyl.* Habent eadem verba quoque Baſil. libri. Vid. *Hotman. quæſt. Illuſtr. 14. P. Fab. Semeſtr. 3. c. 24.* Contius perperam addi dicit in primo vel ſecundo.

(13) *emancipationem*] ἐμαγκιπατίονα. Βασιλ. αὐτεξουσιότητι.

(14) *conſiderata fuerit*] ἐγκατηνίζετο. Βασιλ. διεσκοπεῖτο.

que hac in parte ex jure agnationis aut cognationis facienda, ſed omnibus ſimiliter ad tutelam vocandis, tum illis, qui per maſculos, tum etiam iis, qui per fœminas impuberibus junguntur. Hæc autem dicimus, ſi maſculi & perfectæ ætatis ſint, & nulla lege tutelam ſuſcipere prohibeantur, neque excuſatione ſibi competente utantur. Mulieres enim etiam nos tutelæ munus ſubire prohibemus, niſi mater aut avia ſit. His enim ſolis ſecundum ordinem hæreditatis tutelam quoque ſuſcipere permittimus, ſi apud acta ſecundis nuptiis, & beneficio SCti Velleiani renunciaverint. Hæc enim ſi obſervent, omnibus cognatis ex latere in tutela (15) præferentur, teſtamentariis ſolum tutoribus eas præcedentibus. Nam defuncti voluntatem electionemque præferri volumus. Si vero multi, qui eodem cognationis gradu ſunt, ad tutelam vocantur: jubemus, ut in unum conveniant, & apud Magiſtratum, cui hæc res curæ eſt, unum vel etiam plures, quot ad bonorum adminiſtrationem ſufficiunt, ex illis eligant & nominent, atque ille vel illi res impuberis adminiſtrent: periculo tutelæ omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur, eorumque bonis tacite pupillo pro hac adminiſtratione oppignerantis.

CAPUT VI.

De vi hujus conſtitutionis in perſonis & rebus.

HÆc vero omnia, quæ de ſucceſſionibus familiæ ſancivimus, in illis obtinere volumus, qui catholicæ ſunt fidei. In hæreticis enim leges a nobis jam latas firmas eſſe, nullamque innovationem vel diminutionem ex hac lege ſuſtinere jubemus. Quæ igitur hac conſtitutione in perpetuum obſervanda Serenitas noſtra ſancivit, in illis caſibus obtinere volumus, qui ab initio menſis Julii ſextæ hujus indictionis con-

(15) *præferentur*] poſt hæc verba inſerit *Hal.* *ὅτι ταῖς γυναιξὶν ἀπαγορεύεται τὰ τῶν ἐπιτρόπων ὑπέρχεσθαι λειτουργήματα, εἰ μὴ μήτηρ ἢ μάμμη εἴη. eo quod mulieribus tantummodo tutorum munera ſubire interdictum eſt, ſi mater aut avia non ſit.* Hæc ſecundum Scrimgeri editionem, veteremque translationem omittenda ſunt; & quidem ſi omittentur, nihil in eo detrimenti aut periculi fuerit, conſtabitque non paulo magis oratione ſuus decor. *Agyl.* Caput quintum non exſtat in Baſilic.

Digitized by Google

contigerunt, vel poſtea contingent. Caſus enim præteritos qui usque ad dictum menſem contigerunt ſecundum veteres leges decidi volumus.

EPILOGUS.

TUa igitur gloria, quæ hac lege a nobis diſpoſita ſunt, ad omnium notitiam venire curet, in hac quidem regia urbe, edictis more ſolito propoſitis, in provinciis vero mandatis ad clariſſimos earum Rectores miſſis, ut nemini, qui imperio noſtro ſubjectus eſt, manſuetudinis noſtræ providentia in his rebus ignota ſit: ita tamen ut abſque ullo civium & provincialium damno in omni loco hæc lex inſinuetur. (16) Dat. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Biliſ. V.C. Conſ.

Tit. II.

Ut donatio propter nuptias ſpecialis ſit contractus: & de aliis capitibus.

CONSTIT. CXIX.

Idem Imperator Petro Glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.

CAPUT I.

Donationem propter nuptias non eſſe inſinuandam.

VT donatio propter nuptias ſpecialis contractus ſit & judicetur, nec reliquis donationibus annumeretur, hac lege ſancimus, quoniam pro ea æqualis dos datur. Sive igitur actis inſinuetur, (1) ſive non: jubemus, ut illa per omnia, (2) tum quantum mulierem, tum etiam quantum ad virum vim ſuam habeat: ſive ab ipſo marito, ſive ab alio quo·

(16) *Dat.*] quæ hic deſunt, teſtituit Contius ex MS. hoc modo: *Dat. VII Kal. Auguſt. Septimiliario in novo palatio Dom. Juſtin. PP. Aug. Imperii ejus anno XVIII. poſt Conſulatum Baſilii V.C. anno tertio.* Julianus: *Dat. VII. Kal. Aug. ſeptimo miliario Imp. Dn. Juſtin. An. XVI. poſt Conſul. Flac. Baſilii V. C. anno II.* Adde *Gloſſ. Jul.* verb. *Septimo miliario.*

(1) *ſive non*] εἴτε καὶ μὴ, κελεύομεν &c. Baſil. εἴτε καὶ κελεύομεν, male.

(2) *tum quoad*] τοῦτο μὲν πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦτο δὲ πρὸς τὸν ἄνδρα. Hal. & Baſil. ὅσον πρὸς τὴν γυναῖκα reliquis omiſſis. Prius probat Agylæus.

Digitized by Google

quodam mulieri detur, vel ſcribatur, ſive etiam in virum donatio conſeratur, ut illas ipſas res nuptialis donationis loco (3) det. Atque hæc obtinere jubemus, cujuscunque quantitatis ſit donatio, licet illa, ut dictum eſt, (4) non inſinuetur.

CAPUT II.

Minor in teſtamento ſervos manumittere poteſt.

(5) HOc quoque conſtitutione hac ſancimus, ut minoribus eo tempore, quo ipſis de reliqua ipſorum ſubſtantia diſponere licet, ſervos etiam ſuos in ultimis voluntatibus manumittere liceat: atque ætas nullum ipſi impedimentum afferat, ſed lex, quæ antea id prohibebat, ceſſet.

CAPUT III.

Ne aliter credatur inſtrumento, quod alterius inſtrumenti mentionem facit, quam ſi id proferatur.

INſuper & hoc jubemus, ſi quis in inſtrumento aliquo alterius inſtrumenti mentionem fecerit, ut nulla ex hac mentione exactio fiat: niſi alterum quoque inſtrumentum, cujus mentio in altero facta eſt, proferatur, vel aliter ſecundum leges, probetur, quantitatem, cujus mentio facta eſt, revera deberi: hoc enim in veteribus etiam legibus invenimus.

CAPUT IV.

De Appellationibus.

HOc quoque ſancimus, ut, ſi forte appellatione ſecuta in ultimo (6) fatali die, vel utraque pars, vel ille ſolus veniat, qui appellat, & præ-

(3) *det*] καταγράψαι. *Hal.* καταγράψω.

(4) *non inſinuetur*] addit *Hal.* (& *Baſilici*) ὅσον μέντοι περὶ τὴν γυναῖκα, quod nec in Scrimgero, nec in veteri tranſlatione eſt, ac omittendum equidem puto. *Agyl.*

(5) *Hoc quoque*] Ante hoc caput multa interſerit *Hal.* quæ hinc exemta ſuo loco reſtituenda ſunt, conſtitutioni nempe ſupra centeſimam ſeptimæ & vigeſimæ. *Agyl.* Caput eſt 2. *Nov. 127.* quod & in Baſilicis capiti huic noſtro ſubjectum legitur, ut apud *Haloandrum.*

(6) *fatali die*] ἐμπροθέσμῳ ἡμέρᾳ. Vet. *noviſſima induciarum die.* Julian. *ultimo*

Digitized by Google

& præſentiam ſuam judici, qui cauſam appellationis examinaturus erat, vel aſſeſſoribus ejus, vel illis, qui cauſas introducunt, notam faciat, eumque judex intra dictos dies admittere differat: nullum plane præjudicium partibus, vel uni ex illis exinde generetur, ſed hujuſmodi appellationes poſtea quoque examinentur, & legitima ſententia terminentur.

CAPUT V.

De retractionibus Præfecti Prætorio.

Aliud inſuper caput, quod legislatione noſtra indiget, emendandum nobis viſum eſt. Quoniam enim leges noſtræ definiunt, ſi forte Glorioſiſſimi ſacro Prætorio Præfecti ſententiam ferant, ne adverſus eam appelletur: ſancimus, ut quotiescunque ſententia a Glorioſiſſimis Præfectis cujuscunque regionis fertur, & unus forte litigantium ſe gravatum eſſe putat, licentiam is habeat glorioſiſſimis Præfectis, qui ſententiam tulerunt, vel eorum (7) conſiliariis, vel illis, qui lites introducunt, (8) libellum intra decem dierum ſpatium, poſt ſententiam latam, (9) offerendi: ut hoc ſubſecuto, non aliter ſententia executioni mandetur, quam ſi prius victrix pars fidejuſſores fide dignos ejus quantitatis nomine, in quam condemnatio facta eſt, dederit: ut ſi poſtea, retractatione legitimo modo (10) facta, ſententia ſubvertatur, res illi cum legitimis acceſſionibus reſtituatur. Si vero intra dictum decem dierum ſpatium poſt latam ſententiam, is, qui ſe læſum putat, libellum non obtulerit: jubemus, ut executio rei ſine fidejuſſione fiat, & jus retractationis illi, qui ſe gravatum putaverit, ſervetur.

fatali die. Gloſſ. Cyrill. προθέσμιος ἡμέρα. *Fatalis dies. Finita dies.* Add. *Gloſſ. Jul.* verb. *fatalis dies*, & Cujac. Parat. pag. 417. & XII. Obſ. 4. *Gloſſ. Jur.* Προθεσμία, ἡ μετὰ ἡμέρας τινὰς ἐνδίδοτε, ἤγουν συμπεφωνημένη ἡ παρὰ Ἰταλοῖς λέγεται τέρμινον. Suidas. Προθεσμία ἀπὸ τοῦ προθεῖναι τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ τοῦτο γενέσθαι δεῖ. Occurrit προθεσμία. *Nov. 8. c. 10. §. 2.*

(7) *conſiliariis*] συμπονοῦσι. *Hal.*

(8) *libellum*] διδασκαλικόν. paulo poſt λίβελλον dicet. Vet. *petitionem.* Julian. *libellum.* In *Nov. 22.* διδασκαλία dicitur. Gloſſ. Jur. λίβελλοι, ἔγγραφοι κατηγορίαι.

(9) *Offerendi*] προσφέρειν. Βασιλ. προσφέρειν, quod melius.

(10) *facta*] προϊούσης. Βασιλ. προβαινούσης.

CAPUT VI.

Si minor viginti quinque annis reſtitutionem in integrum adverſus aditionem hæredis petere voluerit.

AD hæc ſancimus, ut ſi minores contingat hæreditate ad ipſos delata atque ab ipſis adita abſtinere velle, ſiquidem omnes creditores in illis locis, in quibus reſtitutio in integrum petitur, præſentes ſint, creditores a Magiſtratu vocentur, omnibuſque præſentibus minores ab hæreditate illa abſtineant. Sin autem omnes, vel quidam ex creditoribus abſentes ſint, jubemus, ut minores, qui id facere volunt, Magiſtratum locorum adeant, in quibus degunt, ille vero per conſueta mandata creditores vocet, & ſi intra trium menſium ſpatium creditores nullo modo appareant, liceat (11) iis ſine periculo ab hæreditate illa abſtinere: Magiſtratu, apud quem in integrum reſtitutio peragitur, providente, ubi res (12) hæreditariæ mobiles & immobiles ſervari debeant: quantitate ſcilicet earum per publica inventaria apud acta manifeſtanda.

CAPUT VII.

De præſcriptionibus, vel de mala fide ejus, qui res poſſeſſoris alienat.

(13) AMplius ſancimus, ſi quis mala fide res poſſidens, vel per venditionem, vel donationem, vel alio modo eas alienaverit, is vero, qui res illas ad ſe pertinere putat, hoc cognoſcens, intra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, emtorem, vel donatarium, vel illum, ad quem alio quocunque modo res delatæ fuerunt, ſecundum leges non interpellet: ut is, qui res illas accepit, firmiter eas habeat, poſt decennii ſcilicet inter præſentes, & vicennii inter abſentes lapſum. Quod ſi verus rerum (14) alienatarum dominus res illas ad ſe pertinere & alienationem factam eſſe ignoret: jubemus, ut non

(11) *iis*] ἐξεῖναι τούτοις, Hal. τούτους, Vet. *minoribus.*

(12) *hæreditariæ*] κληρονομιαῖα. Hal. κληρονόμιμα.

(13) *Rurſus*] ἔτι θεσπίζομεν. Hal. ἐπὶ ταῦτα θεσπίζομεν. *Ultra hæc ſancimus.*

(14) *alienatarum*] ἐκποιηθεῖσιν, deeſt apud Hal.

Digitized by Google

non aliter quam triginta annorum præſcriptione excludatur: cum ille, qui res hoc modo poſſidet, dicere non poſſit, quod ipſe bona fide poſſideat, quia ab illo, qui mala fide poſſedit, eas (15) accepit.

CAPUT VIII.

De abſentibus & præſentibus in decennii præſcriptione.

DE exceptione decennii definire nobis placuit: ut ſi quis in dicta temporali decennii præſcriptione aliquot annis præſens, quibusdam vero abſens ſit, tot alii anni ad decennium illi addantur, quot per decennium abſens fuit. Hæc vero omnia quæ de temporali præſcriptione definivimus, non in præteritis, ſed in futuris, & illis tantum negotiis ac rebus obtinere volumus, quæ hanc legem ſequuntur.

CAPUT IX.

Ne teſtator cogatur hæredum nomina propria manu ſcribere.

QUoniam vero antea legem tulimus, ut teſtatores vel propria manu, vel per teſtes nomina hæredum in teſtamentis ſcribant, cognovimus autem per ſubtilitatem illam multa teſtamenta ſubverſa eſſe, (cum teſtatores eam diligentiam adhibere non potuerint, vel forte quoſdam voluntatem ſuam ſcite noluerint) jubemus, ut illis quidem, qui volunt, hæc in teſtamentis ſuis obſervare liceat. Sin autem hæc non obſervaverint, ſed ſecundum veterem conſuetudinem teſtentur: ſancimus, ut etiam ſic teſtamentum firmum ſit, ſive quis ipſe, ſive per aliam perſonam nomen hæredis ſcripſerit: modo teſtator reliqua ſolennia in teſtamento obſervet.

(15) *accepit*] Additur in Baſil. Περὶ δὲ τῆς παραγραφῆς τῆς δεκαετίας, ταῦτα διατυπῶσαι συνείδομεν, ὥστε εἴ τις ἐν τῇ εἰρημένῃ τῆς δεκαετίας χρονικῇ παραγραφῇ ἐπί τινας μὲν ἐνιαυτοὺς παρὼν εἴη, ἐπὶ τινὰς μὲν ἀπὼν ἄλλους τοσούτους αὐτῷ ἐνιαυτοὺς πρὸς τῇ δεκαετίᾳ προστεθῆναι, ὅσους ἐξ αὐτῆς τῆς δεκαετίας ἀπὼν γέγονεν. *De præſcriptione vero decennii hæc viſum eſt decernere, ut ſi quis unquam in prædicta temporali decennii præſcriptione per aliquot annos præſens ſit, per aliquot abſens: alii totidem anni ad decennium, adjiciantur; quot annis ex ipſo decennio abfuit.*

CAPUT X.

De rebus immobilibus, quæ ad ſacras domus pervenerunt.

LEgem vero, qua ſanximus, ne res, quæ ad domum noſtram a venerabili (16) Eccleſia pervenerunt, ad alios (17) transferantur, (18) ceſſare volumus, tam in iis, quæ jam ad noſtram domum legitime pervenerunt, quam in iis, (19) quæ poſtea perventura ſunt.

CAPUT XI.

Ut lex Falcidia in rebus alienari prohibitis ceſſet.

SI quis autem teſtatus fuerit, & rem aliquam immobilem familiæ ſuæ, vel alii cuidam perſonæ legati nomine reliquerit, atque ſpecialiter dixerit, ut nullo tempore ea res alienetur, ſed apud hæredes, vel ſucceſſores illius, cui relicta eſt, maneat: in hoc legato jubemus legem Falcidiam nullum plane locum habere, quoniam alienationem ejus ipſe teſtator prohibuit. Hæc vero in illis caſibus valere jubemus, qui nondum judiciali ſententia, vel amica (20) conventione, vel quolibet legitimo modo deciſi ſunt.

EPILOGUS.

QUæ igitur hac lege in perpetuum valitura Serenitas noſtra ſancivit, Excellentia Tua efficiat ut edictis quidem in hac regia urbe propoſitis, præceptis vero ad omnes provinciarum Rectores miſſis, ad omnium notitiam veniant. (21) Dat. XIII. Kal. Febr. Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug. Baſilio V. C. Conſ.

Tit.

(16) *Eccleſia*] Βασιλ. οἴκῳ.

(17) *transferantur*] μεταφέρεσθαι. Βασιλ. μεταφέρεσθαι.

(18) *ceſſare*] σχολάζειν. Vet. *vacare.* Julian. *evacuari* vid. *Gloſſ. Julian.* verb. *evacuari.*

(19) *quæ poſtea*] τοῖς μετὰ ταῦτα μέλλουσι περιέρχεσθαι. *Hal.* παρέρχεσθαι. Vet. *quæ poſtea pervenire futura ſunt.*

(20) *conventione*] σύμβασιν. *Hal.* συμβίβασιν, ut ſupra ſæpius.

(21) *Dat.*] *Vet.* poſt *Aug.* inferit *Anno 30. Julian. Dat. 14. Kal. Febr. Conſtantinop. Imp. Dn N. Juſtin. Aug. Anno 17. poſt conſulatum Baſilii Anno 4.*

TIT. III.

De alienatione (1) & Emphyteuſi rerum Eccleſiaſticarum.

CONSTIT. CXX.

Idem Imperator Petro Præfecto Orientali Prætorio.

PRÆFATIO.

CUm multæ & variæ leges de alienationibus, & emphyteuſibus, & locationibus, & reliqua rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratione (2) latæ ſint, omnes hac lege comprehendendas eſſe cenſuimus.

CAPUT I.

De alienatione & Emphyteuſi rerum Eccleſiæ.

SAncimus igitur, ut illis, qui res ſanctiſſimæ Eccleſiæ in regia hac urbe, vel Orphanotrophii, vel Xenodochii, vel Ptochotrophii, vel Noſocomii, vel alterius ſacræ domus, quæ in regia civitate, vel intra fines ejus eſt, (exceptis ſolis ſacris Monaſteriis) adminiſtrant, non liceat vendere, vel donare, vel permutare, vel in remunerationem dare, vel alio quocunque modo rem immobilem, vel annonam civilem, vel mancipium ruſticum alienare, niſi cum regia ſolum domo permutatio fiat: ſed nec (3) jure colonario aliquid dari permittimus. Emphyteuſes autem a dicta ſanctiſſima Eccleſia Regiæ urbis, dictiſque ſacris domibus conſtitui jubemus, tam in perſona ejus, qui accipit, quam aliis duobus ſequentibus hæredibus: ut non plus quam ſexta pars canonis conſtituti, illi, qui emphyteuſim accipit, remittatur. Quantum

(1) *& emphyteuſi*] Sic & *Hal.* Vet. *& emphyteuſi & locatione, & hypothecis & aliis diverſis contractibus in univerſis locis rerum ſacrarum.*

(2) *latæ ſint*] φοιτωμένων, πολλῶν καὶ διαφόρων νόμων. Vet. *Multis & diverſis legibus* &c. *plantantibus.* Adde quæ *Gothofred.* ad h. l. vid. *Nov.* 120. *c.* 11. *in fin.* Plantantibus id eſt orientibus. Vet. Int. retinuit nimis religioſe Græci Verbi affinitatem tametſi non φυτευόντων ſed φοιτωμένων ſcriptum eſt in Græco. *Cont.*

(3) *jure colon.*] γεωργικῷ δικαίῳ. Vet. *(de colonis juſte)* vid. ſupr. *Nov.* 7. *præf.* §. 1.

Digitized by Google

ad ſuburbana vero, quæ ad ſanctiſſimam magnam Eccleſiam, dictaſque ſacras domos in regia hac urbe vel vicinis illi locis conſtitutas, (4) pertinent, jubemus, ſiquidem ſuburbana illa reditum habeant, ut ſub integro canone ab adminiſtratoribus ſacrorum illorum locorum, dicto modo, in emphyteuſin accipienti reliquiſque duobus ſucceſſoribus dentur, & nulla omnino remiſſio, ſed potius additamentum fiat. Sin autem ſuburbana illa nullum omnino reditum habeant, poteſtatem damus adminiſtratoribus ſacrorum locorum, ut ea ſub certa quantitate, ſicut dictum eſt, in emphyteuſin dent.

§. 1. Si contingat quamcunque rem ab aliquo dictorum venerabilium locorum emphyteutico jure (5) datam, vel ad regiam domum, vel ſacrum noſtrum ærarium, vel urbem, vel curiam, vel aliam quandam ſacram domum pervenire: poteſtatem concedimus adminiſtratoribus ſacrorum locorum, (6) a quibus ab initio emphyteuſis conſtituta eſt, quando ad unam ex dictis perſonis emphyteuſis illa pervenit, voluntatem ſuam intra duos annos declarandi, (7) utrum rem illam apud eos, ad quos pervenit, relinquere reditumque annuum, qui pacto continetur, accipere, an emphyteuſi ſoluta eam recipere velint, ſi hoc illis utile eſſe putaverint.

§. 2. Si quædam loca ſunt, quæ vel ad ſanctiſſimam magnam Eccleſiam, vel ad quandam ex dictis venerabilibus domibus pertinent, in quibus antiqua ædificia collapſa ſunt, & ex quibus nullus reditus venit, dictæ autem venerabiles domus, ad quas hæc loca pertinent, ea reædificare non poſſint: licentiam damus adminiſtratoribus eorum, perpetuo emphyteuſeos jure illa ipſa loca locandi: ita tamen, ut emphyteuſis vel ſub tertia parte (8) penſionum, quæ ex ædificiis adhuc ſtantibus

(4) *pertinent*) αἳ δὲ διαφερόντων. Vet. recte de *competentibus*, cum ſupra verbum διαφέρω eodem ſenſu ſæpius ponitur, & mox § 2.

(5) *datam*] διδόμενον. *Hal.* διδόναι.

(6) *a quibus*] ὑφ' ὧν. *Hal.* ἀφ' ὧν.

(7) *an rem*] καὶ ὁ παρ' ἐκείνοις. Apud Hal. deeſt τὸ καὶ. Sed nil mutandum.

(8) *penſionum*] στεγονομίων. mercedem habitationis, quæ ab inquilino datur. Idem eſt στεγονόμιον quod ἐνοίκιον. Nov. 88. c. 2. ubi promiſcue ponuntur. Gloſſ. Jul. στεγονόμιον τὸ ἐνοίκιον. Adde Cuj. IV. obſ. 26. & VI. obſ. 6. Eſt tamen & λόγος ἐν τῷ ἱδρῶντι teſte Euſtathio ad Odyſſ. ξ. vid. *Gloſſ. du Freſne.*

Digitized by Google

tibus colligebantur, ab initio temporis emphyteuſeos procedat, vel ſi emphyteuta hac potius conditione loca illa accipere velit, ut prius ædificet, & ex penſionibus, quæ exinde ſecundum æſtimationem redeunt, dimidia pars venerabili domui detur, a qua loca illa accipit, etiam hoc fieri, & emphyteutam inventa ibi ex dirutis ædibus materia uti permittimus.

CAPUT II.

Si quis rem Eccleſiæ in Emphyteuſin velit accipere.

SI quis voluerit quamcunque rem immobilem uſusfructus nomine a ſanctiſſima magna Eccleſia regiæ hujus urbis, vel una ex dictis ſacris domibus, accipere: non aliter eam accipiat, niſi ſtatim aliam rem ſacræ domui, a qua eam rem accipit, dominii jure præſtet, quæ eundem reditum habeat, quem habet res, quæ illi datur, nec pluribus publicis tributis gravata ſit: ut poſt mortem ejus, (9) aut poſt tempus, in quod uſusfructus dari placuit, vitam ſcilicet accipientis non excedens, utraque res in ſolidum, & quoad dominium, & quoad uſumfructum, ad eandem ſacram domum perveniat.

CAPUT III.

Ut ad triginta annos res Eccleſiaſticas locare liceat.

LOcationes vero ab ipſis venerabilibus locis fieri permittimus, ad tot (10) annos, quot contrahentibus placuerit, ſi tempus ſcilicet triginta annorum non excedant.

CAPUT IV.

Ut res Eccleſiæ immobiles pignori dare liceat.

SI contingat, ut quædam ex dictis venerabilibus domibus ad fiſcalia tributa, vel aliam quamcunque neceſſitatem venerabili domui incidentem, pecunia indigeat: liceat adminiſtratoribus earum rem immobilem obligare, & ſpeciali pignori dare, ut creditor eam rem poſſideat, & fru-

(9) *aut*] ἢ μετὰ &c. *Hal.* καὶ μετὰ.
(10) *annos*] ἐνιαυτοῖς. Baſil. & Hal. ἐνιαυτοὺς. Sic legendum.

& fructus ejus colligat. ſibique partim in ipſam pecuniam creditam, partim in uſuras, quarta parte centeſimæ non majores imputet. Si debitum ſolvant, qui venerabili domui præfuerunt, vel ex fructibus creditori ſatisfiat: res ad venerabilem domum, a quo data eſt, rurſus redeat.

CAPUT V.

De Emphyteuſi & hypotheca rerum Eccleſiæ.

EMphyteuſes vero, & hypothecas, & (11) locationes quinquennium excedentes, a ſanctiſſima quidem regiæ urbis Eccleſia, voluntate & (12) conſenſu beatiſſimi illius Archiepiſcopi & Patriarchæ celebrari volumus: (13) jurantibus illo præſente Dei amantiſſimis Oeconomis & Chartulariis ejuſdem ſanctiſſimæ magnæ Eccleſiæ, contractum non ad circumſcriptionem jurium ejus (14) factum eſſe. In reliquis vero ſacris domibus, ſi quidem Chartularii ſunt, ipſi ſimili modo jurent, præſente eo, qui venerabili domui præeſt; ſi vero Chartularii non ſint, ipſi, qui venerabilibus domibus præſunt, propoſitis ſacris Evangeliis contractus faciant, & jurejurando præſtito in inſtrumentis ſcribant, contractum non ad læſionem aut circumſcriptionem venerabilis domus celebrari.

§. 1. Oeconomos vero, & Orphanotrophos, & reliquarum ſacratum domuum adminiſtratores, & inſuper (15) omnium Chartularios, eorumque parentes & liberos, reliquoſque, qui genere, vel affinitate illis juncti ſunt, prohibemus emphyteuſes, & locationes (ſeu hypothecas) rerum ad illas ipſas ſacras domus pertinentium, per ſe, vel per interpoſitam perſonam accipere. Atque ſciant, ſi tale quid fiat, illud irritum futurum eſſe, id omnemque ſubſtantiam tum eorum, qui accipiunt, tum etiam œconomorum, & chartulariorum, & adminiſtratorum, quibus dicto modo conjunguntur, ad venerabilem domum, a qua rem accipiunt, poſt eorum mortem pervenire jubemus.

CA-

(11) *locationes*] Verbum hoc deeſt in *Vet. Interpr.*

(12) *conſenſu*] συναινέσει. Hal. συνέσει *conſenſu*. Proprie eſt *intelligentia*.

(13) *jurantibus*] *Hal.* ὀμνυόντων καὶ τῶν χαρτουλαρίων παρόντος αὐτοῦ καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου &c. *jurantibus chartulariis, ipſo præſente & Dei amantiſſ.* &c.

(14) *factus ſit*] γίνεται. *Hal.* γίνεσθαι.

(15) *omnium*] πάντων. Vet. *omnibus*.

Digitized by Google

CAPUT VI.

De rebus Eccleſiaſticis extra Conſtantinopoli.

ET hæc quidem de ſanctiſſima Eccleſia, dictiſque venerabilibus domibus, quæ in regia urbe, vel locis illi vicinis ſunt, diſpoſuimus. In reliquis vero ſanctiſſimis Eccleſiiis, & Monaſteriis, & Xenodochiis & Noſocomiis, cæteriſque ſacris domibus, quæ in omnibus Reipublicæ noſtræ provinciis ſitæ ſunt, nec non monaſteriis, quæ in regia urbe & circuitu ejus ſunt, conſequenter conſtituere placuit.

§. 1. Licentiam igitur dictis ſacris domibus concedimus, non ſolum ad tempus emphyteuſin rerum immobilium, quæ ad illas pertinent, conſtituendi, ſed & perpetuo emphyteucario jure illas volentibus tradendi. Et ſi quidem ſanctiſſimæ Eccleſiæ, vel aliæ venerabiles domus ſint, quas ſanctiſſimus illius loci Epiſcopus, vel per ſe, vel per venerabilem ejus Clerum adminiſtrat, voluntate & conſenſu illius contractus celebretur, jurantibus eo præſente Oeconomis & Adminiſtratoribus, & (16) Chartulariis venerabilis domus, nullum damnum per illam emphyteuſin ſacræ domui inferri. Si Ptochia, aut Xenodochia, vel Noſocomia, vel aliæ venerabiles domus ſint, quæ propriam adminiſtrationem habent, ſi quidem ſacra oratoria ſint, ſecundum ſententiam maximæ partis Clericorum ibidem miniſteria obeuntium, nec non Oeconomi: ſin Xenodochium, vel Ptochium, vel Noſocomium, vel alia venerabilis domus ſit, (17) is, qui illis præeſt, contractum ineat, jurantibus earundem ſacrarum domuum Adminiſtratoribus, in præſentia Dei amantiſſimi Epiſcopi, a quo conſtituuntur vel creantur, nihil ad damnum vel circumſcriptionem earundem ſacrarum domuum in tali contractu fieri.

§. 2. In venerabilibus vero monaſteriis, (18) Abbates eorum cum majore parte Monachorum ibidem miniſteria obeuntium, con-

Hhhhh tractus

(16) *chartulariis*] Vid. *Gloſſ. Jul.* verbo *Chartularius relig. dom.* Pro εὐαγοῦς οἴκου. Hal. habet τοῦ εὐαγοῦς κλήρου.

(17) *ille qui*] τὸν προεστῶτα τόπων. Hal. τὸν προεστῶτα τόπων, *antiſtes locorum contractum celebret.* Illud retinendum.

(18) *Abbates*] ἡγουμένους. Vet. *primates.* Jul. *Hegumenos*, de quo vid. *Gloſſ. Jul.*

tractus celebrent. Atque in omnibus iis, quæ dicta ſunt, jubemus, ut in inſtrumento, præſtito jurejurando, ſcribatur, non celebrari negotium ad damnum vel circumſcriptionem earundem ſacrarum domuum: eaque obſervatione ita procedente, remiſſio non *ultra ſextam* partem reditus fiat, quem res in emphyteuſin data habet. Quæ vero de collapſis domibus, quæ ad ſacras domus in hac regia urbe ſitas pertinent, diſpoſuimus, hæc in ſacris etiam domibus obtinere jubemus. Hoc quoque de venerabilibus domibus diſponere nobis viſum eſt, ut, ſi quædam ex iis, vel propter publica tributa, vel aliam neceſſariam cauſam ejuſdem domus, debitis obnoxiæ ſint, illaque debita ex mobilibus rebus ſolvi nequeant: primo quidem loco creditori res immobilis ſpeciali pignori detur, ut fructus ejus colligens, partim in ipſam pecuniam creditam, partim in uſuras, quarta parte centeſimæ non majores, eos ſibi imputet. Quod ſi hoc modo debitum ſolvere nequeant, jubemus, ut illi, qui a ſanctiſſimis Patriarchis creati ſunt, (ſive Metropolitani ſint, ſive Epiſcopi, ſive (19) Archimandritæ, ſive Orphanotrophi, ſive Prochotrophi, ſive Xenones, ſive Noſocomi, ſive aliarum venerabilium domuum adminiſtratores,) apud ipſos ſanctiſſimos Patriarchas, a quibus creantur vel conſtituuntur, monumenta fiant, & jurejurando adminiſtratorum ac conſenſu majoris partis eorum, qui miniſteria in illis obeunt, debitum manifeſtum fiat, quodque ex rebus mobilibus id ſolvi nequeat. Qui vero a Metropolitanis, aut Epiſcopis creati ſunt (ſive Epiſcopi ſint, ſive Archimandritæ, ſive Orphanotrophi, ſive Ptochotrophi, vel aliarum ſacrarum domuum adminiſtratores) ſimiliter apud illos Metropolitanos, (20) vel Epiſcopos ejuſmodi monumenta conſcribant. Apud illos autem Epiſcopos, qui vel a Patriarchis, vel Metropolitanis (21) Epiſcopi creantur, & ſub jurisdictione ſua monaſteria, vel Prochia, vel Xenones, vel Noſocomia, vel alias venerabiles domus habent, eodem modo monumenta fiant: ita tamen, ut ſive apud Patriarchas, ſive Metropolitanos, ſive

(19) *Archimandritæ*] Vid. *Gloſſ. Jul.* hac voce.
(20) *Vel*] ἢ Ἐπισκόποις. Deeſt apud Hal.
(21) *Epiſcopi*] Ἐπίσκοποι. Hal. Ἐπισκόποι. *Metropolitanis Epiſcopis.*

ſive alios Epiſcopos ejuſmodi monumenta fiant, nullum illorum nomine damnum vel impenſam venerabiles domus ſuſtineant. Propterea enim impoſterum apud Præſides provinciarum, vel defenſores locorum, ejuſmodi monumenta a dictis perſonis ſeu domibus confici nolumus, ne damnum aliquod ſuſtineant. Ubi vero hæc apud dictos ſanctiſſimos Patriarchas vel Metropolitanos, vel alios Epiſcopos ita ſecuta ſunt: tum dicti domus illius, quæ debet, (22) adminiſtratores, in publico civitatis loco per viginti dies (23) ſcriptis proponant, eoque modo rem immobilem emere volentes excitent, ut ille, qui plus offert, reliquis præferatur. His vero omnibus peractis, venditio fiat, & pretium omnibus modis pro debito ſolvatur, ut emtor non aliter ſecuritatem habeat, quam ſi pretium pro ipſo debito ſolvat, idque nominatim præſtito jurejurando in inſtrumento emtionis ſcribatur, nihil ad damnum aut circumſcriptionem illius ſacræ domus factum eſſe. Si dicto modo emtor illius rei non inveniatur: jubemus, ut creditor cujuſdam ex prædictis ſacris domibus, jure, quod pro ſoluto dicitur, eandem poſſeſſionem accipiat, juſta & diligenti æſtimatione facta, atque decima parte totius æſtimationis pretio ad eandem quantitatem addita: & creditor rem firmo dominio (24) acquirendam in ſolutum accipiat: ita tamen, ut adminiſtratores venerabilis illius domus, quæ debet, & major pars eorum, qui in ea miniſtrant, venditionibus illis conſentiant. Res autem immobilis, quæ (25) ad hoc datur, non ſecundum electionem creditoris, ſed pro portione, partim fertilium, partim ſterilium poſſeſſionum ſacræ illius domus, earumque reditus, & tributorum ac reliqui ſtatus detur.

§. 3. Si Epiſcopus aliquis, vel Oeconomus, vel Adminiſtra-

 tor

(22) *adminiſtratores*] διοικητὰς τὰς ἐπ' ὀφειλείᾳ ὄντας τῦ οἴκυ. Hal. διοικητὰς τῦ ἐποφείλοντος τῦ εὐαγῦς οἴκυ. Vet. *Ordinatores debitricis dominis*. Hinc in noſtro textu legendum τῦ ἐπ' ὀφειλείᾳ ὄντος, quod & ſenſus requirit, vel cum *Hal.* cujus verbis paulo poſt utitur Imperator.

(23) *ſcriptis*] ἐγγεγράφως. Hal. ἐγγεγραφον.

(24) *acquirendam*] κτηθησόμενον. Hal. κτησόμενον.

(25) *ad hoc*] ἐπὶ τύτῳ. Hal. ἐπὶ τῦτο.

tor cujuſcunque venerabilis domus, ſive in hac regia urbe, ſive in provinciis ſitæ, mutuam pecuniam acceperit, vel poſtea accepturus ſit: jubemus, ne illi ſacræ domui eam imputent, niſi prius eas in utilitatem dictæ ſacræ domus (26) verſam eſſe oſtenderint: neque ipſe creditor, vel hæredes ejus contra venerabilem domum ejus nomine ullam actionem habeant, niſi in cauſas ad venerabilem domum pertinentes pecuniam illam verſam eſſe oſtenderint: ſed actiones ſuas contra eum, qui mutuam pecuniam accepit, ejuſque hæredes moveant.

CAPUT VII.

De permutatione rerum Eccleſiaſticarum.

HOc quoque jubemus, ut excepta ſanctiſſima magna Eccleſia regiæ urbis, & venerabili Orphanotrophio, & Xenodochiis, & Ptochiis in hac regia urbe, & quæ (27) intra ejus fines ſunt, omnibus ſanctiſſimis Eccleſiis, & venerabilibus domibus, nec non monaſteriis in hac regia urbe, & diverſis provinciis conſtitutis, permutationes inter ſe facere liceat, quando utrique venerabili domui indemnitas ſervatur, approbantibus in ſcriptis aut per confeſſionem contractum illum, non ſolum adminiſtratoribus utriuſque ſacræ domus, ſed & majore parte eorum, qui in illis miniſtrant. Quæ vero a regia domo ad quemcunque (28) ſacrum locum perveniunt, vel poſt hæc perventura ſunt, nullo modo vendi vel pignori dari, vel (29) permutari, vel plane obligari concedimus, neque ſi venerabiles domus id inter ſe fecerint.

§. 1. Quoniam autem alienationes etiam monaſteriorum a quibuſdam fieri cognovimus, ita ut illa e ſacro ſtatu in privatam conditionem transferantur, hoc quoque omnibus modis prohibemus. Si vero tale quid factum inveniatur, licentiam concedimus loci illius ſanctiſſimo Epiſcopo, ut monaſterium illud vindicet, & in priſtinum ſtatum

(26) *verſæ*] προσχάρησιν. *Hal.* προσχώρησιν. ut & paulo poſt, ubi in noſtro textu eſt προσχώρησιν.

(27) *intra*] ὑπὸ τὴν αὐλῆς ὅρων ἐσομένων. Baſil. ὑπὸ τὴν αὐλήν.

(28) *ſacrum locum*] ἱεραγῶ τόπον. Baſil. οἶκον.

(29) *permutari*] ἀνταλλάττεσθαι. Baſil. ἐναλλάττεσθαι.

Digitized by Google

tum reducat. Si quæ ex dictis ſacris domibus, quæ tam in regia urbe, quam in provinciis ſunt, (excepta ſanctiſſima magna Eccleſia regiæ hujus urbis) poſſeſſionem habeat multis publicis debitis gravatam, ex qua nullus reditus venerabili domui proveniat: facultatem concedimus ejusdem venerabilis domus adminiſtratoribus, poſſeſſionem illam, quocunque modo velint, ad utilitatem venerabilis domus alienandi: monumentis ſcilicet in hac etiam alienatione, ab illis conficiendis, a quibus adminiſtratores talium locorum conſtituuntur, aut creantur: & jurantibus ad ſacras ſcripturas venerabilis illius domus rectoribus, maximaque parte eorum, qui (30) in ea miniſteria obeunt, neque per proditionem, neque ad gratiam, aut quamcunque circumſcriptionem alienationem fieri, ſed ut venerabilis domus indemnis ſervetur. Oeconomos vero, & Adminiſtratores, & chartularios venerabilium domuum (31) ubicunque exiſtentium, & parentes eorum, & liberos, cœteroſque, qui vel cognatione vel affinitate illos attingunt, locationes, vel emphyteuſes, vel venditiones, vel hypothecas rerum immobilium, ad eaſdem ſacras domus pertinentium, vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam celebrare, ſicut & illos, qui regia in hac civitate ſunt, (32) ſub iiſdem pœnis prohibemus.

CAPUT VIII.

Si emphyteuta per biennium canonem Eccleſiæ ſolvere ceſſaverit.

SI locator aliquis, vel emphyteuta (33) rei pertinentis vel ad ſanctiſſimam magnam Eccleſiam, vel aliam venerabilem domum, in quocunque loco Reipublicæ noſtræ ſitam, deteriorem reddat rem, quam accepit, vel poſt hæc accipiet, vel per biennium emphyteuſeos, vel locationis canonem a ſe promiſſum non ſolvat, poteſtatem venerabili domui, a qua locatio, vel emphyteuſis celebrata eſt, concedimus (34) ut

(30) *in ea*] ἐν αὐτῷ. *Hal.* ἐν αὐταῖς.

(31) *ubicunque*] ὁπουδήποτε. *Hal.* οἱωνδήποτε.

(32) *ſub iiſdem*] ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ποιναῖς. Hal. ἐπὶ ταῖς ποιναῖς, *ſub pœnis.*

(33) *rei*] πράγματος διαφέροντος. *Hal.* πράγματα διαφέροντα.

(34) *ut ea*] καὶ τὰ ὀφειλόμενα λύτῳ ὑπὲρ τοῦ προλαβόντος χεῖρον. Apud Hal.

ea, quæ illi pro tempore præterito debentur, veteremque ſtatum rei locatæ, vel in emphyteuſin datæ, exigat, & emphyteuſi, vel locatione ejiciat, ut qui nec de meliorationibus actionem quandam contra venerabiles domos movere poſſit. Si Adminiſtratores earum nolint eum ejicere: jubemus, ut ab eo exigantur, quæ ex locatione vel emphyteuſi debere intelligitur: tamdiu autem, donec tempus præfinitum tranſierit, rem datam retineat, & conventa præſtet. Si nolit, licentiam præbemus eorundem venerabilium locorum præpoſitis, ut indemnitatem venerabilibus domibus ex bonis ejus præſtent: neque is ne hic quidem de meliorationibus aliquid proponere poterit.

CAPUT IX.

Ut pro captivorum redemtione res immobiles Eccleſiæ alienare liceat.

SAnctiſſimis vero Eccleſiis civitatum (35) Odeſſi & Tomeos, ad captivorum redemtionem immobiles res alienare permittimus, niſi ea conditione poſſeſſiones illis datæ ſint, ut nullo modo alienentur. Hoc quoque concedimus, ut ſanctiſſima (36) Hieroſolymitana Eccleſia facultatem habeat, domus ad ſe pertinentes, & in ipſa ſancta urbe ſitas vendendi; non minore tamen pretio, quam quantum ex earum penſionibus quinquaginta annis colligitur, ut ex earum pretio alius melior reditus ematur. Si quidam cuicunque venerabili loco, ſive in regia urbe, ſive in provinciis ſito, ſteriles poſſeſſiones donent, vel vendant, vel alio modo præbeant, aut relinquant: jubemus, ut ex iis rebus nullum damnum venerabilis domus, ad quam talis poſſeſſio pervenit, ſentiat, vel tributorum nomine, aut ob aliam quamcunque cauſam

deeſt τῦτο ὑπὲρ. Vet. *quæ debentur ſolum pro præced.* &c.

(35) *Odeſſi*] ὀδίσσου καὶ τομέως. Vet. hic habet [*omnes ſeu œconomos*] Julian. Odeſſ. & Tomeos. Utrumque Tomos ſcilicet & Odeſſon Ptolomæus ponit in Myſia inferiori. Claudianus *in Epithalamio Palladii*: Veteresque Tomi Mavortia matris nobilitas. *Gothofr. h.* Sunt Tomos & Odeſſus Thraciæ oppida ad Iſtrum fluvium de quib. Plin. lib. 4. c. 11. *Cont.*

(36) *Hieroſol.*] ἱεροσολυμιτῶν. Hal. ἱεροσολύμων.

Digitized by Google

ſam gravetur: ſed ut omne illud onus ad eos, qui dederunt, eorumque hæredes, redeat, qui ejuſmodi poſſeſſiones traditas recipere, & ex propria ſubſtantia omne damnum venerabili domui, quod ex illa cauſa ſenſit, reſtituere cogantur. Si talis etiam dolus hac in re commiſſus fuerit, ut pro eo pecuniæ quædam venerabili domui datæ ſint: jubemus, ut etiam hæ lucro venerabilis domus cedant, res vero ſteriles illi, qui dedit, ejusque hæredibus omni modo reſtituantur.

§ 1. Ad hæc jubemus, ut ſanctiſſimis Eccleſiis vel aliis venerabilibus domibus (in regia hac urbe, & omnibuſque Reipublicæ noſtræ provinciis ſitis) nulla neceſſitas inferatur, ſteriles poſſeſſiones, vel fertiles ubicunque ſitas emendi: (37) ne ex hac cauſa eas, quas habent, amittant, vel debitis conſtringantur. In re immobili autem ſi quis velit a quadam ex dictis venerabilibus domibus uſumfructum accipere, (quemadmodum ſupra quoque de venerabilibus domibus, quæ in regia urbe ſitæ ſunt, diſpoſuimus,) non aliter eum accipiat, quam ſi aliam ſtatim rem dominii jure venerabili domui, a qua eam rem accipit, præbeat, quæ tantum reditum ferat, quantum fert res, quæ illi datur, nec pluribus tributis gravata ſit: ut poſt mortem ejus, vel tempus, ad quod uſumfructum dare convenit, (quod tamen accipientis vitam non excedat,) utraque res (38) in ſolidum quoad dominium, & quoad uſumfructum ad ſacram illam domum veniat. Atque hæc quidem de rebus immobilibus præcepimus.

CAPUT X.

De ſacris vaſis cujuscunque Eccleſiæ vel Oratorii.

DE ſacris autem vaſis, quæ ad eandem ſanctiſſimam magnam Eccleſiam regiæ urbis, vel alia oratoria in quocunque Reipublicæ noſtræ

(37) *ne ex hac*] ἵνα μὴ εὑρεθῶσιν διὰ ταύτην τὴν πρόφασιν καὶ ἃς ἔχουσιν ἀπολλύντες, ἢ χρέεσιν ἐνεχόμενοι. *Hal.* ἵνα μὴ εὑρεθῶσι διὰ ταύτην τὴν πρόφασιν, καὶ ἃς ἔχουσιν ἐνεχόμενοι. *ne per hanc occaſionem veleas, quas habent, obligare deprehendantur.* Agylæus plenius ita legendum eſſe judicat: *quas habent perdere, ære ve alieno prægravare deprehendantur.*

(38) *in ſolidum*] ἐπ' ἀκεραίῳ deeſt ap. *Hal.* ſed *Vet. integro jure.*

noſtræ loco ſita pertinent, generaliter diſponimus: ne aliter illa vendantur vel oppignerentur, quam pro captivorum liberatione. Si plura vaſa in quadam ex dictis ſacris domibus ſint, quæ non inſerviant neceſſario uſui, & venerabilem illum locum ære alieno gravari contingat, neque aliæ res mobiles adſint, ex quibus debita ſolvi debeant: facultatem illis concedimus, actis, ut ſupra dictum eſt, intervenientibus, ſuperflua vaſa: quæ reperiuntur, aliis venerabilibus locis, quæ illis indigent, vendere, vel conflare, & ſimiliter vendere, eorumque pretium in debitum expendere, ne res immobiles alienentur.

CAPUT XI.

Quibus pœnis ſubjiciantur, qui conſtitutionem hanc violant.

SI adverſus ea, quæ hac lege ſancita ſunt, contractus de rebus mobilibus (39) & immobilibus ad unam ex dictis venerabilibus domibus pertinentibus celebretur, ſanctiſſimæ quidem Eccleſiæ ſeu venerabili domui, in qua tale quid contigit, res cum fructibus medii temporis reddatur: verum & pretium, vel remuneratio, vel quod permutationis nomine, vel alia qualibet de cauſa (40) illi datum eſt, apud illam maneat. Si emphyteuſis adverſus ea, quæ a nobis ſancita ſunt, celebretur: jubemus, ut ſanctiſſimæ Eccleſiæ, vel venerabilibus locis illa ipſa res reddatur, (41) atque emphyteuta ſecundum tenorem emphyteuticariorum inſtrumentorum pactum impleat. Si vero res Eccleſiaſtica, vel alterius venerabilis domus donata ſit, etiam hæc ſanctiſſimæ majori Eccleſiæ, vel reliquis venerabilibus domibus, cum fructibus medii temporis, & alterum tantum pretii illius rei reddatur. Si hypotheca adverſus hæc detur, creditor debitum perdat, eandemque rem (42) venerabili loco reddat: tabellionibus, qui contra hanc legem noſtram ejuſmodi inſtrumentis inſervire audent, perpetuo exilio mul-

(39) *& immob.*] τε καὶ ἀκινήτοις. deeſt ap. Hal.

(40) *illi*] αὐτῷ. Hal. αὐλῶν Vet. ei.

(41) *& ut*] deſunt ſeqq. usque ad finem periodi, apud *Hal.*

(42) *venerab. loco*] Notándum eſt obiter εὐαγῆ οἶκον, εὐαγῆ τόπον venerabilem locum in græcis editionibus promiſcue poni. *Agylæus.*

multandis. Si quid ante hanc legem ſecundum veteres conſtitutiones factum eſt, id omnibus modis vim ſuam habere jubemus: atque ut omnia, quæ contra veteres leges facta ſunt, evertantur, ſancimus, & res contra tenorem illarum datæ, venerabilibus domibus reddantur. Ut vero impoſterum ſecundum hanc legem omnia fiant diſponimus, omnesque reliquæ conſtitutiones nuper (43) factæ in ejusmodi caſibus poſthac ceſſent.

EPILOGUS.

EXcellentia igitur Tua quæ hac lege in perpetuum valitura Serenitas noſtra ſancivit, inconcuſſa ſervare ſtudeat, Edictis conſuetis & legitimis ſolum locis (44) per decem dies propoſitis, & nullo eam ob cauſam in provincias mittendo. Providebimus enim, quo modo ſine ſubditorum (45) conferentium damno, generalis hæc noſtra conſtitutio omnibus manifeſta fiat. (46) Dat. VII. Id. Maji. Conſtantinop. Juſtin. PP. Aug. Baſil. V.C. Conſ.

TIT. IV.

(1) Ut particulares uſurarum ſolutiones in duplum (2) computentur.

Iiiii CON-

(43) *facta*] φοιτησασῖν Vet. loquebantur.

(44) *per decem dies*] ἐπὶ δέκα ἡμέρας προτιθεμένων καὶ μηδενὸς ὑπὲρ. Hæc deſunt apud *Hal.* qui & pro ὑπὲρ habet ἐπὶ.

(45) *conferentium*] συντελούντων. Lege cum *Hal.* συντελεσῶν τε *collatorumque.*

(46) *Dat.*) Sic & *Vet.* Julian. *Dat. VII. Id. Majas Conſtant. Imp. Dn. N. Juſtin. PP. Aug. Ann. 18. poſt Conſ. Baſilii Anno 3.*

(1) *Ut particulares*] Auctoritatem hujus Novellæ ut & Novellæ 138. & 160. contra Surdum multis rationibus defendit *Tabor. d. Alt. Tant. part. 2. art. 4. n. 6. 7. 8.* Affert idem ex *P. Pithæo* in appendice Notarum ad LL. Moſaic. & Rom. collationem Epitomen (*Tabor* paraphraſin vocat d. l.) hujus conſtitutionis, quam adſcribemus: Imperator Juſtinianus A. Arſilio. Quidam mutuatus ab aliquo d. aureos ſolvit aliquam quantitatem uſurarum; quosdam autem debens cautionem emiſit in d. aureis. Quoniam autem omnis ſolutio ad nongentos quadraginta novem aureos tandem pervenit, & creditor dicebat, totum in uſuris ſolutum fuiſſe, & exigebat ſexcentos, qui

Digitized by Google

CONSTIT. CXXI.

Imperator Juſtinianus Auguſtus (3) *Arſilio Præſidi Tharſi.*

CUm decuriones nobis ſupplicare videamus, & nos illorum miſereat, merito legibus noſtris contrarias artes & per fraudem excogitatas confeſſiones obtinere non concedimus.

CAPUT I.

DOcuerunt enim Euſebius & Aphthonius potentiam noſtram, ſe nepotes Demetrii eſſe ex Palladio Demetrii filio natos: Demetrium vero Artemidoro ex cauſa mutui quingentos aureos debuiſſe, & uſuras ſtipulatum eſſe, ſacramque ſanctionem nuper (4) accepiſſe, quæ voluerit, ſi duplum debiti ſolutum ſit, ut nihil ab iis ſecundum leges noſtras exigatur: Artemidori autem creditoris ſucceſſores, Epimachum & Artemonem, dixiſſe, mentitos illos eſſe in precibus ſuis, nec auxilio noſtro (5) potiri debere: neque enim toto debito ſatisfactum, ſed nongentos ſolum quadraginta novem aureos ſolutos eſſe. Palladium enim, dicunt ſupplices, ipſorum patrem, una cum Paulo & Demetrio patre ejus octingentos ſexaginta ſeptem aureos ſolviſſe: Artemonem vero & Priſcianam Artemidori liberos, & Epimachi atque Artemonis (6) avos dixiſſe, ſe particularem ſolutionem ſorti non imputare, ſed velle ut omnia in uſuras computentur: atque id ipſum ſententiam quoque Præſidis provinciæ dicere, & propterea Palladium pro priore quingentorum aureorum fœneratitia ſyngrapha, alteram ſexcentorum aureorum exigere. Illi autem Palladium diverſis temporibus ſeptua-

cautione continebantur: ait lex: ſi reliquos quinquaginta unum ſolverit, ut debitum duplicetur, nihil aliud exigetur, quamvis veteres dixerint: tum ſupraduplum competere debitum, quando illa ſolutio in medio contingit. Dat. XVIII. Kal. Maj Beliſario V. C. Conſule.

(2) *computentur*] λογίζεσθαι. *Hal.* ἐπιλογίζεσθαι.

(3) *Arſilio*] Ἀρσιλίῳ. Vet. *Baſilic. Hal.* Βασιλείῳ.

(4) *accepiſſe*] προσίεσθαι. *Hal.* προϊέσθαι, *prodiiſſe.*

(5) *potiri*] μὴ δεῖν &c. τυχεῖν. *Hal.* μηδὲν. Vet. *neque noſtro dignandos auxilio.*

(6) *avos*] προγόνους τι. *Hal.* προγόνου, *avi.*

Digitized by Google

ſeptuaginta duos, & Euſebium atque Aphthonium decem aureos ſolviſſe dicunt: ut inde nongentorum quadraginta novem aureorum ſumma conficiatur. Eum vero, qui de controverſia cognoverat, cum non conſideraſſet unam eſſe totius accuſationis cauſam, illos non admiſiſſe, ſed in ſortem ſexcentorum aureorum eos condemnare voluiſſe. Petierunt itaque, ut hac neceſſitate liberentur, & computato toto debito quingentorum aureorum, ſi quinquaginta unum ſolverent, qui mille ſolidorum quantitati deeſſent, a toto debito liberentur, & fœneratitiam ſyngrapham ſexcentorum aureorum (7) recipiant.

CAPUT II.

CUm igitur leges noſtræ nihil ultra duplum ſolvi velint, (8) & in eo ſolum a prioribus differant, quod illæ quidem debita usque ad duplum ſiſtant, ſi nulla ſolutio facta ſit, nos vero admittamus, ut particulares etiam ſolutiones debita ſolvant, (9) quæ usque ad duplum fiunt: ſancimus, (10) ut ſecundum hoc computatio fiat, & ſi illi ſolvant, quantum mille aureis deeſt, fœneratitiam quoque ſexcentorum aureorum ſyngrapham recipiant, ne debitum ex hac cauſa ſæpius exigatur.

EPILOGUS.

MAgnificentia igitur Tua, quæ nobis placuerunt, & ſacra hac pragmatica ſanctione declarata ſunt, effectui dare ſtudeat: tam ea interpretatione ceſſante, (11) quæ contra hæc in ſententiis, quarum ſupplices meminerunt, facta eſt, quam omnibus iis, quæ per obreptionem & ab una parte adverſus legem facta ſunt, vel fient, ceſſantibus.

(7) *recipiant*] ἀναλαβεῖν. Hal. ἀπολαβεῖν. Vid. *cap. 2.*

(8) *& in hoc ſolum*] *Hal. & nos in hoc tantum differentiam habemus cum prioribus.*

(9) *quæ usque*] ἄτερ ἄχει. *Hal.* εἴτε μέχει. Vet. *ſi usque.*

(10) *ut ſecundum*] κατὰ τοῦτον γίνεσθαι &c. Lege cum *Hal.* κατὰ τοῦτο *ſecundum hoc.* Vet. ſecundum hoc.

(11) *quæ contra*] τῶν τι παρὰ ταῦτα γινομένων. *Hal.* περὶ ταύτης. Vet. de hac cauſa.

(12) Divinitas Te ſervet per multos annos frater jucundiſſime (13) Dat. XVII. Kal. Maji Conſtantinop. Beliſ. V. C. Conſ.

TIT. V.

(1) Edictum Pientiſſimi Domini noſtri Juſtiniani.

De conſtitutione artificum.

CONSTIT. CXXII.

PRÆFATIO.

COgnovimus, poſt caſtigationem ſecundum Domini Dei clementiam factam, eos, qui negotiationes & (2) artificia exercent, atque

(12) *divinitas*] deeſt apud Hal. hæc clauſula, quam *Agylæus* dicit omitti hic potuiſſe.

(13) *Dat.*] Julian. *Dat. 18. Kal. Majas C. P. Beliſario V. C. Conſule.*

(1) *Edictum*] duo & vigeſimam (*Novellam*) non inveniri Scrimgerus ait, quare quod ejus argumentum *Ha*loander nobis ponit, eo contenti ſimus, oportet. Sciendum eſt interim, quod Edictum ſexto loco ponitur, id ita cum hoc argumento convenire, ut id ab initio ſub hoc numero in conſtitutionum corpore collocatum fuiſſe, aſſeri poſſit. Quod etiam noſtram opinionem, poſtmodum edicta ex conſtitutionum libro ſelecta fuiſſe, multum confirmarit. *Agylæus.* Inſcribitur de *formula artificum*, quod eum ſenſum habere credimus, quo *lex* indicetur *de artificibus lata.* Nam διατύπωσις & τύπος eſt *diſpoſitio, conſtitutio, lex*, pro quo Vetus ſolet *forma* ponere, vel, ut hic, *formula*; Quaſi dictum ſit, διατύπωσις περὶ τεχνιτῶν. Apud *Hal.* deſunt verba ἣ ἐνομοθέτησεν ἡμῶν δεσπότου Ἰουστινιανοῦ.

(2) *artificia*] τὰς μεθοδείας μετερχόμενοι. Hal. *ludos literarios exercent.* In hac Novella peſſime μεθοδείας quidam interpretantur ludos litterarios, cum eo nomine potius ſignificentur conventiones, ſive conventus hominum & mercatus. *Cuj. Expoſ. h. N.* Putamus. Imperatorem hoc verbo artificia mechanica intelligere. Capite 1. enim dicit ἐργάται καὶ τεχνῖται, ἐξ οἵας δήποτε μεθόδου ἢ ἐμπορίας. Inſcriptio quoque hujus Novellæ eſt de *artificibus.* Πραγματεία quoque h. l. de illis hominibus in genere dicitur, qui aliena negotia curant vel perficiunt accepta mercede, unde & cap. 1. πραγματευταῖς, ἐργάταις, τεχνίταις ἐξ οἵας δήποτε μεθόδου conjunguntur; & mercedem vel pretium præter conſuetudinem accipere prohibentur. Πραγματεύεσθαι *diſponere* in l. 60. §. 4. Mand. Πραγματευτὴν Gothofredus ad *l. 4. C. Th. ad St. Claud. Actorem Procuratorem* dicit.

Digitized by Google

que diverſi generis artifices, agricolas & nautas, cum potius meliores fieri deberent, avaritiæ ſe dedere, & duplicia atque triplicia pretia & mercedes contra veterem conſuetudinem exigere.

CAPUT I.

VIſum igitur nobis eſt ſacro Edicto omnibus avaritiam illam interdicere, neve quis negotiator, aut agricola, aut artifex cujuscunque artis, vel negotiationis, vel agriculturæ, majora impoſtetum, quam pro veteri conſuetudine, pretia aut mercedes exigat. Jubemus vero ut ædificiorum, & colendæ terræ aliorumque operum menſores, nihil amplius operariis imputent, ſed veterem illis conſuetudinem ſervent. Hæc autem eos quoque obſervare jubemus, qui qualiacunque opera locant, vel quædam redimunt. Neque enim illis amplius, quam moribus conſtitutum eſt, ut dare liceat, permittimus. Sciant autem illi, qui quicquam amplius, quam vetus conſuetudo fert, exigunt, quod triplicem quantitatem fiſco inferre cogentur, ſi ultra id, quod ab initio conſtitutum fuerit, eos accepiſſe vel dediſſe appareat.

EPILOGUS.

HÆc vero examinari atque vindicari jubemus, & ab Excellentia Tua, & a glorioſiſſimo felicis hujus urbis Præfecto. Per vos enim ab hujus noſtræ conſtitutionis tranſgreſſoribus multam definitam exigi, illosque pœnis ſubjici volumus: ita ut cohortibus, quæ vobis parent, quinque librarum auri pœna incumbat, ſi quid ex iis, quæ a nobis conſtituta ſunt, neglectum fuerit. Dat. II. Kal. April. Conſtant. Dn. Juſtin. PP. Aug. poſt Beliſ. V. C. Conſ.

TIT. VI.

(1) De diverſis Eccleſiaſticis capitibus.

(1) *De diverſis*] Sic & *Hal.* Vet. *de ſanctiſſimis Epiſcopis & Deo amabilibus & Reverendiſſimis Clericis & Monachis.* Quæ inſcriptio convenit verbis Imperatoris, quibus in præfatione ſummam hujus legis exponit.

CONSTIT. CXXIII.

Idem Imperator (2) *Petro glorioſiſſimo Magiſtro ſacrorum officiorum.*

PRÆFATIO.

DE adminiſtratione & privilegiis aliisque diverſis capitibus, quæ ad ſanctiſſimas Eccleſias aliasque venerabiles domus pertinent, jam quædam diſpoſuimus. In præſentiarum vero ea, quæ de ſanctiſſimis Epiſcopis, & Clericis & Monachis in diverſis conſtitutionibus nuper ſancita ſunt, decente correctione adhibita hac lege comprehendere placuit.

CAPUT I.

De creatione Epiſcoporum.

(3) SAncimus igitur, ut, quoties Epiſcopum creare opus fuerit, (4) Clerici & primores urbis in qua Epiſcopus creandus eſt, de tribus

(2) *Petro*] Fuit Illyrienſis, patria Theſſalonica ex advocatis ordinariis urbis Conſtantinopoleos, imo ſingulari prudentia & manſuetudine & ad perſuadendum comparatus, ut *Procopius ait lib. 1.* d. bell. Goth. & *Caſſiod. lib. 10. Var. Epiſt. 19.* &c. Vid. *Alem. ad Procop. anecd. p. 71.*

(3) *ſancimus*] quæ pro his Haloander habet, pars ſunt Conſtitutionis ſupra centeſimam trigeſimæ ſeptimæ, quæ eadem fruſtatim tota in hanc apud *H*aloandrum tradita eſt, ut ſuis locis indicabimus. Verum quoniam quibusdam locis nonnihil inter ſeſe editiones variant, ac *H*aloander nonnulla ex veteri præſentis conſtitutionis translatione inter vertendum aſſumſit: fruſtra illa hinc exemta, atque ad Scrimgeri editionem reformata ordinatim ſuo loco conſcribi operæ pretium fuerit; quod ſane & facturi ſumus. *Agylæus.*) Initium hujus capitis exſtat apud Haloandrum, ſed ita, ut illi alia multa poſt præfationem præmittantur. Paragraphus vero primus & ſecundus, ut & principium capitis ſequentis aliis verbis, ſed ſenſu fere eodem, ibidem leguntur, ut & in libris βασιλικῶν, cum quibus *H*aloandri textus congruit: niſi quod ea, quæ inter præfationem & cap. 1. inſerta leguntur, in Baſil. non reperiantur.

(4) *Clerici*] *H*æc in Baſilic. & ap. *Hal.* ita leguntur: συνιέναι τοὺς κληρικοὺς καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, ἧς μέλλει ἐπίσκοπος χειροτονεῖσθαι: καὶ προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ἐπὶ τρισὶ προσώποις ψηφίσματα ποιεῖν, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὀμνύναι κατὰ τῶν θείων λογίων, καὶ ἐγγράφειν ἐν αὐτοῖς, ὅτι &c. *Conveniant Clerici & primates civitatis, cui Epiſcopus ordinandus eſt; ac propoſitis ſanctis Evangeliis in tribus perſonis decreta faciant, & quisque eo-*

bus perſonis periculo animarum ſuarum (5) decreta faciant, & unusquiſque eorum per ſacra Evangelia juret, atque in ipſis ſcribat, dicentes in ipſis decretis, nec per largitionem, nec promiſſionem (6) aut amicitiam aut aliam quamcunque (7) cauſam, eos elegiſſe, ſed quod ſciant eos rectæ & Catholicæ fidei atque honeſtæ vitæ eſſe (8) & triginta annos excedere, (9) literasque ſcire: (10) & quod neque uxorem neque liberos, (11) quenquam ex illis habere, neque concubinam aut liberos naturales eos habuiſſe aut habere ſciant: ſed & ſi quis ex illis uxorem antea habuerit, eam tamen ſolam (12) & primam, nec viduam, nec a viro ſeparatam, nec legibus, nec ſacris Canonibus (13) prohibitam

rum juret per ſacra eloquia, idque in ipſis decretis inſcribant, quod neque &c. In *Vet. verſ.* deeſt τὸ ὀμνύτωσαν, ſed legitur ὑπομνήμασιν &c. *Propoſitis eis ſacroſanctis Evangeliis.* Quod ſequitur: κινδύνῳ τῶν ἰδίων ψυχῶν deeſt ap. *Hal.* ſed in *Veteri verſ.* extat.

(5) *decreta*] Vid. *Ant. Aug.* verb. *decreta facere.*

(6) *aut amicit.*] Additur in Βασιλ. ἢ χάριν. *aut gratiam.*

(7) *cauſam*] αἰτίαν. Βασιλ. προσπάθειαν, *affectum.*

(8) *& ultra triginta eſſe annos*] Paulo poſt habetur triginta quinque annorum creandum Epiſcopum eſſe oportere, quare quod Scrimgerus hoc loco de triginta annis habet, vitium eſt. *AGYLÆUS.* Libri *Baſil.* habent *30. annos.* Jul. *triginta quinque.* *Vet.* autem *Int.* non legit illa: An vero verba iſta non ſint præter mentem Imperat. inſerta merito quæri poteſt. Putem affirmandum eſſe. Quia in §. *1. ſeqq.* expreſſe dicitur *decreto inſerendum quoque eſſe, quod is qui & igitur, non minus 35. annis habet.* Sine cauſa vero id diceretur, ſi in decreto verba a nobis citata, jam extarent. Hoc tamen nomine vitioſa illa eſſe non credimus, quod de 30. ſolum annis loquantur. Dicunt enim Epiſcopum *ultra 30. annos* eſſe oportere. Quod in *Vet. verſ.* non legantur, ſuſpicionem facit non eſſe ea Imperatoris. Multa enim hujus Nov. mutata leguntur in Baſilicis. Sic & inſcriptio cap. 4. Novella 18. in textum irrepſit a Contio ſublata.

(9) *literaſque ſcire*] καὶ γράμματα εἰδέναι. Deeſt in Baſil. & Hal.

(10) *& quod nec*] Hæc ita leguntur in Βασιλ. καὶ ὅτι οὔτε γαμετὴν ἔχειν ἢ παλλακὴν ἢ παῖδας, φυσικοὺς γινώσκουσιν αὐτοὺς ἐσχηκέναι ἢ ἔχειν: *Et quod neque uxorem, neque concubinam, aut liberos naturales noverint eos habuiſſe aut habere.*

(11) *quemquam*] τὶς ἐξ αὐτῶν ἔχει. Hal. ἐπεὶ τινὰ ἐξ αὐτῶν ἔχειν.

(12) *& primam*] καὶ πρώτην. Deeſt in Baſil. & Hal.

(13) *prohibitam*] Julian. addit, id eſt *ſcenicam.* Vid. *Ant. Aug.* verb. Scenici. Sequitur. βουλευτὴν, pro quo *Hal.* πολιτευόμενον.

hibitam habuiſſe. Inſuper quod nec curialem, nec (14) cohortalem (15) eum eſſe ſciant: vel ſi curiali aut cohortali conditioni ſubjectus fuerit, eum in monaſterio non minus quindecim annis vitam monaſticam vixiſſe cognitum habeant.

§. 1. Hoc quoque decretis inſeri oportet, quod perſonam ab illis electam non pauciores quam triginta annos habere ſciant, ut ex tribus perſonis, de quibus decreta illa facta ſunt, melior creetur, electione & judicio ejus, qui eos creat. Curialis vero, vel cohortalis, qui, ut dictum eſt, quindecim annos in Monaſterio vixit, & ad Epiſcopatum promotus eſt, a conditione ſua liber ſit: ita tamen, ut liberatus a Curia quartam partem ſubſtantiæ ſuæ ſibi retineat: reliquis ejus rebus ſecundum legem noſtram Curiæ & fiſco vindicandis.

§. 2. Illis autem, qui decreta faciunt, facultatem concedimus, ſi quempiam Laicorum præter curialem & officialem prædicta electione dignum putent, ut eum cum aliis duobus Clericis aut Monachis eligant: ita tamen, ut Laicus, qui hoc modo ad Epiſcopatum electus eſt, non ſtatim Epiſcopus creetur, ſed prius in Clericis non minus tribus menſibus numeretur, atque ita ſacros Canones, & ſacrum Eccleſiæ miniſterium edoctus, Epiſcopus creetur. Qui enim alios docere debet, ab aliis poſt creationem doceri non debet. Si forte in quibusdam locis non inveniantur tres perſonæ ad ejusmodi electionem idoneæ, liceat illis, qui decreta faciunt, de duabus, vel etiam una perſona decreta facere, quæ tamen omnia a nobis dicta teſtimonia habeat. Si illi, qui Epiſcopum eligere debent, intra ſex menſes decreta illa non fecerint, tunc is, qui creandi jus habet, periculo animæ ſuæ Epiſcopum creet, omnibus reliquis, quæ diximus, obſervandis. Si quis contra dictam obſervationem Epiſcopus creetur, illum omni modo Epiſcopatu ejici jubemus: quin & is, qui adverſus hæc creare auſus fuerit, per unum annum a ſacro miniſterio ſeparetur, omnisque ſubſtantia ejus, quæ quocunque tempore aut modo in dominium ejus pervenit, pro-

(14) *cohortalem*] Julian. *taxeotam* & mox, *taxeotica conditioni ſuppoſitus*. Vid. *Ant. Aug.* verb. *Taxeota* & *Taxeoticus*.

(15) *eum eſſe ſciant*] Baſil. & Hal. *πρὸ τῶν ψηφιζομένων εἶναι γινώσκειν*. Poſt hæc verba omnia hujus capitis in *Baſil.* mutata, & eodem modo apud *Hal.* quoque.

Digitized by Google

propter delictum, quod commiſit, dominio Eccleſiæ, cujus Epiſcopus eſt, vindicetur.

CAPUT II.

De accuſatoribus Epiſcoporum.

(16) SI quis Epiſcopum ad creationem electum, ex quacunque cauſa accuſaverit, quæ ſecundum leges vel canones electionem ejus impedire poſſit, differatur ejus creatio, & prius cauſam contra eum propoſitam (ſive præſens ſit accuſator, & cauſam a ſe propoſitam perſequatur, ſive per tres menſes accuſationem ſuam peragere differat) is, a quo Epiſcopus creandus eſt, diligenter examinet. Et ſi quidem eum reum invenerit, prohibeatur creatio. Sin autem inſons reperiatur, creatio quidem non impediatur, accuſator vero, ſive non probaverit, ſive etiam deſeruerit inſtitutam a ſe accuſationem, ex provincia, in qua habitat, ejiciatur. At ſi quis ante examinationem accuſatum creaverit, creatus quidem a ſacerdotio expellatur: is autem, qui eum creare auſus fuit, prædictæ pœnæ, annali ſcilicet prohibitioni ſacri miniſterii, & ut omnes ejus res Eccleſiæ vindicentur, ſubjaceat.

§. 1. Ante omnia vero ut illud obſervetur, ſancimus, ne quis auro, vel aliis rebus datis Epiſcopus creetur. Quod ſi in eo peccetur, tam dantes, quam accipientes, eorumque proxenetæ ſecundum ſacras ſcripturas, ſacroſque canones ſe ipſos condemnationi ſubjiciunt, & propterea tam ille, qui dat, quam qui accipit, & qui proxeneta factus eſt, a ſacerdotio vel honore cleri removeatur. Quod vero hanc ob cauſam datum eſt, illi Eccleſiæ vindicetur, cujus ſacerdotium emere voluit. Si Laicus ſit, qui ob illam cauſam quid accipit, vel proxeneta in illo negotio factus eſt, duplum rei datæ ab eo exigi jubemus, Eccleſiæ vindicandum. Non ſolum autem quæ hoc modo data ſunt, vindicare præcipimus, ſed omnem etiam cautionem pro eo quocunque modo expoſitam, & pignorum aut fidejuſſoris obligationem omnemque aliam quamcunque actionem ceſſare, ſancimus: & præterea is, qui

Kkkkk pro-

(16) *ſi vero*] Principium hujus capitis apud *Hal.* exſtat aliis verbis, ſed ſenſu non diverſo, ut & in *Baſil.*

Digitized by Google

promiſſionem accipit, non ſolum confeſſionem reddat, ſed & alterum tantum ejus, quod confeſſio continet, ab eo exigatur atque Eccleſiæ detur.

CAPUT III.

Si quis Epiſcopus, ante (17) vel poſtquam creetur, res ſuas Eccleſiæ offerre voluerit, & quid pro Cathedratico dandum ſit.

SI quis tamen ex Epiſcopis, ſive ante creationem ſuam, ſive (18) poſt creationem, res ſuas, vel partem illarum Eccleſiæ, cujus Sacerdotium ſuſcepit, offerre velit, non ſolum id non prohibemus, eumque ab omni condemnatione & pœna hujus legis liberum eſſe ſancimus, ſed etiam omni laude dignum judicamus: quoniam id non emtio, ſed oblatio eſt. (19) Pro conſuetudinibus autem illa ſolum ab his, qui (20) Epiſcopi creandi ſunt, præſtari permittimus, quæ huic legi inſerta ſunt. Jubemus igitur, ut beatiſſimi Archiepiſcopi & Patriarchæ, hoc eſt, antiquæ Romæ, & Conſtantinopoleos, & Alexandriæ, & Theopoleos & Hieroſolymarum, ſiquidem conſuetudo eſt, ut Epiſcopis aut Clericis in illorum creatione minus quam viginti auri libræ dentur: (21) ea ſolum præbeantur, quæ conſuetudo agnoſcit. Si vero ante hanc legem plus datum fuit, nihil præter viginti illas auri libras detur. Metropolitani autem, qui a propria Synodo, vel beatiſſimis Patriarchis creantur, & reliqui omnes Epiſcopi, qui vel a Patriarchis vel Metropolitanis creantur, ſi quidem Eccleſia ejus, qui creatur, non minorem triginta auri libris reditum habeat, pro inthroniſticis centum aureos dent: Notariis vero creantis, cœteriſque, qui illi miniſtrant, & ex more accipiunt, trecentos aureos. Si reditus Eccleſiæ minus quidem quam triginta auri libras, non minus autem quam decem, per annum ferunt, (22) pro inthroniſticis centum aurei, reliquis vero omnibus, qui

(17) *vel poſtea*] εἰ μετὰ. Lege ἢ μετὰ.

(18) *poſt creat.*] μετὰ τὴν χειροτονίαν. Βασιλ. κατὰ τὴν χειρ.

(19) *pro conſuet.*] ὑπὲρ συνηθειῶν. *Hal.* περὶ &c.

(20) *Epiſcopi*] vid. Herald.

(21) *ea ſolum*] ταῦτα μόνα παρέχειν &c. Hal. καὶ ταῦτα &c. Illud καὶ ad ſenſum non requiritur.

(22) *pro in thron.*) Hal. ὑπὲρ μὲν ἐνθρο-

Digitized by Google

qui ex conſuetudine accipiunt, aurei 200 dentur. Si reditus Eccleſiæ minores quidem decem, non minores vero quinque auri libris ſint, pro inthroniſticis quinquaginta aurei, reliquis vero omnibus, qui ex more capiunt, aurei (23) ducenti dentur. Si minorem quidem quinque, non minorem autem tribus auri libris reditum Eccleſiæ habeat, præbeantur pro inthroniſticis aurei octodecim, omnibus vero reliquis ex more capientibus, ſolidi viginti quatuor. Si quantitas redituum Eccleſiæ minor tribus, non minor vero duabus auri libris reperiatur, pro inthroniſticis aurei duodecim, pro omni vero reliqua conſuetudine ſex aurei dentur. Epiſcopum enim Eccleſiæ, quæ reditum duabus libris auri minorem habet, nec pro inthroniſticis, nec pro alia quacunque conſuetudine quid dare permittimus. Hæc autem quæ præberi ſancivimus, primus Presbyter creantis Epiſcopi, & Archidiaconus accipiant, illisque, qui ex more accipiunt, diſtribuant. Hæc igitur omnibus modis obſervari jubemus, ne per ejuſmodi occaſiones Eccleſiæ debitis graventur, & ſacerdotia venalia fiant. Si quis vero ultra definitam a nobis quantitatem pro inthroniſticis vel conſuetudinibus quocunque modo quid accipere audeat, jubemus, ut ſi plus acceperit, triplum ex rebus ejus Eccleſiæ illius, qui dedit, vindicetur. Et hæc quidem de Epiſcoporum creatione dicta ſint.

CAPUT IV.

Ut Epiſcopus a ſervili & adſcriptitia fortuna liberetur.

POſt creationem autem, a ſervili & adſcriptitia fortuna Epiſcopos liberos eſſe volumus: niſi (24) curialis vel cohortalis præter dictam

νικαϊκῶν διδόναι νομ. σ'. *pro enthroniaſticis quidem ſol. 200.* ſequentia vero, *aliis autem omnibus qui pro more capiunt, 200.* ibidem deſiderantur. Priores numeri notæ 200. haud dubio in 100. vertendæ ſunt; An vero in aliis etiam notis mutari quicquam debeat, haud ita ſtatui poteſt. *AGYLÆUS.* Julianus *pro cathedratico habet*, de quo verbo vid. *Gloſſ. Julian.* & Ant. Aug. Enthroniſticæ litteræ ἐνθρονιστικὰ γράμματα ſunt epiſtolæ, quas in Enthroniſmo, id eſt, exordio Epiſcopatus ſui ad ſe mutuo miſſitabant Patriarchæ. *VALES. ad Evagr. Hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 4.*

(23) *ducenti*] νομ. σ'. Hal. ν'. ſol. 75.

(24) *curialis*) βουλευτὴς. deeſt in *Baſil.* ut & paulo poſt τὸ βουλ.

ctam obſervationem creetur. Eos enim ab Epiſcopatu remotos curiæ (25) vel cohorti reſtitui jubemus, ne ex tali conditione contumelia ſacerdotio oriatur. Illos vero, qui ante hanc noſtram legem ex curiali conditione Epiſcopi electi inveniuntur, ab hac quidem conditione liberos eſſe, legitimam vero partem, (26) hoc eſt dodrantem, ex rebus ſuis curiæ & fiſco dare volumus: ita tamen, ut nullam diminutionem jura Eccleſiaſtica in iis rebus ſuſtineant, quas poſt Epiſcopatum acquiſitas ad Eccleſiam eorum pertinere volumus. Quod ſi Epiſcopum electum ſub patris ſui poteſtate eſſe contingat, ex ipſa electione ſui juris ſit.

CAPUT V.

De Presbyteris, Diaconis & ſubdiaconis cognationis jure ad tutelam vel curam vocandis.

EPiſcopos autem Dei amantiſſimos, & Monachos ex nulla lege tutores vel curatores cujuscunque perſonæ fieri permittimus. Presbyteros vero, & Diaconos & ſubdiaconos jure & lege cognationis ad tutelam vel curam vocatos, id munus ſuſcipere permittimus: modo intra quatuor menſes, ab eo tempore, ex quo vocati ſunt, numerandos, apud competentem judicem ſcriptis declarent, ſe tale munus propria voluntate ſuſcepiſſe. Et ſi quis eorum forte id fecerit, nullum ea de cauſa præjudicium, quantum ad aliam tutelam, vel curam patiatur.

CAPUT VI.

Ut Clerici a perſonalibus muneribus & negotiis ſecularibus abſtineant.

SEd nec ſuſceptorem, vel exactorem fiſcalium functionum, vel conductorem vectigalium, aut alienarum poſſeſſionum, vel curatorem domus, vel adminiſtratorem, vel procuratotem litis, vel fidejuſſorem pro illis cauſis, Epiſcopum, vel Oeconomum, vel alium cujuſcunque gradus Clericum, vel Monachum proprio, vel Eccleſiæ, vel Monaſterii

(25) *Vel cohorti)* ἤτοι τῇ τάξει. Leg. ἢ τῇ τάξει. cum Hal.

(26) *hoc eſt)* deſunt hæc in edit. Hal. Notam, quæ in græco textu habetur ϑγʹ *dodrantem* notare docet *Agyl.*

ſterii nomine fieri permittimus: ne per hanc occaſionem, & ſacris domibus damnum inferatur, & ſacra miniſteria impediantur. Attamen ſi poſſeſſiones quædam Eccleſiis vel Monaſteriis adjacentes reperiantur, velintque earundem venerabilium domuum adminiſtratores in locationem, vel emphyteuſin illas accipere, tunc ſi omnes Clerici & Monachi de illis cauſis vel in ipſo inſtrumento, vel apud acta conſentiant, atque declarent ad utilitatem venerabilium locorum hoc factum eſſe, locationem & emphyteuſin illam procedere permittimus. Sed & ipſis ſanctiſſimis Eccleſiis, cœteriſque venerabilibus domibus facultatem concedimus inter ſe locationes, & emphyteuſes celebrandi. Clericis ſimiliter, ut Eccleſiarum ſuarum poſſeſſiones conducant & adminiſtrent, (volente tamen Epiſcopo & Oeconomo) permittimus: exceptis perſonis, quas alia lege hoc facere prohibuimus. Si quis contra ea, quæ dicta ſunt, aliquid fecerit, ſiquidem Epiſcopus ſit, omnes ejus res, quæ ex quacunque cauſa vel perſona, ſive ante Epiſcopatum, ſive poſtea, ad eum pervenerunt, Eccleſiæ ejus vindicari jubemus. Si vero Oeconomi, vel alii Clerici ſint, qui id committunt, pecuniaria pœna, quam Epiſcopus eorum probaverit, ab iis exigatur, Eccleſiæ vindicanda: cum etiam illi, qui locationem vectigalium, vel cujuſcunque poſſeſſionis, vel publicorum tributorum (27) receptionem, vel exactionem, vel curam domus illis credunt, vel pro dictis cauſis illos fidejuſſores accipiunt, nullam contra Eccleſiam, vel Monaſterium, vel res ejus, vel adminiſtratores, vel eas perſonas, (28) quibus crediderunt, vel contra facultates, aut fidejuſſores eorum actionem habeant. Illi autem qui publicarum contributionum aut tributorum receptionem, vel locationem, vel exactionem dictis perſonis crediderunt, vel fidejuſſores acceperunt, ſi quod damnum publico contingat, hoc ex propriis bonis reſarcire compellentur.

(27) *receptionem*) Julian. *exceptionem*, de quo verbo vid. Ant. Aug.

(28) *quibus crediderunt*] οἷς πιστεύουσιν. Hal. οἷς ἐπιστεύσαμεν, Recte.

CAPUT VII.

Ne Epiſcopus, ad teſtimonium dicendum, cogatur.

NEmini vero Magiſtratuum licebit Deo amantiſſimos Epiſcopos cogere, ut in judicio ad teſtimonium dicendum, compareant: ſed judex ad eos mittat aliquos ex perſonis, quæ ei miniſtrant, ut propoſitis ſacris Evangeliis, prout ſacerdotes decet, loquantur quæ ſciunt.

CAPUT VIII.

Ne Epiſcopus invitus ob quamcunque cauſam ad Magiſtratum civilem trahatur.

SEd nec ob pecuniariam vel criminalem quandam cauſam Epiſcopum invitum ad civilem vel militarem Magiſtratum perducere, aut ſiſti, ſine Imperiali juſſione permittimus: ſed Magiſtratum, qui illud ſive ſcripto ſive ſine ſcripto præcipere auſus fuerit, cingulo privatus, viginti librarum auri pœnam (29) ſolvere jubemus, quæ Eccleſiæ detur, cujus Epiſcopus (30) produci vel ſiſti juſſus eſt: ſimiliterque executor cingulo privatus tormentis etiam ſubjiciatur, & in exilium mittatur.

CAPUT IX.

Ne Epiſcopi Eccleſias ſuas relinquant.

INterdicimus autem Dei amantiſſimis Epiſcopis, ne proprias Eccleſias relinquant, & in alias provincias proficiſcantur. Si vero neceſſitas quædam id faciendi inciderit, non aliter quam cum literis beatiſſimi illorum Patriarchæ, vel Metropolitani, vel Imperiali juſſione hoc faciant: ita tamen, ut nec illis Epiſcopis, qui ſub beatiſſimo Archiepiſcopo Conſtantinopolitano & Patriarcha conſtituti ſunt, ſine permiſſione ejus vel noſtra juſſione in regiam urbem venire liceat. Quod ſi hoc modo Epiſcopus cujuſcunque loci profectus fuerit, non amplius quam per annum Eccleſiam ſuam relinquat. Epiſcopi vero, qui ad Regiam

(29) *ſolvere*] *καταβαλεῖν κελεύομεν τῇ ἐκκλησίᾳ. Hal. ὑποβαλεῖν τῇ ἐκκλησίᾳ.*

(30) *produci &c.*] *διαχθῆναι ἢ παραστῆναι προσταχθῇ.* Hal. *ἀχθῆ ἢ παρεστῆναι perductus aut ſiſti juſſus eſt.*

Digitized by Google

Regiam urbem, ut dictum eſt, adveniunt, cujuſcunque ſint Dioceſeos, ante omnia beatiſſimum Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum & Patriarcham adeant, atque ita per eum ad Serenitatem noſtram ingrediantur. Illis autem, qui contra hanc noſtram diſpoſitionem vel proficiſcuntur, vel ſupra definitum anni tempus extra Eccleſiam ſuam commorantur, (31) primum expenſæ ab Oeconomis Eccleſiæ ſuæ non præbeantur, deinde per literas Sacerdotum, quibus ſubſunt, admoneantur, ut ad Eccleſias ſuas redeant. Qui vero reverti differunt, ſecundum ſacros canones vocentur. Et niſi intra tempus a ſacerdotibus definitum ad Eccleſias ſuas revertantur, ipſi quidem Epiſcopatu dejiciantur, alii autem meliores ipſorum loco ſecundum tenorem hujus legis creentur. Atque id ipſum etiam in Clericis obtineat, cujuſcunque ſint gradus aut miniſterii.

CAPUT X.

Ut Archiepiſcopi & Patriarcha ſemel aut bis per annum Synodos celebrent.

(32) VT autem omnis Eccleſiaſticus ſtatus, ſacriſque canones diligenter cuſtodiantur, jubemus ut unuſquiſque beatiſſimus Archiepiſcopus & Patriarcha & Metropolitanus ſanctiſſimos Epiſcopos, qui illi ſubſunt, in eadem provincia ſemel aut bis quotannis ad ſe vocet, omneſque cauſas, quas Epiſcopi aut Clerici, aut Monachi inter ſe habent, accurate examinet, & de iis ſecundum Eccleſiaſticos Canones diſponat, ac præterea, ſi quid in Canones a quacunque perſona peccatum eſt, emendet. Interdicimus autem ſanctiſſimis Epiſcopis & Presbyteris & Diaconis & Subdiaconis & Lectoribus, & cuivis alii in quocunque venerando collegio vel ſchemate conſtituto, ne (33) ad tabulas

(31) *primum*] πρῶτον μὲν, additur in Βασιλ. κελεύομεν.

(32) *Ut autem*] Initium hujus capitis uſque ad verb. Interdicimus vero, non legitur apud Haloandrum, qui tamen alia multa hic interſerit, quæ ad conſtitutionem 137. pertinent. *AGYLÆUS.*

(33) *ad tabulas*] ταβλίζειν. Vet. *ad tabulas ludere.* Julian *tablizare.* Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *tablizare* & Ant. Aug. verb. *Tablejare* Ταβλίζειν eſt alea ludere ut lib. 6. Baſil. tit. de Aleatoribus. Aleatorum ſuſceptor eſt ταβλοδόχος. Moſchopulus περὶ σχεδῶν. κύβοι τὰ ἰσχύματα ἰσῶ.

bulas ludat, vel eorum, qui ita ludunt, (34) ſocius vel ſpectator ſit, vel ad quodcunque ſpectaculum ſpectandi gratia veniat. Si quis vero ex illis hoc committat, jubemus, ut ille per tres annos omni venerabili miniſterio prohibeatur & in monaſterium conjiciatur. Quod ſi medio tempore dignam peccato ſuo pœnitentiam oſtenderit, liceat Sacerdoti, ſub quo conſtitutus eſt, tempus minuere, eumque miniſterio ſuo reſtituere. Atque ſciant Sanctiſſimi Epiſcopi, qui hæc vindicare debent, (35) ſi tale quid cognoverint, & non vindicaverint, ſe rationem Deo hac de cauſa reddituros eſſe. Nullus vero Epiſcopus invitus cogatur quemcunque Clericum ſub ſe conſtitutum a Clero ſuo dimittere.

CAPUT XI.

Ne quis ante cauſæ exitum excommunicetur.

OMnibus vero Epiſcopis & Presbyteris interdicimus, ne quempiam a ſacra communione ſeparent, antequam cauſa indicetur, propter quam Eccleſiaſtici canones hoc fieri jubent. Si quis autem adverſus hæc a ſancta communione aliquem ſeparaverit, ille quidem, qui injuſte a communione ſeparatus eſt, ſublata ſeparatione a majore ſacerdote ad ſacram communionem admittatur: is vero, qui injuſte a ſacra communione aliquam ſeparare auſus fuerit, omni modo a Sacerdote, ſub quo conſtitutus eſt, a communione ſeparabitur, quamdiu illi placuerit, ut quod injuſte fecit, juſte patiatur. Sed nec manibus ſuis aliquem percutere Epiſcopo licet: hoc enim a Sacerdotibus alienum eſt. (36) Si quis vero Epiſcopus ſecundum Eccleſiaſticos canones Sacerdotio dejectus, civitatem, ex qua pulſus eſt, ingredi, vel locum, in quo degere juſſus eſt, relinquere audeat: jubemus hunc Monaſterio in alia provincia ſito tradi, ut quæ in Sacerdotio deliquit, in Monaſterio degens emendet.

CA-

οἷα χρῶνται ταβλίζοντες. Sudas ἀβίττα τὰ βόλια ἐν οἷς ταβλίζουσι. *Cujac. in Expoſ. h. Nov.*

(34) *ſocius vel*] κοινωνὸς ἢ θεωρητὰς γίνεσθαι. Baſil. κοινωνίας ἢ θεωρίας χάριν παραγίνεσθαι.

(35) *quod ſi*] ὡς εἴ τι τοιοῦτο &c. deeſt hoc comma in Baſil.

(36) *Si vero*] quæ ſequuntur, ad finem capitis tranſpoſita ſunt in Baſil.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Quales eſſe debeant, qui Clerici fiunt.

CLericos autem non aliter creari permittimus, quam ſi literas ſciant, & rectam fidem, atque honeſtam vitam agant, & neque concubinam, neque (37) naturales liberos habuerint, aut habeant: ſed qui vel caſte vivant, vel legitimam uxorem, eamque unam & primam (38) habuerunt, neque viduam (39) neque a viro ſeparatam, neque aliter legibus vel etiam ſacris canonibus prohibitam.

CAPUT XIII.

De ætate Presbyterorum & reliquorum Clericorum.

PResbyterum vero minorem (40) triginta annis fieri non permittimus: ſed nec Diaconum, vel Subdiaconum minorem viginti quinque, nec Lectorem (41) octodecim annis minorem. Diaconiſſa autem

(37) *naturales*] φυσικούς. Βασιλ. φύσει.

(38) *habuerunt*] ἐσχηκότας. addit *Hal.* ἢ ἔχοντας aut habent.

(39) *neque a viro*] μηδὲ διαζευχθεῖσαν. Βασιλ. μηδὲ χῆραν διαζευχθεῖσαν.

(40) *triginta*] Hal. & Vet. Int. *triginta quinque*, quam lectionem ſuſtinendam putat *Agylæus*. An recte dubitamus. Cum Epiſcopo annos 35. præfiniverit, Presbytero pauciores eum ſtatuiſſe probabile eſt.

(41) *octodecim*] τῶν ὀκτὼ καὶ δέκα ἐνιαυτῶν. Octo non octodecim annos Juſtinianum ſcripſiſſe, ſicque ex hac Novella lectorem natum annos octo ordinari potuiſſe probat *Sam. Petit. Obſerv. lib. 3. c. 6.* ex Balſamone ad Phot. Nomoc. qui eo loco, ubi docet in Nov. hac 123. ut in libris βασιλικῶν exſtat, in lectore annos 18. requiri, monet: Novellam Juſtiniani εἰς πλάτος εὑρισκομένην dicere, ut quis anno 8. lector fiat, & Epiſcopus anno ætatis 35. ſed in repurgatione librorum Baſilicorum, quam Imp. Conſtantinus Porphyrog. fecit, tempus Epiſcopi plane omiſſum; tempus vero lectoris auctum, & pro octo, octodecim annos, poſitos eſſe. Verba ipſa Balſamonis apponamus: πάλιν γίνωσκε, ὅτι ἡ μὲν Νεαρὰ Ἰουστινιανοῦ εἰς πλάτος εὑρισκομένη, λέγει γίνεσθαι Ἀναγνώστην τὸν ὄντα χρόνων. Η. καὶ Ἐπίσκοπον τὸν ὄντα χρόνων λε. Ἐν δὲ τῇ ἀνακαθάρσει ὁ μὲν χρόνος τοῦ Ἐπισκόπου παρελείφθη τελείως, ὁ δὲ χρόνος τοῦ Ἐπισκόπου ἐπλεόνασεν· ἀντὶ γὰρ η. χρόνων ιη. χρόνων εἶναι φησὶ τὸν ἀναγνώστην. Eoſdem annos refert & legit in hac Novella Euſtathius περὶ χειροτονικῶν διαστημάτων Tit. περὶ η. χρόνων. Ὁ Ἀναγνώστης ἐλάττων ἂν τῶν η. χρόνων οὐ χειροτονεῖται: ὡς Νεαρὰ ρκγ. &c. Legit & 8. annos in hac Novella *Photius in Nomocan.* ut idem *Petitus* probat, quem vide

tem in ſancta Eccleſia non creetur, quæ minor ſit quadraginta annis, vel ad ſecundas nuptias venit.

CAPUT XIV.

De Uxoribus Clericorum.

VErum ſi tempore creationis Clerici, cujuſcunque collegii aut gradus, accuſator apparuerit, qui eum creatione indignum eſſe dicat, differatur creatio, omniaque procedant (tam quod ad examinationem, quam quod ad multas attinet) quæ ſupra in Epiſcoporum creationibus ſancivimus. Quod ſi is, qui Diaconus ordinandus eſt, uxorem (ut ſupra dictum eſt) ſibi junctam non habeat, non aliter creetur, quam ſi prius ab eo, qui eum creat, interrogatus (42) promittat, ſe poſt creationem etiam ſine legitima uxore honeſte vivere poſſe. Neque is, qui creat, tempore creationis Diacono permittere poterit, ut poſt creationem uxorem ducat. Si vero hoc fiat, Epiſcopus, qui id permiſit, Epiſcopatu dejiciatur. Quod ſi poſt creationem Presbyter, aut Diaconus, aut Subdiaconus uxorem ducat, Clero ejiciatur & Curiæ (43) atque cohorti civitatis illius (44) in qua Clericus erat, cum rebus ſuis tradatur. Si vero Lector ſecundam uxorem ducat, vel primam quidem, ſed viduam, vel ſeparatam a viro, vel legibus aut ſacris canonibus prohibitam: nequaquam ad alium Eccleſiaſticum gradum evehatur. Si vero quocunque modo ad majorem ordinem promoveatur, expellatur eo, & priori reſtituatur.

CAPUT XV.

Quibus caſibus Curiales Clerici fieri poſſint.

SEd nec Curiales, nec cohortales Clerici fiant, ne exinde venerabili loco, (45) aut Clero injuria fiat. Si vero perſonæ illæ in Clerum aſſu-

His autem quartum ſubjicimus teſtem, *Julianum Antecesſ* qui & ipſe in *Epitome* ſua cap. 19. legit 8 annos. *Vet. Interpr.* habet *decem & octo.*

(42) *promittat*] ἐπαγγειλάντω. *Hal.* ἐπαγγέλλεται.

(43) *atque cohorti*] καὶ τάξει. deſunt in Hal. editione.

(44) *in qua*] ἐν ᾗ κληρικὸς ἦν μετὰ τῶν ἰδίων πραγμάτων. deſunt in Baſil.

(45) *aut clero*] Deſunt hæc verba in *Baſil.* & *edit. Hal.* Vet. Interpr. illa

aſſumantur, tanquam non facta creatione, fortunæ ſuæ reſtituantur: niſi forte quis ex illis vitam Monachicam non minus quindecim annis vixerit. Tales enim ordinari jubemus: legitima ſcilicet parte a Curiali Curiæ & fiſco danda. (46) Sed & in Clerum aſſumti decentem Monacho vitam agant. Si quis enim ex illis poſt honorem Clericatus uxorem ducat, vel concubinam habeat, Curiæ, aut cohorti, aut fortunæ, cui ſubjacet, reddatur: etiamſi maxime in talem Eccleſiaſticum gradum aſſumtus ſit, in quo quis conſtitutus a ſacris canonibus & legibus (47) non prohibetur uxorem accipere. Hæc ipſa autem in reliquis etiam omnibus Monachis obtinere ſancimus, qui a Monaſteriis ad quemcunque Eccleſiaſticum ordinem tranſlati ſunt, licet nulli fortunæ ſubjecti fuerint. Et generaliter ſancimus, ut nemini in quocunque Eccleſiaſtico gradu conſtituto ab eo diſcedere & Laicum fieri liceat: ſciantque illi, qui hoc faciunt, quod cingulo vel dignitate vel militia, quam forte habent, privandi, (48) & curiali fortunæ, civitatiſque ſuæ cohorti tradendi ſint. Qui vero ante hanc noſtram legem ex curiali conditione Clerici creati ſunt, per ſubſtitutas perſonas pecuniaria munera impleant, a corporalibus autem immunes ſerventur.

CAPUT XVI.

Ut gratis fiant creationes.

SEd neque Clericum, cujuſcunque gradus ſit, illi, a quo creatur, vel alii cuicunque quid dare permittimus: ſed illis (49) conſuetudines ſolum præbeat, qui creanti miniſterium præſtant & pro more accipiunt, unius anni (50) emolumenta non excedentes. In ſanctiſſima vero Eccleſia, in qua conſtituitur, ſacrum miniſterium obeat, nihil-

agnoſcit, apud quem tamen legitur, *venerabili clero.*

(46) *Sed & qui*] Sic & *Hal.* Vet. *ſi in Clero conſtituti monacho condecentem vitam impleverint, ſi vero* &c.

(47) *non prohibetur*] οὐ κωλύεται. Hal. οὐ κωλύονται.

(48) *& curiali*] καὶ τῇ βουλευτικῇ τύχῃ. Non leguntur hæc verba apud Hal.

(49) *Conſuetudines*] vide de hoc verbo Act. vid. Gloſſ. *Philox.* verb. *ſalarium.*

(50) *emolumenta*] Julian. *diaria.* de quo vid. *Gloſſ. & Ant. Aug.*

que plane Clericis ſuis (51) pro inſinuatione ſua det, neque propter hanc cauſam emolumentis ſuis, vel aliis (52) portionibus privetur. Sed nec Xenodochus aut Ptochotrophus, aut (53) Noſocomus, vel alterius cujuſcunque venerabilis domus Adminiſtrator, vel qualemcunque eccleſiaſticam curam gerens, illi, a quo conſtituitur, vel alii cuicunque perſonæ pro commiſſa ſibi adminiſtratione quid det. Qui vero contra hæc, quæ diſpoſuimus, aliquid dat vel accipit, vel proxeneta factus eſt, ſacerdotio, ſeu clero, vel commiſſa ſibi quacunque adminiſtratione privabitur & quæ data ſunt, venerabili domui vindicentur, in qua creationem, vel curam, vel adminiſtrationem perſona illa ſuſcepit. Si Laicus ſit ille, qui accepit, vel proxeneta factus eſt, duplum ejus, quod datum eſt, exigetur, & venerabili loco (54). in quo perſona illa adminiſtrationem, vel creationem vel curam ſuſcepit, præbeatur. Si quis cujuſcunque gradus Clericus, aut cujuſcunque venerabilis domus adminiſtrator, vel ante creationem, (55) aut commiſſam illi quamcunque adminiſtrationem, aut curam, vel poſtea, ex rebus ſuis Eccleſiæ, in qua creatur, vel loco, cujus adminiſtrationem, aut curam ſuſcipit, quid offerre voluerit: non ſolum hoc fieri non prohibemus, ſed & potius invitamus eos, ut pro ſalute animæ ſuæ hæc faciant. Nos enim illa ſolum dari prohibemus, quæ certis quibuſdam perſonis dantur, (56) non vero quæ Sanctis Eccleſiis, aliiſque venerabilibus domibus offeruntur.

CA-

(51) *pro inſinuatione*] Julian. *ſuper proceſſu ſuo.* Vid. *Gloſſ.* verb. *Proceſſus Cler.*

(52) *portionibus*] μεριτικῶν. Hal. μερισμῶν. Vet. *portionibus* Julian. *partibus.* vid. *Gloſſ.* verb. *partes.* Hal. lectio præferenda videtur.

(53) *Noſocomus*] vid. *Gloſſ. Jul.*

(54) *in quo perſ.*] ἐν ᾧ τὸ τοιοῦτο πρόσωπον τὴν διοίκησιν, ἢ τὴν χειροτονίαν ἢ τὴν φροντίδα ἔλαβε παρεχέσθω. Βασιλ. ἢ ἐν ᾧ τὴν χειροτονίαν ἔλαβε παρεχέσθω.

(55) *vel commiſſam*] ἢ τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῷ οἵας δήποτε διοικήσεως, ἢ φροντίδος. Deſunt hæc in Baſil.

(56) *non vero*] *non vero quæ ſanctis Eccleſiis & aliis venerabilibus domibus offeruntur.* Hæc apud *Hal.* non leguntur, in *veteri* tamen *verſione* exſtant.

Digitized by Google

CAPUT XVII.

Quomodo ſervus, vel adſcriptitius creari poſſit.

SI ſervus ſciente & non contradicente domino (57) in Clerum allegatur, eo ipſo, quo eligitur, liber & ingenuus ſit. Nam ſi ignorante domino creatio fiat, liceat domino intra unius anni ſpatium conditionem ejus probare, & ſervum ſuum recipere. Si vero ſervus, ſive ſciente, ſive ignorante (ut diximus) domino, allectione in Clerum liber factus, eccleſiaſticum miniſterium relinquat, & ad Laicam vitam tranſeat, domino ſuo in ſervitutem tradatur. Adſcriptitios autem in iis ſolum poſſeſſionibus, in quibus adſcriptitii ſunt, etiam contra voluntatem dominorum Clericos fieri permittimus: ita tamen, ut poſtquam Clerici facti ſunt, incumbentem illis agriculturam exerceant.

CAPUT XVIII.

De iis, qui Eccleſias ædificant.

SI quis oratorium exſtruxerit, in eoque Clericos conſtituere velit, vel ipſe, vel hæredes ejus: ſi ipſi Clericis impenſas præbeant, & dignos nominent, nominati creentur. Si vero ab iis electos, ſacri canones tanquam indignos creari prohibebunt, tunc ſanctiſſimus illius loci Epiſcopus, quos optimos putaverit, conſtitui curet. Sancimus autem, ut religioſſimi Clerici in Eccleſiis ſuis (58) maneant, & omne eccleſiaſticum miniſterium, quod illis convenit, obeant: (59) atque id cujuſcunque urbis ſanctiſſimus Epiſcopus, & qui in unoquoque Eccleſiaſtico gradu primi ſunt, exigant, (60) eoſque qui hæc non obſervant, canonicæ multæ (61) ſubjiciant.

(57) *in clerum*] Julian. in clero ſortitus ſit. Vid. *Gloſſ.* verb. *ſortitus in clero.*

(58) *maneant*] προσμένειν. Hal. ἐπιβαίνειν, *ſuas obeant Eccleſias.*

(59) *idque omnino*] τοῦτο πάντως ζητείτω. Hal. τοῦτο ἐπιζητείτω. Sic & *Baſil.* & *Vet.*

(60) *atque eos*] καὶ τῶν ἐν ἑκάστῳ βαθμῷ ἐκκλησιαστικῷ πρωτευόντων. Deſunt in *Baſil.* vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *Primates in ſingulis.*

(61) *ſubjiciant*] ὑποβαλλόντων. Βασιλ. ὑποβαλλέτω. Poſt hoc caput apud Haloandrum multa leguntur inſerta, quæ,

CAPUT XIX.

Ut omnes Clerici res ſuas in poteſtate ſua habeant.

Ut vero Presbyteri, & Diaconi, & Subdiaconi, & Lectores, & Cantores (quos omnes Clericos vocamus) res, (62) quæ quocunque modo ad eorum dominium perveniunt, in poteſtate ſua habeant, ad ſimilitudinem (63) caſtrenſium peculiorum, præcipimus: & ut donare eas poſſint ſecundum leges, deque illis teſtari, licet ſub poteſtate parentum ſint: ita tamen, (64) ut horum liberi, vel his non extantibus, eorum parentes legitimam partem ferant.

CAPUT XX.

Quibus pœnis Clerici ſubjiciantur, qui falſum teſtimonium dixerunt.

(65) Religioſiſſimis Presbyteris, & Diaconis, ſi de cauſa pecuniaria falſum teſtimonium dixiſſe inveniantur, ſufficiet, ſi loco tormentorum per tres annos a ſacro Miniſterio ſeparentur, & Monaſteriis tradantur. Si vero de criminalibus cauſis falſum teſtimonium (66) dicant, ut dignitate Cleri privati, legitimis pœnis ſubjiciantur, præcipimus Reliquos autem in alios Eccleſiaſticos ordines relatos, ſi falſum teſtimonium in quacunque cauſa, ſive pecuniaria, ſive criminali, dixiſſe probentur, non ſolum ex Clero & Eccleſiaſtico ordine ejiciantur, ſed & tormentis ſubjiciantur.

CA-

ut *Agylæus* tradit, ad ſextam conſtitutionem pertinent. In lib. βασιλικῶν nil extat præter initium eorum, cujus hæc ſunt verba: ὑμῶν δὲ ἐκκεχυμένως, (Hal. ἐκκεχυμένας) ποιεῖσθαι γίνεσθαι (τὰ λοιπὰ addit *Haloand.*) τὰς τῶν (εὐλαβεστάτων *Hal.*) κληρικῶν χειροτονίας.

(62) *quæ quocunque modo*] τὰ ἀφ' οἱονδήποτε λόγου. Βασιλ. ἐφ' οἷον δήποτε τρόπον.

(63) *caſtrenſium*] κασρενσίων πεκουλίων. Hal. ἰδιοκτήτων πεκουλίων. *Caſtrenſium.*

(64) *ut horum lib.*] ὥστε τοὺς τούτων παῖδας, ἢ τούτων μὴ ὑπόντων. Deſunt in Baſil.

(65) *Religioſiſſ.*] Τοῖς εὐλαβεστάτοις. Lego τοῖς δὲ εὐλαβ. cum Hal. & Vet.

(66) *dicant*] εἴποιεν. Hal. εἴποι dicat. & mox γυμνούμενον pro γυμνουμένους.

CAPUT XXI.

Ut Clerici apud Epiſcopum ſuum conveniantur.

SI quis contra Clericum quendam, aut Monachum, aut Diaconiſſam, aut Monacham, aut Aſcetriam quandam actionem habeat, prius ſanctiſſimum Epiſcopum. (67) Cui quilibet eorum ſubjectus eſt, (68) edoceat, hic autem cauſam inter illos dijudicet. Ac ſiquidem utraque pars judicatis (69) acquieſcat, jubemus, ut hæc per judicem illius loci plenæ executioni tradantur. Si quis autem ex litigantibus intra decem dies ſententiæ contradicat, tum loci Magiſtratus cauſam cognoſcat. Et ſi ſententiam recte latam reperiat, decreto ſuo eam confirmet, & ſententiam exequatur; neque victo liceat iterum in cauſa illa appellare. Verum ſi ſententia Magiſtratus contrarietur illis, quæ a Dei amantiſſimo Epiſcopo judicata ſunt: tunc appellatio contra ſententiam Magiſtratus locum habeat, eaque ſecundum legum ordinem deferatur & peragatur. Si tamen Imperiali juſſu, vel judiciali præcepto Epiſcopus inter quaſcunque perſonas judicet: appellatio ad Imperatorem, vel eum, qui cauſam tranſmiſit, deferatur.

§. 1. Si crimen ſit, cujus nomine quis ex dictis religioſiſſimis perſonis defertur, (70) ſiquidem ab Epiſcopo accuſetur, & ipſe veritatem invenire poſſit, eum honore, ſeu gradu ſecundum regulas eccleſiaſticas dejiciat, & tunc judex competens eum comprehendat, ac ſecundum leges cauſam examinet, eique finem imponat. Si accuſator prius civilem judicem adeat, & crimen per legitimum examen probari poſſit, tunc Epiſcopo loci acta manifeſtet: & ſi ex illis propoſita eum crimina commiſiſſe (71) cognoſcatur, tunc (72) ipſe Epiſcopus ſecundum canones honore ſeu gradu, quem habet, eum privet, judex autem

(67) *cui quilibet*] ᾧ περὶ λόγων ἕκαστος. Βασιλ. ᾧ τινὶ πρόσκειται.

(68) *edoceat*] διδασκέτω. Vet. *adeat.*

(69) *acquieſcat*] ἡσυχάσων. *Hal.* ἡσυχάζῃ, non male.

(70) *ſiquidem*] εἰ μὲν παρὰ Ἐπισκόπῳ ἰδίῳ κατηγορηθῇ. *Hal.* melius τὶς κατηγορηθῇ. Vet. aliquis.

(71) *cognoſcatur*] γνωσθῇ. *Hal.* γνωρισθῇ.

(72) *ipſe*] αὐτὸς ὁ Ἐπίσκοπος. Hal. ὁ αὐτὸς Ἐπισκ.

Digitized by Google

autem pœnam legibus congruentem illi inferat. Si Epiſcopus acta non juſte confecta, putaverit, tunc licebit illi differre id, ut perſonam accuſatam honore ſeu gradu privet: ita tamen, ut (73) perſona illa legitimæ cautioni ſubjiciatur, atque ita cauſa ad nos partim ab Epiſcopo, partim vero a judice deferatur, ut nos eam cognoſcentes, quæ nobis videantur, jubeamus.

§. 2. Si quis in pecuniaria cauſa contra aliquem ex dictis perſonis actionem quandam habeat, & Epiſcopus inter eos judicare differat, liceat actori civilem Magiſtratum adire: ita tamen, ut perſona accuſata nullo modo fidejuſſorem dare cogatur, ſed confeſſionem ſolum ſine jurejurando cum hypotheca omnium rerum ſuarum edat. Si propter cauſam criminalem accuſatio contra aliquam ex dictis perſonis inſtituatur, perſona accuſata legitimæ cautioni ſubſit. Si res ſit Eccleſiaſtica, Magiſtratus civiles nihil commune habeant cum examine, ſed ſanctiſſimi Epiſcopi ſecundum ſacros canones negotio finem imponant.

CAPUT XXII.

Ut Epiſcopi apud Metripolitanum conveniantur: & ne fidejuſſor pro lite ab iis exigatur.

SI quidam ex ſanctiſſimis Epiſcopis ejuſdem Synodi controverſiam inter ſe habeant, (74) ſive de jure Eccleſiaſtico, ſive de aliis quibuſdam rebus, Metropolitanus eorum cum duobus aliis (75) Synodi ſuæ Epiſcopis cauſam decidat. Et ſi utraque pars, quæ judicata ſunt, rata non habuerit, tum beatiſſimus (76) illius diœceſeos Patriarcha inter illos cognoſcat, eaque definiat, quæ cum Eccleſiaſticis canonibus & legibus conveniunt, & neutra pars ſententiæ contradicat. Si a Clerico, vel alio quocunque appellatio propter quamcunque cauſam contra Epiſcopum facta ſit, ſanctiſſimus eorum Metropolitanus ſecundum

(73) *perſona*] τὸ τοιοῦτον πρόσωπον. Ap. *Hal.* deſiderantur iſta.

(74) *ſive de jure*] εἴτε ὑπὲρ ἐκκλησιαστικῶν δικαίων, εἴτε ὑπὲρ ἄλλων τινῶν πραγμάτων. deſunt in Baſil.

(75) *Synodi ſuæ*] ἐκ τῆς ἰδίας συνόδου. *Hal.* ἐκ τῆς ἁγίας συνόδου, *ex ſancta ſynodo.*

(76) *illius diœceſeos*] ἐκείνης τῆς διοικήσεως. Deſunt illa in Baſil.

Digitized by Google

dum ſacros canones & leges noſtras cauſam dijudicet: & ſi quis judicatis contradicat, ad beatiſſimum Patriarcham illius dioeceſeos res deferatur, atque ille ſecundum canones & leges eam decidat. Si contra Metropolitanum talis appellatio ſive ab Epiſcopo, ſive Clerico, vel alia quacunque perſona fiat: dioeceſeos illius beatiſſimus Patriarcha ſimili modo rem dijudicet. In omnibus vero cauſis, ſive apud Metropolitanum ſuum, ſive Patriarcham, ſive alios quoſcunque judices Epiſcopi conveniuntur, nulla ab illis fidejuſſio vel cautio pro lite exigatur: ita tamen, ut & illi cauſis ſibi illatis ſe (77) liberare ſtudeant.

CAPUT XXIII.

Ut Oeconomi & ſimiles apud Epiſcopum conveniantur.

OEconomos vero, & Ptochotrophos, & Xenodochos & Noſocomos, & reliquos venerabilium domuum adminiſtratores, coeteroſque omnes clericos jubemus, ut pro commiſſis ipſis adminiſtrationibus, apud Epiſcopum ſuum, cui ſubſunt, reſpondeant, & rationem adminiſtrationis ſuæ reddant, atque ab iis exigatur, quod eos debere probatum fuerit, venerabili illi domui reddendum, cui ex adminiſtratione id deberi apparuerit. Si poſt exactionem ſe gravatos putent, Metropolitanus rem examinet. Si Metropolitanus ſit, qui contra aliquem ex dictis perſonis cauſas illas examinavit, & debitum exegit, atque is, a quo exactum eſt, ſe læſum putet, dioeceſeos illius beatiſſimus Patriarcha rem dijudicet. Neque enim prædictis perſonis in memoratis cauſis ante examinationem & exactionem debiti, Epiſcopos ſuos refugere atque ad alia judicia venire permittimus. Si quis ex Eccleſiaſticis, cui talis adminiſtratio commiſſa eſt, ante rationum redditionem, & debitorum ſolutionem moriatur, jubemus, ut hæredes ejus ſimili modo & rationibus & exactionibus ſubjaceant.

CAPUT XXIV.

Ut Epiſcopi ibi conveniantur, ubi deliquerunt.

SI quis Epiſcopus, vel Clericus ex quacunque provincia Conſtanti-

(77) *liberare*] διευλυτεῖν. Hal. διαλυτεῖν.

nopoli inveniatur & contra eum quis actionem inſtituere voluerit, ſiquidem litis conteſtatio in provincia de illo ipſo negotio facta eſt, ibi lis peragatur. Si vero nondum cœpit, apud ſolos glorioſiſſimos Præfectos Prætorio (78) per Orientem, vel a nobis denominatos ſacros judices, illis, qui eum conveniunt, reſpondeat.

CAPUT XXV.

De Apocriſiariis.

Reverendiſſimi autem Apocriſiarii cujuſcunque ſanctiſſimæ Eccleſiæ, qui in Regia urbe degunt, (79) vel ad beatiſſimos Patriarchas, aut Metropolitanos ab Epiſcopis ſuis mittuntur: neque pro Epiſcopis ſuis, neque pro re Eccleſiæ ſuæ, vel publico, aut privato debito, actionem aliquam, vel exactionem ſuſtineant: niſi ab Epiſcopis ſuis, aut Oeconomis mandatum habeant, ut aliquos conveniant. Tunc enim illis ſolum, qui ab ipſis conveniuntur, facultatem damus, ſi quam actionem contra Eccleſias, aut Epiſcopum habeant, eam contra illos inſtituendi. Si vero in quibuſdam cauſis, vel (80) actione ſe obligaverint, eo tempore (81) quo reſponſa faciunt, etiam actiones eas ſuſcipiant.

CAPUT XXVI.

Ne Epiſcopi legationis tempore conveniantur.

Si Epiſcopi, aut Clerici pro civitate (82) aut Eccleſia ſua, propter legationem quandam aut deſignationem Epiſcopi in regiam urbem, vel alium quemcunque locum venerint, jubemus, ut illi nullum onus aut moleſtiam a quacunque perſona ſuſtineant. Et liceat illis, qui eos obnoxios ſibi habere putant, poſtquam in provinciam reverſi ſunt, eos con-

(78) *per Orientem*] τῆς ἀνατολῆς. *Hal.* ἀνατολίαι.

(79) *vel ad*] ἢ παρὰ τοὺς & Hal. παρὰ τοῖς. &c. Leg. πρὸς τοὺς &c.

(80) *actione*] ἀγωγῇ. Hal. ἀγωγαῖς. Vet. *actionibus*, non male.

(81) *quo reſponſa*] ἐν ᾧ τὰς ἀποκρίσεις ποιοῦνται. Hal. κρίσεις &c. *eo tempore, quo reſpondendi munere & legatione defungitur.*

(82) *aut Eccleſia ſua*) Hæc abſunt a textu *Hal.*

Digitized by Google

convenire, (83) nullumque illis, qui ſe illos obligatos habere putant, præjudicium fiat circa temporalem præſcriptionem, propter id tempus quod in tali (84) profectione traxerunt.

CAPUT XXVII.

Ut Monachi per procuratorem ſe defendant: & de quantitate ſportularum.

SI quando cauſa quædam emergat, ut citatio, aut executio in quacunque pecuniaria cauſa, ſive publica, ſive privata, Clerico, aut Monacho, aut Monachæ, aut Aſcetriæ cujuſcunque Monaſterii, & maxime mulierum facienda ſit: ſine contumelia, & cum decente honore admonitionem & executionem fieri jubemus: nulla vero Monacha, vel Aſcetria, Monaſterio extrahatur, ſed procurator ab iis conſtituatur, qui de cauſa reſpondeat. Monachis autem liceat, ſive per ſe, ſive per procuratores, proprias, vel Monaſterii lites agere. Et ſciat judex, vel executor, qui hæc violat, quod & cingulo privandus, & pœna quinque librarum auri (85) a Magnificentiſſimo Comite Privatorum exigenda ſit. Executor præterea tormenta etiam ſuſtinebit, & in exilium mittetur. Atque ſanctiſſimi locorum Epiſcopi provideant, ne contra hæc quid fiat, (86) vel ſi quid commiſſum ſit, ut dicta vindicta peragatur: (87) judicem vero, qui vindictam inferre differt, Epiſcopus nobis notum reddat.

CAPUT XXVIII.

De modo ſportularum quantum ad perſonam Clericorum.

SPortularum vero nomine omnem perſonam in quocunque Eccleſiaſtico ordine conſtitutam, inſuper & Diaconiſſam & Monachum & Aſce-

(83) *nullumque*) οὐδενὸς &c. γινομένου προσκειμένου. Hal. γινομένους. Male.

(84) *profectione*] ἀποδημία. Vet. *cauſa.* Hal *peregrinatione.*

(85) *a Magnif.*] παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν πριβάτων. Non leguntur hæc in lib. *Baſil.*

(86) *vel ſi quid*] ἢ εἴπερ τι ἁμαρτηθῇ, ἵνα ἡ εἰρημένη ἐκδίκησις προέλθοι. Deſunt in *Baſil.*

(87) *judicem*] τοῦ δὲ ἄρχοντος τὴν ἐκδίκησιν &c. Sic & *Hal.* Lege τὸν ἄρχοντα ἀναβαλλόμενον.

Aſcetriam & Monaſtriam in omni criminali vel pecuniaria cauſa, cujuscunque ſit quantitatis, (ſive a Clerico, ſive a quodam in militiam allecto citentur, vel in Regia urbe, vel in provinciis, in quibus vivunt) non plus quam quatuor ſiliquos dare permittimus. Si quis autem executor noſtro, vel judicis, vel beatiſſimi Patriarchæ juſſu in alias provincias miſſus, alicui ex dictis perſonis citationem offerat, non ultra unum ſolidum accipiat. Si vero in una eademque cauſa multos ex dictis perſonis citati contigerit, ut unius tantum perſonæ ſportulas pro omnibus accipiat, ſancimus. Epiſcopus autem pro rebus Eccleſiæ ſuæ nullam conventionem, aut moleſtiam ſuſtineat. Sportulæ vero, neque ſi in propria cauſa citetur, ab eo exigantur: actiones ſcilicet, quæ contra Eccleſias intentantur, Oeconomis, vel illis, qui ad hanc cauſam conſtituti ſunt, ſuſcipientibus. Qui vero adverſus hæc ſportulas exigere auſus fuerit, duplum ejus, quod accepit, illi perſonæ, a qua eas exegit, reſtituere compellatur. Et ſi militat, etiam cingulum perdat: ſi vero Clericus ſit, e Clero ejiciatur.

CAPUT XXIX.

Ut Clerici extraneas mulieres in domibus ſuis non habeant, Epiſcopi vero nullas.

PResbyteris autem & Diaconis & Subdiaconis, omnibuſque reliquis in Clero conſtitutis, uxores non habentibus, ſecundum ſacros canones, & nos interdicimus, ne ſecundum ſanctorum canonum vim mulierem aliquam in domum ſuam (88) introductam habeant, præ-

(88) *introductam*] ἐπείσακτον. Vet. *ſuperinductam. Extranea* dicitur ejusmodi mulier in *l. 44. C. Th. de Epiſc. Eccl.* & a Rufino. Idque probat *Cujac. 2. Obſ. 29.* & Gothofr. ad *d. l. 44.* Dicuntur & ἀγαπηταί, nec quædam inter eas differentia facienda, ut docet *Gothofred.* ibidem. Etenim fœminas illas, quarum conſuetudine utebantur, ſolebant ſorores, matres & filias appellare. Vid. *Cuj. d. Obſ.* Sic & apud Halicarnaſſ. νόμοι ἐπείσακτοι opponuntur ἰθαγενέσι πατρικοῖς. vid. *Cujac. III. Obſ. 40.* Milites ἐπείσακτοι in *l. 2. C. ut nemo hic in coemt.* Plutarchus in Grach. ſervos barbaros ἐπεισάκτους dixit *Cujac. VII. Obſ. 10.* L. Holſtenius in diſſ. 1. ad *Concil. Nican.* intelligi vult quamvis mulierem alicui cohabitantem, omnino extraneam, etiamſi ab omni ſuſpicione ſit immunis: putatque, hoc

præter matrem, & filiam, & ſororem, reliquaſque perſonas, quæ omni ſuſpicione carent. Si quis vero contra hanc obſervationem, mulierem in domo ſua habeat, quæ eum ſuſpicione gravare poſſit, & ſemel atque iterum vel ab Epiſcopo ſuo, vel Clericis ſuis admonitus, ne cum tali muliere habitet, eam domo ſua ejicere noluerit, vel cum accuſator appareat, inhoneſte cum fœmina illa converſatus probetur: tunc Epiſcopus ejus ſecundum Eccleſiaſticos canones, Clero eum ejiciat, & curiæ urbis, in qua Clericus fuit, tradatur. Epiſcopo autem nullam omnino mulierem habere, vel cum ea habitare permittimus. Si id vero nullatenus obſervaſſe probetur, Epiſcopatu dejicietur. Ipſe enim ſacerdotio ſe indignum oſtendit.

CAPUT XXX.

De Diaconiſſis.

Diaconiſſam autem nullo modo cum viro, ex quo inhoneſtæ vitæ ſuſpicio (89) oriri poteſt, habitare permittimus. Si hæc non obſervet, Sacerdos, cui ſubjecta eſt, eam admoneat, ut omni modo virum illum e domo ſua ejiciat. Si hoc facere differat, Eccleſiaſtico miniſterio & (90) emolumentis ſuis privata, in monaſterium tradatur, ibique omne vitæ ſuæ tempus peragat, ejuſque res, ſi liberos habeat, inter ipſam & illos pro numero perſonarum dividantur: ut partem, quæ mulieri competit, Monaſterium accipiat, eamque alat. Si liberos non habeat,

mulierum genus ἐκκολλητὰ quadam Apoſtolici inſtituti in Eccleſiam vel potius Clericorum ædes irrepſiſſe: Cum teſtante Paulo *1. Corinth. 9. verſ. 5.* moris fuerit pleriſque & quidem præcipuis Apoſtolorum ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν ſororem mulierculam circum agere: Clericos enim omnis ordinis mulieres olim in ædes recepiſſe, eaſque vel Virgines ſanctimoniam profeſſas ad mutua, ut ajebant, ſolatia pietatis, vel orbatas parentibus puellas pia tutela fovendas, vel privato familiæ domuſque miniſterio neceſſarias: ſed vani nominis fucum Patres Eccleſiæ riſiſſe. Vid. *eum d. l.*

(89) *oriri*] ἀναφύεσθαι. *Hal.* ἀναφαίνεσθαι.

(90) *emolumentis*] διαιτῶν. Julian. *ſalaria.* de quo verbo vid. *Gloſſ. Julian.* vid. & ſupra de verb. *diaria.* Julianus etiam in *cap. 16.* pro *emolumentis* habet *ſolaciis* ibi. *ſolaciis vel aliis partibus.* De *ſolacio* vid. *Ant. Aug.*

habeat, omnis ejus ſubſtantia inter monaſterium, in quod conjicitur, & Eccleſiam, in qua prius conſtituta fuit, æquis partibus dividatur.

CAPUT XXXI.

De his, qui in Eccleſia Epiſcopo, vel Clericis injuriam inferunt.

SI quis, cum ſacra myſteria vel alia ſancta miniſteria (91) peraguntur, ſanctam Eccleſiam ingreſſus, vel Epiſcopo, vel Clericis, vel reliquis Eccleſiæ miniſtris contumeliam aliquam inferat: jubemus, ut ille tormenta perferat, & in exilium mittatur. Sin autem ipſa etiam ſacra myſteria, & ſacra miniſteria turbet, vel quominus peragantur, prohibeat, capitali ſupplicio afficiatur. Atque hoc ipſum etiam in litaniis, in quibus Epiſcopi aut Clerici reperiuntur, obſervetur: ut ſiquidem injuriam ſolum intulerit, tormentis & exilio tradatur: ſin autem litaniam etiam turbaverit, capitis periculum ſubeat. Atque hæc non ſolum civiles, ſed & militares Magiſtratus vindicare jubemus.

CAPUT XXXII.

Ne Laicis ſine Epiſcopo & Clericis & crucibus litanias celebrare liceat.

OMnes vero Laicos abſque ſanctiſſimis (92) locorum Epiſcopis (93) & religioſiſſimis Clericis, qui ſub illis ſunt, litanias celebrare prohibemus. Quæ enim eſt (94) litania, in qua Sacerdotes non reperiuntur, nec conſuetas preces fundunt? Sed & venerandæ cruces, cum quibus

(91) *peraguntur*] ἐπιτελουμένων. *Hal.* ὑποτελουμένων. Male. ſequitur enim ἐπιτελεῖσθαι.

(92) *locorum*] Τῶν τόπων. deeſt in *Cod. Hal.*

(93) *& Religioſiſſimis*] *Hal.* καὶ τῶν αὐτῶν κληρικῶν *& eorum clerici.* addito καὶ τῶν κατὰ τόπον ἀρχόντων, quæ verba nec in noſtro textu, nec in *vet. Verſione* habentur. Quæ autem mox ſequuntur in textu Imp. *qualis cum eſt* &c. illa non exſtant in Cod. *Hal.* uſque ad verba, *Si vero quis* &c.

(94) *ea litania*] λιτή. Agylæus *ſupplicatio.* Vet. *litania.* Hac voce primo dictæ ſunt preces & ſupplicationes in cœtibus publicis, ſeu in Eccleſia, ut ex hac lege (*30. C. Th. de Heret.*) deinde vox ea traducta eſt ad eas, quæ vulgo proceſſiones dicuntur. *Nov. 123.* Poſtremo ad ſtatas & ſolennes rogationes. *GOTHOFR. ad l. 30. C. Th. de Heret.*

Digitized by Google

quibus in litaniis incedunt, non alibi, quam in ſacris locis reponantur. Et ſi neceſſitas poſtulet, ut litaniæ celebrentur, tum ſacras illas cruces illi ſolum accipiant, qui eas portare ſolent, & cum Epiſcopo ac Clericis litaniæ peragantur. Atque hæc ſanctiſſimi locorum Epiſcopi, eorumque Clerici (95) & judices illius loci obſervent. Si quis in hoc capite tenorem præſentis legis noſtræ vel violet, vel non vindicet, dictas pœnas ſuſtinebit.

CAPUT XXXIII.

Reliquum eſt, ut etiam de venerabilibus Monaſteriis & religioſiſſimis Monachis (96) diſponamus.

CAPUT XXXIV.

Ne Abbas per gradus creetur, ſed qui bonæ exiſtimationis ſit.

Jubemus igitur, ut Abbas, vel Archimandrita in unoquoque monaſterio, plane non ſecundum gradus (97) Monachorum creetur, ſed quem omnes Monachi, vel qui melioris ſunt exiſtimationis, elegerint, propoſitis ſacris Evangeliis dicentes, ſe non per amicitiam, vel aliam quamcunque (98) gratiam eum elegiſſe, ſed quod & fide rectum, & vita caſtum, & adminiſtratione dignum eum eſſe ſciant, & qui Monachorum ſcientiam, omnemque Monaſterii ſtatum utiliter cuſtodire poſſit. Et ſanctiſſimus Epiſcopus, ſub quo monaſterium conſtitutum eſt, ita electum omni modo Abbatem creet. Hæc vero omnia, quæ a nobis de creatione Abbatum diſpoſita ſunt, in venerabilibus etiam fœminarum Monaſteriis & Aſceteriis obtinere jubemus.

CA-

(95) *& judices*] καὶ τῶν κατὰ τόπον ἀρχόντων. *H*æc verba ap. *H*al. paulo ante poſt κληρικῶν inſerta, leguntur, ſed ſine cauſa, ut videtur.

(96) *diſponamus*] Inter cap. hoc 33. & ſeq. 34. locat quædam Haloander, quæ in Græcum ipſius Codicem ex quinta conſtitutione irrepſerunt. AGYL. Illud ipſum & notatur in veteri verſione his verbis: Tranſcribitur hic in græco totum primum caput Novellæ quintæ ſupra, & ad marginem græci textus idem legitur. μετὰ &c.

(97) *monachorum*] poſt hoc verbum *H*aloander inſerit, ἀλλὰ κατὰ τὰς πράξεις, *ſed ſecundum actiones vitæ* ut ille vertit: pergit autem ἀλλὰ καὶ ὃν &c.

(98) *gratiam*] χάριν. Βασιλ. σχέσιν.

CAPUT XXXV.

De Monachis non ſtatim veſtiendis.

SI quis autem ad monachicam vitam ſe conferre voluerit, jubemus, ſi quidem notum ſit, eum (99) ſervili conditioni non ſubjacere, ut Abbas monaſterii, cum illi viſum fuerit, illi ſchema conferat. Si vero non conſtet, cui conditioni ſubjaceat, intra tres annos monachicum ſchema non accipiat, ſed intra dictum tempus Abbas monaſterii vitam ejus exploret. Et ſi quis intra triennium veniat, qui eum vel ſervum, (100) vel colonum, vel adſcriptitium ſuum, vel etiam talem, qui agriculturam fugerit, vel quid furatum, vel propter aliquod delictum monaſterium ingreſſum eſſe dicat, & hæc probentur: reſtituatur ille domino ſuo una cum rebus, (101) quas in Monaſterium intuliſſe probatur, accepto prius jurejurando, nihil mali ipſum a domino ſuo paſſurum eſſe. Si nemo intra tres annos quendam ex dictis perſonis convenerit, Abbas Monaſterii poſt lapſum triennii, ſi ejuſmodi virum dignum judicet, tunc ei ſchema conferat, neque poſtea illi quiſquam moleſtiam propter conditionem inferat, quamdiu tamen in monaſterio degit. Res vero, quas in monaſterium intuliſſe videbitur, domino probanti (102) reddat. Si quis ex dictis perſonis Monaſterium relinquat, & ad ſecularem vitam tranſeat, vel in (103) urbibus, aut agris circumeat, ſuæ conditioni reſtituatur.

CAPUT XXXVI.

Ut Monachi in uno cœnobio habitent.

IN omnibus vero Monaſteriis, quæ cœnobia dicuntur, jubemus, ut ſecundum (104) monachicos canones omnes in una domo habitent, & in commune alantur, pariterque in una domo omnes (105) ſeparatim dor-

(99) *ſervili*] δουλικῇ. deeſt in Baſil.

(100) *vel colonum*] ἢ κολωνὸν. Βασιλ. ἢ μισθωτόν.

(101) *quas probatur*] ἅπερ δειχθεῖν. Βασιλ. ἰὰν ἅπερ δειχθεῖν.

(102) *reddat*] ἀποδιδόσθω. Βασιλ. ἀποδιδόσθωσαν.

(103) *urbibus*] in Baſil. additur ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις.

(104) *Canones*] Μοναχικοὺς κάνονας. *Hal.* μοναχικοὺς τύπους, *formulas monaſticas.*

(105) *ſeparatim*] κεχωρισμένως. *Hal.* κεχωρισμένους.

dormiant: ut mutuum ſibi invicem teſtimonium caſtæ converſationis præbeant: (106) niſi quidam ex illis, vel propter longævam in Monaſterio exercitationem quiete vivere volentes, vel ſenectutis aut corporalis infirmitatis gratia, in ſeparatis (107) cellulis, quæ in monaſterio ſunt, vivant. Hoc vero ſciente & volente Abbate fiat, omniaque etiam quantum ad Monaſteria & Aſceteria fœminarum obſerventur. In nullo autem Reipublicæ loco in uno Monaſterio Monachos, & Monachas habitare, vel dicta Monaſteria (108) duplicia eſſe permittimus. Ubicunque vero tale Monaſterium reperitur, omnibus modis jubemus, ut viri a fœminis ſeparentur, & mulieres (109) in monaſterio, in quo ſunt, maneant: viri autem aliud Monaſterium ſibi faciant. Si plura ſint ejusmodi Monaſteria, (110) ne nova Monaſteria ædificare neceſſe ſit, ſanctiſſimus locorum Epiſcopus curet, ut Monachi cum Monachis, & fœminæ cum fœminis (111) ſeparatim in aliis atque aliis monaſteriis congregentur: res autem, quas communes habent, inter illos ſecundum jura illis competentia dividat. Fœminis vero, quemcunque illæ elegerint ſive Presbyterum (112) ſive Diaconum, ad reſponſa ipſis facienda, aut ſacram communionem (113) præbendam, ſanctiſſimus Epiſcopus, ſub quo ſunt, deſignet, ſi rectæ fidei, & honeſtæ vitæ eum eſſe cognoverit. (114) Si vero ab illis electus, non ſit Presbyter vel Diaconus, Epiſcopus autem ipſum miniſterio illo dignum judicet, crea-

(106) *Niſi quidam*] Periodus hæc usque ad verba, *his omnibus* &c. deſideratur apud *Hal.*

(107) *Cellulis*] Vid. de hac voce *Gloſſ. Julian.*

(108) *duplicia*] Vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *duplicium Monaſterium.*

(109) *in monaſterio*] ἐν ᾧπερ εἰσὶ μοναστηρίῳ ἀπομένειν. *Hal.* ἐν ᾧ. εἰ. μον. ὡς ἀσθενεῖς ἀπομ. *tanquam imbecilliores in eo monaſterio maneant.*

(110) *ne neceſſe*] ἵνα μηδὲ ἀνάγκη γίνηται. Hal. μηδὲ ἀνάγκη γένηται, *neque neceſſe ſit.*

(111) *ſeparatim*] κεχωρισμένως. *Hal.* κεχωρισμένως, ut ſupra.

(112) *vel diaconum*] εἴτε διάκονον. In Baſil. additur ἀποκρισιάριον.

(113) *præbendam*] τὴν ἁγίαν αὐταῖς κοινωνίαν φέρειν. Vet. *ſanctam eis communionem portandam.* Videtur ergo communio ſacra interdum ad communicaturos deportata. *Gothofred.*

(114) *ſi vero*] Hæc periodus deeſt in Baſil.

Digitized by Google

tione illi collata, qua dignus videbitur, ad reſponſa, ut dictum eſt, Monaſterii eum adhibeat. Ita tamen, ut neque is, qui hoc modo ad reſponſa fœminarum electus eſt, in monaſterio maneat.

CAPUT XXXVII.

Ut nulla ſit conditio nuptiarum, vel liberorum, ſi quis monaſterium ingrediatur.

SI quis (115) ſub conditione nuptiarum, vel procreationis liberorum, vel dotis, vel donationis nuptialis gratia, liberis ſuis vel alii cuicunque perſonæ donaverit, aut reliquerit quid, vel hæreditate, aut legata (116) ab initio pure illis relicto, eos ſubſtitutione, vel reſtitutione, ſub aliqua ex dictis conditionibus oneraverit: jubemus, ſi illi, qui conditionibus illis ſubjacent, ſive maſculi ſive fœminæ ſint, Monaſteria ingrediantur, vel Clerici, vel Diaconiſſæ, vel Aſcetriæ fiant, ut ejuſmodi conditiones invalidæ & pro non ſcriptis ſint. Hoc autem auxilio & Clerici, & Diaconiſſæ Eccleſiarum fruantur, ſi, quoad vivant, in illis permaneant, & res ſub ea conditione datas vel relictas, in pios uſus impendant, vel relinquant. In illis enim perſonis, quæ Monaſterium vel Aſceterium (117) ingrediuntur, & tam caſtam converſationem relinquunt, res ſub tali conditione datas vel relictas cum reliqua ipſarum ſubſtantia ad monaſterium aut Aſceterium, in quod ab initio ingreſſæ ſunt, pertinere volumus. Si tamen ad redemtionem captivorum, vel pauperum alimenta, ſub prædictis conditionibus ſubſtitutio vel reſtitutio fiat: ex nullo prædictorum modorum eam excludi permittimus.

CAPUT XXXVIII.

Ut ſe ſuaque bona Monaſterio offerant, qui Monaſteria ingrediuntur.

SI mulier, aut vir monachicam vitam eligat, & Monaſterium ingrediatur, liberis non extantibus, jubemus, ut ad monaſterium, in quod

(115) *ſub cond.*] ἐπὶ αἱρέσει. *Hal.* ἐπὶ αἱρέσεως.

(116) *ab initio*] ἐξ ἀρχῆς καθαρῶς &c. *Hal.* ἢ ἐξ ἀρχῆς, *aut ab initio.*

(117) *ingrediuntur*] εἰσίλθωσι καὶ καταλείψωσι. *Hal.* εἰσέλθωσι καὶ καταλείψωσι.

Digitized by Google

quod ingreſſus eſt, res ejus pertineant. Si perſona illa liberos habeat, nec antequam Monaſterium ingrediatur, (118) de rebus ſuis diſponat, partemque legitimam liberis ſuis aſſignet: ſic quoque illi liceat, etiam poſt ingreſſum in monaſterium, ſubſtantiam ſuam inter liberos ſuos dividere: ita tamen, ut nulli ex liberis ejus legitima portio diminuatur: pars vero liberis non data ad Monaſterium pertineat. Si omnem ſubſtantiam ſuam inter liberos dividere voluerit: perſona ſua liberis connumerata, unam partem omnibus modis ſibi ſervet, quæ ad jus Monaſterii pertineat. Si in Monaſterio degens moriatur, antequam inter liberos ſuos res ſuas dividat, legitimam quidem partem liberi accipiant, reliqua vero ſubſtantia ad monaſterium pertineat.

CAPUT XXXIX.

Ut ſolutis per ingreſſum in Monaſterium ſponſalibus, arrhæ tantum reddantur.

SPonſalibus quoque inter quoſdam ſecundum leges contractis, ſive ſponſus Monaſterium ingrediatur, quæ pro ſponſalibus arrhæ nomine data ſunt, recipiat: ſive ſponſa monachicam vitam eligat, illa ſolum (119) reddat, quæ ſimiliter arrhæ nomine accepit, pœna utrique parti remiſſa.

CAPUT XL.

Si vir aut uxor Monaſterium ingrediatur.

SI conſtante adhuc matrimonio vir ſolus, aut mulier ſola Monaſterium ingreſſa ſit, etiam ſine (120) repudio matrimonium ſolvatur, poſtquam perſona Monaſterium ingreſſa monachicum ſchema accepit. Et ſi quidem vir monachicam vitam elegerit, mulieri & dotem, & ſi quid aliud ab illa accepit, ac præterea ex nuptiali donatione tantam partem reſtituat, quanta mulieri ex morte viri ſecundum pactum inſtrumentis dotalibus inſertum competiit. Si mulier ſit, quæ Monaſterium in-

(118) *de rebus ſuis*] περὶ τῶν οἰκείων πραγμάτων. Hal. περὶ τῶν οἰκείων παίδων, *de liberis ſuis.* Illud mavult *Agylæus.*

(119) *reddat*] ἀποκαθιστάτω. Hal. ἀποκαθιστάσθω.

ingreſſa eſt, ſimili modo vir donationem nuptialem, & quod in caſum mortis de dote uxoris conventum eſt, retineat: reliquum vero dotis mulieri reſtitui jubemus, & ſi quid aliud ex rebus mulieris apud eum fuerit inventum. Si ambo vitam monachicam eligant, jubemus, (121) ut ceſſantibus pactis dotalibus, vir donationem nuptialem retineat, mulier dotem ſuam accipiat, & ſi quid aliud viro dediſſe probetur: ut unuſquiſque ſine damno rebus ſuis fruatur: niſi forte ſponſus ſponſæ, vel ſponſa ſponſo, vel vir mulieri, vel mulier viro quid donare, aut (122) concedere voluerit.

CAPUT XLI.

Ne parentibus liceat liberos, ubi Monaſteria ingreſſi ſunt, tanquam ingratos exhæredare.

NUllam vero poteſtatem damus vel parentibus, ut liberos ſuos, vel liberis, ut parentes vitam ſecularem relinquentes, tanquam ingratos ab hæreditate ſua excludant, (123) ob cauſam, quæ ante vitam monachicam commiſſa eſt. Prohibemus etiam, ne parentes liberos ſuos vitam monachicam eligentes, a venerabilibus monaſteriis abſtrahant.

CAPUT XLII.

De Monacho Monaſterium ſuum deſerente.

SI Monachus Monaſterium ſuum relinquat, & aliud ingrediatur, (124) vel ſi res quaſdam eo tempore, quo monaſterium reliquit, habere

(120) *repudio*] ῥεπουδίῳ. Hal. διαζυγίῳ.

(121) *ut ceſſant:*] Jul. *& nemo nihil neque lucretur, neque detrimentum ſentiat.* de his verbis vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.*

(122) *concedere*) συγχωρῆσαι. *Hal.* συγχωρήσασθαι. Hal. hic addit: *quando neque ex pactis nuptialibus viro aut mulieri quicquam lucrari conceditur.* Quæ verba nec in Haloandri nec in noſtro textu græco habentur.

(123) *ob cauſam*) ὑπὲρ αἰτίας πρὸ τοῦ μοναχικοῦ βίου παρηκολουθηκυίας. Vet. non ſat recte, *monaſterium aut monaſticam vitam ſubſecutos.* Hal. *per cauſam, quæ monaſticam vitam præceſſerit.*

(124) *vel ſi res*) ἢ τινὰ πράγματα. Baσιλ. ἅτινα πράγματα, *quæcunque res,* quod rectius. Vel εἴτινα.

Digitized by Google

habere appareat, hæc ad primum monaſterium, quod ab initio ingreſſus eſt, pertinere volumus. Provideant autem ſanctiſſimi locorum Epiſcopi, ne aut Monachi aut Monachæ urbes obeant: ſed ſi quod neceſſarium reſponſum habeant, per proprios Apocriſarios peragant, & in monaſteriis ſuis maneant. Si Monachus monaſterium relinquat, & ad vitam ſecularem tranſeat, is militia & honore, (125) ſi quem habet, privatus, ab Epiſcopo locorum & provinciæ Præſide in monaſterium conjiciatur, & res, quas poſtea habere probatus fuerit, ad monaſterium, in quod conjicitur, pertineant. Si rurſus, monaſterium relinquat, tum eum Præſes provinciæ, in qua inventus fuerit, comprehendat, & ſubjectæ ſibi cohorti (126) annumeret.

XLIII.

De raptoribus ſanctimonialium.

SI quis rapuerit, vel ſolicitaverit, vel ſtupraverit ſanctimonialem, vel Diaconiſſam, vel Monacham, vel aliam quamcunque mulierem, ſancta vita vel habitu præditam: jubemus ut tam res illius, quam eorum, qui hujus ſceleris participes ſunt, venerabili loco, in quo talis mulier habitat, per ſanctiſſimos illius loci Epiſcopos, eorumque Oeconomos, nec non cujuſque provinciæ Præſides, eorumque cohortes vindicentur. Illi vero, qui talia commiſerunt, eorumque ſocii (127) periculum capitis ſubeant. Ejuſmodi autem mulier ubivis quæratur, & cum rebus ſuis in monaſterium, in quo ſecurius cuſtodiri poſſit, conjiciatur, ne rurſus in eodem delicto deprehendatur. Quod ſi Diaconiſſa ſit, & legitimos liberos habeat, (128) legitima pars liberis detur. Si intra annum, poſtquam tale ſcelus cognitum erit, ejuſmodi res a venerabilibus domibus non vindicentur: jubemus, ut Comes rerum

(125) *ſi quem habet*) εἶτα ὧν ἔχοι. Hal. εἶπα ἔχει. *ſi quem habet* & ſic *vetus Verſio.* Quo modo planior eſt ſenſus. Poſſunt tamen forte noſtra verba ſic accipi: *deinde illis, quas habet*, ſcilicet rebus privatus: ſequitur enim *& res quas poſtea habere* &c.

(126) *annumeret*) Vet. *commoveat.*

(127) *periculum capitis*) τὸν εἰς κεφαλὴν κίνδυνον ὑπομένειν. *Hal.* Τὸν ἐκ τοῦ νόμου κίνδυνον. *Periculum ex lege.* Sic & *Baſil.* Illud magis probat *Agylæus.*

(128) *legitima pars*) Τὸ νόμιμον μέρος. *Hal.* Τὸ νομίμου μέρος.

privatarum eas fiſco noſtro omni modo applicet, & judex locorum, qui res illas vindicare neglexit, cingulo (129) privetur, & multa quinque librarum auri a Comite rerum privatarum (130) exigatur.

CAPUT XLIV.

Ne Laicis & Scenicis Monachorum habitu uti liceat.

OMnibus vero in univerſum, qui in ſeculari vita verſantur, & maxime illis, qui in ſcenam prodeunt, viris & fœminis, nec non proſtitutis interdicimus, ne habitu (131) Monachi aut Aſcetriæ utantur, aut quocunque modo illum imitentur. Sciantque omnes, qui tali habitu uti, vel eum imitari, aut cuicunque Eccleſiaſtico ſtatui illudere audent, ſe & corporales pœnas ſuſtenturos, & exilio tradendos eſſe: ejuſque rei curam gerant, non ſolum ſanctiſſimi illius loci Epiſcopi & Clerici, qui ſub illis ſunt, ſed & civiles & militares Magiſtratus, ſub illiſque conſtitutæ cohortes & defenſores locorum. Pœnas autem præſenti legi inſertas, quæ prioribus etiam legibus cognitæ ſunt, non ſolum in futuris, ſed & præteritis caſibus, ſeu delictis valere, & omnimodo vindicari volumus. Quæ vero hac lege noviter diſpoſita ſunt, futuris ſolum temporibus obſervari (132) jubemus.

EPILOGUS.

(133) TUa igitur gloria, quæ hac lege in perpetuum valitura Serenitas noſtra ſancivit, per omnia obſervari curet, & ad omnium notitiam Edictis in hac Regia civitate propoſitis perducat. (134) Dat. Kal.

(129) *privetur*) τῆς ζώνης ἀφαιρούμενον. Βασιλ. ἀφαιρουμένης.

(130) *exigatur*) εἰς πραττομένων. Hal. & Baſil. εἰς πραχθησομένων.

(131) *Monachi*) addit Hal. ἢ μονάστρια. Idem habet *Vet.*

(132) *jubemus*) Addit ad finem hujus capitis Haloander quædam, quæ nec in veteri Verſione reperiuntur. Periodum vero eam cum ſolenni clauſula ad centeſimam trigeſimam ſeptimam conſtitutionem reducendam eſſe ſcribit AGYLÆUS.

(133) *Tua igitur*) Epilogus *Haloand.* diſſidet in multis a noſtro, qui cum *Veteri* verſ. convenit, niſi quod verba finalia, *& ad omnium notitiam &c.* in ea non legantur.

(134) *Dat*) Jul. Kal. Maji. Conſtantinop. Dn. Juſtin. *PP.* Aug. Anno XX. poſt Conſ. Baſilii Anno V. indictione IX.

Digitized by Google

Kal. Maji Conſtantin. Juſtin. PP. Aug. Baſil. V. C. Conſ. Miſſa Petro Præfecto Prætorio.

TIT. VII.

(1) De Litigantibus.

CONSTIT. CXXIV.

Idem Imperator Petro (2) Præfecto Prætorio.

PRÆFATIO.

PRæſentem legem (3) ferimus, ut & judicum integritas appareat, (4) & litigantes largitionibus leges circumſcribere nequeant.

CAPUT I.

JUbemus igitur, ut quotieſcunque apud quoslibet judices (5) lites inchoantur, vel appellationes examinantur, ante omnia principales litigantium perſonæ, vel illi, de quibus forte cauſa in medium affertur, in præſentia judicum, tactis ſanctis Evangeliis jurent, ſe nihil plane judicibus pro patrocinio, vel alii cuicunque perſonæ ea de cauſa quocunque modo vel dediſſe aliquid, vel promiſiſſe, vel poſtea ſive per ſe, ſive per aliam quamcunque mediam perſonam daturos eſſe: exceptis iis, quæ Advocatis ſuis, vel aliis perſonis pro advocatione præbent: (6) quæ, ut dentur, leges noſtræ diſpoſuerunt. Hoc vero obſervari

(1) *De litigantibus.*) περὶ τῶν δικαζομένων. Sic & *Hal.* qui tamen in verſione ſua plura addit. Vet. *Ut litigantes jurent in exordio litis, quia neque promiſerunt dare judicibus, neque dabunt: & de ſportulis, & ut, quæ jubentur, referendarii compleant, & non miſceant ſemet ipſos cauſa, & per ſe exequentur.*

(2) *Præfecto*) Vet. & *Hal.* addunt, *glorioſiſſimo ſacrorum* &c.

(3) *ferimus*) προσφέρομεν. Hal. προφέρομεν. Vet. *proferimus.*

(4) *& litigantes*) καὶ οἱ δικαζόμενοι μὴ ἰσχύσωσι διαδόσεσι. &c. Vet. *& non valere litigantium ſuffragium circumvenire leges.*

(5) *lites inch.*) ἢ ἄρχωνται δίκαι &c. *Hal.* ἢ ἄρχωσι. Vet. quoque: *apud quoscunque judicantes aut adminiſtratores.* Sic legendum.

(6) *quæ noſtræ*) οἵτινες οἱ ἡμέτεροι &c. Leg. οἵπερ οἱ ἡμ. &c. cum *Hal.* & *Vet. Int.*

ſervari præcipimus etiam in ſacro noſtro (7) conſiſtorio, quando conſultationes introducuntur, ut in præſentia ſacri Senatus dicta juramenta præſtentur. Quod ſi quidam ex litigantibus ad judicem forte venire nequeant: tunc jubemus, ut præſentes quidem prædictum jusjurandum jurent, ad abſentes vero quidam ex miniſtrantibus cohortibus una cum parte adverſa mittantur, ut ipſis præſentibus dicta juramenta ſimiliter præſtent. Si mulier ſit, quæ propter vitæ honeſtatem extraneis viris ſe ſe oſtendere non conſuevit: tum & abſente adverſario miſſi ex cohorte dicta juramenta ſuſcipiant. Si partes, vel unam ex illis, aliis in locis eſſe contigerit: jubemus, ut abſens in provincia, in qua degit, juramenta ſecundum dictum a nobis modum, ad acta apud provinciæ Præſidem, vel apud defenſorem locorum præſtet. Atque hoc generaliter obſervetur, ut, ſi quis litigantium abſens vel præſens tale jusjurandum præſtare noluerit, idque judici manifeſtetur: per ſententiam ejus actor quidem amiſſionem actionis, reus vero condemnationem ſuſtineat.

CAPUT II.

Si litigans pœnitentia ductus, perſonam nominet, cui quid dedit.

SI quis ex litigantibus dixerit, ſe dediſſe (8) quid, vel promiſiſſe, & perſonam nominet, eamque probet: ipſe quidem in eventu litis veniam mereatur, ab eo vero, qui donationem vel promiſſionem accepiſſe probatus eſt, ſiquidem cauſa ſit pecuniaria, triplum ejus, quod datum eſt, duplum vero illius, quod promiſſum eſt, a Comite rerum privatarum exigatur, & dignitatem ſeu Magiſtratum, quem habet, in utroque caſu amittat. Si criminalis ſit accuſatio, publicationem ſubſtantiæ ſuæ ſuſtineat, & in exilium mittatur, qui accipiendo crimen alienum in ſe transferre ſtuduit. Si litigator donationem, vel promiſſionem probare non potuerit, perſona, quæ donationem vel promiſſionem accepiſſe dicitur, juret, ſe nec per ſe, nec per aliam perſonam quid vel accepiſſe, vel promiſſum eſſe: eoque jurejurando præſtito,

ipſe

(7) *conſiſtorio*) Βασιλ. ἀκροατηρίῳ & mox pro *conſultationes* συνελεύσεις.

(8) *quid*) τὶ. Hal. τινὶ Vet. *alicui.* Recte.

Digitized by Google

ipſe quidem liber ſit, a litigatore vero, qui probare non potuit, in pecuniariis cauſis, æſtimatio litis a Comite rerum privatarum exigatur, lite ſcilicet exitum ſuum exſpectante: in criminalibus vero, publicationem rerum ſuarum patiatur, atque apud competentes judices ſecundum legum ordinem res terminetur. Si perſona a litigante manifeſtata prædictum jusjurandum recuſet, tam in criminalibus, quam pecuniariis cauſis, dictis pœnis ſubjaceat. Si quis ex litigantibus nihil ſe dediſſe, vel promiſiſſe juraverit, & intra quatuor menſes poſt latam ſententiam computandos, aliquid datum vel promiſſum eſſe probetur, dictæ pœnæ tam contra dantes, quam contra accipientes locum habebunt. In iis autem cauſis, quæ per tutores vel curatores aguntur, juramenta quidem tutores vel Curatores (9) præſtent: verum ſi quæ ex dictis pœnis propter ejuſmodi juramenta locum habeat, eam tutores vel Curatores ſuſtineant: nullo præjudicio illis, qui ſub tutela vel cura eſſe intelliguntur, exinde generando.

CAPUT III.

De injuſtis ſportulis prohibendis.

HOc quoque ab omnibus judicibus (10) tam militaribus, quam civilibus in omni loco Reipublicæ noſtræ obſervari jubemus, ne (11) Magiſterianis, vel Præfectianis, vel alii cuicunque executori plus a quacunque perſona ſportulatum nomine accipere permittant, quam legibus noſtris definitum eſt: neque ſi ſacram potentiæ noſtræ juſſionem proferant. Sed ſi quem plus exigere invenerint, licentiam habeant

Ooooo cum

(9) *præſtent*) παρεχέτωσαν. Hal. ὑπομενέτωσαν.

(10) *tam militar. quam civil.*) Verba hæc deſunt in edit. *Hal.*

(11) *Magiſterianis*] Vide hanc vocem in *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.* Magiſter ἁπλῶς, eſt Magiſter officiorum. *l. 4. C. Th. de primicerio & notar.* Et Magiſteria *l. 2. C. Th. de quæſtor.* & *Magiſteria dignitas* apud Caſſiodorum. Magiſteria quoque poteſtas de Magiſtris militum dicitur. *l. 7. de luſor. Danub.* & Tit. *de apparit. Magiſteriæ poteſtatis. Gothofred. ad l. 4. de Primicer. & notar.* Agentes in rebus ſub ejus diſpoſitione erant, unde *Magiſtriani* paſſim dicuntur. Loca vide apud *Gothofred. ad l. 3. C. Th. de Agent. in reb.* Gloſſ. Jur. Μάγιστρος ὁ πλείων τῶν ἄλλων ἀρχόντων ὀφείλοντες. Μαγιστριανὸς ὁ κουριώσος. Μαγιστριανὸς μανδάτωρ.

eum (12) comprehendendi, & includendi, & quadruplum ejus exigendi, quod plus acceperit: ut ſimplum quidem illi, qui damnum paſſus eſt, reddatur, triplum vero fiſco inferatur. Quod ſi civilis vel militaris Magiſtratus, ſive interpellatus, ſive quocunque modo id cognoſcens, læſum, ut dictum eſt, vindicare neglexerit, e ſubſtantia ejus quadruplum prædicto modo exigetur. Eandem vero pœnam exigi jubemus per Comitem rerum noſtrarum privatarum, judiceſque competentes, ſi executores quoſdam ex cohortibus ſuis ſportularum nomine quid adverſus leges noſtras exegiſſe cognoverint, idque vindicare neglexerint. Damus vero licentiam iis, qui conventi ſunt, ut executoribus non plus dent, quam conſtitutione noſtra definitum eſt, & ſi plus ab illis exigere velint, licentiam habeant illis reſiſtendi.

CAPUT IV.

Ne judex aliquos ad tranſigendum cogat.

QUoniam vero tam piæ memoriæ patris noſtri, quam etiam Serenitatis noſtræ (13) lex ſancivit, ne judices in ſententiis ſuis ullo modo ſcribant, (14) ſe Imperiali verbo ſine ſcriptis prolato juſſos eſſe, ut aliquos producerent aut ſiſterent, item ut ſpectabiles Referendarii juſſiones noſtras, uti decet, manifeſtas facerent: eandem legem confirmantes (15) jubemus, ut ſpectabiles Referendarii in cauſis, quas docent, vel referunt ad Serenitatem noſtram, nullam licentiam habeant, ſive ipſi, ſive eorum adjutores, per ſe, vel per aliam quamcunque perſonam, aliquem comprehendendi, vel fidejuſſioni ſubjiciendi, vel (16) quid exigendi, vel cogendi ut tranſactiones, aut pacta quædam cum adverſariis ſuis faciant, vel (17) quocunque modo, aut cuicunque cauſæ

(12) *comprehendendi*] συνέχειν. Jul. *conſtringere*. Vid. *Gloſſ.* verb. *conſtringere* & *Ant. Aug.*

(13) *lex ſancivit*] νόμος &c. διετύπωσε. *Hal.* νόμῳ &c. διετυπώσαμεν.

(14) *quod Imp.*] ὅτι βασιλικοῦ ῥήματος ἀγράφως προενεχθέντος. Βασιλ. ἐκ βασιλικοῦ ῥήματος ἀγράφου.

(15) *jubemus*] κελεύομεν. Non eſt id in *Hal.* editione.

(16) *quid exig.*] ἢ τι εἰσπράττειν. Hal. τινὰ εἰσπρ.

(17) *quocunque*] ἢ οἱῳδήποτε τρόπῳ. deeſt ap. Hal.

Digitized by Google

cauſæ ſe immiſceant. Nihil enim aliud eos facere permittimus, quam ut noſtras ſolum juſſiones in quocunque negotio in ſcriptis vel ſine ſcriptis prolatas, competentibus vel deſignatis judicibus inſinuent. Si quis vero ex illis huic legi contrarium facere auſus fuerit, is quidem, qui damnum aliquod vel circumſcriptionem in rebus ſuis paſſus eſt, nullum omnino præjudicium circa jus ſuum ſuſtinebit: qui vero tale quid fecit, ex ſubſtantia ſua damnum perſonæ læſæ illatum per competentem judicem reſtituere cogetur, & præterea cinguli vel dignitatis amiſſionem patietur. Hæc autem omnia non ſolum in cauſis futuris, ſed & jam cœptis, nondum vero terminatis, obtinere volumus.

EPILOGUS.

EXcellentia igitur tua provideat, ut hæc lex in perpetuum valitura, Edictis more ſolito in Regia urbe propoſitis, ad omnium notitiam veniat: ut omnes ſciant, quæ ad commune illorum beneficium a nobis diſpoſita ſunt. (18) Dat. Baſil. V. C. Conſ.

TIT. VIII.

(1) De Judicibus.

CONSTIT. CXXV.

Idem Imperator Gabrieli glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.

QUoniam quidam ex judicibus poſt multa litium certamina, & plurima damna litigantibus in cauſis apud illos motis illata, ad Serenitatem noſtram cauſam retulerunt: viſum nobis eſt etiam hoc lege hac emendare, ne exinde in negotiis dilationes fiant, & aliud rurſus initium cognitiones capiant.

CAPUT I.

JUbemus igitur, ut nemo judicum quocunque modo aut tempore, in cauſis apud illos propoſitis ad Serenitatem noſtram referat, ſed

(18) *Dat.*] Jul. dat. XVI. Kal. Jul. poſt Conſ. Beliſarii, indict. 8. Vid. Gloſſ. Jul. verb. *indictio.*

(1) *De judicibus*] περὶ δικαςῶν. Sic & *Hal.* Vet. *ut judices non exſpectent ſacras juſſiones, ſed quæ videntur eis, decernant.*

plene cauſam examinet, & quod ipſi juſtum atque legitimum videbitur, judicet. Et ſiquidem partes judicatis acquieſcant, ſententiam ſecundum legum tenorem exſequantur. Si quis vero definitiva ſententia ſe læſum eſſe putet, legitima appellatione utatur, eaque ſecundum ordinem a legibus definitum peragatur, & plene decidatur. Sin duo pluresve ſint, qui de lite cognoſcunt, & inter eos diſcordia oriatur, etiam ſic jubemus, ut unuſquiſque eorum, prout ſibi viſum fuerit, ſententiam ſuam ferat.

EPILOGUS.

QUæ igitur hac lege in perpetuum valitura a Serenitate noſtra definita ſunt, id Excellentia tua, cœterique omnes majores & minores judices ſervare ſtudeant: (2) edictis in hac Regia urbe more ſolito ab Excellentia tua propoſitis, præceptis vero ad clariſſimos Provinciarum Præſides miſſis, ut omnes ſciant, quæ ad utilitatem litigantium a nobis ſancita ſunt. Dat. Id. Octobr. Conſtant. Dn. Juſtin. PP. Aug. Baſil. V.C. Conſ.

TIT. IX.
Exemplum ſacræ formæ
De Appellationibus.

CONSTIT. CXXVI.

Idem Imperator Petro glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.

THeodoſius & Valentinianus piæ memoriæ lege quadam diſpoſuerunt, ut Quæſtor ſacri palatii (1) manifeſtas cauſas appellationum una cum ſacro per Orientem Prætorio Præfecto, qui hoc tempore thronum Excellentiæ tuæ moderatur, ſecundum formam ſacrarum (*conſultationum*) examinet. Invenimus autem in ejuſmodi examinationibus

(2) *Edictis*] *Vetus verſio* hic habet: *ut nullus penitus ignoret, quæ pro utilitate noſtrorum collatorum a nobis diſpoſita ſunt; ita tamen, ut univerſis interdictis proprio præcepto, quatenus ſine ullo injuſto diſpendio noſtris collatoribus inſinuatio legis præſentis fiat.*

(1) *manifeſt.*] φανερὰς ἐκκλήτων ὑποθέσεις. *Hal.* φανερῶς &c. *lege expreſſerunt manifeſte*, quod fere præferendum.

tionibus rem committi, Republica & ipſo etiam Imperio indignam. Litigantes enim & Procuratores, & Advocati, omneſque in ejuſmodi cauſis miniſtrantes, tanquam nobis ipſis ſedentibus & audientibus, apud Magiſtratus noſtros tam veſte, quam calceis & verbis utuntur, quibus eos ſolum uti convenit, qui ad Imperatorem ingrediuntur. Quin & ipſi judices, non ex ſua perſona, ſed velut nobis ipſis præſentibus, & interloquentibus ſententias ſuas proferunt.

CAPUT I.

QUod impoſterum in omni judicio fieri prohibemus, ſancientes, ut ſacri noſtri palatii hoc tempore Quæſtor, una cum Excellentia tua, ſeu hoc tempore Præfecto ſacro Prætorio hujuſmodi cauſas examinet: non vero ex noſtra, ſed ex ſuis perſonis interlocutiones proferant atque ſententiam legibus cognitam ferant, conſuetis ſcilicet ſcriniis in ejuſmodi cognitionibus miniſterium ſuum exhibentibus: ac Magiſtratus ſciant, qui cauſas illas dijudicant, ſi adverſus illa quid impoſterum quocunque modo commiſſum fuerit, ſe crimini perduellionis ſubjacere.

CAPUT II.

IN omnibus autem appellationibus hoc valere jubemus, ut, quotiescunque appellatione interpoſita intra definitum tempus utraque pars fatalem diem obſervaverit, judices abſque dilatione tam acta quam judicata examinare ſtudeant, legique & juri conſentaneam ſententiam ferant. Quod ſi is ſolum, qui provocavit, comparuit: jubemus, ut judices ultimum fatalem diem exſpectent, & ſi victor quæſitus, nec inventus fuerit, examinatis actis cauſæ legitimum finem imponant. Sin is ſolus, qui victricem ſententiam accepit, compareat, & (2) provocatus quæſitus nec inventus fuerit: judices non ſolum ultimum fatalem diem, ſed & tempus reparationis, hoc eſt tres menſes, exſpectent. Et ſi nec tum provocatus inveniatur, nequaquam lapſu temporis ſententia confirmetur, ſed vel ab una parte judices tam acta, quam judicata examinent.

(2) *provocatus*] ἐκκαλύμενος. Βασιλ. ἐκκαλεσούμενος, & mox pro τῆς reparatióνος, τοῦ [illegible].

mereant. Ac ſi quidem ſententiam recte latam invenerint, eam confirment. Sin autem neglectum quid eſt, id corrigant, & legitimam ſententiam ferant. Cauſa vero appellationis ſemel intra præfinitos dies, ſive ab utraque parte, ſive ab uno introducta, nequaquam biennalis temporis lapſu impoſterum ſententia confirmetur, ſed veritate & jure conſiderato, cauſæ illæ, ſive una ſive utraque parte præſente, legitime decidantur. (3) Et propterea jubemus, ut in ejuſmodi caſibus, non amplius (quemadmodum in hunc uſque diem obtinuit) ad primam appellationem omnes cognitiones referantur, ſed unaquæque proprium diem præſcriptum habeat.

CAPUT III.

AD hæc ſancimus, ut omnes judices appellationem quidem definitis diebus interpoſitam, neque legibus prohibitam omnimodo ſuſcipiant: intra triginta vero dies poſt appellationem interpoſitam acta cum ſubſcriptione ſua litigantibus præbeant, ut illi ad auxilium ſuum competenti judici (4) hæc inſinuare poſſint. Quod ſi quis ex judicibus id facere diſtulerit, ſententia quidem lapſu temporis confirmabitur: ipſe vero judex, qui illa non obſervavit, eique miniſtrantes omne damnum, quod litigans propter acta illi non data ſuſtinebit, ex propriis facultatibus ei reſarcire compellentur, & pœnam decem auri (5) librarum ſolvent, noſtris (6) privatis inferendam.

EPILOGUS.

GLorioſa igitur & magnifica autoritas tua præſentem legem in hac quoque regia urbe proponere (7) ſtudeat, ut omnes intelligant, quid obſervare debeant.

Tit.

(3) *Et propterea*] verba hæc difficilia explicat *Cujacius XVIII. Obſ. 36.*

(4) *hæc poſſint*] ταύτην δυνήσωνται. Baſil. ταῦτα.

(5) *librarum*] λιτρῶν. Baſil. λιτρὰς.

(6) *privatis*] πριβάτοις. Baſil. ἰδικοῖς.

(7) *ſtudeat*] Addit Hal. in verſione, *& alibi manifeſte facere procurato*, quod nec in græco ejus textu, nec in noſtro legitur.

Digitized by Google

TIT. X.

(1) De fratrum filiis una cum aſcendentibus ſuccedentibus: & aliis capitibus.

CONSTIT. CXXVII.

Idem Imperator Baſſo glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.

PRÆFATIO.

NOn piget nos leges noſtras emendare, cum ubivis id, quod ſubditis noſtris conducit, invenire velimus. Meminimus igitur nos legem ſcripſiſſe, qua juſſimus, ut, ſi quis relictis fratribus, aut liberis moriatur, alterius prædefuncti fratris liberi ad hæreditatem vocentur, qui paternum ſubirent locum, ejuſque portionem acciperent. Si vero defunctus quendam ex aſcendentibus, & fratres ex utroque parente illi junctos, liberoſque ex prædefuncto fratre reliquerit: (2) fratres quidem cum parentibus vocari eadem lege juſſimus, fratrum autem liberos excluſimus.

CAPUT I.

Ut fratrum liberi ſuccedant, etiam aſcendentibus primi gradus extantibus.

HÆc igitur juſte emendantes, ſancimus, ſi quis moriens reliquerit quendam ex aſcendentibus, & fratres, qui cum parentibus vocari poſſint, alteriuſque fratris præmortui liberos: ut cum aſcendentibus & fratribus, prædefuncti etiam fratris liberi vocentur, & tantam partem accipiant, quantam pater ipſorum accepturus fuiſſet, ſi viveret. Hæc autem de illis fratrum liberis ſancimus, quorum pater ex utroque parente defuncto junctus eſt. Et ut brevi dicamus, quem locum illis dedimus, quando cum ſolis fratribus vocantur, eum quoque illos habere volumus, quando cum fratribus quidam ex aſcendentibus (3) ad hæreditatem vocantur. CA-

(1) *De fratrum*] Vet. Ut fratrum filii &c.

(2) *fratres quidem*] Hinc conſtat, Nov. 118. in *Haloandri* editione perperam depravatam eſſe. *Cont.*

(3) *ad hæredit.*] *Vetus verſio* addit:

CAPUT II.

Quando donatio propter nuptias inſinuationi ſubjaceat.

CUm etiam illud correctione aliqua dignum judicemus, id partem hujus legis facimus. Ipſa enim rerum experientia invenientes, neceſſarium eſſe mulieribus, ut actis (4) donationes ante nuptias inſinuentur. quo amiſſis licet inſtrumentis principalibus, ex actis (5) probatio matrimonii illis in promptu ſit: ſancimus, ut ipſis viris, vel qui donationem ante nuptias vel propter nuptias pro illis ſcribunt, ſi quingentorum ſolidorum quantitatem excedat, eam actis confectis inſinuare neceſſe ſit: in Regiâ quidem urbe apud Magiſtrum cenſus: in provinciis autem apud civitatis cujuſque Defenſorem, vel apud quos talia monumenta confici poſſunt. Quod ſi eas non inſinuent, quantum ad mulierem, etiam ſic illas valere jubemus: & ſi tempus ſit exigendæ dotis vel partis ejus, non obſtet mulieri dotem inſinuatam non eſſe. Sin autem pacta dotalia eorumque eventus tribuant viro exactionem dotis (6) vel etiam partis ejus, jubemus, ut nullam is actionem habeat, ſi donationem actis confectis, ſicut dictum eſt, non inſinuaverit. Nam cum viri poteſtatem inſinuandi donationes habeant, abſurdum nobis videtur, ſi ex eo quod non inſinuatæ ſint, mulieribus periculum immineat.

CAPUT III.

Ut mulier, quæ ad ſecundas nuptias non tranſit, tantum habeat, quantum unus liberorum.

QUoniam vero & mulieres ad ſecundas nuptias non venientes, præcipuo aliquo præ iis, quæ ſecundo nubunt, dignas eſſe exiſtimamus:

hoc jubentes ex Kal. Jan. præſentis indictionis undecimæ, quæ in noſtro textu non leguntur, in græco vero *Haloandri* & omnibus Vulg. Man. legi notat *Cont.* *Hæc* Novella non exſtat apud *Haloandrum* integra, ſed Novellis 118. & 119. inſerta, ut in Baſilicis.

(4) *donat.*] τὰς περὶ τῶν γάμων δωρεάς. Βασιλ. τὰς τῶν πρώτων γάμων &c.

(5) *probatio matrimonii*] αἱ περὶ τοῦ γάμου συστάσεις. Βασιλ. αἱ περὶ τοὺς γάμους.

(6) *vel etiam*] ἢ καὶ μέρος αὐτῆς. Βασιλ. ἢ καὶ ἐκ μέρους αὐτῆς. In præcedent. tamen legebatur ἢ καὶ μέρους αὐτῆς.

Digitized by Google

mus: ſancimus, ſi quæ viro amiſſo ſecundis nuptiis abſtineat, ut illa uſumfructum quidem donationis ante nuptias habeat (quemadmodum antea etiam ſancivimus) habeat vero (7) illa & * dominii jure unius ex liberis perſonam gerere videatur. Hæc autem non ſolum in matribus obtinere jubemus, ſed & in patribus, cœteriſque aſcendentibus volumus, qui ſecundas nuptias non contraxerunt.

CAPUT IV.

Matrimonium ſine cauſa ſolvendum non eſſe.

QUoniam vero viris & fœminis repudium mittere, & matrimonia ſolvere dudum lege noſtra prohibuimus, niſi cauſa quædam ſubſit legi noſtræ cognita, pœnaſque viris & fœminis, qui illud facere audent, impoſuimus, mutationem quandam circa pœnas viri & mulieris facientes: in melius id mutantes, ſancimus, ut nulla ſit differentia, quantum ad pœnas inter virum & mulierem, qui hoc perpetrant, ſed iiſdem pœnis, quæ in mulieres a nobis ſtatutæ ſunt, quando ſine cauſa legi noſtræ cognita matrimonia ſolvunt, etiam viri ſubjiciantur, qui hoc audent, ſimileſque ſint pœnæ tam in viro, quam in fœmina. In æquali enim delicto æquales etiam pœnas illis incumbere juſtum eſſe putavimus.

EPILOGUS.

GEneralem igitur hanc legem Gloria tua per conſueta edicta manifeſtam faciet, tum iis, qui in magna hac civitate habitant, tum etiam qui provincias incolunt, ut nemo hominum ea, quæ pro communi ſalute a nobis ſancita ſunt, ignoret. Dat. V. Kal. Sept. Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug. (8) Conſ.

Ppppp Tit.

(7) *illa &c*] Poſt hæc verba lacuna eſt in noſtro textu, quam vetus Verſio explet his verbis: *proprietatis tantum quantum filiorum quantitas faciat, ut ſecundum &c* qui ſenſus quin nativus ſit, neutiquam dubitandum eſt. AGYLÆUS.

(8) *Conſ.*] Vet. *Anno XXII. poſt Conſ. Baſilii V.C. anno VII.* Sic puto ex comparatione indictionis undecimæ, quæ hac lege nominatur, eſſe legendum. *Contius.* Jul. *Dat. Kal. Septembr. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno 22. poſt Conſ. Baſilii anno 6.*

Digitized by Google

Tit. XI.

(1) De publicis tributis exigendis & ſolvendis, aliiſque capitibus.

CONSTIT. CXXVIII.

Idem Imperator Petro glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.

CAPUT I.

CUm ea, quæ ad ſubditorum noſtrorum utilitatem ſpectant, perficere ſtudeamus, hanc etiam legem ponimus, qua ſancimus, ut menſe Julio (2) vel Auguſto uniuſcujuſque indictionis particulares (3) delegationes

(1) *De publicis*] Vet. *de Collatoribus & aliis capitulis.*

(2) *vel Aug.*] ἤτοι. Melius legitur ἢ. cum Hal.

(3) *delegationes*] διατυπώσεις. Julian. *delegationes. Hinc delegator*, de quo vid. *Ant. Aug.* Alium ſenſum vide apud *Meurſ.* in Gloſſ. verb. δελεγατίων. Significabat Princeps Præfectis Præt. quanta ſibi ſequente anno pecunia opus eſſet: illi facta ejus deciſione inter populos menſe Julio vel Auguſto apud acta ſcribebant, quantum quæque provincia vel civitas pro indicto a *P*rincipe tributo ſequente anno ſolvere teneretur, quæ adærandæ ſpecies, quid in arcam largitionum inferendum, quantum in milites eſſet inſumendum. *Hæc* deſcriptio initio cujuſque indictionis, i.e. menſe Septembri ad *P*ræſidum provincias mittebatur. *l. ult. C. de Can. larg. tit.* ubi Leo A. delegatio, inquit, ab ampliſſima præfectura, in diverſas provincias ex more quotannis emittitur. *Hæc* delegatio appellabatur *in l. 1 & 2. C. d. indict. l. 7. 15. C. d. erog. milit. ann.* quam *P*ræſides in ſingulis civitatibus legendam publice proponebant, ipſi vero omne damnum fiſci, ob non ſervatam hanc formam, ſi quid minus ſolutum fuiſſet, ex ſuo ſarciebant. *Sic Pancirol. ad Notit. Imp. Or. cap. 5.* Suidas, δελεγατίων κατὰ Ῥωμαίους ἡ ἐνταγὴ τοῦ σιτοπομπεῖν, καὶ ἡ ἀννώνων μεταχομιδή. Sic apud Romanos vocatur procuratio rei frumentariæ & annonæ tranſportatio. Delegatio *in l. 54. C. Th. d. decur. l. 8. d. Extraord. l. un. d. Conlat. per logogr.* eſt non ipſa deſcriptio, verum ἐνταγὴ, juſſio, mandatum, ſeu, ut nos hodie loquimur, commiſſio alicujus rei exequendæ, ſeu muneris obeundi, ac nominatim *delegatio* eſt juſſio, ut ad inferendas ita & ad exigendas ſpecies annonarias & tributa. Suidas. Δελεγατίων κατὰ Ῥωμαίους ἡ ἐνταγὴ τοῦ σιτοπομπεῖν καὶ ἡ ἀννώνων μεταχομιδή. Sic delegari annonæ dicuntur *l. 35. d. Erogat. milit. ann. Hinc delegatoria l. 22. d. Erogat. milit. ann. C. Th* Principis juſſiones, quibus provinciæ ſpecies inferri jubentur. *GOTHOFR. ad l. 54. d. de-*

tiones collationum futuræ indictionis in judicio glorioſiſſimorum Præfectorum noſtrorum cujuſque diœceſeos actis confectis manifeſtentur, declarantes, quantum in unaquaque provincia, ſeu civitate, pro unoquoque jugo, aut (4) juliis, aut (5) centuriis, aut quorumvis aliorum nomine, tam in ſpecie, quam in auro tributorum nomine incumbat: indicantes quoque ſpecierum æſtimationem apud menſam & ſecundum conſuetudinem in unoquoque loco obtinentem, quidve ex illis (6) in arcam inferri, vel in quavis provincia dari aut impendi conveniat. Sic igitur compoſitæ ejuſmodi diſpoſitiones ad provinciarum Præſides initio ſtatim cujuſque indictionis mittantur, & per eos in civitatibus ſub ipſis conſtitutis intra menſem Septembrem, vel Octobrem proponantur. Quin etiam earum exempla ex judicio glorioſiſſimorum Præfectorum ſine dilatione deſiderantibus dentur, ut ſubditi intelligant, quomodo tributa inferre debeant. Quod ſi ſubditi ante inſinuationem in alios titulos, præter eos, qui particulari diſpoſitione ejuſdem anni continentur, tributa ſolvant, vel in provincia expendant: jubemus eos in ejuſdem indictionis collationes hæc imputare, ut illi nullum damnum patiantur. Si tempore a nobis definito particulares illæ diſpoſitiones non mittantur, illi quidem, qui eo tempore prætoria noſtra admini-

Ppppp 2 ſtrant,

tur. C. Th. ubi vide plura. Delegationes ſunt deſcriptiones, quibus exigendorum tributorum & annonarum modus continetur, quæ & delegatoriæ dicuntur, quod delegari mittique in provincias ſolent. *διατυπώσεις, ὑπομνήματα, ἀπογραφαί.* Manant autem a *Principe*, nec quicquam a Vicariis aut *Præſidibus* amplius exigendum eſt, quam iis contineatur, ſed neque remittendum ex iis quicquam. *CUJAC. ad l. 4. C. d. Annon.*

(4) *Juliis*] *οὐιλλίων.* Vet. villis. Julian. *juliis.* vid. *Gloſſ. Jul.* verb. *Julia.* Adde & notas *Gothofredi.*

(5) *Centuriis*] In centurias agri olim diviſi fuerunt, indeque & agri diviſi aſſignati conſtituti per centurias. Modus earum fuit ducentorum ferme jugerum. Eſt tamen, ubi minore modo conſtabat centuria, eſt, ubi majore. Sic ut etiam 210, 240. contineret. Sane ex *l. 13. infr. d. indulg. deb.* apparet, in una centuria fuiſſe ut minimum 141. 144. 180. jugerum. Centuriæ non omnes opulentæ prorſus erant, ſed pro parte deſertæ atque ita militibus aſſignabantur pro æſtimio ubertatis &c. *GOTHOFR. in l. 10. d. annon. & tribut.* quem vide.

(6) *in arcam*] *εἰς ἄρκαν.* Hal. *εἰς ἄρκλαν.*

ſtrant, triginta librarum auri pœnam perſolvent, a cujuſque autem provinciæ (7) Tractatoribus viginti librarum auri pœna exigetur. Si Magiſtratus (8) miſſas illas particulares diſpoſitiones (9) in provincia non propoſuerit, decem librarum auri pœna multabitur, amiſſionemque cinguli ſuſtinebit, & a cohorte ejus quinque librarum auri pœna exigetur.

CAPUT II.

JUbemus autem, ut ſpecierum quidem illatio ſtatim ab initio cujuscunque indictionis, tituli vero argentarii definitis temporibus incipiant.

CAPUT III.

PRo publicis autem collationibus, ut apochæ, ſive (10) ſecuritates, particulares & (11) plenariæ, omnibus modis ab iis conficiantur, qui tributa ſuſcipiunt, definimus, quæ ſignificent pecuniarum, & ſpecierum (12) nec non jugorum, ſeu juliorum, ſeu centuriarum quantitatem, & nomina poſſeſſionum, pro quibus tributa ſuſcipiunt. Si vero apochas, ſeu ſecuritates, ſecundum dictum modum non faciant: jubemus, ut decem librarum auri pœna ab illis exigatur, & tormenta ſuſtineant: a Præſide provinciæ ſimiliter decem librarum auri pœna exigenda, ſi ea de cauſa conventus id non vindicaverit, neque effecerit ut apochæ, ſeu ſecuritates, eo, quo definivimus modo, conſcribantur.

CAPUT IV.

HOc quoque obſervari jubemus, ut, ſi quis forte ſubditorum de poſſeſſione, cujus nomine tributa exiguntur, vel de tributorum quan-

(7) *Tractatoribus*] Τρακτευταί. Vet. *contracta*, qui pro *viginti*, quod eſt in textu noſtro & apud Hal. habet *quinque & viginti*. Jul. *Tracteota*, *Tractenta* vid. Ant. Aug.

(8) *miſſas*] σταλλομένας. Vet. miſſus.

(9) *in provinc.*] τῇ ἐπαρχίᾳ. Lege ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ. cum Hal.

(10) *ſecuritates*] ἀμεριμνίας. vid. *Gloſſ.* verb. *ſecuritas*.

(11) *plenaria*] πληναρίας. Vid. *Jul.* *Gloſſ.* verb. *plenaria* & *Ant. Aug.*

(12) *nec non jug.*] καὶ τῶν ἰύγων βατιαζυγῶν.

quantitate dubitat, omnibus modis publicarum deſcriptionum (13) cuſtodes a provinciæ Præſide (vel illo negligente a Sanctiſſimo locorum Epiſcopo) illas proferre, & tributorum quantitatem ſecundum tenorem publicæ deſcriptionis demonſtrare cogantur: atque ita a poſſeſſore exigantur.

CAPUT V.

IN hoc quoque ſubditos noſtros juvare placuit, ne poſſeſſoribus neceſſitas imponatur, (14) eos ſuſceptores nominandi, qui aurum conferunt, ne ipſi quid damni exinde ſuſtineant: ſed illi, quibus in unaquaque provincia, vel civitate periculum exactionis tributorum imminet (ſive Magiſtratus ſint, ſive Curiales, ſive exactores, ſive vindices, ſive (15) Canonicarii, vel alii quidam) ſuo periculo pecunias ſuſcipiant, & tranſmittant, vel etiam in eos uſus, quibus deſtinatæ ſunt, impendant.

CAPUT VI.

HOc quoque obſervari jubemus, ut talis Canonicarius in provinciam mittatur, qui periculo eorum, qui ipſum conſtituunt, tributa publica exigere poſſit: ne qua de cauſa (16) expelleuta poſt eum mittatur, & damnum ſubditis inferat. Ipſam enim expelleutæ appellationem in poſterum tollimus. (17) Si vero Canonicarius non idoneus inveniatur, non mittatur expelleuta, ſed illo remoto, alius mittatur Canonicarius. Ipſum quoque Canonicarium contentum eſſe definitis (18) conſuetudinibus, nullumque ſubditis damnum inferre jubemus.

(13) *cuſtodes*] Julian. *cenſualem*; de qua voce vid. *Gloſſ.*

(14) *eos, qui*] τοὺς ἐν χρυσίῳ συντελεστάς. Hal. τοῖς ἐν χρυσίῳ συντελείας, *auraria contributionis*. Jul. *Collatores*. vid. *Ant. Aug.* verb. *Collatores*. Vetus verſio habet: *ſub hypothecis decimationes nominare in auro collationis.*

(15) *Canonicarii*) κανονικάριοι. Hal. ἢ τῷ κανον. Vet. *aut canonicarii*. Sic legendum. Vid. *Gloſſ. Jul.* & *Cujac. 1. obſ. 116.* Vid. & eundem *Cujac. ad l. ult. C. de Exact. Tribut.*

(16) *Expelleuta*) Sic vocantur in *l. 5. C. Th. d. off. Rect. Provinc.* Gr. ἐξπελλευτὴν. Hal. ἐξπιλευτὴν, *expilatorem*. Vet. *impulſorem*. Julian. *expellens*, *Expellenta*. Vid. de eo *Gloſſ. & Ant. Aug.*

(17) *ſi vero*) vid. *l. ult. C. d. Exact. Trib.* ibique *Cujac.*

(18) *conſuetudinibus*) συνηθείας. Jul. *ſolatiis*. vid. *Gloſſ.* verb. *ſolatium*.

CAPUT VII.

SI contingat, ut (19) adjectio cujuſcunque conſervæ vel (20) contributariæ poſſeſſionis fiat: ab eo tempore jubemus, ut ab illo, qui ad-

(19) *adjectionem*) ἐπιβολήν. Vet. *ſuper inditum, ſuper indicationem cap. 7. ſupra.* Julian. *impoſitionem* vel *injectionem.* Vid. *Gloſſ. ejus* verb. *impoſitio, injectio.* Gothofred. ad *l. 4. C. Th. d. Loc. fundi per Emph.* ait; ἐπιβολὴν eſſe, quoties ſteriles fundi ſeu inutiliores ut *d. l.* vocatur, ex eodem jure manantes opimos jam habentibus adjiciuntur. Sic ut illorum quoque onera hos habentes ſubire teneantur, quæ *adjectio* quoque vocatur & *permiſtio* &c. Scilicet cum multi vel per impotentiam vel per gratiam vel captatis aliorum neceſſitatibus opimos tantum fundos ad ſe traxiſſent, inde fiebat, ut ſteriles & inutiliores apud antiquos poſſeſſores relicti reſiderent, & præſtationibus publicis inutiliores fierent: ideo ſæpe ad ἐπιβολὴν deventum &c. Sic *Gothofred.* Adde eundem ad *L. 13. C. Th. d. Senat. & d. Glebali.* Vid. & omnino *eundem* ad *l. 4. 31. C. Th. d. Annon. & Trib.* Dicitur & ἐπιβολὴ *complacitum* in *l. 14. C. Th. d. Extraord. ſive Sordidis.* ubi tamen Gothofred. legi vult *compartitum.* Adde omnino *Cujac. IV. obſ. 30.* ubi docet, non omnes poſſeſſionis deſertæ ἐπιβολὴν ſuſcipere coactos, niſi qui conſortes eſſent, & ejuſdem ſubſtantiæ poſſiderent bona per *l. 10. 12. C. d. omn. agr. deſert.* Extraneos eam ſuſcipere non coactos niſi uno caſu, quem ibi vide. Idem docetur inſcriptione *Tit. 18. lib. 50.* Βασιλικ. ubi quid ſit ἐπιβολὴ declaratur his verbis: Ἐστὶ δὲ ἐπιβολὴ ἐπίδοσις ἀπόρων κτήσεων πρὸς κληρονόμους ἢ συντελεστὰς καὶ ὁμοχώρους καὶ ὁμοκήνσους. *Eſt autem adjectio translatio poſſeſſionis ſterilis ad cohæredes, vel ſub eodem titulo tributum pendentes & habentes communia prædia & ejuſdem cenſus onera ſuſtinentes.* Procopius etiam hujus adjectionis meminit in Ἀνεκδοτ. his verbis: τὸ δὲ τῆς ἐπιβολῆς ὄνομα. &c. *Impoſitio vero quædam eſt velut improviſa peſtis in poſſeſſores agrorum repente ingruens omni ſpe vitæ a ſtirpe præciſa. Nam vaſtis omninoque ſylveſcentibus prædiis (quorum domini colonive ſeu periiſſent, ſive poſt tot mala patriam fugientes, graviſſimeque afflicti uſpiam latitarent) vectigal imponere non dubitavit. Id autem impoſitionis genus his maxime tempeſtatibus valuit.* Et mox: *peſtilentia cultoribus agrorum conſumtis, vectigalia annua demortuorum vicinis eum impoſuiſſe* docet. Ad quem locum Procopii vide *Alemannum,* qui Autorem τῆς ἐπιβολῆς & quæ ejus inſtituendæ occaſio fuerit, demonſtrat ex *Simonis Metaphraſtæ* loco, qui peſtem & famem occaſionem dediſſe ait, ut Imperator a vicinis tributa eorum, qui deperiſſent exigere decreverit, ne vectigalibus privaretur reſpublica. Idque in univerſo Imperio obtinuiſſe, ſive ob peſtem, ſive indigentiam deleti fuiſſent cultores agrorum, ſive a ſedibus ſuis exceſſiſſent ob neceſſitatem. Addit idem *Alemannus: Hoc iniquum tributum Sabæ viri ſanctiſſimi ro-*

adjectionem ſuſcipit, pro ea publica tributa exigantur, ex quo adjecta poſſeſſio tradita eſt. Non aliter autem adjectio fiat, niſi in ſcriptis hac in re examinatio apud Præſidem provinciæ fiat, & ſententia ejus feratur, quæ definiat, quis adjectionem ſuſcipere debeat. Si quis ſe læſum putet: licebit illi appellare, ut in judicio glorioſiſſimorum Præfectorum appellatio examinetur, & ſecundum leges decidatur.

CAPUT VIII.

SI dominum cujuſcunque poſſeſſionis vel non apparere, vel ad tributorum ſolutionem non ſufficere contingat, ut exinde adjectionis neceſſitas oriatur: jubemus, ut illa confeſtim (21) iis, qui conſerva, aut contributaria prædia poſſident, cum omnibus agricolis, qui in ea reperiuntur, eorumque peculiis, (22) & enthecis, & fructibus, & anima-

gatu tollere volentem Anaſtaſium repreſſiſſe Marinum *Præfectum Prætorio.* Idemque tributum Eccleſiis impoſitum fuiſſe, probat ex loco *Cyrilli Scythopolitani* non edito, quem ibi vide in gratiam Juris Conſultorum deſcriptum. Nec tributum Eccleſiis *Hieroſolymitanis* Juſtinianum condonaſſe diſces ibidem. Ut & *Suidam* ex loco *Procopii* male collegiſſe, ante Juſtinianum ἐπιβολῆς nullum uſum fuiſſe. Recte. Vide enim *Tit. Cod. de omni agro deſerto & quando* &c. ex quo patet, adjectionem hanc prædiorum prioribus Impp. variis pridem occaſionibus uſurpatam fuiſſe. Sic enim conductoribus fundorum reipubl. vel templorum cum fertilibus junguntur inutiliores a Gratiano *Valent. & Theodoſ. in l. 6. ibid.* Idem factum a Theodoſ. Arcad. & *Honorio* illis, qui fundos patrimoniales jure privato canone ſalvo ſuſceperint. *in l. 9. ibid.* It. qui per potentiam fundos opimos occuparunt, ſuſcipere in fœcundos jubentur in *l. 10. ibid.* Alia eſt *adjectio* in *l. 4. d. addict. in diem.* quod Cujac. annotavit. *Adjectio* etiam *Tituli* dicitur in *l. 1. C. Th. d. Incorporat.* pro *impoſitione* Tituli & *l. 3. C. d. bon. vacant.* de qua vid. Nov. Eſt & *augmentum* ut in *§. 4. Inſtit. d. ſucceſſ. libert.* Theophilo ibidem recte προσθήκη & in *Nov. 18. cap. 9. in fin. Nov. 22. c. 3.* etſi Alciatus accipiat ibidem pro modis Romanæ civitatis aſſequendi non ſat commode 1. *Parerg.* 16. vid. *Nov. 18. c. 9. in fin.* ἐπιβολὴ etiam erat multa, quam Magiſtratus irrogabant tutoribus, qui pupillos defraudaverant teſte *Suida* verb. ἐπιβολή.

(20) *Contribut.*) καὶ ὁμοκήνσων. Baſil. ἢ ὁμοκήνσων.

(21) *iis qui conſerva*] τοῖς ὁμοδούλοις. deeſt in Baſil.

(22) *& enthecis*) καὶ ἐνθηκῶν. Vet. *enthecis* ut in *l. 68. §. 3 ff. d. Leg. 3. Prædiis cum his enthecis quæ in ea poſſeſſione ſunt* &c. *Impoſitio* dicitur in *l. 34. §. 1. d.*

Digitized by Google

animalibus, omnique alio (23) inſtructo & inſtrumento ibi reperto tradatur. Si perſona, quæ eam ſecundum leges ſuſcipere debet, non inveniatur, vel alio quocunque modo adjectionem differri contingat: jubemus, ut acta apud Præſidem provinciæ conficiantur, quæ (24) quantitatem & ſtatum illius poſſeſſionis, omniaque, quæ in ea reperta ſunt, declarent: (25) atque ita eam Curiales, ſeu exactores, aut vindices, aut cohortales ſuſcipiant. Quare ſi poſtea debitores eam ſecundum leges ſuſcipere reperiantur, non aliter hoc fiat, niſi id, quod occaſione exactorum, vel (26) Curialium, vel (27) vindicum, vel cohortalium pejus aut minus factum eſt, ſuſcipienti reſtituatur.

CA-

leg. 2. χωρίον Γαζαν σὺν ταῖς ἐνθήκαις αὐτοῦ πάσαις *Villam gazam cum impoſitionibus ſuis omnibus*, ut Vetus verſio habet. *dotes prædiorum in l. 2. §. 1. ff. d. inſtr. & inſtrum.* dotes prædiorum, quæ græco vocabulo ἐνθήκαι appellantur. Gloſſ. ἐνθήκη, *merces*. *Cujacius* in expoſitione hujus Novellæ ait: *Enthecas*, *Haloander* dotes prædiorum interpretatur *ex l. 2. ff. de inſtrum. & inſtrum.* Inſtrumenta & ferramenta agri cauſa repoſita *l. ſi mihi Mevia. ult. d. leg. 3.* Et Columella *l. c. 8.* Et ita Libanius, quicquid pecuniæ ſeponunt menſarii Atticos *enthecam vocare*. In lege Rhodia alio ſenſu entheca eſt onus impoſitum navi, *Leontius* in *Joh. Eleemone*, Nauclerus emit enthecam, i. e. oneravit navem emtis mercibus. Auguſtinus ad fratres in eremo Enthecam nobis habere non licet. *Hæc Cujacius.*

(23) *inſtructo*] ἐνεργήματι καὶ inſtrumentu Baſil. ἐξοπλίσεως καὶ ἀμφιάσεως. Vid. *Gloſſ.* verb. *ſtrumentum* & Ant. Auguſt. verb. *inſtructum*.

(24) *quantitatem*] ποσότητα. Hal. ποιότητα *qualitatem*. Idem & *vetus* habet.

(25) *& ſic*) Hal. καὶ οὕτως ἔκδικοι αὐτὴν ἢ πολιτευόμενοι &c. *ſicque vel defenſores eam vel decuriones.* τὸ πολιτευόμενοι *Vet.* vertit *Curiales*, ut ſupra quoque & infra, ubi pro πολιτευόμενοι ponit βουλευτὰς. Baſil. οἱ πολιτευόμενοι εἴτε οὖν ἐξάκτορες.

(26) *Curialium*) βουλευτῶν. deeſt in Baſil.

(27) *Vindicum*) βινδίκων. Vid. Gloſſ. verb. *vindex* & *Ant. Aug.* Vindices erant exactioni tributorum præpoſiti, ut docet Juſtin. *in Nov. 124. 125.* ubi eos cum Curialibus & Officialibus & Canonicariis atque Exactoribus tributorum conjungit. Idque confirmat *Evagrius lib. 3. Hiſt. Eccleſ. c. 42.* Ubi dicitur, Anaſtaſium exactionem tributorum ademiſſe Curialibus & ad Vindices tranſtuliſſe. Idem aperte Juſtinianus in *Edict. XIII.* teſtatur. *VALES. ad Evagr. d. l.*

Digitized by Google

CAPUT IX.

HOc quoque jubemus, ut pro pecuniis, vel ſpeciebus in provinciis conſumtis, non exigantur a ſubditis, quæ (28) parapompica dicuntur: neque pro iis, qui emittuntur, plus præbeatur, quam ab initio in unaquaque provincia definitum eſt.

CAPUT X.

ILli vero, qui in provinciis (29) ad quæcunque tributa exigenda miſſi ſunt, (30) non aliter exactionem ordiantur, quam ſi prius in provinciali judicio datas ipſis hac de re juſſiones inſinuaverint: ut illi, qui publica tributa ſolvunt, nulli periculo aut damno eam ob cauſam ſubjaceant. Atque hoc ipſum in privatis etiam cauſis obſervetur.

CAPUT XI.

HOc quoque jubemus, ut illis, quibus tributorum exactio commiſſa eſt, nulla privatarum rerum exactio credatur. Quin & ſi illis aliquid tale commiſſum ſit, nullo modo id ipſi agere audeant: ne occaſione publicarum collationum ſubditi noſtri lædantur.

CAPUT XII.

SI quis autem, cum revera publica tributa debeat, executori dicat, alium ſibi debitorem eſſe: non liceat executori moleſtiam aliquam nominato afferre, niſi prior debitor nullo prorſus modo publica tributa ſolvere poſſe probetur. Hoc tamen prius apud Præſidem provinciæ quæratur, num is, qui nominatus eſt, revera debitor ſit: atque ita in utroque caſu legitime exactio fiat. Si quis exſequi, vel præter ea, quæ a nobis definita ſunt exigere audeat, cingulo privabitur & bonis

(28) *Parapompica*] παραπομπικά. Vet. tranſmiſſoria. Vid. *Gloſſ.* & *Ant. Aug.* In *l. 4. C. d. diſcuſſ.* ἀγγαρικὰ ἤτοι παραπομπικὰ ἢ δαπανήματα περὶ τὰς δημοσίους ὄνους &c. junguntur. Male in *Gloſſ. du Freſn.* dicuntur *ſpecies ipſa a Provincialibus illata.*

(29) *ad quæc.*] ὑπὲρ οἱωνοῦν δημοσίων εἰσπράξεων. Hal. οἱωνδήποτε δημοσίων ἀπαιτήσεων. Vet. *pro quib. publicis exactionibus.*

(30) *non aliter*] Adde *l. 2. C. d. Indiction. l. 1. C. d. ſuperindict.*

nis publicatis in exilium mittetur: a Magiſtratu vero, qui commiſit, aut præcepit, decem librarum auri pœna exigatur, ejuſque cohors quinque librarum auri pœnæ ſubjaceat.

CAPUT XIII.

NUlli vero prorſus eorum, qui publica tributa exigunt, neque cenſualibus, aut (31) logographis aut aliis quibuſdam, qui publice miniſtrant, liceat aſyli jure uti adverſus eos, qui ſe ab iis in tributorum exactione læſos eſſe dicunt.

CAPUT XIV.

NEmo autem (32) prorſus ob tributa prædiorum, quæ non poſſidet, moleſtetur. Sed & ſi contigerit, ut agricolæ ad aliquem pertinentes, vel adſcriptitii propriam poſſeſſionem habeant, (33) ab illis publica tributa (34) pro ea exigantur, domino eorum nullam moleſtiam illorum nomine ſuſtinente, niſi is forte propria voluntate tributis illis ſe obnoxium fecerit.

CAPUT XV.

EOs autem qui publica tributa exigunt, juſtis ponderibus & menſuris uti volumus, ut nec hac in parte ſubditos noſtros lædant. Si vero ſubditi, vel ponderibus, vel menſuris ſe damno affici putent, liceat illis ſpecierum quidem menſuras & pondera a glorioſiſſimis Præfectis, auri vero (35) & argenti & reliquorum metallorum pondera a glorioſiſſimo illius temporis Comite ſacrarum (36) largitionum accipere: atque menſuræ illæ & pondera in ſanctiſſima cujuſque Eccleſiæ civi-

(31) *logographis*] λογογράφοις. Vet. *rationum ſcriptoribus*. Jul. *logographis*, de quo verbo vid. *Gloſſ. Jul.* & *Ant. Aug.*

(32) *prorſus*] τὸ σύνολον. deeſt apud *Hal.*

(33) *ab illis &c.*] *ab illis pro ea publica tributa exigantur, domino eorum nullam*: Non leguntur hæc in *Vet. Verſione.*

(34) *pro ea*] ὑπὲρ αὐτῆς. Βασιλ. αὐτῶ.

(35) *& arg. & rel. met. pond.*] deſunt ap. *Hal.*

(36) *largitionum*] *largitionum*, Βασιλ. Ͽησαυρῶν.

civitate ſerventur: (37) ut tam illa, quam tributorum illatio, & militares, cœteræque expenſæ abſque ſubditorum onere fiant.

CAPUT XVI.

Ut vero civitatibus reipublicæ noſtræ, earumque incolis plene proſpiciamus: jubemus, ne tributorum exactoribus cum pecuniis, quæ operibus & fumentis civitatum, ſeu aquæ ductibus, vel aliis quibuſcunque (38) ſolennibus, aut ſalariis deſtinatæ ſunt, quid commune habere, (39) aut eas retinere, aut ex illis ad proprium lucrum quid redigere prorſus liceat: ſed ſine ulla dilatione, aut diminutione eas præbeant, ut in eos uſus, ad quos ab initio deſtinatæ ſunt, vertantur. Quin nec poſſeſſores, aut habitatores civitatum quocunque modo ex illis pecuniis (40) deſcriptionum nomine quid tollere, vel pro ſportulis quid ex illis dare, vel expendere audeanr. Si quis vero aut dare, aut accipere aliquid ex illis audeat: jubemus, ut id de ſuo duplicata quantitate civitati reddat. Sed nec Præſides provinciarum, vel eorum cohortes, vel quilibet alius commune quid habeant cum dictis pecuniis, vel earum adminiſtrationi ſe immiſceant: (41) ſed cujuſque urbis ſanctiſſimus Epiſcopus, & primores civitatis, nec non poſſeſſores ejus patrem civitatis & frumentarium, cœteroſque ejuſmodi adminiſtratores conſtituant. Quovis autem anno impleto ſanctiſſimus Epiſcopus cum quinque primoribus civitatis rationes ab illis, quos conſtituerunt, exigant. Et ſi quid ex ejuſmodi rationibus debitum aut reliquum appareat, id ab ejuſmodi adminiſtratoribus exigatur periculo eorum, qui eos conſtituerunt, illis-

(37) *ut tam*] ἵνα καὶ ταῦτα. Hal. ἵνα κατὰ ταῦτα. Non male. Et ſic quoque *Vet. ſecundum ea.*

(38) *ſolennibus*] σολεμνίοις. Suidas. σολέμνιον ὃ παρὰ βασιλέως ἀναφαίρετον δωρεὰ διδομένη ταῖς ἐκκλησίαις. Gloſſ. Baſilic. σολέμνιον, σύνηθες τὸ διδόμενον σπονδυταῖς ἰατροῖς καὶ τοῖς ὁμοίοις. Adde & *Meurſ. Gloſſ.* ubi plura vid. teſtimonia.

(39) *aut eas retinere*] ἢ παρακρατεῖν, ἢ τὶ ἐξ αὐτῶν εἰς ἴδιον κέρδος. Hal. ἢ παρακρατεῖν τὶ ἐξ αὐτῶν, ἢ ἴδιον κέρδος. Vet. *aut retinere aliquid ex iis, aut ad proprium lucrum redigere.* Sic forte melius.

(40) *deſcript. nomine*] ὀνόματι διαγρ. Hal. ἢ ὀνομ. διαγρ. Sic & *Vet.*

(41) *Sed cuj.*] ἀλλὰ τὸν ἑκάστης. Hal. ἀλλ' ἢ τὸν ἑκ.

illisque uſibus, quibus deſtinatum eſt, ſervetur. Si quis ex dictis adminiſtratoribus non idoneus inveniatur, ſtatim eum removeri jubemus, & alius in ejus locum tum a ſanctiſſimo urbis Epiſcopo, tum etiam a reliquis poſſeſſoribus (ut dictum eſt) conſtituatur. Atque ſciant illi, (42) qui eos nominant, ſi quod damnum civitati contigerit, id ex ſubſtantia illorum reſarciendum eſſe.

CAPUT XVII.

NUlli vero eorum, (43) qui in cohortemglorioſiſſimorum Præfectorum, vel in aliam cohortem, (44) aut ſcholam relati ſunt, talia ratiocinia committere liceat, neque ejuſdem Magiſtratus, vel alterius judicis juſſu, neque ſi pragmaticam, vel aliam ſanctionem, (45) vel ſacrum commonitorium accipiat, quod ei aliquid tale committat. Sed ſi tale quid fiat, liceat ſanctiſſimo cujuſque civitatis Epiſcopo, ejusque primoribus, ad dicta capita ejuſmodi perſonis non reſpondere, ſed ad nos referant, ut hæc cognoſcentes illatum civitatibus damnum ex ipſorum ſubſtantia reſtitui jubeamus, illisque juſtam pœnam infligamus.

CAPUT XVIII.

AD hæc jubemus, ut Scriniarii operum, qui ſub Præfectis ſacro Prætorio conſtituti ſunt, nullam omnino communionem cum ejuſmodi ratiociniis habeant: omniaque illa ceſſent, per quæ aliquid tale ſive generaliter, ſive ſpecialiter nuper iis permiſſum fuit, vel poſt hæc concedetur. (46) Rationes enim ad dictas cauſas pertinentes nemini

(42) *qui eos*] Julian. *nominatoribus.* vid. Ant. Aug. verb. *nominator.*

(43) *qui in cohorte*] Jul. *præfectiano.* Vid. *Gloſſ* verb. *Præfectianus.*

(44) *Vel ſcholam.*] ἢ ἐν σχολῇ ἀναφ. *Hal.* ἢ σχολῇ ἰῶν ἀναφ.

(45) *Vel ſacrum*] ἢ θεῖον κομμονιτώριον. Suidas. & Gloſſ. Jur. Κομμονιτώριον, (ita enim pro κομμονιτώριον ibi legere jubet *Meurſ.* Gloſſ.) ἐπιστολὴ πρεσβευτικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας. vid. *Meurſ. Gloſſ.* Συμβόλαιον etiam dicitur. Vid. Cujac. 1. Obſ. pag. m. 628. quid συμβόλαιον ſit, vide in Gloſſ. Jur. Vid. & *Lindenbrog. ad Amm. Marcell.* Lib. 28. c. 1.

(46) *Rationes*] Julian. *Oportet civilis pecuniæ logothetas, vel ratiocinatorem a ſolo Principe deſtinari.* Λογοθέτης eſt *diſcuſſor.* Hic autem diſceptator rationum fiſcalium ab aliis tractatarum, ὁ τοῖς δημοσίοις

Digitized by Google

mini committi volumus, niſi nos civitatibus id conducere arbitrati, bonæ exiſtimationis virum & dignitate ornatum elegerimus, qui a nobis ſcriptam ſacram juſſionem accipere debeat, quæ cum pia noſtra ſubſcriptione & nomen ejus, & dignitatem, & cauſas, & tempora (47) contineat, quorum rationes illi committimus. Eos vero, (48) a quibus rationes per perſonas illas exiguntur, omnem ſecuritatem habere, nec aliam quæſtionem ullatenus ſuſtinere jubemus.

CAPUT XIX.

(49) SAncimus inſuper, ut in nullo Reipublicæ noſtræ loco idem & Magiſtratus & glorioſiſſimorum Præfectorum, aut militaris Magiſtratus (50) Vicarius ſit. Quin nec is qui exactionem aliquam publicorum tributorum habet, glorioſiſſimorum Præfectorum aut militaris Magiſtratus Vicarius ſit. Et, ut brevi dicamus, nemo in provinciis

ἱερατικοῖς λογισμοῖς *Procop. II. d. Bell. Goth.* quem Cujacius etiam Catholicum dictum eſſe, & deinde quæſtorem & Cancellarium docet ex *notit. Off. Conſt.* & Niceta *ad l. 4. C. d. diſcuſſ.* quem vide. Gloſſ. Cyrilli λογοθέτης. Ratiocinator, diſcuſſor. Inter magnæ Eccleſiæ officia a Codino Curopal. refertur etiam ὁ λογοθέτης, quem conſtitutum ſcribit εἰς τὸ λογογραφεῖν καὶ εἰς τὰς δημοσιακὰς καὶ ἀρχοντικὰς ὑποθέσεις λογογραφεῖν. *Scribendis rationibus & quidem rationibus ad populum Principemque ſacerdotum pertinentibus perſcribendis.* Et inter officiales palatii *Logotheta publicæ rei, & magnus Logotheta, Logotheta curſus, Logotheta rerum domeſticarum ſive privatorum, Logotheta pecuaria.* &c. Vid. & *Meurſ. Gloſſ.* verb. λογοθέτης. Vid. *Gloſſ.* Jul. & Ant. Aug. verb. *logotheta.* Eum, qui publicam rationum curam gerit, Logothetam græco vocabulo Romani vocant. *Procop. lib. 3. d. Bell. Goth.* Et in Hiſtor. Arcan. p. 104. Juſtinianus Logothetas dicitur præfeciſſe militibus, qui pecunia eos emungerent. In edicto XII. legimus λογοθέσιον πολιτικῶν πόρων, quod Theophanes vocat γενικὸν λογοθέσιον S. Nicephorus δημοσίων λογιστὴν *publicarum rationum miniſtrum*, quem vulgo nominari dicit λογοθέτην. *ALEM. ad Procop. ἀνεκδ. p. 104.*

(47) *contineat*] περιέχουσι. Hal. περιέχουσι.

(48) *a quibus &c. rationes exiguntur*] τοὺς λογοθετουμένους. Hal. τοὺς λογισμοὺς ἀπαιτουμένους. Vet. *qui rationes exiguntur.*

(49) *ſancimus*] Caput hoc *19. & 20.* quod ſequitur, non legitur in editione Haloandri.

(50) *Vicarius*] τοποτηρητὴν. Jul. *loci ſervator.* Vid. *Gloſſ.* hoc verbo & *Ant. Aug.*

vinciis Præfectorum Vicarius fiat, niſi in expeditionibus ex ſcripta noſtra juſſione, quando Vicarius Præfectorum ejuſdem provinciæ mittendus eſt, qui militaribus expenſis proſpicere debeat. Si quid adverſus hæc peccetur, (51) is, qui ſibi Vicarium facit, ab eo triginta librarum pœna exigetur, omneſque expenſas, vel damnum reſtituat, quo quidam ab eo, qui ab illo (52) miſſus eſt, affecti ſunt. Qui vero talis fieri auſus fuerit, Magiſtratu ſuo, & poteſtate, & militia privabitur, & decem auri librarum pœna multabitur.

CAPUT XX.

INterdicimus inſuper Magiſtratibus, qui in provinciis ſunt, & civilibus & militaribus, ne in civitatibus, ſeu caſtris, Vicarios in concreditis ſibi provinciis faciant, ex quo ſcilicet in provinciam veniunt, & quamdiu in ea Magiſtratum gerunt: quinque librarum auri pœna imminente tam Magiſtratui, qui Vicarium facit, quam etiam illi, qui is fieri auſus fuerit. Antequam vero Magiſtratus in provincias veniant, licentiam illis Vicarios ſibi conſtituendi damus, qui uſque ad eorum adventum omnia, quæ ipſi Magiſtratus facere poſſunt, peragere debeant; excepto tamen ultimo ſupplicio aut membri abſciſſione. Sed & ſi quis ex Magiſtratibus juſſu noſtro in aliam provinciam mittatur, liceat ei ſimili modo Vicarium ſibi conſtituere.

CAPUT XXI.

JUbemus autem, ut omnes (53) Toparchæ, tam militares, quam civiles, ipſi in eos inquirant, qui latrocinia, aut violentias, aut rapinas rerum vel mulierum, aut alia quæcunque delicta in provinciis committunt, illiſque legitima ſupplicia inferant, nec in his cauſis conſuetudinum nomine quid accipiant: ut ſubditi noſtri undique illæſi ſerventur. Neque enim ulli majori vel minori, militari vel civili Magiſtratui

(51) *is qui ſe*] ὁ μὲν τοποτηρητὴν ἑαυτὸν ποιήσας. Lege τοπ. ἑαυτοῦ cum Hal. & Vet. *vicarium ſuum.*

(52) *miſſus eſt.*] πελυτος. *Hal.* σταλτος. Male.

(53) *Toparchæ*] τοπάρχαι. *Hal.* τοὺς ἄρχοντας. Vet. *judices.* Recte.

ſtratui permittimus, ut (54) latronum perſecutores, vel biocolytas, vel tribunos, vel qui arma quibuſdam detrahere debeant, propter ejusmodi cauſas in provinciis conſtituant: ne illa occaſione majores violentiæ provincialibus inferantur. Si quis autem ex Magiſtratibus hæc non obſervaverit, is intelligat, ſe non ſolum commiſſo ſibi Magiſtratu privandum, ſed & decem librarum auri pœnam ſibi ſolvendam, eumque qui ejuſmodi rem ſuſcipere audet, poſt tormenta & ſubſtantiæ publicationem, in exilium mittendum eſſe.

CAPUT XXII.

AD hæc jubemus, ne Præſides provinciarum eorumque cohortes, ſi forte ex urbe in urbem proficiſcantur, aut angariis, aut deſcriptionibus, aut aliis expenſis ſubditos gravent, ſed ex annonis, quæ ex publico illis aſſignatæ ſunt, expenſas faciant.

CAPUT XXIII.

PRæterea ſancimus, ut Præſides provinciarum omnibus modis poſt depoſitam adminiſtrationem quinquaginta dies in provinciis commorentur, illiſque reſpondeant, qui actiones quaſdam contra eos movent. (55) Si quoſdam ex illis ante completos quinquaginta dies provinciam relinquere contingat: jubemus, ut omnes, qui damnum aliquod ab illis perpeſſi ſunt, apud ſanctiſſimum Metropoleos Epiſcopum ejuſdem provinciæ conveniant, & actis confectis unusquiſque tactis ſacris Evangeliis illata ſibi damna manifeſtet, atque ex ſubſtantia ejus, contra quem acta illa confecta ſunt, omne damnum læſis (56) reſarciatur, providentia & periculo eorum, qui eo tempore Præfecti & Tractentæ illius provinciæ ſunt: ſciantque illi, quod ſi hoc

(54) *Latronum*] λῃστοδιώκτας ἢ βιοκωλύτας. Jul. *liſtodioctas* (de quo vid. Ant. Aug.) *vel Vsocolythas* de quo vid. *Gloſſ. Jul.*

(55) *Si vero*] Ante hæc inſerit non nulla Haloander, quæ nec apud Veterem Interpretem, nec in noſtro textu habentur. Quamobrem autem illa retineri non debeant, nullam equidem ſe videre cauſam ait *Agylaus*. Ipſa autem verba ita ſe habent: *Lite vero intra quinquaginta dies &c.*

(56) *reſarciat.*] ἀποκαθίστασθαι. *Hal*, ἀποδίδοσθαι. Vet. *reſtitui.*

hoc implere neglexerint, ipſi ex propria ſubſtantia omnia damna læſis reſtituere cogentur.

CAPUT XXIV.

SI quis autem ex Præſidibus provinciarum vel evocetur, vel alia adminiſtratio, (57) aut negotium in alia provincia ei credatur: jubemus, ut is legitimo procuratore conſtituto, illis, qui actiones damnorum nomine inſtituunt, reſpondeat. Quod ſi id non fecerit, ſancimus, ut & monumenta apud ſanctiſſimum Epiſcopum (ſicut ſupra dictum eſt) conficiantur, & illis, qui de damnis ſibi illatis jurarunt, ſecundum tenorem actorum omne damnum reddatur, providentia ſimiliter & periculo Præfectorum illius temporis, & cujuſcunque provinciæ Tractatorum.

CAPUT XXV.

VT autem omnes pecuniariæ pœnæ, quæ hac lege continentur, per rerum privatarum hoc tempore Comitem, ab iis, qui hanc legem non ſervant, exigantur, & noſtro fiſco vindicentur, ſancimus; qui, ſi eas non vindicaverit, ipſe cum ſchola, quæ ei miniſtrat, ex ſubſtantia ſua earum quantitatem ſolvere cogetur.

EPILOGUS.

QUæ igitur hac ſalutari lege in perpetuum valitura in utilitatem & tranquillitatem ſubditorum noſtrorum diſpoſuimus, Gloria tua inviolata & immota per omnia cuſtodire ſtudeat, atque ad omnium notitiam venire faciat, edictis in hac Regia urbe (58) propoſitis, ut per ea omnibus manifeſta fiant. (59) Dat. Id. Jun. Dn. Juſtin. PP. Aug. Baſil. V.C. Conſ.

Tit.

(57) *aut negot.*] ἢ χρείαν εἰς ἄλλην. *Hal.* ἢ ἄλλην. Vet. *aut opus ad aliam provinciam.* Noſtra lectio defendi poteſt

(58) *propoſitus*] additur in veteri verſione, *preceptis autem ad clariſſimos Provinciarum judices directis.* Quæ verba & agnoſcit editio *Haloand.* προσταξέων δὲ πρὸς τοὺς λαμπροτάτους τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας στελλομένων. Admittenda in textu illa videntur.

(59) *Dat.*] Sic & *Vet.* Jul. *Dat. III. Kal. Jul. poſt Conſ. Baſil. Anno IV, indiction. VIII.*

Tit. XII.

(1) De Samaritis.

CONSTIT. CXXIX.

Præfatio.

NUllum tam magnum eſt alicujus ex ſubditis noſtris delictum, quod non Clementia noſtra dignemur. Licet enim facta eorum odio habeamus, atque ad ea vindicanda ſurgamus: tempori tamen inſervientes, & delinquentes convenientibus modis emendantes, rurſus ad clementiam noſtram redimus, juſtam iram benignitatis rationibus lenientes: id quod hæc etiam lex noſtra facit. (2) Samaritas enim, atroces antea & elatos adverſus Chriſtianos, atque ad extremam quaſi dementiam delapſos, multis quidem pœnis caſtigavimus, una vero maxime, quod neque teſtamenta ſcribere, neque ſine teſtamento decedentes, ad cognatos, qui ab inteſtato vocantur, hæreditatem tranſmittere poſſint: niſi eos, qui ad hæreditatem in utraque ſpecie vocantur, rectæ Chriſtianorum fidei eſſe contingat. Prohibuimus vero illos & legata dare, & donationes ſcribere, vel ſimpliciter res ſuas alienare, niſi is, qui accipit, orthodoxæ ſit fidei. Hæc igitur nos generali quidem lege com-

(1) *De Samaritis*] vid. Ant. Aug. verb. *Samarita.* vid. & *l. 16. C. Th. d. Judæis Cælic.*

(2) *Samaritas enim*] de Samaritis tres conſtitutiones fecit. Prima eſt de religione illis interdicta, de qua Procopius (p. 52.) unde turbæ & ſeditiones in Palæſtina manaverunt. Secundæ ſingula capita in hac *Nov. 129.* recenſentur, quam ut Cyrillus Scythopolitones ait, inſtante ſanctiſſimo viro Saba Palæſtinorum legato, Juſtinianus ſancivit, factam ab iis rebellionem, & damna Chriſtianis illata vindicaturus. Hæc non eſt *l. 9. d. Hæret.* ut vir doctus Cæſar Baronius opinatur. Capita enim hujus conſtitutionis in *l.* illa *9.* minime apparent.) Hæc ſumma conſtitutionis fuit; *Ut Samaritarum ſynagogæ clauderentur, ipſi vero a republ. gerenda ſcilicet moverentur. Ne ad ſuos hæreditatis vel etiam donationis nomine tranſmitterent. Ut denique ipſorum primores & ſeditioſi occiderentur.* Tertia Juſtinianus ſuperiorem recreavit Sergii Cæſareæ Præſuli rogatu. Nam *Nov. 45.* quæ de Judæis æque ac Samaritis eſt, huc non pertinet. *ALEMAN. ad Procop. p. 52.* de Samaritatorum ſeditionibus vid. *ibid.*

Digitized by Google

plexos eſſe meminimus: verum non eandem in factis, quam in literis diligentiam adhibuimus. Etenim neque fiſcum noſtrum, neque aliam quandam fiſci partem aliquid ex illis accipere paſſi ſumus, licet hoc expreſſe lex concederet.

CAPUT I.

NUnc vero cum eos ad moderationem reductos videamus, nobisque ipſis indignum putemus, ſi in iiſdem terminis adverſus eos maneremus, qui ſimili morbo affecti non ſunt, maxime vero omnium juſtis precibus moti, quibus Sergius ſanctiſſimus Cæſareenſium Metropolis Epiſcopus pro iis uſus eſt, (qui teſtimonium perhibuit, meliores eos factos, & quietem eorum in futurum tempus ſpopondit) ad ſacram hanc legem noſtram venimus, qua ſancimus, ut Samaritis impoſterum teſtamenta ſcribere, ipſiſque de bonis ſuis diſponere liceat, quemadmodum & aliæ leges id ipſis permittunt. Hac vero decernimus, ut, qui ſine teſtamento facto moriuntur, ex his, qui ab inteſtato vocantur, illis ad imitationem aliorum hominum ſuccedant: exceptis iis, quæ nos hac lege mutabimus. Donationes quoque illis ſcribere permittimus, legataque dare & accipere, atque contractus cum omni licentia celebrare. Cum enim dederimus illis ut teſtentur, & de omni ſubſtantia diſponant, quomodo in particulari diſpoſitione difficiles erimus?

CAPUT II.

NOn tamen eodem loco Chriſtianos ſucceſſores & Samaritas habemus, (3) ſed majus privilegium illis, qui meliora ſequuntur, concedimus. Quare ſi quis eorum ſine teſtamento decedat, vel etiam liberos, (4) qui de Deo recte ſentiunt, relinquat, illi ſolum ad hæreditatem ejus vocabuntur, qui rectam Chriſtianorum fidem profitentur, excluſis reliquis, qui eodem cum defuncto errore tenentur. Hæc autem

(3) *ſed majus*] πολλὴν δὲ &c. προνομίαν. Vet. *Iterum vero* &c. qui πάλιν legiſſe videtur. *Cont.*

(4) *qui de Deo*] τὰ περὶ Θεὸν διηκριμένοι. Vet. *ad Deum diſcretos.* Heſych. διαιρεῖν, διακρίνειν, ἐξακριβοῦν, διαμερίζειν. Sunt igitur illi, *qui de rebus divinis recte judicant*, ut nobis videtur.

Digitized by Google

autem non de liberis ſolum, ſed & aliis cognatis dicimus, cujuſcunque ſint lineæ: ut illi, qui recta ſequuntur, præ illis, qui ſimilia non ſectantur, prærogativam habeant: ita tamen ſi omnes, qui vocantur, ejuſdem gradus ſint, vel unum ad hæreditatem ordinem habeant. Neque enim illis, qui remotiore gradu ſunt, & a proximioribus excluduntur, etſi meliora ſectentur, prærogativam & privilegium præ propinquioribus damus.

CAPUT III.

NOn tamen hac in re pœnitentiam auferimus excluſis. Si enim poſtea ad rectam Chriſtianorum fidem redire velint, qui ab hæreditate excluſi ſunt, portiones ſuas accipient, atque ita ad hæreditatem vocabuntur, quaſi ab initio rectæ hujus religionis fuiſſent, medii ſaltem temporis fructibus privati. Quod ſi quis illorum teſtamentum ſcripſerit, quantum ad religionem, id valere volumus. Si pater, vel alius quis aſcendentium, vel deſcendentium ſit, qui teſtamenta ſcribit: ſi quidem omnes, qui ad hæreditatem vocantur, in eodem cum illo errore ſint, de ſubſtantia, prout voluerit, diſponat: ſi vero quidam ex illis, qui eodem gradu vocantur, in eodem cum patre errore ſint, his ultra duas uncias ſubſtantiæ non relinquet: reliquum autem ad eos, qui recta ſequuntur, deferatur: niſi quis forte ex iis legata Chriſtianis relinquat. Illis autem, qui pœnitere volunt, etiam hic ſervetur, ut æqualitate cum illis, qui ab initio Chriſtiani fuerunt, frui poſſint, quemadmodum de iis, qui ab inteſtato vocantur, antea definivimus. Præter hunc vero ordinem & partem, querelam etiam inofficioſi aſcendentibus & deſcendentibus concedimus, qui recta dogmata ſectantur, & factis in teſtamentis rerum diſtributionibus forte læſi ſunt.

CAPUT IV.

COncedimus autem illis, ut donationes faciant, legata relinquant, ſervos libertate honorent, atque inter ſe contrahant, nihil obſtante lata a nobis antea lege. Fiſcum enim noſtrum, & omne id, quod publicum eſt, omnino excludimus, neque ex illa lege cum eorum hæredita-

reditatibus, vel ſubſtantiis eorum, vel contractibus quidquam commune habeat. Hæc vero non de futuris ſolum, ſed etiam de præteritis dicimus: ut neque propter ea, quæ tum contigerunt, aut fiſcus noſter, aut alius quilibet in ſubſtantias eorum inquirat. Cum enim in futuris humani ſimus, quomodo in præterita cum rigore inquiremus? Quare illi hac noſtra humanitate digni habiti, Deo, & nobis & Sanctiſſimo Sergio gratias agant, qui nos ad hanc erga illos humanitatem maxime excitavit.

EPILOGUS.

TUa igitur Gloria ex hac noſtra lege declaratam a nobis erga illos humanitatem intelligens, quæ nobis nunc placuerunt, provinciis per conſueta edicta manifeſta faciet, ut illi auxilio hoc in perpetuum fruantur. Dat. XVII. Kal. Jul. Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XXV. Baſil. V. C. Conſ.

TIT. XIII.

(1) De Tranſitu militum.

CONSTIT. CXXX.

Idem Imperator Petro Glorioſiſſimo Præfecto ſacro Prætorio.

PRæcipuum & maximum Reipublicæ noſtræ ſtatum eſſe arbitramur, ſi exercitus noſter in tranſitu ſine querela (2) alatur, & ſubditi noſtri illæſi indemneſque ſerventur.

CAPUT I.

JUbemus igitur, ut, quoties tranſitus fit noſtrorum Ducum & exercituum, (3) delegatores comitentur eos, qui alimentorum pro illis curam

(5) *Dat.*] Jul. *Dat. XVII. Kal. Jul. Dn. Juſtin. PP. A. Ann. 25. poſt Conſ. Baſil.* Legendum XV. ut congruat Baſilii Conſulatui. *Cont.*

(1) *De tranſitu*] Sic & *Hal.* Vet. *Quomodo oporteat milites tranſitum in civitatibus facere & de introitu.*

(2) *alatur*] ἀποτρέφεσθαι. Vet. *converſetur*, quaſi legiſſet ἀναστρέφεσθαι.

(3) *delegatores*] δηλεγατόρες συνίτωσαν αὐτοῖς, *delegatores comitentur eos* &c.

Digitized by Google

curam gerunt. Præſides vero cujuſque provinciæ, per quam tranſitus ſit, efficiant, ut expenſæ, (4) quæ fieri debent, in promptu ſint: quo exercitus noſter per unamquamque provinciam (5) tranſitum faciens, ſine querela alatur. Et cujuſque (6) legionis quidem optiones, ſine ulla (7) iniquitate ſpecies ſuſcipiant, & Ducibus atque militibus annonas in ſpecie ſubminiſtratas (8) erogent: habeant autem & optiones (9) pro ſolatio determinatam ipſis decimam quintam partem. Solita vero (10) recauta ab optionibus, pro iis, quæ ab ipſis expenſa ſunt, ſubditis fiant, periculo Ducum, qui cum ipſis ſunt, & Tribunorum, & Comitum, (11) & Diaſoſtarum, & Delegatorum, & uniuscujuſque

Vid. *Gloſſ.* verb. *delegatores.* Apud *Hal.* poſt τὸ delegatoras, legitur καὶ συντείνας.

(4) *quæ fieri debent*] τῶν ὀφειλομένων γίνεσθαι. *Hal.* ὀφειλοῦντων &c.

(5) *tranſitum*] τὸν &c. παριόντας *Hal.* omiſſo τὸν legit παριόντος. Male.

(6) *legionis*] ἑκάστου τάγματος ὀπτίονες. vid. *Gloſſ.* verb. *Numeri* & verb. *optiones* ut *&* *Ant. Aug.* Gloſſ. Cyrill. τάγμα *legio* &c. Optio eſt qui a ſuſceptore annonam militarem exigebat, quam poſtea erogabat, diſtribuebat militibus, Tribunis & Præpoſitis. Breviter: Optio eſt erogator militaris annonæ. *Procopius lib. 1. d. Vandalic. c. 112.* ὃς ἐπεμελεῖτο τῆς περὶ τὴν οἰκίαν δαπάνης, ὀπτίονα τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, id eſt, *Curam gerebat erogationis militaris: Optionem hunc vocant Romani* &c. *Gothofred. ad l. 1. C. Th. d. erog. milit. annon.* Dicitur & annonarius *l. 3. C. Th. d. Numerar. GOTHOFR.* d. l. & *Cujac. ad l. 3. C. d. apoch. publ.* Miniſtraſſe eos decurionibus & Centurionibus Feſtus ſcribit. Junguntur Teſſerariis, Speculatoribus, Sculcatoribus, de quibus vid. *Cujac. VI. obſ. 33.* Gloſſ. jur. ὀπτίονες, αἱρετοὶ ἢ γραμματεῖς. Erant & optiones domeſtici, quorum meminit Procopius *lib. 1. bell. Vandal.* ὃς ἐπεμελεῖτο τῆς περὶ τὴν οἰκίαν δαπάνης, ὀπτίονα τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, *qui familiarium expenſarum curam gerebat, hunc Romani optionem vocant.* Exercitus optionum dignitatem Nicolaus Pepagomenus in Panegyrico Sancti Iſidori declarat, & ab Optionibus fiſci diſtinguit, ſic enim ibi legendum φίσκου, non φύσιν. *ALEM. ad Procop.* Ἀνεκδ. *p. 102.*

(7) *iniquitate*] διαστροφῆς. Gloſſ. Cyrill. *divortium, diſtortus, perverſio.*

(8) *erogent*] καὶ ῥογεύειν.

(9) *pro ſolatio*] προφάσει παραμυθίας. *Hal.* πρόφασιν, *occaſionem ſolatii.*

(10) *Recauta*] τὰ δὲ ἐξ ἔθους recauta. Vid. *Alciat. 8. Parerg 17. Gloſſ. Jul.* verb. *Recauta.* Julian. *apochas ſive recauta.* Gloſſ. Cyrill. ῥέκαυτον, ἀποχῆς εἶδος. Sic & Gloſſ. Jur. Ῥίκαυδον, ἀποχῆς εἶδος. Scribendum ῥέκαυτον.

(11) *& Diaſoſtarum*] καὶ διασωστῶν καὶ delegatorum. Vid. *Gloſſ. &* *Ant. Aug.* verb.

cujuſque legionis Præfectorum. Neque ullo modo milites apud ſubditos gratis ſumtus faciant, ſive hoc prætextu, quod (12) præparatio forte facta non ſit, ſive (13) introituum nomine, (14) quorum & appellationem omnino tollimus, ut undique illæſi & indemnes ſubditi noſtri ſerventur.

CAPUT II.

SPecies vero, quæ in unoquoque loco reperiuntur, milites accipiant, nec alias requirant, quæ in provincia illa non reperiuntur, nec iniquitatem, vel damnum ſubditis noſtris exinde inferant.

CAPUT III.

EXpenſa vero a poſſeſſoribus noſtris facta, & per recauta declarata, ut ſine ulla iniquitate, aut damno, aut fraude, illis a throno Excellentiæ tuæ in tributa imputetur, jubemus. Si plura erogata inveniantur, quam erant ab iis conferenda, qui ſpecies dederunt: jubemus ut ex toto corpore fiſcalium ejuſdem provinciæ illis ſatisfiat, qui ultra tributa ſua expenderunt. Si illa ipſa provincia non habeat fiſcum, qui ad expenſam factam ſufficiat: illis, qui eam expenſam fecerunt, ex generali menſa ſatisfiat, quæ a Gloria tua adminiſtratur: vel ipſi (15) ex iis, quæ ab eo ſequenti indictione conferenda ſunt, illa retineant, iisque omni modo ab iis imputentur (16) qui fiſcalia expediunt. Atque hæc

diaſoſta. διασώζειν recentiores Græci pro ὁδηγεῖν dixerunt. Hinc διασώζων, *dux itineris.* Vid. *Meurſ. Gloſſ.* verb. διασώζειν, διασώστης.

(12) *præparatio*] ἑτοιμασία. Gloſſ. Cyrill. ἑτοιμασία, *Apparatio, Præparatio, metatio.*

(13) *introituum*] introitων. Vet. *introitorum.* Jul. *introita*, de quo verb. vid. *Gloſſ.* Jul.

(14) *quorum*] ὧν καὶ αὐτὴν τὴν προσηγορίαν. *Hal.* ὧν αὐτῶν καὶ τὴν &c. Vet. *quorum etiam ipſum.*

(15) *ex iis quæ*] ἐκ τῶν παρ' αὐτῶν συντελουμένων. *Hal.* ἐκ τῶν παρ' αὐτῶν. Vet. etiam: *ex his quæ ab his.* Et ſic legendum.

(16) *qui fiſcalia*] τῶν τὰ δημόσια ἀνυόντων. Poſſent hæc verba quoque verti, *qui tributa exigunt*, per ea quæ ad *Nov. 30. n. 20.* dicta ſunt. Cum autem verba *fin. h. cap.* τῶν τὰ δημόσια χειριζόντων vertenda ſint *qui tributa tractant* & de iiſdem quoque perſonis ſermo eſſe videatur, hanc ſignificationem, quæ a priore non multum diverſa eſt, retinendam duximus. Nec

Digitized by Google

hæc omnia procedant atque obſerventur periculo Gloriæ tuæ, & cujuſque provinciæ tractatorum, & Præſidum, & officiorum illis parentium, & ſuſceptorum, & curialium, omniumque illorum, qui fiſcalia tractant.

CAPUT IV.

HOc quoque obſervari jubemus, ut nemo Ducum aut militum pro tranſitu, vel a civitatibus, vel prædiis, (17) in pecunia numerata quid accipiat. Si quis vero inveniatur, qui pro tranſitu in pecunia numerata quid accipiat: jubemus, ut ab illo, qui id fecit, duplum ejus, quod pro eo accipere auſus eſt, exigatur.

CAPUT V.

SI quidam ex Ducibus noſtris, (18) aut exercitibus, aut optionibus illorum, recauta (19) factarum ab illis expenſarum non fecerint: jubemus, ut ſubditi, qui expenſas ſubminiſtrarunt, monumenta conficiant, [ſi quidem Præſes in illis locis reperiatur, apud ipſum & ſanctiſſimum urbis Epiſcopum. Sin vero Præſes in illis locis non inveniatur, apud ſanctiſſimum urbis Epiſcopum, vel Defenſorem locorum, ſub

tamen repugnamus quo minus quis *Vet. Int.* verſionem (quæ habet, *exigunt*) amplectendam judicet. Sunt enim quædam in textu quæ id ſuadent.

(17) *in pecunia*] ἐν ἀπαργυρισμῷ. Vet. *in minimo* & mox eodem capite *annonam*. Julian. *adarationem*, de quo verbo vid. *Gloſſ. Adarare* eſt taxare & æſtimare pecuniam, quod in annonis inferebatur. *Cujac. ad Tit. 28. C. d. Collat. donat. Adæratio* eſt taxatio pretii. Græci ἀπαργυρισμὸν vocant in *Nov. 43. & 130.* quoties pro annonis militibus pecunia datur, quæ ærariæ dicuntur annonæ *l. 14. & 15. infr.* ut ærarìa ratio Ciceroni. Eodem verbo uſus eſt *Amm. Marcell. lib. 31. c. 14. In adærantibus reliquorum debitis non moleſtus.* Sic veteres libri. Conſtantinus *2. Epit. Tit. 5.* Ἀπαργυρίζεσθαι λειτουργίαν, τουτέστιν ἀντὶ τῆς λειτουργίας, καὶ τοῦ ἐργάζεσθαι αὐτὸν διδόναι χρήματα. *CUJAC. ad l. 13. & 15. C. d. erog. milit. annon.* Add. *Gothofr. ad l. 28. C. Th. de erog. milit. ann.* Item ad *l. 1. C. Th. d. oblat. vot.* Valeſ. *ad Amm. Marc. lib. 31. c. 14.*

(18) *aut exercit.*] ἢ τῶν στρατευμάτων. Legitur στρατιωτῶν in *cap. praeced.* ἐξάρχων καὶ στρατιωτῶν. & in fin. *huj. cap.* & cap. 8. Ubi etiam nota pro ἐξάρχων poni ἀρχόντων. Hoc loco Vet. etiam legit *militum*.

(19) *factarum*] τῆς γινομένης παρ᾽ αὐτῶν

ſub quibus poſſeſſio ſita eſt, ex qua expenſæ factæ ſunt] & per ejuſmodi acta palam faciant, quinam ex Ducibus noſtris, & cum quo exercitu tranſitum facientes recauta non fecerint, quantamque ſummam expenderint. Atque acta illa ad Gloriam Tuam mittantur. Excellentia autem tua velut recautis factis, ſubditis quidem præbeat, vel etiam imputet expenſam ab illis factam [ſicuti ſupra diximus] quantitatem vero actis declaratam ex illis retineat, quæ a fiſco Ducibus & militibus, qui expenſam fecerunt, delegata ſunt.

CAPUT VI.

AD hæc jubemus, ut Duces noſtri, vel etiam illi, qui exercitum deducunt, & delegatores, quando tranſitus fiunt, (20) ante mittant ad illum locum, in quem exercitus noſter venturus eſt, & expenſas præparent, neque ad alias urbes, aut poſſeſſiones, aut prædia mittant, quaſi exercitus ibi manere debeat, atque exinde pecunias a poſſeſſionibus & prædiis accipiant. (21) Si quid eo nomine accipere audebunt: jubemus, ut dicta acta etiam ſic conficiantur, quæ declarent, quid datum, & cui datum ſit: omnia autem a Gloria tua læſis imputentur, vel præbeantur [ſecundum ſupra dictum a nobis modum] quæ per acta illa declarantur. Duces vero, omneſque, qui exercitum noſtrum deducunt, & delegatores duplum ejus reddant, quod pro eo accipere audebunt: (22) prometatores vero ſupplicium & exilium ſuſtineant.

CAPUT VII.

SI quidam ex Præſidibus provinciarum (23) colludentes ſæpe cum iis, qui exercitum noſtrum deducunt, non præparaverint expenſas, atque

δαπάνης. Jul. *de impenſis ſibimet rogatis.* Vid. *Gloſſ.* verb. *Rogata impenſa.*

(20) *mittant*] Eos ſcil. quos Julianus epitomator prometatores hic vocat, & hic etiam Vet. Interpr. extremo hoc capite. *CONT.*

(21) *Si quid*] εἰ δὲ λαβεῖν τι ὑπὲρ τούτου τολμήσουσι. Hal. εἰ δὲ λαβεῖν τις ὑπὲρ τούτου τι τολμήσοι. Vetus noſtram ſequitur lectionem.

(22) *prometatores*] προμηλάτορες. Vid. *Gloſſ. & Ant. Aug.*

(23) *colludentes*] συνδυαζόμενοι. Hal. συνδυαζόμενοι, *conſpirantes.*

atque ita eos per diverſas civitates (24) & prædia ducant: jubemus, ut illi Magiſtratu moti, publicationi & exilio cum cohortibus, quæ illis parent, ſubjiciantur: ſubditi vero noſtri vel ex recautis datis, vel ex actis, quæ dicto modo debent fieri, etiam ſic indemnes ſerventur.

CAPUT VIII.

HÆc autem ſervari jubemus, non ſolum in tranſitu Ducum noſtrorum, & militum, ſed & aliorum, qui ex quacunque gente a nobis auxilio reipublicæ noſtræ mittuntur.

CAPUT IX.

VErum ne occaſione dandorum metatorum libertas ſubditorum noſtrorum injuria afficiatur: ſancimus, ut nulli prorſus ex militibus noſtris (25) in præcipuis habitationibus, in quibus domini domuum morari inveniuntur, metata ſibi ſumere liceat: ſed illæ quidem ſine moleſtia dominis ſuis ſerventur, milites vero in aliis (26) cœnaculis metata accipiant.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt & hac lege declarata ſunt, Gloria tua & in regia hac urbe, & ſanctiſſimis ubivis Epiſcopis, Clariſſimiſque provinciarum Præſidibus, omnibuſque ſubditis noſtris in unaquaque provincia, & urbe palam faciat: ut ſubditi noſtri, quæ a nobis ad ipſorum indemnitatem diſpoſita ſunt, ſciant, & cognoſcant, ſi adverſus hæc quid agatur, & læſi rem tacuerint, ſe cauſam ejuſmodi damni

Sssss exiſtere.

(24) *& prædia*] καὶ χωρία. Hal. χώρας. Vet. *villas.*

(25) *in præcipuis*] εἰς τὰς ἀνδρωνικὰς οἰκήσεις. Jul. *in ea cenatione* &c. Vid. Gloſſ. verb. *cenatio* & *Ant. Aug.* Procop. ἀνεκδ. p. 103. ἐπὶ inquit, μέντοι καὶ τοῖς μὲν στρατιώταις ἀνὰ τὰ κάλλιστά τε καὶ τιμιώτατα δωματίων τῶν σφετέρων ᾠκημένοις ὑπηρετεῖν, αὐτοὺς δὲ πάντα τρόπον τὸν χεῖρον ἐν τοῖς φαυλοτάτοις τε καὶ ἀπημελημένοις τῶν οἰκιδίων δίαιταν ἔχειν, *denique militem præclarioribus atque honeſtioribus ædificiorum cubiculis exceptum bene ac liberaliter habuerunt, ipſi in male materiata vilioraque receptacula interea ſecedentes.*

(26) *cœnaculis*] διαίταις. Gloſſ. Cyrill. δίαιτα τὸ ὑπερῷον. *cœnaculum.*

exiſtere. Dat. Kal. Mart. Conſtant. Dn. Juſtin. PP. Aug. (27) Baſil. V. C. Conſ.

TIT. XIV.

(1) De Eccleſiaſticis canonibus, (2) & privilegiis ſanctiſſimarum Eccleſiarum.

CONSTIT. CXXXI.

Idem Imperator Petro glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.

PRÆFATIO.

De eccleſiaſticis canonibus, & privilegiis, aliiſque capitibus, quæ ad ſanctiſſimas Eccleſias, (3) cœteraque venerabilia loca & domus pertinent, hanc legem ferimus.

CAPUT I.

De quatuor ſanctis ſynodis.

Sancimus igitur, ut (4) vim legum obtineant ſacræ Eccleſiaſticæ regulæ, quæ in ſanctis (5) quatuor ſynodis expoſitæ vel confirmatæ ſunt, hoc eſt in Nicena trecentorum & octo, & Conſtantinopolitana centum quinquaginta ſanctorum patrum, & Epheſina prima, in qua Neſtorius condemnatus eſt, & Chalcedonenſi, in qua Eutiches cum Neſtorio anathemate percuſſus eſt. Prædictarum enim ſacrarum ſynodorum dogmata ut ſacras ſcripturas ſuſcipimus, & Canones, tanquam leges obſervamus.

CA-

(27) *Baſil.*] Vet. *anno XIX. poſt conſulatum Baſilii V. C. anno quarto indictione octava. Propoſita in civitate Conſtantinopolitana.* Sic tamen ex variis exemplaribus & conjecturis putat reſtituendam hanc ſubſcriptionem *Cont.* Jul. *Dat. V. Kal. Mart. Conſtantin. P. C. Baſil. Anno IV. indict. VIII.*

(1) *De Eccleſiaſt.*] Vet. *de Eccleſ. Titulis & privilegiis aliisque capitulis.*

(2) *& privilegiis*] καὶ προνομίων εἰς τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας. Hal. non male addit: ὁρώντων, *quæ reſpiciunt ad* &c. qua phraſi utitur Imp. *in præfat.*

(3) *& reliq. ven. loc.*] deeſt in *Baſil.*

(4) *vim legum*] τάξιν νόμων. Hal. τάξιν νόμιμον.

(5) *quatuor*] Baſil. ἑπτά; *ſeptem*, tres enim Synodi ibi adduntur.

CAPUT II.

De ordine ſedum Patriarcharum.

(6) AC propterea ſancimus, ut ſecundum earum canones ſanctiſſimus veteris Romæ Papa, primus omnium ſacerdotum ſit. Beatiſſimus vero Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus novæ Romæ, poſt ſanctiſſimam Apoſtolicam ſedem veteris Romæ ſecundum locum habeat, reliquiſque omnibus præferatur.

CAPUT III.

De Archiepiſcopo primæ Juſtinianæ.

BEatiſſimus vero hoc tempore Archiepiſcopus primæ Juſtinianæ, patriæ noſtræ, ſemper ſub juriſdictione ſua Epiſcopos provinciarum Daciæ mediterraneæ, & Daciæ ripenſis, (7) Triballeæ, Dardaniæ, Myſiæ ſuperioris, & Pannoniæ habeat, atque illi ab eo creentur, ipſe vero a propria ſynodo creetur, & in ipſis provinciis illi ſubjectis locum teneat ſedis Apoſtolicæ Romanæ, ſecundum ea, quæ a ſanctiſſimo Papa Vigilio conſtituta ſunt.

CAPUT IV.

De Epiſcopo Carthaginenſi.

PAri modo, jus Pontificatus, quod Epiſcopo Juſtinianeæ Chartaginis Africanæ diœceſeos dedimus, ex quo Deus nobis hanc reſtituit, ſervari jubemus. Cœteræ quoque civitates, earumque Epiſcopi, quibus in diverſis locis jus Metropoliticum datum eſt, privilegio illo in perpetuum fruantur. Omnia vero privilegia (8) & ſolatia, quæ ex Imperatoria liberalitate, vel alio quocunque modo ſanctis Eccleſiis, vel aliis venerandis locis conceſſa ſunt, firmiter illis per omnia ſerventur.

 CA-

(6) *Ac propterea*] Confer *l. 45. C. Th. d. Epiſcop. Eccl.* ibique *GOTHOFR.*

(7) *Triballea*] Vet. *Privatis.* Baſil. Τριβαλλίας. *Prævalenſis* vertit Fabrottus. Cujacius ad Nov. 11. Πρεβαλλίας legendum eſſe monet, i.e. *Prævalitana.*

(8) *& ſolatia*] καὶ αἱ παραμυθίαι. Baſil. τὰς παραμυθίας ἅπας.

CAPUT V.

De privilegiis poſſeſſionum Eccleſiaſticarum.

AD hæc ſancimus, ut omnium ſanctiſſimarum Eccleſiarum, & reliquarum venerabilium domuum poſſeſſiones, (9) neque ſordidas functiones, (10) neque extraordinarias deſcriptiones ſuſtineant. Si tamen viæ ſternendæ, vel pontium ſtruendorum aut reficiendorum neceſſitas adſit, ſanctæ Eccleſiæ, cœteræque venerabiles domus ad imitationem reliquorum (11) poſſeſſorum opus illud impleant, quando in ea civitate quid poſſident, (12) in qua tale opus fit. Quod ſi quædam res ex Curialium ſubſtantiis ad quamcunque ſanctiſſimam Eccleſiam, vel aliam venerabilem domum ſecundum leges venerunt, vel poſtea (13) perveniunt, ſancimus, ut illa (14) a deſcriptione lucrativorum liberæ ſint.

CAPUT VI.

De præſcriptione 40. annorum, quæ ad venerabiles domos pertinet.

PRæcipimus autem ut pro temporalibus decem, aut viginti, aut triginta annorum præſcriptionibus, ſola quadraginta annorum præſcriptio ſanctiſſimis Eccleſiis, cœteriſque omnibus venerabilibus locis opponatur. Atque id ipſum obſervetur, & in exactione legatorum & hæreditatum ad pias cauſas relictarum.

CA-

(9) *neque ſordidas*] *Huc* ſpectat viarum conſtruendarum & muniendarum neceſſitas, ut docet. *l. 15. 18. C. Th. de extraord. ſ. ſord.* Et ab ea aliquando Eccleſiæ immunes fuerunt. *l. 40. C. Th. d. Epiſcop.* ſed Eccleſias huic Titulo adſcripſit *Theodoſius Valent. & Juſtinianus h. l. GOTHOFR. ad l. 10. d. extraord. ſ. ſord. & l. 41. d. Epiſcop. Eccleſ.*

(10) *neque extraord.*] In græco μήτε extraordinarias. Βασιλ. ἔξω τῶν διατεταγμένων.

(11) *poſſeſſorum*] κτητόρων. Βασιλ. οἰκητόρων.

(12) *in qua*] ὑφ' ἣν. in Baſil. deeſt.

(13) *perveniunt*] ἐπέλθωσιν. Hal. παρέλθωσιν.

(14) *a deſcriptione*] διαγραφῆς. Vid. *Gloſſ.* verb. *deſcriptiones* & *GOTHOFRED. h.*

CAPUT VII.

De ædificatione Eccleſiarum.

SI quis autem venerabile oratorium, aut Monaſterium ædificare voluerit, non aliter ædificare incipiat, quam ſi ſanctiſſimus locorum Epiſcopus preces ibi fuderit, & honorandam crucem fixerit. (15) Qui vero vel novum oratorium condere, vel vetus renovare incipit, omnibus modis a beatiſſimo locorum Epiſcopo, ejusque Oeconomis, & civili Magiſtratu (vel ipſe, ſi is (16) ſuperſtes ſit, vel, illo defuncto, hæredes ejus) (17) cœptum opus perficere cogatur.

CAPUT VIII.

Ne in ſuburbanis, domibus, fundis, vel locis (18) privatis ſacra miniſteria peragantur.

SI quis in domo ſua, vel ſuburbano, vel prædio, Eccleſiaſticum miniſterium obire audeat, vel alios ſine Clericis ſanctiſſimo loci Epiſcopo ſubjectis obire permittat: jubemus, ut domus illa, vel ſuburbium, vel prædium, ubi illud permittitur, ſanctiſſimæ Eccleſiæ illius loci, per Dei amantiſſimum Epiſcopum ejuſque Oeconomum & civilem locorum illorum Magiſtratum vindicetur. Si vero ignorante locorum domino Curatores ejus, vel conductores, vel Emphyteutæ, adverſus ea fecerint, aut fieri permiſerint, dominus quidem loci nullum præjudicium, aut damnum ſuſtineat: illi vero, qui id fecerunt, vel fieri permiſerunt, provincia ubi hoc commiſſum eſt, ejiciantur, eorumque res ſanctiſſimæ Eccleſiæ illius loci vindicentur.

CAPUT IX.

Ut legatum Deo relictum illi Eccleſiæ detur, in qua teſtator domicilium habuit.

SI quis (19) nomini magni Dei & Servatoris noſtri JEſu Chriſti hære-

Sssss 3 ditatem,

(15) *Qui vero*] ὁ ἀπαρχόμενος. Βασιλ. ὁ ἅπαξ ἀρχόμενος. Sic *Hal.* & Vet. *Int.* Nec male.

(16) *ſive ſuperſtes*] εἰ περιείη. Βασιλ. εἴπερ εἴη.

(17) *cœptum*] ἀρχθὲν. Hal. ἀχθὲν.

(18) *privatis*] οἰκίων ἰδίων. Scribe οἰκείων.

(19) *nomini*] εἰς ὄνομα. Βασιλ. ὀνόματι.

Digitized by Google

ditatem, vel legatum relinquat: jubemus, ut ejus loci Eccleſia, ubi teſtator domicilium habuit, relictum accipiat. Si quis vero unum ex ſanctis hæredem ſcripſerit, vel legatum illi reliquerit, nec ſpecialiter locum, in quo ſit venerabilis domus, nominaverit, in illo ipſo autem loco, vel urbe plura oratoria ejuſdem Sancti inveniantur, pauperiori potius domui relictum præbeatur. Si in civitate illa non ſit domus Sancti illius, qui nominatus eſt, inveniatur autem in territorio ejus, tum illi detur. Sin veto nec in territorio ejus talis domus inveniatur: tunc Eccleſiæ urbis, in qua teſtator domicilium habuit, relictum præbeatur.

CAPUT X.

Si quis oratorium ædificari juſſerit.

SI quis venerabile oratorium, vel Xenodochium, vel Ptochium, vel Orphanotrophium, vel Noſocomium, vel aliam venerabilem domum ædificari in ultima voluntate juſſerit: jubemus, ut oratorium quidem intra quinque annos, cura Epiſcopi illius loci & Magiſtratus civilis perficiatur: Xenodochium vero, vel Ptochium, vel alia venerabilis domus uno anno perficiatur. Quod ſi hæredes Xenodochium, vel quamlibet venerabilem domum, quæ ut exſtruatur teſtator diſpoſuit, intra annum non perfecerint: jubemus, ut vel emant, vel conducant domum, ubi juſſa impleri poſſint, donec ejuſmodi venerabilis domus perficiatur. Et ſiquidem ipſe teſtator definiverit, qui Xenodochi, vel Ptochotrophi vel alii adminiſtratores fieri debeant, vel hæredibus ſuis electionem commiſerit: jubemus, ut omnibus modis hæredes ejus, quæ ab eo diſpoſita ſunt, impleant: beatiſſimique illius loci Epiſcopi videant, num adminiſtratio recte procedat, & ſi adminiſtratores inutiles eſſe inveniant, liceat ipſis ſine damno alios idoneos in eorum locum conſtituere.

CAPUT XI.

Ut legata pro redemtione captivorum relicta ab Epiſcopis praſtentur.

SI quis autem pro redemtione captivorum, vel alimentis pauperum, hæreditatem, vel legatum in rebus mobilibus, vel immobilibus, ſive

ſive ſemel, ſive quotannis, reliquerit: etiam hoc omnibus modis ſecundum voluntatem diſponentis ab illis impleatur, qui hoc facere juſſi ſunt. Quod ſi non ſpecialiter dixerit, cujus loci pauperibus illa reliquerit: jubemus, ut ſanctiſſimus civitatis Epiſcopus, in qua teſtator domicilium habuit, illas res accipiat, & pauperibus diſtribuat. Si pro captivorum redemtione quid relictum eſt, neque nominatim teſtator dicat, per quem liberationem fieri oporteat, etiam ſic jubemus, ut res in hoc relictas locorum Epiſcopus ejuſque Oeconomus accipiat, & pium illud opus perficiat. In omnibus enim ejuſmodi piis voluntatibus ſanctiſſimos locorum Epiſcopos providere volumus, ut omnia ſecundum voluntatem defuncti procedant, licet vel maxime a teſtatoribus, vel donatoribus illis prohibitum ſit, ne quid cum ea commune habeant. Si vero illi, qui hæc facere juſſi ſunt, ſemel aut bis a beatiſſimo locorum Epiſcopo ejuſque Oeconomis per publicas perſonas admoniti, quæ diſpoſita ſunt, implere differant: jubemus, ut omne lucrum amittant, quod ab illo, qui hæc juſſit, iis relictum eſt. Sanctiſſimi vero locorum Epiſcopi omnes res, quæ omnibus piis cauſis, ut dictum eſt, aſſignatæ ſunt, cum fructibus & acceſſionibus medii temporis & dicto lucro vindicent, quæque teſtator diſpoſuit, impleant: ſcientes ſe de his omnibus, ſi negligentes fuerint, Deo rationem redditurος eſſe. Quod ſi ſanctiſſimus locorum Epiſcopus aliquid eorum, quæ a nobis dicta ſunt, intermiſerit: ea ſanctiſſimo illius Metropolitano exigere, & implere, ac cuicunque alii quæſtionem illam movere atque operam dare liceat, ut omnibus modis piæ illæ cauſæ impleantur.

CAPUT XII.

Ut in piis legatis Falcidia ceſſet.

SI heres non impleverit ea, quæ ad pias cauſas relicta ſunt, dicens, relictam ſibi ſubſtantiam ad illas non ſufficere: jubemus, ut omni lucro Falcidiæ ceſſante, quodcunque in ſubſtantia illa invenietur, providentia ſanctiſſimi locorum Epiſcopi illis cauſis cedat, ad quas relictum eſt. Si legatum a quodam ad pias cauſas relictum eſt: jubemus, ut intra ſex menſes ab inſinuatione teſtamenti computandos, id omnibus modis,

Digitized by Google

modis, quibus relictum eſt, præſtetur. Si illi, qui eo onerati ſunt, legatum illud præſtare differant, & fructus & uſuræ & omne legitimum augmentum a tempore mortis ejus, qui id reliquit, ab illis exigetur. Si annuum legatum cuicunque venerabili domui relinquatur. ſi quidem illi, qui id dare juſſi ſunt, vel locus, ex quo id præſtari juſſum eſt, in eadem vel vicina provincia ſint, nullo modo legatum illud alienari volumus: ſin autem loca, vel perſonæ, a quibus id dari præceptum eſt, longius abſint: tunc illis, quibus id relictum eſt, ſi pars obligata conſentiat, legatum permutare liceat, fertilemque pro eo propinquum reditum accipere, & cum acceſſione non minore quartæ partis relictæ quantitatis, & multis publicis tributis non oneratum. Si legatum illud vendere velint, non minus pretium accipiant, quam ex legato illo (20) triginta quinque annis colligitur: ita tamen ut pretium illud in utilitatem prædictæ venerabilis domus, cui relictum eſt, cedat.

CAPUT XIII.

Ne Epiſcopi de iis, quæ poſt Epiſcopatum ad eos pervenerunt, teſtentur.

INterdicimus autem ſanctiſſimis Epiſcopis, ne res mobiles, vel immobiles, vel ſe moventes, quæcunque poſt Epiſcopatum ad eos quocunque modo pervenerunt, ad cognatos ſuos, vel alias quaſcunque perſonas quocunque modo transferant. Ad captivorum vero redemptionem & pauperum alimenta aliaſque pias cauſas, vel utilitatem Eccleſiæ ſuæ, ex his impenſas facere liceat. Et ſi quid ex rebus illis poſt illorum mortem in bonis eorum manſerit: jubemus, ut ad dominium ſanctiſſimarum Eccleſiarum, quarum Sacerdotium geſſerunt, id pertineat. In illis enim ſolum rebus alienandi, vel cuicunque voluerint reliquendi licentiam illis concedimus, quas ante Epiſcopatum habuiſſe probatum eſt, aut poſt Epiſcopatum, ab iis, qui genere illis juncti ſunt, ad eos pervenerunt, quibus ab inteſtato uſque ad quartum gradum ſuccedere poſſunt. Hæc vero omnia, quæ de rebus poſt Epiſco-

(20) *triginta*] Sic & *Hal.* Vet. *viginti quinque.* Julianum hic depravatum eſſe dicit. *CONT.*

Epiſcopatum ad ſanctiſſimos Epiſcopos devolutis diximus, in religioſiſſimis etiam Orphanotrophis & Ptochotrophis & Noſocomis & Gerontocomis & Xenodochis reliquiſque omnibus adminiſtratoribus venerabilium domuum ut obtineant, ſancimus, quantum ad res, quæ tempore adminiſtrationis illorum dicto modo ad eos pervenerunt. Quod ſi Epiſcopus aliquis, vel Clericus, vel cujuſcunque Eccleſiaſtici gradus miniſter, vel Eccleſiæ Diaconiſſa ſine teſtamento, vel legitimis ſucceſſoribus moriatur: illorum ſucceſſio ad Eccleſiam, in qua conſtituti ſunt, pertineat.

CAPUT XIV.

Ne (21) hæretici ab Eccleſiis, vel oratoriis quocunque modo res immobiles accipiant. Et ne ſpeluncam infidelitatis ſuæ ædificent.

JUbemus autem, ut nullus hæreticus, neque per conductionem, neque emphyteuſin, neque emtionem, aut alio quocunque modo res immobiles a quacunque ſanctiſſima Eccleſia, vel alio venerabili loco accipiat. Si vero aliquid tale fiat, hæreticus, quod pro tali cauſa (22) præſtitit, perdat, & res illæ venerabili loco, a quo datæ ſunt, vindicentur: Adminiſtrator autem domus, qui res illas hæretico dedit, ab omni adminiſtratione removeatur, & in Monaſterium conjiciatur; ac per unum annum a ſacra communione ſeparetur, ut qui hæreticis Chriſtianos (23) prodidit. Si orthodoxus in ſanctiſſima Eccleſia, in qua eſt, poſſeſſionem habeat, eamque alienaverit, vel reliquerit, & per emphyteuſin, vel locationem, quamcunque adminiſtrationem (24) Judæo,

(21) *hæretici*] Cum id verbum in Græca inſcript. deſit, inferendum eſt & ſcribendum περὶ τοῦ μὴ αἱρετικοὺς ἀπ' Ἐκκλ. &c. Vet. pro *oratoriis* habet *privatis*. & pro *infidelitatis*, *fidei*.

(22) *præſtitit*) παρασχοι, τοῦτο ἀπολέσει, Hal. παράσχοι το ἀπολ.

(23) *prodidit*) προδέδωκεν. Hal. παρέδωκεν.

(24) *Judæo*] *Hal.* addit ἢ αἱρετικῷ, *vel hæretico*, quod expungendum dicit *Agylæus*. Videtur autem id magis a loco ſuo motum. Noſtræ enim editiones poſt *Ariano* habent ἢ ἄλλῳ αἱρετικῷ, quod deeſt apud *Haloand*.

dæo, vel Samaritæ, vel (25) Græco, vel Montaniſtæ, vel Ariano, vel alii hæretico dederit, ſanctiſſima illius vici Eccleſia dominium earum vindicet. Si quis hæreticorum (quibus etiam Neſtorianos & Acephalos & Euthychianiſtas annumeramus) (26) ſpeluncam incredulitatis ſuæ ædificare, vel ſi Judæi novam Synagogam exſtruere auſi fuerint, ſanctiſſima illius loci Eccleſia ædificium dominio ſuo vindicet. Si quis per emphyteuſin, vel locationem, vel aliam quamcunque diſpoſitionem poſſeſſionem ſuam ejuſmodi perſonæ dederit: ſiquidem dominus poſſeſſionis noverit, ſe eam hæretico commiſiſſe, omnes reditus illius temporis, quod contractu (27) continetur, Eccleſia civitatis, ſub qua poſſeſſio ſita eſt, vindicet: ſi vero dominus poſſeſſionis eum, cui illa commiſſa eſt, hæreticum eſſe ignoraverit: ipſe quidem dominus ob ignorantiam indemnis ſervetur, hæreticus autem utroque caſu poſſeſſione ejiciatur, & ſubſtantia ejus fiſco addicatur.

CA-

(25) *Græco*] ἕλληνες pro paganis accipiendi ſunt, cum enim Julianus Imper. qui deſertor fidei fuit, edicto prohibuiſſet, ne Chriſtiani Græcorum ſtudiis ſeſe dederent, cœperunt Pagani ἕλληνες appellari, græcaque religio paganiſmus eſſe, cujus rei Gregor. Nazianzenus lib. adverſus Julianum 1. eſt auctor. *Alciat. 8. Parerg. 2.* Videntur hi eſſe, qui & ἑλληνίζοντες dicuntur a *Joh. Malala Chronograph. in Juſtin. p. 184.* de quibus ſcribit: Imperatorem ſanciviſſe, ne munus in republica aliquod obirent (μὴ πολιτεύεσθαι τοὺς ἑλληνίζοντας) reliqui vero hæretici ex Romana republica diſcederent &c. Factum id *ann. Imp. 3. Indict. 7. Conſ. decio.* Vid. *Synopſ. Chronogr. Malalæ* ſubjectam. Evagrius *Hiſt. Eccleſ. lib. 4. c. 38.* ἐξ ὧν ἁπάντων ἐστὶν ἰδεῖν, ὅπως ἐσπουδάσθη τῷ ἱερῷ γένει ἑλληνικῶν καὶ Μανιχαίων ζιζανίων ἐμπλῆσαι τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὸ λιτόν. *Ex quibus omnibus deprehendere licet, id ſtudium fuiſſe Origeni, ut Apoſtolicorum dogmatum ſimplicitatem Græcorum & Manichæorum lolio repleret.* Ad quem locum *Valeſius* verba *Juſtiniani epiſtol. ad Synod. 5. Conſtantinop.* notavit, quæ latina brevitatis ſtudio deſcribemus. *Cum igitur nobis nuntiatum fuerit, quosdam eſſe monachos Hieroſolymis, qui Pythagoram & Platonem & Origenem ſectantur, de his rebus quæſtionem & curam habendam eſſe exiſtimavimus, ne Græcanico & Manichæico errore multos penitus perdant.* Vid. & Procop. Hiſtor. Arc. p. 53. Ubi quis dicitur ἐπὶ τοὺς ἕλληνας καλουμένους, *ſævitiam convertiſſe.*

(26) *ſpeluncam*] σπήλαιον τῆς ἰδίας ἀπιστίας *Hal.* σπήλαιον τῆς ἰδίας πίστεως *ſpeluncam fidei ſuæ.* Illud potius amplectendum.

(27) *continetur*] περιεχομένου. *Hal.* περιεχομένου, *quod contractus acceſſit.*

CAPUT XV.

Ut Orphanotrophi tutoribus ſimiles ſint, & (28) inſtar eorum (29) inventarium ſuum faciant.

ORphanotrophi vero tutorum & curatorum locum obtineant: ita tamen, ut etiam ſine ſatisdatione agant & conveniantur de rebus, (30) quæ ad orphanos jure dominii, vel ad ipſa orphanotrophia pertinent. Res autem ad aliquem forte ex orphanis pertinentes præſentibus publicis tabulariis, actiſque confectis (in regia quidem urbe a Magiſtro Cenſuum, in provinciis vero a Præſidibus earum, (31) vel Defenſoribus locorum,) orphanotrophi accipiant, cuſtodiant, &, ſi neceſſarium putaverint, etiam alienent, earumque pretium orphanis ſervent, vel alias res pro illis emant, tutelaribus autem vel curatoriis rationibus (32) non ſubjaceant. Sacro vero orphanotrophio regiæ hujus urbis & Xenodochio, quod a piæ memoriæ (33) Samſone (34) nomen habet, illiſque Oratoriis, qui ſub ejus (35) juriſdictione ſunt, vel Xenodochiis, vel aliis venerandis domibus, omnia privilegia, quæ

Ttttt 2 (36) ſan-

(28) *ad inſtar*] δίκην αὐτοῦ: Scribe δίκην αὐτῶν. Præcedit enim τὸ πρῶτον.

(29) *inventarium*] Sic *Vet.* quid aut ſit τὸ αὐτόπτην, quod extat in Græco, non liquet. Nil enim commune habet cum ἀπογραφὴ, ἀναγραφὴ, quod eſt *inventarium.*

(30) *quæ ad orphanos*] *Hal.* ita: *quæ ad orphanotrophia vel proprietatis jure ad ipſos orphanos pertinent.*

(31) *vel defenſ.*] (*vel defenſoribus locorum*) *accipiant orphanotrophi & cuſtodiant, ſi neceſſarium putaverint, etiam alienent* & *pretium eorum.* Hæc deſunt in edit. *Hal.*

(32) *non ſubjaceant*] μὴ ὑποκεῖσθαι δὲ. Sic & Cod. Vatican. *Hal.* καὶ ὑποκεῖσθαι δὲ &c. *ſed & ſunto obnoxii.* Noſtra lectio in *Baſil. lib. 5. Tit. ult.* his verbis expreſſa eſt, ὅθεν καὶ τὰ πράγματα αὐτῶν (ſcilicet orphanorum) δημοσίᾳ παραλαμβάνουσιν ἀλογοθετήτως καὶ ἀζημίως, *rationibus reddendis minime obnoxii, neque ullum ex eo damnum ſentiunt. Cujacius* rationem affert, quia ſunt patris loco. *l. ult. l. 4. C. d. bon. quæ lib.*

(33) *Samſone*] Σάμψων. *Hal. Sampſorum.* Vet. *Sanctæ Mariæ Sanſo.* Pro *Mariæ* lege *Memoriæ.* Vid. quæ ſupra de hoc nomine.

(34) *nomen*] τοῦ καλουμένου. deeſt apud Hal.

(35) *juriſdictione*] δικαιοδοσίαν. Hal. διοίκησιν. Vet. gubernatione. Haloandri lectio verior videtur.

(36) ſanctiſſima magna Eccleſia Conſtantinopolitana habet, ſervari jubemus.

EPILOGUS.

QUæ igitur hac lege in perpetuum valitura Serenitas noſtra ſancivit, Excellentia Tua Edictis more ſolito in Regia hac urbe propoſitis, ad omnium notitiam venire ſtudeat. Nos enim curam geremus, ut ſine ullo ſubditorum damno, etiam in provinciis manifeſta fiat. (37) Dat. XV. Kal. April. Conſtantin. Dn. Juſtin. PP. Aug. Baſil. V. C. Conſ.

Tit. XV.

(1) Edictum de fide, Conſtantinopolitanis.

CONSTIT. CXXXII.

PRimum & ſummum omnium hominum bonum eſſe credimus, veræ & inculpatæ Chriſtianorum fidei rectam confeſſionem, ut illa per omnia confirmetur, omneſque totius orbis ſanctiſſimi Sacerdotes concordia uniantur, & uno ore rectam Chriſtianorum fidem profiteantur & prædicent, omniſque prætextus ab hæreticis inventus tollatur: id quod diverſis legibus & edictis a nobis conſcriptis demonſtratur. Sed quoniam hæretici nec Deum timentes, nec pœnas, quas legum ſeveritas illis minatur, conſiderantes, (2) Diaboli opus perficiunt, & quoſdam ex ſimplicioribus decipientes, ſanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ (3) illicita conventicula & baptiſmos clam celebrant, pium exiſtimavimus, (4) per hoc edictum noſtrum eos hortari, ut

(36) *habet ſanctiſſima*] Quæ hic ſequuntur uſque ad finem Nov. non leguntur *in edit. Hal.*

(37) *Dat.*] Julian. *Dat. XI Kal. April. Dn. Juſtin. PP. A. Anno 18. poſt Baſilii V. C. Conſ. Anno 4.*

(1) *Edictum*] Sic & *Hal.* Vet. *de interdictis collegiis Hæreticorum*: Al. *collectis*, quod & reperitur in textu *Vet. verſionis.* Additur ibidem: *Imp. Flavius Juſtinianus felix, inclytus, Victor, ac Triumphator, ſemper Auguſtus, Epiſcopo Conſtant.*

(2) *Diaboli opus perficiunt*] Non leguntur illa in Cod. Hal.

(3) *illicita convent.*] παρασυνάξεις καὶ παραβαπτίσματα. Vid. *ſupra.*

(4) *per hoc*] διὰ τοῦ παρ' ἡμῶν ἐδίκτου. Hal. διὰ τοῦ παρόντος ἐδίκτου. Leg. παρόντος ἡμῶν. Vet. *præſens noſtrum.*

ut & ipſi ab hæretica inſania abſtineant, nec aliorum animos fraude perdant, ſed potius ad ſanctam Dei Eccleſiam accurrant, in qua recta dogmata prædicantur, omneſque hæreſes cum ducibus ſuis anathemate feriuntur. Omnes enim ſcire volumus, ſi quidam impoſterum aliquos congregare, vel apud eos congregati reperiantur, nos hæc non amplius toleraturos, ſed domum, in quibus tale quid peccatur, ſanctæ Eccleſiæ aſſignaturos eſſe: iis vero qui congregant, aut qui apud illos congregantur, ut pœnæ conſtitutionum infligantur, nos omni modo jubere. Dat. prid. Non. April. Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug. Baſil. V. C. Conſ.

Tit. XVI.

(1) De Monachis, & Aſcetriis, & vita eorum.

CONSTIT. CXXXIII.

Idem Imperator (2) Johanni beatiſſimo Archiepiſcopo.

Præfatio.

(3) Vita monachica, &, quæ in ea peragitur, contemplatio, ſacra res eſt, quæque animas per ſe ad Deum ducit: nec iis tantum utilis eſt, qui ſe ad eam (4) conferunt, ſed reliquis etiam omnibus puritate ſua precibuſque ad Deum decentem utilitatem præbet. Unde anteriores quoque Imperatores in ea re ſtudium collocarunt, & non pauca a nobis (5) de eorum dignitate ſancita ſunt. Sequimur enim ſacros canones, ſanctiſſimoſque Patres, qui hæc ſanciverunt: quoniam Imperator, cui omnium hominum cura a Deo commiſſa eſt, in omnia inquirendi poteſtatem habet. Itaque conſtitutionem jam ſcripſimus, quæ vult, ut Monachi, qui in multitudine verſantur, ſecundum formam Cœnobiorum, uti vocantur, una vivant, nec proprias poſſeſſiones

(1) *De Monachis*] Sic & *Hal.* Vet. *Quomodo oporteat Monachos vivere.*

(2) *Johanni*] Sic & Hal. Vet. *Menna.*

(3) *Vita Mon.*] ὁ μονήρης βίος. Vet. *vita ſingularis.*

(4) *conferunt*] παριόντας. *Hal.* παρόντας, *qui eam incolunt.*

(5) *de eorum*] περὶ τῆς αὐτῶν σεμνότητος. Adde ex *Hal.* καὶ κοσμιότητος. *de eorum honeſtate & ornatu.* ut *Vet. Int.* habet.

nes habeant, nec opes cumulent. neque vitam ſine teſte agant: ſed una cibum capiant, & una dormiant, honeſtamque vitam ſectentur, & mutuæ modeſtiæ teſtes ſint: ac juniores canitiem eorum revereantur, qui hæc obſervant: de induſtria etiam vigilias agant, ne facinus quoddam præter intentionem neque in ſomno fiat, nec inhoneſtum aliis ſpectaculum ſit, ſed quilibet honeſtatem ſuam etiam in ſomno ſervet.

CAPUT I.

VErum cum nunciata nobis quædam ſint, (6) quæ & majore & firmiore lege indigent, merito ad ejus perfectionem & ſupplementum hanc legem ferimus: qua ſancimus, ut nemini plane ſeparatim habitare liceat, (7) neque cellula, ut vocatur, in Monaſterio ſit: uno autem aut duobus forte miniſtris utentes, eam, quæ in contemplatione & quiete conſiſtit, vitam, vivant: ſed ſi plures ſint viri, unus ſit eorum conventus, & quando orant, & quando inculpata, nec reprehendenda opera naturæ peragunt. Ac cibum quidem, ut dictum eſt, una capiant, & una dormiant, modo tanta ſit multitudo, quantam una domus capit: alioquin duæ forte, aut tres domus ſint, quæ eos capiant. Nemo vero plane quidquam proprii habeat, ſed die noctuque una vivant, ut noctes eandem cum diebus obſervantiam habeant. Neque enim omnes ſemper dormiunt, ſed palam eſt, alios qui-

(6) *quæ &*] ἅτινα καὶ μείζονος &c. *Hal.* ἅτινα ἄξια καὶ μείζονος. Vet. *quæ digna & majori cautela* &c. Ferri poteſt illud ἄξια, etſi ut addatur, neceſſe non ſit.

(7) *neque*] Obſcurus eſt hic locus. Hal. pro χρωμένοι. habet ἐχόμενοις, vel ut in Pariſ. edit. legitur χρωμένοις *niſi ſolus fuerit & Monaſterium duobus utens miniſtris & continentem* &c. Sic autem eum reſtituendum putamus juxta Veteris Interpretis ſententiam, μηδὲ τὸ καλούμενον κέλλιον εἰ μὴ μόνος εἴη κατὰ τὸ Μοναστήριον ἑνὶ δὲ τυχὸν ἢ δυὸ χρώμενος ὑπουργοῖς τὸν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ διαζῇ βίον. Vel ſi hæc minus placeant, pro εἴη pone εἰ μὴ τινὰς, & dele κατὰ, addito βουλομένους. Ut omnia regantur & pendeant a verbo ἔχειν, quod præcedit. Idem hic dicitur, quod *Nov. 123. c. 36. & N. 5. c. 3.* quas confer. Senſus autem oritur talis: *neque cellam, ut vocatur (habeat) Niſi quis ſolus ſit in Monaſterio uno vel duobus miniſtris utens, ac vitam contemplativam & quietam agat.* Codex Vatican. vulgatam lectionem ſervat.

quidem dormire, alios vero (8) vigilare, & ſemper quoſdam eſſe, qui dormientes inſpiciunt. Si vero domus quædam in quocunque illorum Monaſteriorum fuerint, quæ ſub Oeconomico Patriarcha magnæ hujus urbis, vel ſub Sanctitate tua, (9) ſive in locis circa eam habitatis, ſive a nobis ipſis, ſive ab aliis (10) ædificatis conſtitutæ ſunt: has omnes omnibus modis tolles, atque (11) efficies, ut ſe mutuo videre poſſint, ut omnes, quæ inter eos aguntur, videant. Cur enim hoc facere metuant, qui ſemel ſe ipſos Deo conſecrarunt, omnique ſeculari vitæ renunciarunt? Et hoc quidem ita valere & nunc & omni ſequenti tempore volumus, nec quiſquam, ut dictum eſt, propriam domum habeat, ſed omnes congregati ſint, cernantque ea, quæ inter eos fiunt. Manifeſtum enim eſt, quod talia agere ſtudebunt, quæ omni reprehenſione carent. Si quis autem adeo impudens appareat, ut quid ex iis, quæ ſancita ſunt, tranſgredi audeat, Præſul Monaſterii hæc examinet. Hanc enim obſervationem vehementiorem eſſe volumus: ac primum quidem, ne multi ſint ad Monaſterium aditus, ſed unus, vel duo forte: & ſenes, atque modeſti viri, & bona ab omnibus teſtimonia habentes portæ adſtent, qui neque reverendiſſimis Monachis ſine Præſulis voluntate Monaſterio exire permittant, ſed eos intus detineant, ut quæ Dei ſunt, quærant, nec ſe ipſos, nec actiones ſuas, nec ſtudia diſtrahant, neque permittant, ut alii quidam noctu aut die in monaſterio ſint, (12) qui reverendiſſimis Monachis non bonam exiſtimationem concilient. Monaſterium autem diligenter (13) maceria munitum ſit, ut nullus exitus alibi quam per portas pateat.

CA-

(8) *vigilent*] ἐγρηγόρησιν. Hal. ἐγρηγόρεσι.

(9) *ſive*] εἴτε ἐπὶ τῆς προσοικίου. *Hal.* εἴτε ἐπὶ τῆς αὐτῆς προσοικίου.

(10) *ædificatæ*] οἰκοδομημένα. *Hal.* οἰκοδομουμένων. Vet. *ædificatis.* Noſtram lectionem defendendam cenſemus pertinet enim ad præced. οἰκήματα. Poſt εἴτε παρ' ἑτέρων quod ſequitur, Vet. addit: *ſeorſum habitata.* Sed nec *Hal.* id habet, nec ſenſu etiam convenire videtur.

(11) *efficies*] ἀνοίξεις τι αὐτοῖς τὴν ἀλλήλων θέαν. Vet. *aperiesque eis alternutra, ubi celebrent.*

(12) *qui &c.*] οἵπερ οὐκ ὀρθὴν τὴν τῶν &c. προξενήσουσι δόξαν. Hal. οὐκ ὀρθὴν μένειν τὴν &c. Sic quoque *Vet. qui non rectam manere procurent.* Utrumque dici poteſt. Propter conſenſum Vet. Int. poſterius forte retinendum.

(13) *maceria*] θριγκίῳ. Hal. θριγγίῳ.

CAPUT II.

(14) DEinde etſi templum in Monaſterio ſit, neque ſic prætextu templorum ſine timore exeant, vel ibi ambulent, & quoſdam interpellent, quos non convenit: ſed tempore ſacri miniſterii una cum Abbate, vel primoribus ejus & ſenioribus veniant: miniſterio autem impleto omnes Monachi ad cœnobium revertantur, ibique ſedeant, & magno Deo ſupplicent, ſacraſque ſcripturas legant. Magnus enim eſt ſacer ille horum librorum chorus, & cujuſque animum emendare ſacriſque eloquiis rigare poteſt: quos ſi frequenter legerint, nunquam decipientur, nec ad humanas ſolicitudines delabentur. In ſanctiſſima autem illa Eccleſia, quæ in Monaſterio eſt, quatuor vel quinque Seniores ex eodem monaſterio ſint, quibus jam omne certamen in exercitatione perfectum eſt, quique digni habiti ſunt ut Clerici crearentur, Presbyterorum forte, vel Diaconorum, vel eorum, qui ſequuntur, ſchema habentes. Hi enim cum advenientibus colloquantur, de ſacris ſcripturis diſſerant, atque efficiant, ut omnes tales eſſe videantur, & ſacram domum cuſtodiant: audacem vero juventutem, & terminos ſuos egredi volentem, in continentia contineant.

CAPUT III.

NUllo autem modo neque mulier in monaſterium virile, nec vir in fœmininum prætextu memoriæ mortui cujuſdam ibique ſepulti, vel ob aliam cauſam ingrediatur: & maxime ſi quis fratrem forte, aut ſororem, vel aliquem ex cognatis ſe in Monaſterio habere dicat. Monachis enim cognatio in terra non eſt, ut qui cœleſtem vitam affectant. Quid enim ſibi volunt, qui Monaſteria illa ingrediuntur, niſi quid eorum, quæ prohibita ſunt, agere velint? cum viris ea, quæ viros decent, in virilibus monaſteriis facere, & ſimiliter mulieribus, quæ fœminis aſſignata ſunt, in fœmininis Monaſteriis peragere liceat: nullo

(14) *Deinde*] Hal. negative legit, εἰ Ἐκκλησία &c. μὴ εἴη. *Si non ſit Eccleſia*, quod ad ſenſum requiritur. Vet. *vel ſi Eccleſia ſit*. In Cod. Vaticano μὴ deeſt, ut in noſtris.

nullo ex utriſque miſcendo, nec ſi quis forte frater eſſe dicatur, aut ſoror, aut alius cognatus. Neque enim hoc prætextu quibuſdam ingredi permittimus. Nam ſi ipſa principia præcidamus, eamque deceptionem, quæ ipſo aſpectu animis ſe inſinuat, prohibeamus, multo manſuetior & facilior erit ſacris certatoribus melioris vitæ emendatio. Omnes igitur huic legi pareant, nec viri ſepeliantur in muliebrium Monaſteriorum ſepulchris, nec mulieres in virilibus (15) Aſcetetiis ſepeliantur. Neque enim viros gynæcea, neque rurſus locus, ubi viri ſeparatim morantur, fœminarum catalogos decent. Nec propter defunctos indecentes ejuſmodi commixtiones (16) ab iis fieri volumus, qui ſuperſtites ſunt: ne via naturæ concedatur inhoneſte luxuriandi, ludendi, ſacras res dehoneſtandi, atque pietatis velamento & ſpecie exequiarum ea agendi, quæ neque dicere, neque cogitare illis pulchrum eſt, qui monachicam vitam agunt. (17) Illud vero manifeſtum eſt, quod illi, qui ſepulturæ inſerviunt, & præſertim, qui feretrum portant, quique fodiunt, monaſteria ingredi neceſſe habeant. (18) Et in virilibus quidem Monaſteriis res facilis eſt: in fœmininis vero non ita, propter dictam prohibitionem.

§. 1. Sancimus igitur, ſi tale quid fieri & mulierem quandam in Monaſterio fœminarum (19) ſepeliri contingat [virum enim non permittimus] ut reverendiſſimæ quidem fœminæ in habitaculo ſuo maneant, ſola vero oſtiaria & oſtiariæ, ipſa etiam Abbatiſſa forte, ſi velit, interſint iis, quæ fiunt: & ſimulac peregerint, quæ in exequiis fieri ſolent, & ſepulchrum effoderint, atque corpus texerint, ſtatim recedant, non videntes aliquos ex reverendiſſimis fœminis, nec ab ali-

(15) *aſceteriis*] ἀσκητηρίοις Hal. μοναστηρίοις ἢ ἀσκητηρίοις.

(16) *ab iis, qui*] τοῖς περιοῦσι. *Hal.* τοῖς εἰσιοῦσι, *qui ingrediantur.* In Veteri hoc omiſſum.

(17) *cum illud*] *Hal.* addit ὄντως re-ipſa.

(18) *Et in virilibus*] *Et in virilibus quidem Monaſteriis res facilis eſt.* Non leguntur hæc in *Cod. Hal.* qui habet τὸ πρᾶγμα ἐκ εὔκολόν ἐστιν ἐν τοῖς γυναικείοις ἄλλως τε καὶ διὰ &c. *res ſane difficilis conſiſtit in muliebribus, cum ob alia multa, tum propter* &c. Noſtram lectionem retinendam eſſe patet, cum qua & convenit *vetus Verſio.*

(19) *ſepeliatur*] καὶ θάπτεσθαι. *Hal.* καὶ θάπτηται.

quibus viſi. Sed neque alium prætextum ingrediendi excogitent, vel viri in gynæcea mulierum, vel mulieres in ea, quæ viris aſſignata ſunt, prætextu etiam eorum, quæ in exequiis fiunt [quas memorias vocant] in tertium & nonum diem convenientes, etiam cum quadraginta dies, vel annus præterierit; cum liceat, ſiquidem muliebre ſit Monaſterium, mulieribus omnia agere: ſin virile, viris: nec occaſione ejuſmodi obſervationum, malam exiſtimationem venerabilibus Monaſteriis conciliare.

CAPUT IV.

QUoniam vero nihil eorum, quæ ſanciuntur, decenter ſervari poteſt, niſi ut decet cuſtodiatur: ſancimus, ut cujuſque Monaſterii hoc tempore Præſul aſſidue eos obſervet, & curioſe in cujuſque vitam & ſtatum inquirat, ac ſi forte exiguum quid contra decorum committatur, id ſtatim corrigat, neque permittat, ut major lapſus fiat, & anima pereat, quæ ad ſalutem per exercitationem obtinendam confugit. Monaſteriorum autem Præſul [ſi quis in illo loco ſit, ſicut eſt in felici hac urbe] in hæc curioſe inquirat, & Apocriſiarios ſuos, uti vocantur, in Monaſteria mittat, vicinos etiam percontetur, num forte quid mali in vicino Monaſterio fiat: atque hæc omnia caſtiget & convenienti providentia dignetur. Sed & cujuſque civitatis Epiſcopus curam illius rei gerat, ſive Patriarcha, ſive Metropolitanus, ſive alius ſit: & reverendiſſimos illius Eccleſiæ Defenſores mittat, qui in hæc inquirant, eaque cuſtodiant, nec quicquam adverſus id, quod decet, fieri permittant: ſed & ſi quid fiat, id celeriter emendet. Sanctiſſimus vero Patriarcha felicis hujus urbis, quæ ad Monaſteria hic ſita pertinent, ſimiliter examinet, ejuſque rei cuſtodes Dei amantiſſimos (20) Eccleſiæ Defenſores ſanctiſſimæ magnæ Eccleſiæ, & quos diligentes honeſtiſſimosque putaverit, conſtituat: ut, cuſtodia (21) a pluribus præſtita, (22) major ſit obſervatio, & peccatorum vindicta.

CA-

(20) *Eccleſiæ*] ἐκκλησιεκδίκους. Hal. ἐκδίκους. Vet. *Eccleſiæ defenſores.*

(21) *a pluribus*] διὰ πλειόνων. Hal. διὰ πλείονος. Vet. *per plures* ſcil. *cuſtodes.* Et ſic recte.

(22) *major ſit*] ἵνα μείζων ἡ τήρησις.

CAPUT V.

QUodvis autem Monaſterium ſub Abbate conſtitutum [ſicut ante diximus] Apocriſiarios, ut vocantur, habere oportet, viros ætate provectos, quique monaſticam vitam jam egerunt, nec facile corporis impetus patiuntur, & rebus eorumque utilitatibus occupantur. Nec tantum ſi virorum, ſed etiam ſi mulierum forte ſit Monaſterium, duo (23) vel tres viri ſint, vel Eunuchi, (24) vel, ſi fieri poteſt, bonum teſtimonium habentes, qui negotia earum peragant, & ineffabilem communionem, cum tempus eſt, ipſis diſtribuant. Quod ſi de neceſſitate quadam Monaſterii, vel quæ ad aliquam ex reverendiſſimis Aſceteriis pertinet, neceſſarii quid dicere velint: cum ſola Abbatiſſa, & nulla alia plane fœmina, quæ in Monaſterio illo ſunt, colloquantur, ſed per reverendiſſimas oſtiarias id agant. Quaſdam enim ex illis etiam ad januas conſtitui oportet, quæ ſimiliter ingreſſus & egreſſus in Monaſterium obſervent, exitúſque prohibeant, & viris, exceptis Apocriſiariis, aditus inacceſſos reddant. Hi vero cum oſtiariis loquantur, ſeque adveniſſe dicant: Abbatiſſa vero cognoſcens & deſcendens cum illis loquatur, illique ad eam referant, quæ ad eorum adminiſtrationem, vel neceſſitatem, ob quam advenerunt, pertinent. Atque ita humana etiam bene gerentur, & caſtitas ubique ſervabitur, nullo malo tentanda. Si quis deliquerit, [multa etenim ſunt humana: nec quisquam naturam ita côntinere poteſt, ut nihil peccet: id enim ſolius Dei eſt] eum, ſi quidem exigua res ſit, admoneat & coerceat, tempuſque pœnitentiæ illi concedat: ut in ordinem redactus ad ſe redeat, nec labores, quos jam impendit, amittat. Si gravius ſit delictum, pro ratione peccati etiam cura correctionis adhibeatur, & ſeverior iterum ad-

Hal. ἔτι μεῖζον. Vet. *adhuc amplior obſervatio.* Noſtra præferenda puto.

(23) *vel tres*] ἢ τρεῖς, deeſt ap. Hal.

(24) *vel ſi fieri poteſt*] ἢ εἰ δυνατὸν &c. Hal. ἢ εὐνούχους, (εἰ δυνατὸν) μαρτυρουμένους, *Eunuchi, qui ampliſſimo teſtimonio comprobati* Vet. *aut vel Eunuchos, ſi poſſibile eſt, eſſe, aut ſenes & caſtitatis teſtimonium habentes.* qua veram lectionem nobis exhiberi credimus; Quare lege ἢ εὐνούχους, εἰ δυνατὸν ἢ γεγηρακότας μαρτυρουμένους. Nam initio hujus capitis expreſſe requiritur, ut apocriſiarii ſenes ſint.

monitio magnaque pœnitentia exigatur. Et ſiquidem hiſce modis eum, qui labi cœpit, ſervare poſſit, [idem autem de fœminis ſanctimonialibus, & de viris dicimus] gratiam magno Deo agat, qui in cœlo etiam Angelicas poteſtates gaudium percipere dixit, ſi quis peccantium ſervetur. Si vero major res ſit, quam ut ſanari poſſit, tum eum Monaſterio expellat: ut cum ſe ipſum a melioribus ad pejora contulerit, ipſe malitia ſua ſolus fruatur, nec quid malorum ſuorum aliis etiam adfricet, tanquam unum ex peſtilentibus & inſanabiliter ægrotantibus jumentis. Neque enim Imperator illos negliget, ſi negligantur, neque indignatione (25) contra Abbatem, nec contra loci Epiſcopum & Defenſores Eccleſiæ, qui ei ſubſunt, abſtinebit, ſi hæc non obſervaverint: cum Imperatori quoque hujus rei cura incumbat. Nam ſi puris illi nudiſque manibus preces pro republica Deo offerant, manifeſtum eſt, quod & exercitus recte ſe habebit, & civitates (26) florebunt. Cum enim Deus propitius & benevolus ſit, quomodo non omnia (27) ſumma pace boniſque legibus plena erunt? terra quoque nobis feret fructus (28) & mare ſua dabit, illorum precibus Dei benevolentiam Reipublicæ (29) conciliantibus. Sed & ipſe communis hominum ſtatus majorem reverentiam habebit, & melius vivet, illorum puritatem reveritus. Ideoque una conſpiratio erit, omnibus ſimul ad hoc concurrentibus, omnique malitia (30) quantum fieri poteſt, eliminata, & melioribus atque ſanctioribus ſtudiis & quæ rebus conveniunt, introductis. Quod cum quæramus, rem, uti credimus, utilem facimus.

CA-

(25) *contra Abbatem*] κατὰ τοῦ ἡγουμένου. Hal. κατὰ τοῦ γινομένου, *contra id factum.* Noſtra lectio ſat accurata eſt, & ab *Agylao* probata.

(26) *florebunt*] εὐσταθήσουσι. Hal. εὐσταθοῦσι.

(27) *ſumma pace*] μετὰ πάσης εἰρήνης, recte. Hal. μετὰ πάσης εἰρήνης, *in ſumma pace.* Vet. *plena totius pacis & devotiones.*

(28) *& mare*] καὶ θάλαττα, Hal. καὶ θάλαττα τὰ οἰκεῖα δώσει, *& celerius bona ſua edit.* Illud probat Agylæus & merito. Vet. *& mare.*

(29) *conciliantibus*] συνιέντων. Hal. συναγόντων in unum colligentibus. Illud rectius legi putat *Agylæus*, qui vertit, *precibus illorum ad univerſam rempublicam coeuntibus.* Vet. *deducente.*

(30) *quantum fieri*] καθ' οἷόν τε ἐστί. Hal. καθ' ὅσον οἷόν τε ἐστί. Non male.

Digitized by Google

CAPUT VI.

ILlud quoque omnibus modis ſervari volumus, ut ſi quis ex reverendiſſimis Monachis in caupona verſari videatur, ſtatim ille Defenſotibus civitatum, vel hic judicio Celſitudinis tuæ tradatur, & convictus caſtigetur: idque Abbati indicetur, ut cum Monaſterio expellat, qui talia commiſit, atque inhoneſtam vitam cum Angelico hoc ſtatu commutavit. Duplex enim hoc opus Monachos (31) agere oportet, ut vel ſacris ſcripturis vacent, vel quæ Monachos decent, [quæ opera manuaria vocare ſolent] meditentur & operentur. Mens enim otioſa, nihil boni parit. De his legem hanc ponimus, quæ tam in regia hac urbe, quam etiam inter omnes gentes valeat. Ad unumquemque enim ſanctiſſimum Patriarcham eam mittemus, ut diligenter & prout decet cuſtodiatur: hi vero ad Metropolitanos ſub ipſis conſtitutos illam mittent: illi autem aliis omnibus Epiſcopis tradent. Atque hæc per Epiſcopos reverendiſſimis Monachis & Abbatibus eorum manifeſta fient. Hujus vero rei obſervationem committimus non ſolum Abbati cujuſque Monaſterii, neque ſoli Dei amantiſſimo locorum Epiſcopo, neque ſanctiſſimis Metropolitanis, neque ſanctiſſimis Patriarchis: ſed hic quidem & (32) Celſitudini tuæ, ut, ſi res ſeveriore quædam cenſura indigeat, a piiſſimis viris edocti, eam exequantur: in provinciis vero illarum Præſidibus, qui prius a Deo amabilibus Epiſcopis, id quod agendum eſt, diſcant. Ac prorſus tam per ſacratas perſonas, quam Magiſtratus ea, quæ ad Deum ſpectant, (33) inculpata exiſtant, & ante omnia per Imperatorem: cum nihil divinarum rerum, & quæ ſervari juſtum eſt, a nobis (34) negligatur, ſed per omnia operam demus, ut communis reſpublica magni Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti humanitate propter reverendiſſimorum virorum puritatem fruatur: quam & Clerici & Mo-

 nachi,

(31) *agere*] addit Hal. καὶ ἐπιμέλειαν *& diligentiam.*

(32) *Celſitudini*] καὶ τῇ σῇ ὑπεροχῇ. Hal. καὶ τοῖς ὑπάρχοις.

(33) *inculpata*] ἀνεύθυνα. *Hal.* ἀνόθευτα. *incorrupta.* Minus bene.

(34) *negligatur*] ἀμελούμενον *Hal.* ἀμελουμένων. Male. Vet. *tanquam nihil ſit ſanctius cuſtodiri rempubl. magni Dei & ſalvatoris* &c. deſunt hic multa.

nachi, & Epiſcopi majores & minores ſervabunt, ſacrorum canonum & noſtrarum legum atque conſtitutionum de his ſcriptarum memores: quæ ut valeant & ratæ ſint, hac quoque lege ſancimus.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Gloria tua cognoſcens, effectui dare ſtudeat. Dat. XVII. Kal. April. Conſtantin. Arione V. C. Conſ.

Tit. XVII.

(1) De Vicariis, & fœminis adulteris, aliiſque capitibus.

CONSTIT. CXXXIV.

IN nomine Domini JEſu Chriſti Dei noſtri. Imperator Cæſar, Flavius, Juſtinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, (2) Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, felix, pius, glorioſus, victor, triumphator, ſemper colendus, Auguſtus, Muſonio Præfecto urbi.

Præfatio.

CUm ſemper ad ea reſpiciamus, quæ ad utilitatem ſubditorum noſtrorum faciunt: invenimus, ſubditos noſtros a Vicariis lædi, qui tam a civilibus, quam militaribus Magiſtratibus in provinciis conſtituuntur: atque ea de re legem jam ſcripſimus, particularem quandam correctionem huic rei adhibentes.

CAPUT I.

NUnc cum ſubditos noſtros perfectius juvare ſtudeamus: ſancimus, ne tam Orientis, quam Illyrici Prætorio hoc tempore Præfectis, vel Comiti largitionum, vel Comiti (3) privatorum, Vicarios in provincias

(1) *De vicariis*] Sic & *Hal.* Vet. *ut nulli judicum liceat habere loci ſervatorem, niſi certis ex cauſis divina conceſſerit juſſio.* qui & ſcribit mox, *de vicariis.*

(2) *Anticus*] *Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus* non leguntur in editione *Hal.*

(3) *privatorum*] privator. Bamb. lñs

vincias mittere, vel ipſis provinciarum Præſidibus, Magiſtratus ſui Vicarios facere liceat. Sed nec provinciales Magiſtratus, in commiſſis ſibi provinciis Vicarios in quacunque civitate conſtituant. Solum vero jubemus, ut in (4) provincia Oſroëna & Meſopotamia Vicarius ſit, atque in alia loca, ſi neceſſitas poſtulet, tempore expeditionis (5) pro alimentis ejus aliquis mittatur: & hoc quidem juſſu noſtro. Ad hæc jubemus, ut nec Magiſtri militum, neque Duces in provinciis, in quibus cum imperio eſſe juſſi ſunt, Vicarios, aut biocolytas, aut latronum perſecutores habeant. Si vero contingat, ut neceſſitate exigente vel Magiſtri militum, vel Duces in alia loco juſſu noſtro mittantur, tunc Vicarius fiat abſentis: idque juſſu noſtro. Nulli autem civili vel militari Magiſtratui provinciam ſine neceſſaria cauſa circumire liceat. Si vero neceſſitas quædam exigat, ut tale quid fiat, tam Magiſtratus, quam illos, qui ad eos pertinent, & cohortem, quæ illis patet, propriis ſumtibus id facere jubemus. Sed neque angariis, neque (6) Epidemeticis, uti vocantur, neque quocunque alio damno ſubditos noſtros gravent. Neque conſuetudines nominent, aut quærant, quas forte aliqui (7) Anteceſſorum ad lucrum ſuum injuſte excogitarunt. Quæ enim male excogitata ſunt, ea nec longa conſuetudine confirmari volumus. Et ſciant omnes prædicti Magiſtratus, civiles & militares, ſi quid adverſus hæc fiat, tam eum, qui Vicarium conſtituit, viginti librarum auri pœnam ſoluturum, & cingulo privandum, quam, qui Vicarius fieri voluit, amiſſa ſubſtantia ſua, exilio multandum eſſe.

CAPUT II.

AD majorem vero conſtitutionis noſtræ cautionem, jubemus, ut Epiſcopi loci, & Præſides provinciarum, (8) quique urbes in habi-

ἰδικῆς προνοίας. Sic & MS. Baſil. quod & pro *largitionum*, habet δωρεῶν.

(4) *provincia*] ἐπαρχότητος. Hal. ἐπαρχίας.

(5) *pro alimentis*] ὑπὲρ ἀπολήψεως MS. Baſil. ἀποχρήσεως.

(6) *Epidemeticis*] ἐπιδημητικοῖς Epidemetica ſunt, quæ Provinciales dabant militibus vel judicibus, ut ſe redimerent ab onere hoſpitum recipiendorum. Abrogatur hic & *l. ult. Cod. d. Metat.*

(7) *eorum qui*] τῶν προηγησαμένων. Vet. *prædictorum.*

(8) *qui in*] τοὺς κατὰ πόλεις οἰκοῦντας. *Hal.* τὰς πολ. οἰκ.

habitant, nullum adverſus hanc noſtram diſpoſitionem biocolytam, aut latronum perſecutorem ſuſcipiant. In univerſum enim neminem ex civilibus & militaribus Magiſtratibus, qui in provincia moratur, Vicarium habere permittimus. Et ante omnia jubemus, ut provinciarum Præſides recte ſe gerant, & res bene adminiſtrent, ut neceſſe non ſit ob quamcunque rem, de qua quæri, ſeu quæ adminiſtrari debet, (9) quendam ad provincias mittere. Si vero neceſſitas urgeat, ut quidam in provincias propter publicas exactiones, vel alias quaſcunque emergentes quæſtiones mittantur: illi neque (10) præceptionem, neque nomen Vicarii habeant. Miſſus autem, quando in provincia eſt, nullum ſubditis damnum inferat, ſed negotium ſibi commiſſum perficiat, Præſide provinciæ & cohorte ejus ipſum adjuvantibus. Quod ſi contra Præſidem forte accuſatum mittatur: tum jubemus, ut provincialis etiam cohors illi inſerviat. Quemadmodum autem prohibemus ne Vicarii fiant: ita omne periculum Præſides provinciarum eorumque cohortem præſtare jubemus: ut tam exactionis tributorum, quam quietis locorum curam gerant, omniſque injuria & damnum (11) reprimatur. Si in provinciis vel (12) vindices, vel ſuſceptores ſunt tributorum (13) & aliquo auxilio egent: jubemus, ut Præſides provinciarum, eorumque cohors omne (14) auxilium & operam ipſis præſtent, ut ſine impendio tributa exigantur. Omnes quoque pecuniarias & criminales cauſas, quæ provinciarum Præſidibus competunt, illos examinare præcipimus: ut illi ſuo periculo eas cognoſcant, & legitime decidant. Ad hæc jubemus, ut Præſides provinciarum, quando Magiſtratus ſuſcepturi ſunt, ſive præſentes ſive abſentes ſint, Præfecturæ & lar-

(9) *quendam*] τινὰ, deeſt in *Hal.* codice.

(10) *præceptionem*] πρόσταξιν. Hal. πρόγνωσιν. *præſcientiam.* Vet. *ordinem.*

(11) *exprimatur*] ἀναστέλλειν. *Hal.* καταστέλλειν.

(12) *vindices*] ἐκδίκους. MS. Βασιλ. ἔκδικοι.

(13) *& aliquo*] καὶ δεηθῶσι. Hal. κἂν δεηθῶσι. Vet. *& opus habuerint.*

(14) *auxilium*] συνάρμοσιν. Hal. & MS. Βασιλ. σύναρσιν *intentionem* Vet. *ſolatium.* Gloſſ. Cyrill. συνάρμοσις *compaginatus* pro συναπάγειν quod ſequitur. Hal. legit συναγαγεῖν. MS. Βασιλ. εἰσάγειν.

& largitionibus noſtris, ſeu Celſitudinibus, & Comiti privatorum pro pecuniis unicuique dictorum Magiſtratuum inferendis cautiones (15) præſtent: cum, etſi non caveant, tamen perinde ac ſi cautionem præſtitiſſent, ipſos eorumque cohortes dictis Magiſtratibus ſubjacere jubemus. In illis vero provinciis & urbibus exactionem tributorum ad periculum Præſidum pertinere volumus, in quibus neque Scriniarii, neque (16) vindices, neque alii quidam proprio periculo exactionem faciunt.

CAPUT III.

HOc quoque ad nos pervenit, quoſdam ex provinciarum Præſidibus adeo impie turpis lucri ſtudio agi, ut neque teſtamenta fieri, nec facta inſinuari, neque matrimonia quoſdam inire, neque inſtrumenta donationis nuptialis (17) conficere, neque cadavera defunctorum ſepulturæ tradi, neque rerum inventaria fieri, vel aliud quid ejus generis, vel apud acta, vel coram teſtibus celebrari permittant. Propterea omnibus Magiſtratibus, civilibus & militaribus, eorumque cohortibus, vel alii cuicunque interdicimus, ne tale quid committant. Si vero quis tale ſcelus in quocunque Reipublicæ noſtræ loco (18) perpetrare, vel illi, qui talia audet, præſto eſſe auſus fuerit: jubemus, ut illi cingulo privati in exilium mittantur, & ex ſubſtantia ſua duplum damni, quod læſis illatum eſt, reſtituant: non ademto illis neque alio legum auxilio. Omnem vero facultatem ſanctiſſimis illius loci Epiſcopis, & primoribus civitatum concedimus, ut ejuſmodi auſa cohibeant provideantque, ut illa omnia ſine impedimento & damno ſecundum tenorem legum procedant, illaque ad nos deferant. (19) Appellationes tamen ſecundum leges interpoſitas omnes Magiſtratus, eoſque, qui juſſu noſtro cauſam cognoſcunt, ſive majores, ſive minores ſint,

Xxxxx ſuſci-

(15) *præſtent*] προσκαθιστῶσι. MS. Βασιλ. προσκαθιστῶσιν. Et mox pro ὑπηρεσχαῖς, παρουχαῖς, καὶ τῷ κόμητι τῆς ἰδικῆς περιουσίας.

(16) *vindices*] βίνδικες. MS. Βασιλ. ἔκδικοι.

(17) *conficere*] συντέτπεσθαι. *Hal.* μηδὲ λαῖς &c. συνάπτεσθαι. Male. Vet. *componere.*

(18) *perpetrare*] διαπράξασθαι. MS. Βασιλ. διαπράξαι.

(19) *Appellationes*] *Hæc* periodus ad finem uſque capitis deerat in MS. Βασιλ.

ſuſcipere, & acta litigantibus ſine dilatione edere volumus, ut legitimum eorum examen fiat. Ad hæc jubemus, ut appellatione ſecundum legem interpoſita, neque executiones fiant, neque poſſeſſiones rerum transferantur, donec definitiva ſententia lata fuerit.

CAPUT IV.

Quoniam vero adulteria, vel raptus mulierum, vel cædes, vel alia quæcunque crimina in provinciis committi contigit: jubemus, ut (20) provinciarum Præſides & Rectores omnia ſecundum leges vindicent, & delinquentes prehendant, nec alios pro aliis ex (21) vicis, unde illi, qui crimina perpetrarunt, orti ſunt, alium pro alio comprehendant, aut prædiis eorum damna inferant. Sed nec propter eum, qui deliquit, pignerationes fiant, vel criminis vindictam proprii lucri gratia (22) inſtituant, vel delinquentium res in proprium lucrum vertant. Reos enim ſecundum leges pœnas ſuſtinere volumus: ut vero exinde damnum ad ſubditos noſtros, vel ad Magiſtratus, aut illorum homines, ſeu cohortes lucrum proveniat, nullatenus (23) permittimus: ne cupiditate bonorum injuſte quoſdam pœna affeciſſe, & peccantes vendidiſſe inveniant. Si quid enim adverſus hæc fiat, & ipſe Præſes provinciæ omne damnum exinde proveniens læſis reſarciet, tormentiſque ſubjectus in exilium mittetur: & Aſſeſſor ejus, ſi iis, quæ a Præſide (24) contra leges fiunt, in ſcriptis conſentiat, ſimilem pœnam ſuſtinebit, ejuſque cohors & cœteri, qui in rebus illis proprii lucri gratia (25) operam præſtant, non ſolum damna læſis reſtituere cogentur,

(20) *provinc. Præſides*) τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας, καὶ ἡγεμόνας. Vet. *provinciarum judices*. in MS. Baſil. deeſt ἄρχοντας καὶ.

(21) *vicis*) χωρίων. Hal. χωρῶν. MS. Βασιλ. ἐξ ὧν &c.

(22) *inſtituant*) καταλύειν quod vix alium quam *diſſolvendi* ſignificatū hic admittere videtur. Haloander vertit *tranſigant*. Sed καταλύειν πρός τινα eſt *tranſigere*. Malim ergo legere κατανύειν, quod eſt *perficere, expedire*.

(23) *permittimus*) Hal. κελεύομεν, *jubemus*.

(24) *contra*) ὑπεναντίαν τῶν νόμων. MS. Βασιλ. ἀπεναντίως.

(25) *operam*) αὐτῶν ὑπουργοῦντες. Lege αὐτῷ cum Hal.

Digitized by Google

gentur, (26) ſed & præcipui auctores legum ſuppliciis ſubjecti in exilium mittentur.

CAPUT V.

Si quis autem eorum, (27) qui criminum poſtulati ſunt, lateat, vel provinciam illam, in qua crimina commiſit, reliquerit: jubemus, ut legitimis edictis a Magiſtratu vocetur: & ſi non obediat, ea in illum ſtatuantur, quæ legibus noſtris definita ſunt. Si eum in alia provincia degere conſtet: jubemus, ut Rector provinciæ, in qua ejuſmodi delictum committi contigerit, publicam epiſtolam mittat ad provinciæ illius Præſidem, in qua perſona delinquens degit: ille vero, qui publicas literas accipit, ſuo & cohortis ſuæ periculo eum comprehendat, eumque ad Præſidem provinciæ, in qua peccavit, tranſmittat, pœnis legitimis ſubjiciendum. Si ille, qui publicam epiſtolam accipit, hoc facere neglexerit, vel cohortales ejus prodiderint, vel imperata neglexerint: tunc & ipſum Præſidem tres auri libras, ejuſque cohortem alias tres pœnæ nomine ſolvere jubemus. Si Magiſtratus, vel aliquis ex cohorte ejus lucri cauſa perſonam illam non comprehendat, vel comprehenſum non tranſmittat, & hoc feciſſe probetur, cingulo privatus in exilium mittatur.

CAPUT VI.

Ut Magiſtratus impleat, quod deceſſori mandatum eſt.

HOc quoque ab omni Magiſtratu obſervari jubemus, ut ſi (29) ſcripta noſtra juſſio alicui ex Magiſtratibus mittatur, atque ille Magiſtratum interim deponat: is, qui poſt eum Magiſtratum ſuſcipit, eam accipiat & inſinuet. Ac ſi quidem privata cauſa eſt, illam exequatur, quaſi ad eum (30) ſcripta fuiſſet: ſi vero ſcripta ejuſmodi juſſio

Xxxxx 2 ad

(26) *ſed &*) ἀλλὰ καὶ οἱ αἰτιώτεροι αὐτῶν. *Hal.* ἀλλὰ καὶ οἱ αἰτιώτατοι αὐτῶν *ut horum autores.* Illud recte. Alibi occurrit αἰτιώτατοι.

(27) *qui criminum*) τῶν ἐνεχομένων ἐγκλήμασι. Vet. *comprehenſorum criminum*, male.

(28) *conſtet*) γνωσθῇ. *Haloand.* γνωσθείη.

(29) *ſcripta*) ἔγγραφον κέλευσιν. Julian. *miſſas ſacras.* Vid. Gloſſ. verb. *ſacra* & Ant. Aug.

(30) *ſcripta*) γεγραμμένη. *Hal.* γεγραμμένος. Vet. *reſcriptum.* Illud ſpectat ad

ad fiſcum ſpectet, eam examinet: & ſi fiſcus non lædatur, quæ in ea continentur, impleat; ſin autem ad damnum fiſci tendat, plane nihil ex ea agatur, ſed ad nos primum deferat, ut hac de re ſecunda noſtra juſſio fiat. Quod ſi mandata cujuſcunque Magiſtratus ſint, & antequam illa inſinuentur, vel illum, qui mandavit, vel cui mandata ſunt data, Magiſtratu moveri contingat: etiam ſic is, qui Magiſtratum accipit, illa ſuſcipiat & exequatur, ſi legitime facta fuerint. Si vero contra legem, vel contra fiſcum facta ſint: jubemus, ut ea (31) pro non ſcriptis habeantur.

CAPUT VII.

Ne creditor liberos debitorum detinere audeat.

(32) QUia vero hanc etiam impietatem in diverſis reipublicæ noſtræ locis committi cognovimus, quod creditores debitorum liberos vel pignoris loco, vel ad ſervile miniſterium detinere, vel locare audeant: hoc omnibus modis prohibemus, & jubemus, ſi quis tale quid committat, ut non ſolum debito excidat, ſed & in eandem quantitatem (33) condemnetur, quæ ei, qui ab eo detinetur, vel parentibus ejus detur, & poſtea etiam corporalibus pœnis a Magiſtratibus loci ſubjiciatur, quia liberam perſonam pro debito detinere, vel locare, vel pignorare auſus fuit.

CAPUT VIII.

De interceſſionibus mulierum.

HOc quoque ad ſubditorum utilitatem corrigere nobis viſum eſt, ſi quæ mulier in (34) inſtrumento crediti viro ſuo conſentiat, (35) aut

præced. κέλευσις. *Hoc* ad πρᾶγμα trahi poteſt.

(31) *pro non)* ἀντὶ μηδὲ γεγραμμένων. *Hal.* μὴ γεγονότων. Vet. *pro non ſcriptis*

(32) *Quia)* Cap. 7. & 8. deerat in MS. Βασιλ.

(33) *adjudicanda)* καταδικαζόμενον δοθῆναι. *Hal.* καταδικάζεσθαι δεδανεισμένον. *in alterum tantum condemnatur.* Vet. *adjiciat dandam.* Perinde videtur quomodo legamus. Cum *Haloandro* tamen ſcripſiſſe credimus Imperatorem.

(34) *inſtrumento)* γραμματείῳ. *Hal.* γράμματι.

Digitized by Google

(35) aut ſubſcribat, & ſubſtantiam ſuam, vel ſe ipſam obligaverit: jubemus, ne tale quid valeat, vel obtineat, ſive id ſemel, ſive ſæpius pro eadem re fiat, ſive privatum ſive publicum ſit delictum: ſed pro non ſcripto habeatur, niſi manifeſte probetur pecuniam in utilitatem mulieris verſam eſſe.

CAPUT IX.

Ne mulieres in carcerem includantur.

HOc quoque decenti auxilio emendare neceſſarium putamus, ut nulla mulier (36) ob quamcunque pecuniariam cauſam a quocunque Magiſtratu in carcerem includatur, vel cuſtodiatur. Sed ſi mulier pro publicis aut privatis debitis, ſecundum legem conveniatur: vel per virum, vel per ſe, vel per quamcunque perſonam voluerit, legitime reſpondeat & cauſam agat. Si vidua ſit, vel viro nunquam nupſerit: ſimiliter mulieri vel per ſe, vel per quos voluerit, jura ſua legitime proponere liceat. Qui vero contra hæc aliquid ex prædictis facere audet: jubemus, ut ſi major ſit Magiſtratus, viginti librarum auri, ſin minor, decem librarum auri pœnæ ſubjaceat. Qui vero illis in prædictis (37) Magiſtratus inſerviunt, hi cingulo privati, tormentis ſubjiciantur atque in exilium mittantur. Quod ſi mulier poſt legitimam citationem nolit aliquem conſtituere, qui pro ipſa (38) reſpondeat, vel etiam, cum litigaret, condemnata ſit: ne tum quidem illa includatur, vel cuſtodiatur, ſed legitima jura in rebus (39) ad eam pertinen-

(35) *aut ſubſcribat*) ἢ ὑπογράψοι αὐτὴ &c. *Hal.* ἢ ὑπογράφουσα τὴν αὐτῆς περιουσίαν. *Vel patrimonium ſuum ſubſcribens.* Illud recte.

(36) *ob quamcunque*) περὶ οἱουδήποτε πράγματος χρηματικοῦ, ἐξ οἱουδήποτε ἄρχοντος. Priora deſunt ap. *Hal.* qui legit: παρ' οἱουδηπ. ἀρχ. In Vet. etiam verſione deſunt quædam. Noſtra ſat ſana ſunt. Niſi forte pro ἐξ legendum ſit παρ'.

(37) *Magiſtratibus*) ἀρχαῖς. Vet. *in prædictis cauſis.* Et ita hic locus capiendus. Videtur autem Imp. reſpicere ad incluſionem ex cauſa *debiti publici vel privati &c.* Ut ſubſtituendum appareat pro ἀρχαῖς (quod plane incommodum) aliud, quod rei de qua ſermo eſt congruat. Vel legendum ἐν τοῖς προειρημένοις, & delendum ἀρχαῖς. Præcedit enim πρᾶξαι τὸ τῶν προειρημένων, ut alibi ſæpiſſime.

(38) *reſpondeat*) ἀποκρινόμενον. MS. Baſil. ἀγωνιζόμενον.

(39) *ad ea pert.*) ἐπὶ τοῖς προσήκουσιν. Baſil. ἐπὶ τοῦ προσήκοντος.

nentibus procedant. Verum ſi mulier criminis alicujus rea poſtuletur, ob quod eam cuſtodiri neceſſe ſit: ſiquidem fidejuſſorem pro perſona ſua dare poſſit, (40) ipſi credatur. Si vero juret ſe fidejuſſorem dare non poſſe, juret (41) ſe in judicium venturam. Si graviſſimum ſit crimen, ob quod accuſatur, in Monaſterium, (42) vel Aſceterium conjiciatur, vel fœminis tradatur, a quibus caſte & liberaliter cuſtodiri poſſit, donec (43) cauſa ejus probetur: tunc vero in illam ea ſtatuantur, quæ legibus definita ſunt. Nullam enim fœminam ob cauſam pecuniariam, publicam aut privatam, vel ob quodcunque crimen, aut in cuſtodiam tradi, aut a viris cuſtodiri permittimus: ne hac occaſione quantum ad caſtitatem injuriam patiatur. (44) Monacham vero, vel Sanctimonialem nulla actione a Monaſteriis ſuis vel Aſceteriis abſtrahi concedimus.

CAPUT X.

Quæ ſint adulterarum pœnæ.

(45) SI quando adulterii crimen manifeſte probatum fuerit: illas pœnas peccantibus infligi jubemus, quas Conſtantinus piæ memoriæ

(40) *ipſi credat.*) αὐτῷ πιστευθῇ. MS. Βασιλ. αὐτῷ πιστευθεῖν. & mox ὀμόσῃ.

(41) *ſe in judic.*) προσεδρείας. *Hal.* προσεδρας.

(42) *vel Aſceter.*) deeſt in libr. Βασιλ. & MS. Βασιλ.

(43) *cauſa ejus*) τὸ πρᾶγμα αὐτῆς. In Βασιλ. αὐτῆς deeſt.

(44) *Monacham*) Julian. *Sanctimonialem.* Vid. de hoc verbo *Gloſſ. Jul.*

(45) *Si vero*) Caput hoc X. & XI. non legitur in editione *Hal.* græca, ſed in *Nov. 117.* Deerat quoque in MS. Βασιλ. Utrumque vero caput in *Hal.* verſione exſtat, initio ſolum capitis X. immutato, de quo *Agylæus* tale eſt judicium: *Si tractatum de pœnis probato adulterio infligendis ita inchoes:* Cæterum quando adulterii crimen manifeſte probatum fuerit, eas pœnas, quas Sacratiſſimus Princeps Conſtantinus conſtituit, delinquentibus infligi jubemus: illis quoque ſimiles ſuſtinentibus &c. *pauloque poſt pro* prædicta: noſtra, *legas, illi rationum ſenſum ſuum reſtitueris, qui tractatu illo apud Haloandrum in conſtitutionem centeſimam decimam ſeptimam translato, aliquantulum fuerat immutatus. Tractatus etiam ab hoc proximus ex eadem conſtitutione recte huc reductus eſt, nihilque ex tranſpoſitione mutationis ſenſit. AGYL.* Cap. 9. & 12. hujus Novellæ legitur in Βασιλ. *lib. 6. Tit. 19.* ut apud *Haloand.* omiſſo cap. 10. & 11. Caput vero deci-

Digitized by Google

moriæ definivit: illi quoque, qui intervenerunt, aut miniſtri tam impii criminis fuerunt eaſdem pœnas ſuſtineant. Ex ſubſtantia autem adulteri, ſi uxorem habet, dos & donatio ante nuptias, vel portio legis noſtræ ei ſervetur, (46) ſi dotalia inſtrumenta ſecuta ſint. Reliquam vero ejus ſubſtantiam, ſiquidem deſcendentes vel aſcendentes adſint, uſque ad tertium gradum, illi ſecundum ordines & gradus capiant. Sin autem nulli ex iis adſint, (47) eam fiſco adjudicari jubemus. Mulier vero adultera competentibus pœnis ſubjecta in Monaſterium conjiciatur. Et ſi vir intra biennium eam recipere voluerit, damus illi poteſtatem id faciendi, illique cohabitandi, ita ut nullum periculum inde metuat, nec matrimonium per ea, quæ medio tempore facta ſunt, lædatur. Elapſo autem prædicto tempore, vel marito, antequam mulierem recipiat, mortuo: jubemus, ut ea tondeatur, habitumque Monachicum ſuſcipiat, & per omne (48) vitæ ſuæ tempus in illo Monaſterio habitet. Si deſcendentes habeat, duas illi partes ſubſtantiæ ejus accipiant, ſecundum ordinem legum (49) dividendas: tertia vero pars Monaſterio, in quod conjicitur, detur. Si deſcendentes non adſint, ſed aſcendentes inveniantur, qui in hoc facinus non (50) conſenſerunt, quatuor illi uncias ſecundum legum ordinem dividendas accipiant: octo vero unciæ Monaſterio dentur, in quod mulier illa includi-

mum hujus Novellæ extat in Βασιλ. *Lib.* *28. Tit. 7.* poſt caput 8. *Novellæ 117.* collocatum. *H*inc in editione *H*aloandri in *Nov. 117.* legitur. Caput undecimum ibidem legitur poſt *cap. 8. 9 & 11. Nov. 117.* & poſt multa ex *Nov. 22.* ibidem inſerta, quæ omnia apud *H*aloandrum leguntur, excepto *cap. 5. 6. 7. ex Nov. 22.* Patet ergo *H*aloandri *Novellæ 117.* maximam partem ex *d. libr.* Βασιλ. *28.* deſcriptam, hincque *cap. 10. & 11.* hujus *Nov. 134.* ut & multa ex *Nov. 22.* in Novellam *H*aloandri *117.* translata.

(46) *ſi inſtrumenta*) εἰ προΐκῷα συμβόλαια παρηκολούθησαν. Βασιλ. εἰ προΐκῷα συμβόλαια μὴ παρηκολούθησαν. *Si inſtrumenta dotalia non ſecuta ſunt.* Sic recte legitur. Et ſic quoque *vetus verſio.*

(47) *eam &c. jubemus*) ταύτην κελεύομεν. Βασιλ. ταῦτα.

(48) *vita ſua*) τῆς ζωῆς οἰκείας. Βασιλ. τῆς ζωῆς αὐτῆς

(49) *dividenda*) διαιρούμενα. Recte. Βασιλ. διαιρουμένων.

(50) *conſenſerunt*) συμπράξαντες, pro hoc Imp. in cap. ſeq. utitur verbo συναινεῖν.

cluditur. Si nec aſcendentes, nec deſcendentes habeat, vel aſcendentes illi impietati conſenſerint, omnem ejus ſubſtantiam Monaſterium accipiat. Atque hoc obſervetur, ut in omnibus caſibus pacta dotalibus inſtrumentis inſerta marito ſerventur.

CAPUT XI.

Quæ ſit pœna injuſti divortii.

QUoniam vero quidam legem noſtram violare ſtudent, in qua ſpecialiter cauſas enumeravimus, ex quibus repudia ſolum vel a viro, vel a muliere mitti poſſunt: jubemus, ut præter illas cauſas nullo modo repudia mittantur, aut miſſa valeant, (51) aut conſenſu matrimonia ſolvantur, atque delictorum ſibi invicem veniam dent. Si vero præter cauſas a nobis definitas, quidam matrimonium ſolvere audeant: jubemus, ſiquidem deſcendentes, ſive ex eodem ſive ex alio matrimonio habeant, ut eorum bona ſecundum ordinem legum illis dentur, & tam vir, quam mulier in Monaſterium per omne vitæ ſuæ tempus conjiciatur, ac de cujuſque patrimonio quatuor unciæ Monaſteriis aſſignentur, in quæ conjiciuntur: viro ſcilicet nec uſumfructum habente in ea parte, quæ liberis data eſt. Si deſcendentes non habeant, ſed aſcendentes inveniantur: tertiam illi partem ſubſtantiæ accipiant, niſi in impiam ſolutionem matrimonii conſenſerunt: duæ vero partes Monaſteriis, in quæ quiſque conjicitur, aſſignentur. Si neque deſcendentes, neque aſcendentes ſint, vel aſcendentes in id, quod factum eſt, conſenſerint: jubemus, ut omnis ſubſtantia Monaſteriis detur, in quæ conjecti ſunt, ne per hanc fraudem & Dei judicium contemnatur & noſtra lex violetur. Sed & iis, ejuſmodi matrimoniorum ſolutionibus, operam præſtant, vel ejuſmodi injuſtos contractus faciunt, corporalibus pœnis ſubjici & in exilium mitti jubemus. Si illi, qui matrimonium ſolvere conantur, antequam in Monaſteria conjiciuntur, rurſus invicem (52) jungi velint, damus illis poteſtatem hoc faciendi, prædictaſque pœnas illis remittimus, & bona ſua habeant, atque ita una vivant,

(51) *nec conſenſu*) ἢ κατὰ συναίνεσιν τοὺς γάμους διαλύειν. Deſunt in Βασιλ.

(52) *jungi*) ἑαυτοῖς συζευχθῆναι. Βασιλ. ἑαυτοῖς συζευχθῆναι.

vivant, tanquam nihil tale commiſſum eſſet. Si uno a nuptiis diſcedere volente, altera perſona non conſentiat, contra eum, qui non vult, pœnæ locum habeant. Hæc vero omnia tam in regia hac urbe, quam in provinciis, per Comitem privatorum & ſcholam Palatinorum, & Magiſtratus in provinciis eorumque cohortes cuſtodiri jubemus: & ſciant illi, ſi ejuſmodi delictum neglexerint, neque hæc omnia obſervaverint, exilium & publicationem ſe paſſuros eſſe. Hæc ipſa etiam ſanctiſſimos illius loci Epiſcopos obſervare jubemus: ut eorum cura traditæ perſonæ in Monaſteria conjiciantur, atque ex illorum bonis, quæ a nobis definita ſunt, Monaſteriis præbeantur,

CAPUT XII.

De modo pœnarum.

SI quis autem adulterii accuſatus proditione judicum, vel alio quocunque modo, legis pœnas effugerit, & deinde cum fœmina, ob quam accuſatus eſt, turpiter converſari, vel eam in matrimonium accipere deprehenſus fuerit, idque vivente marito, vel etiam poſt mortem ejus fiat, nuptias non valere jubemus: ſed & eum, qui id peccare auſus eſt, licet antea quoque aufugerit, tamen omni judici licentiam damus eum comprehendendi, & (53) poſt verbera (54) ultimo ſup-

(53) *poſt verbera*) μετὰ βασάνους. Vet. & Hal. *poſt tormenta.* Vocabulo βασάνων non tormenta, cum ſola poſteriore conſuetudinis nuptiarumve celebrationis exploratione, ſine ulla prioris admiſſi accuſatione aut probatione id pro certo duci atque cenſeri Princeps voluerit, ſed aut *verbera* ex vetuſto ſcilicet Romanorum more non aliter niſi verberatos ultimo ſubdentium ſupplicio, aut potius *examen*, diſquiſitionem, cognitionem, ſive diſcuſſionem, quam δοκιμασίαν ἀνάκρισιν appellant, intelligendam eſſe judicat *P. Faber.* quod ab ejus Novellæ Scholiaſtis atque interpretibus minime animadverſum ſit. Nam tormentum ſive quæſtionis nullam apud Julianum Epitomatorem aut Photium fieri mentionem: & Veterem Interpretem in *Nov. 123. cap. 20. & 31.* βασάνους optime reddidiſſe *verbera. P. FAB. Sem. cap. 22.* Videtur Vetus Interpres *tormenta* pro *verberibus* hic poſuiſſe, quemadmodum Auguſtinum *libr. 1. Confeſſ. cap. 9.* ea accipere monuit ipſe *P. Fab. d. l.* Ex ſilentio vero Juliani argumentum validum duci nequit: nam & pœnarum quibus adultera in cap. 10. ſubjicienda dicitur,

ſupplicio afficiendi, ut nulla alia (55) accuſatione opus ſit: mulieremque caſtigatam & tonſam in Monaſterium conjici, ibique per omne vitæ ſuæ tempus manere jubemus: utriuſque vero facultates ſecundum prædictum modum dividi, periculo, uti diximus, Comitis privatorum (56) & Præſidum locorum.

CAPUT XIII.

QUoniam vero humani generis infirmitatem (57) conſiderare nos oportet, pœnas corporales aliqua ex parte minuentes, prohibemus, ne utraque manus, vel pes alicui abſcindatur, aut ejuſmodi pœnæ quibuſdam infligantur, (58) per quas articuli ſolvuntur: quoniam articulorum diſſolutio gravior eſt ambarum manuum abſciſſione. Propterea jubemus, ſi tale quid peccetur, ob quod leges mortem delinquentibus inferunt, ut is ſecundum tenorem legum pœnas ſuſtineat. Si vero tale ſit crimen, ut morte dignum non ſit: aliter caſtigetur, vel in exilium mittatur. Sin qualitas criminis membri abſciſſionem exigat, una ſolum manus abſcindatur. Nullo autem modo propter furtum membrum aliquod abſcindi, aut (59) quem occidi, ſed aliter eum puniri

antequam in monaſterium detrudatur, nullam mentionem facit. Confer ad h. l. quoque *l. pen. C. Th. d. Adult.* ubi idem caſus proponitur. Olim rei non torquebantur, cum prohibiti eſſent cruciatus, quibus articuli aut membra diſſolvuntur, ſed nervo, fuſtibus & plumbatis cædebantur, aut unguibus ferarum eorum latera ſecabantur &c. Vid. *Pancirol. ad Not. Imp. Or. cap. 12.*

(54) *ultimo*) ἐσχάταις. *Hal.* νομίμοις, *legitimis.* Illud rectius legi dicit *Agyl.*

(55) *accuſatione*) κατηγορίᾳ. Hal. ἐξκυσατίονος, *excuſatione.* Illud probat Agylæus. Et merito quidem: Etſi *Vetus Int.* quoque habeat, *nulla alia excuſatione.*

(56) *& Præſidum*) καὶ τῶν κατὰ τὸν τόπον ἀρχόντων. *Hal.* καὶ τοῦ &c. ἄρχοντος.

(57) *conſiderare*) σκοπεῖν. Hal. σκέπειν, *protegere*, quod & habet Vet. verſio. Magis videatur vertendum *obtegere*, licet noſtra quoque lectio pravum non efficiat ſenſum.

(58) *per quas*) Julian. neque *exarthrare.* De quo verbo vid. Gloſſ. Jul. Antonius Auguſtinus legit *exarmare*, de quo verbo vide eum.

(59) *quis occidatur*) ἀποθνήσκειν, quod proprie quidem eſt *mori*, & ita in *Vet. verſione* poſitum: ſumi tamen id & ſenſu activo *pro interficere*, notum eſt. Hal. *mors irrogetur.*

Digitized by Google

punìri volumus. Fures vero vocamus eos, qui clam & ſine armis talia committunt. (60) Qui enim violenter aliquem aggrediuntur, vel cum armis, vel ſine armis, in domo, vel in via, vel in mari: illos pœnas legum ſuſtinere jubemus. Ut autem non ſolum corporales, ſed etiam pecuniariæ pœnæ mediocres ſint: ſancimus, ſi illi, qui ob crimina, in quibus leges publicationem vel mortem definiunt, accuſantur, convicti, vel condemnati fuerint: ne illorum facultates Magiſtratibus, vel eorum cohortibus lucro cedant, ſed neque ſecundum veteres leges fiſco deferantur: (61) verum, ſi deſcendentes habeant, illi bona habeant, exceptis iis, quæ per id crimen (62) ad eos venerunt. Si nulli deſcendentes adſint, ſed aſcendentes uſque ad tertium gradum, illi ea habeant. Si illa condemnati uxores habeant, omnibus modis jubemus, ut illæ & dotem & donationem propter nuptias accipiant. Quod ſi etiam ſine dote ejuſmodi perſonis cohabitarunt: legibus noſtris definitam partem ex tota condemnati ſubſtantia accipiant, ſive liberos habeant, ſive non. Si is, qui deliquit, neminem ex ante dictis habeat, tunc fiſco ſubſtantiam illam deferri volumus. In illis autem, qui ob crimen læſæ Majeſtatis condemnati ſunt, veteres leges ſervari jubemus.

EPILOGUS.

(63) Provideat igitur Gloria tua, ut ſacram hanc legem noſtram in felici hac urbe proponat, & in provincias mittat, earumque Præſidibus manifeſtam faciat: ut omnes ſubditi cognoſcant, quantam eorum curam geramus: Dat. Kal. Maji Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug. Baſil. V. C. Conſ.

TIT. XVIII.

(1) Ne quis (2) bonis cedere cogatur.

(60) *Qui enim*) τοὺς γὰρ βιαίως ἐπερχομένους ἢ μεθ' ὅπλων ἢ χωρὶς ὅπλων. Βασιλ. τοὺς γὰρ βιαίως ἢ χωρὶς ὅπλων.

(61) *verum ſi*) *Vet. verſio* hic habet: *ſed ſiquidem habeant deſcendentes & aſcendentes uſque ad tertium gradum, illi habeant.*

(62) *ad eos*) αὐτοῖς. Hal. αὐτῷ.

(63) *Provideat*) Epilogo caret Vetus verſio.

(1) *Ne quis*] Hæc novella nomen Juſtiniani nec præfert, nec ſubſcriptionem habet, ut reliquæ. Stylus quoque diver-

CONSTIT. CXXXV.

PRÆFATIO.

QUæ nos ad Deum placandum invitant, ut illa inter ſubditos creſcant & ſplendeant, operam damus. (3) Soſarius quidam ex provincia Myſarum oriundus, lacrymans nobis ſupplicavit & docuit, ſe ob publicas & privatas pecunias a clariſſimo provinciæ Præſide (4) per

ſolam

ſus plane eſt, ut non videatur ab eadem eſſe manu, a qua reliquæ.

(2) *bonis cedere*] ἐκστασίῳ χρήσασθαι. Gloſſ. Cyrill. ἔκστασις ὑπαρχόντων, *bonorum ceſſio.*

(3) *Soſarius quidem*] Dicit Juſtinianus *aditum ſe a Zoſario* &c. Quod cum inhumanum exiſtimaret Juſtinianus, vetat ne in ejuſmodi caſibus, ad bonorum poſſeſſionem quiſquam poſtea a rectoribus, & præſidibus provinciarum compelletur, modo bonam copiam ejuret, data creditoribus facultate, ut ſi quæ ei competituræ ſint aliquando actiones &c. eas exercere poſſint & ejus debitores convenire. Hæc mens eſt illius Novellæ, quibuſdam locis depravatæ & pejus etiam explicatæ. *HERALD. d. rer. jud. aut. l. 2. cap. 25.*

(4) *per ſolam contumeliam*] ἐπὶ ὕβρει. Poſt hæc verba in editione Hal. aſteriſcus eſt, de quo Agylæi judicium primo afferemus, deinde Heraldi. Ita autem ille: *Quo loco apud Haloandrum vulneris nota eſt, ibi Scrimgerus neque amplius quicquam, neque defectus ſignum quodpiam habet. Egoque dum Legiſlatoris mentem intentius indago, aſteriſcum inducere poſſe mihi videor, orationem ſi hunc ad modum formem,* quod cum pecuniarum publicarum pariter & privatarum nomine conveniretur, ac ſuſtineret litem a Clariſſimo Provinciæ Præſide per contumeliam & eam quidem ſolam, neque enim credidit propter pecunias rerum ſuarum perſecutionis libellos oblatum iri, *ut ſuperius membrum ex poſteriori digreſſivo membro complementum accipiat, cum digreſſio alioquin illo membro abſoluto non ita locum haberet: ac intelligatur, præſidem ad bonorum ceſſionem ſupplicem cogere voluiſſe, quod ille per contumeliam ſolum fieri interpretaretur, cum æris alieni cauſa poſſeſſiones impeti poſſe non crederet. Hæc* AGYLÆUS. *Hæc* ἐπὶ ὕβρει καὶ μόνῃ obſcura ſunt, quæ clara facies, ſi legeris ἐπὶ ὕβρει δὴ μόνῃ. Prætendebatur ergo æs alienum: ſed revera nil aliud quærebatur, quam ut Zoſario contumelia fieret, quod oſtendit verbis ſequentibus: οὐ γὰρ ἐπὶ τῶν χρημάτων πέπονθε. Interpres legit πέποιθε, ſed melius πέπονθε. Neque enim ait coactum ſe dare catalogum facultatum ſuarum, ut videretur, an eſſet unde ſatisfieri poſſet, ſed ſtatim adactum bonis cedere; quod iniquiſſimum eſſe judicabat: τὸ γὰρ δίκαιον &c. κατασεῖσαι. Quæ ita interpres &c. etſi elegantius reddi poterant, rem tamen ſatis exprimunt. *HE-*

ſolam contumeliam (5) conventum eſſe. Neque enim (6) paſſus eſt de pecuniis libellos perſecutionis rerum ſuarum dare: id quod injuſtiſſimum (7) & ſumme moleſtum eſt. Ubi enim juſtum eſt, eum, qui caſu plane (8) nec ſupina negligentia res ſuas amiſit, denuo indecentem vitam (9) amplecti, & victu quotidiano forte, atque corporis amictu per violentiam privari?

RALD. d. l. In Codice Vaticano vulgaris lectio reperitur.

(5) *conventus ſit*] μεθοδείαν ὑπομένων. Dicit Juſtinianus ἐδίδαξεν ὡς &c. Quæ ita Vetus Interpres, *Zoſarius quiſpiam ex Myſis oriundus* &c. Quæ non ſatis exprimunt mentem Imperatoris, nec Zoſarii querelam, qui querebatur μεθοδείαν ὑπομένειν ὑπὸ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος, a provinciæ rectore negotium ſibi faceſſi, ut bonis cederet ὡς ἐπὶ χρήμασι, tanquam propter pecuniam recuperandam, ſed revera ἐφ' ὕβρει μόνῃ, ut injuriam ſolum ſibi faceret, cum nihil haberet Zoſarius, unde poſſet ſolvere, quod petebatur. Μεθοδεία hic non eſt actio, nec μεθοδείαν ὑπομένειν, conveniri, ſed eſt ἐπήρεια, vexatio, quæ malo more ſit & per cavillationem. Sic ſæpe. *HERALD. d. l.* Gloſſ. Cyrill. μεθοδεία *convencio.* Sic *Nov. 112. c. 2. §. 1. & c. 3. pr.* Et μεθοδεύω. Nov. 125. c. 5. §. 1. Nov. 124. c. 3. Suidas Μεθοδείας, τέχνας ἢ δόλους. Μεθοδεύει, τεχνάζεται, μετέρχεται, ἀπατᾷ. Vid. ſupra Nov. 112. n. 10. & Nov. 122. n. 2. Confer & cap. ſeq. ubi Imp. pro μεθοδείαν ὑπομένειν, videtur εὐθύνας ὑπομένειν poſuiſſe. In Edict. 6. præf. μεθοδεία & πραγματεία, quod illi jungitur, videtur unum idemque eſſe, & *cap. 1. ibid.* μέθοδος ἐμπορίας ἢ γεωργίας dicitur. Legitur & μεθόδιον in cap. 4. ibid. Agylæus in Edict. 6. μεθόδειαν, *ludum literarium* vertit, quam bene, lector judicet.

(6) *paſſus eſt*] πέπονθε. Hal. πέποιθε, *credidit.* Vid. num. præced. in fine.

(7) *& ſumme*] καὶ τῶν ἐν κεφαλαίοις λυπηρῶν καθέστηκε. Hal. *& inter ea capitula quæ cumprimis afferunt moleſtiam.* Gloſſ. Cyrill. κεφάλαιον, *capitulum, ſumma.* Accipimus verba illa, ac ſi dictum ſit, καὶ κεφάλαιον τῶν λυπηρῶν, ut *Edict. 8. cap. 3. §. 1.* κεφάλαιον ἀρχῆς παρ' ἡμῶν διδομένης, *præcipuum vel caput imperii a nobis dati.* Κεφάλαιον τοῦ κακουργήματος, *Autorem fraudis* notat. *Edict. 11. cap. 2.*

(8) *nec ignavia*] καὶ ἡ ῥᾳθυμίᾳ προσδεδομένην. Hal. προσδεδομένον, *non ſupina negligentia*, quod præferendum. Probat id *HERALDVS* inquiens: Iſta, *non ſupina negligentia res ſuas amiſiſſe traditus eſſet*, male reddita ſunt, ſed ad veram lectionem nos ducunt. Vulgo legitur, καὶ ἡ ῥᾳθυμίᾳ προσδεδομένην, nullo ſenſu. Ergo legendum ῥᾳθυμίᾳ παραδεδομένον, quomodo legit interpres, id eſt inertiæ & ignaviæ deditum.

(9) *amplectatur*] περιπεσεῖν. *Hal.* παραπεσεῖν.

CAPUT VI.

HÆc cognoſcentes & deterius, per id quod melius eſt, ad cultum optimi Dei, & ne calamitoſi quid (10) a nobis fiat, emendare cupientes, ſancimus, ut nulliglorioſiſſimorum aut magnificentiſſimorum Præſidum (11) ad ceſſionem bonorum quendam ex illis, qui (12) dictis caſibus (13) ob pecunias forte publicas vel privatas conveniuntur, cogere, (14) aut ejuſmodi prætextibus ad plagas uti liceat: cum illi ad pœnam corporis evitandam (15) rebus ſuis potius privari, quam cum

(10) *a nobis*] παρ' ἡμῶν. Hal. ἐπὶ ἡμῶν, *noſtris temporibus.*

(11) *ad ceſſionem*] ἐκϛασιν πραγματος χάειν ἀνάγκην ἐπαγαγεῖν. Hal. πραγματ.ς χάειν, ἐκϛασιν ἀνάγκην ἐπαγαγεῖν. *rei cauſa ceſſionis bonorum neceſſitatem alicui eorum inferre*, quod probandum.

(12) *dictis caſibus*] ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις χρείαις deeſt in Baſil.

(13) *ob pecunias*] ἐπὶ χρήμασι τυχὸν δημοσίοις ἢ ἰδιωτικοῖς. Verba hæc deſunt in Cod. *Hal.*

(14) *aut ejusm. prætextibus*] ἢ τοιούτοις τρόποις αἰκισμῶν κεχρῆσθαι προφάσεσιν. *Hal.* ἢ τοιούτοις αἰκισμοῖς κεχρῆσθαι ἢ προφάσεσιν. *Heſych.* αἰκισμῶν μαϛίγων πληγῶν.

(15) *rebus ſuis*] τῶν ἰδίων. Hal. τῶν οἰκείων. Prohibet poſteà Juſtinianus, nequis eas ob cauſas ad ceſſionem bonorum adigatur, verbis, ni fallor, depravatis, & ideo obſcuris. Θεσπίζομεν &c. μέχρι θανάτου ὀνειδισμῷ. *Hæc* ita interpres &c. Neſcio, an quiſquam ſit, qui ex poſtremis his verbis ſenſum ullum elicere queat. Prohibebat Juſtinianus quenquam, ob eas, de quibus agebatur, aut ejuſmodi cauſas, ad ceſſionem bonorum compelli carceris pœna, & incommodis, id eſt quenquam in carcerem trudi, & ejuſmodi cruciatus vexari, ut ad redimendam ejuſmodi vexationem, bonis omnibus ſpoliari ſe patiatur, atque eadem opera ad extremam inopiam, cum ſummo vitæ probro adigatur: quare poſtrema illa ita fuerunt reddenda, *ut ad declinandam corporis pœnam & vexationem, bonis ſuis privari malint, & cum paupertatis onere vitam probroſam & ignominioſam agere.* Quæ ſententia ut conſtet, delenda particula negativa μὴ. hoc modo, αἱρεῖσθαι μᾶλλον τὴν τῶν ἰδίων ϛέρησιν δέχεσθαι, καὶ σὺν τῷ τῆς ἀπορίας ζυγῷ &c. *Hæc* enim ſunt conjuncta τῶν ἰδίων ϛέρησις, bonorum amiſſio, & ἀσχημοσύνης ὀνειδισμὸς, vitæ probrum & ignominia. Quid appellat ἀσχημοσύνης ὀνειδισμόν? Quod antea dixerat ἀσχήμονα βίον, vitam ignominioſam, qualis eſt ejus, qui bonis ceſſit. Nam quamvis non ſit infamis infamia juris, nec etiam facti, ſi nullo ſuo vitio ad illud beneficium confugit, cum tamen ad ſummam egeſtatem redactus eſt, vita ejus eſt ignominia & miſeria demerſa. Quod ſignificat Juſtinianus his verbis, quibus ait, eum qui bonis ceſſit, τῆς ἐρημίτου τροφῆς &c. Nempe

Digitized by Google

cum inopiæ jugo & contumeliæ opprobrio ad mortem uſque premi malint. Juſjurandum autem per adoranda eloquia præſtetur, (16) nullas ſibi facultates, neque aurum, ex quibus debito ſatisfaciat, reliqua eſſe. Si quæ vero jura, ſive hæreditatis, ſive donationis cognatorum, in mobilibus (17) aut immobilibus rebus lex illi tribuat, & in illarum poſſeſſione nondum conſtitutus ſit, quæ tamen illi competere videantur, poſſintque creditores vel partem ex illis, vel etiam totum colligere, (exceptis tamen rebus uxoris (18) ſi revera ad illam pertineant) fiat id, atque ejuſmodi creditoribus actiones ſibi vindicare, & contra perſonam ejus, qui aliquando jurium illorum dominus futurus eſt, actiones, ſive debitor adſit, ſive non, inſtituere, &, ut breviter dicamus, in perſona rei tali actione, vel rerum vindicatione ſubſiſtere liceat.

EPILOGUS.

Diligens igitur & virtutis amans Magnificentia tua, quæ nobis ita pie placuerunt, obſervet, illiſque decem auri librarum multam imponat, qui aliquid ex iis, quæ, a nobis de his ſancita ſunt, tranſgredi volunt. Neque enim ſine periculo erunt, ſed & vitæ (19) periculum illis inferetur, qui vel nuda cogitatione ea, quæ juſte a nobis ſacra hac lege diſpoſita ſunt, violare auſi fuerint. Dat. Kal. Jun. Conſtantin. Beliſar. V. C. Conſ.

TIT.

omnibus omnino bonis cedebat, nec quidquam ei relinquebatur, nec ad victum quotidianum, nec ad veſtitum. Quare vita illius erat miſera & ſordida. Ex his quæ diximus, ſatis conſtare arbitror bonorum ceſſionem Jure Rom. fuiſſe ſimpliciter factam & ſine nota. Nam quod eorum, qui bonis ceſſerant, vocat Juſtinianus ἀσχήμονα βίον, id ad paupertatis ſordes referendum eſt. *HERALD. d. l.* Diſſentit *Hotman. quæſt. 26.*

(16) *quod nulla*] ὡς ὅτι αὐτῷ περίφασις πραγμάτων χάειν. Βασιλ. ὡς οὐδεὶς περίφασις πράγματος χάειν.

(17) *vel immobilibus*] deeſt apud *Haloandrum.*

(18) *ſi ad illam*] εἴπερ διαφέρει αὐτῇ, Hal. εἴπερ διαφέρει αὐτοῖς, *ſi pertineat ad ipſos*, quod in vulgatis editionibus mutatum legitur in *ipſum.* Sed tum parentheſis, quæ eſt in textu Græco claudi deberet, poſt πραγμάτων, ut τὸ αὐτοῖς referatur ad ὀφειλομένοις, hoc modo: *(extra tamen res uxoris) revera hoc fiat, ſi quidem ad ipſos pertineant.*

(19) *periculum*] ὅτος ἐπαχθήσεται. *Hal.* οὕτως.

Tit. XIX.

De Argentariorum contractibus.

CONSTIT. CXXXVI.

Præfatio.

QUi in corpore ſunt (1) Argentariorum felicis hujus urbis, potentiæ noſtræ ſupplicantes, de multis capitibus nos rogarunt, petentes, ut eos juvemus, cum & ipſi multis ſe utiles præbeant, (2) quod conſtituta & mutua ſubeant omnis periculi plena. Nam cum ſacra noſtra conſtitutio exſtet, quæ vult ut exactiones ordine fiant, & primum quidem principales rei eorumque res, deinde vero fidejuſſores & mandatores & conſtitutæ pecuniæ rei excutiantur: ab hac lege collegium ipſorum eximi, (3) omniumque graviſſima pati, ſi ipſi quidem conſtitutionis auxilio uti nequeant, ſed ſtatim exigantur: ſi vero ab aliis conſtituta accipiant, illi, qui pecuniam conſtituerunt, vel horum mandatores aut fidejuſſores ipſis non ſatisfaciant: (4) & conveniens eſſe, ut & ipſi communium legum participes ſint, neque ipſis conſtitutio noſtra adverſetur.

CAPUT I.

SAncimus igitur, ſi quidam ex illis, qui menſæ argentariæ præſunt, alicui mutuam pecuniam dent, vel conſtitutum, vel fidejuſſores, vel mandatores accipiant, ipſiſque conſtitutio & ordo per illam intro-

ductus

(1) *Argentar.*] ἀργυροπρατῶν. Jul. *argyropratas* vertit, vel *argenti diſtractores*. Vid. Gloſſ. verb. *Argyroprata*, & Ant. Aug.

(2) *eo quod*] ἐξ ὧν ἀντιφωνήσεις &c. ὑπέρχονται. Hal. ὑπερέχονται, vertens, *nihil aliud exinde habent quam conſtituta pecuniæ, & mutui obligationes ex omni parte* &c. Alii: *unde ſponſiones & mutui obligationes accedunt*.

(3) *omnium*] τὰ πάντων δεινότατα. Βασιλ. πάντα δεῖν.

(4) *ac conveniens*] καὶ προσήκειν καὶ αὐτοῖς ἢ μετεῖναι τῶν κοινῶν νόμων ἢ μηδὲ αὐτοῖς ἀντικεῖσθαι τὴν ἡμετέραν διάταξιν. *H*aloandri editio habet, καὶ προσήκειν αὐτοῖς ἀντικεῖσθαι τὴν ἡμετέραν διάταξιν, *& conveniens putetur noſtram ipſis conſtitutionem opponere*. In Βασιλ. deeſt καὶ αὐτοῖς.

Digitized by Google

ductus opponatur: ut tum in illis conſtitutio obtineat, niſi ſpeciale pactum fecerint, licere creditori principalem debitorem & mandatorem & fidejuſſorem convenire, non exſpectato conſtitutionis ordine. Propter ſtudium enim, quod argentarii in communes contractus collocant, ejuſmodi pacta admittimus, quæ non videntur contra legem eſſe: quoniam unicuique ea, quæ a legibus illi data ſunt, (5) contemnere licet. Sed ſi ejuſmodi pactum fiat, liceat illis (6) primum etiam mandatorem, & primum fidejuſſorem aliaſque perſonas convenire. Quare ſi pactum ſcriptum non eſt, etiam in illis conſtitutio omnino obtineat: ſin autem ſcriptum ſit pactum, legem det contractui, atque exinde exactiones fiant.

CAPUT II.

Alterum vero illorum caput erat de altera illa exceptione, quam antea fecimus, cum argentariæ menſæ præpoſitus militat, vel filios ſuos militare facit, quod militantes illorum filii eo frui nequeant, quippe qui non ex paterna, vel aliunde illis quæſita (7) pecunia, ſed creditorum, militaverint. Rogarunt quoque ut aut neque in illis talis præſumtio locum habeat, aut ipſis quoque eadem competant; ut, ſi quis mutuo ab ipſis accepto militet, vel etiam liberi ejus, neque aliunde debitum ſolvere poſſit; (8) etiam ex venditione militiæ, vel illius vel liberorum, ipſis ſatisfiat. Nos igitur neque ſimpliciter legem tulimus, ſed (9) cum decente obſervatione, neque facile patimur, ut illa ſubvertatur: ſed ſancimus, ut obtinente ſacra conſtitutione, nec illa præſumtione, quæ ſecundum ſacram conſtitutionem contra illos eſt, ſublata, quoniam multi contrahentes non videntur ex pecuniis ſuis omnia facere: habeant & ipſi idem privilegium, ut ſi quis militet, vel

Zzzzz liberi

(5) *contemnere*] καταφρονεῖν. Hal. παραιτεῖν, *renunciare*.

(6) *contra*] κατὰ τὸν πρῶτον μανδάτωρα, καὶ κατὰ τὸν πρῶτον ἐγγυητήν. Lege cum Hal. κατὰ τὸν πρωτοτύπον καὶ κατὰ τὸν μανδάτωρα.

(7) *pecun. milit.*] στρατευομένους χρημάτων. Βασιλ. ἀλλ' οἰκείων.

(8) *etiam ex venditione*] καὶ ἐκ διαπράσεως &c. *Hal.* διαπράξεως, & mox pro στρατείας *militia*, ὑπεραπίας.

(9) *cum decente*] μετὰ πρεπούσης. Id non legit *Haloander*.

liberi ejus, militia quidem ejus omnino obligata ſit, ſi ex earum numero ſit, quæ venduntur: ſimiliter vero & militia liberorum: niſi ab ipſis manifeſtiſſime oſtendatur, militiam vel ex materna liberorum ſubſtantia, vel ex Imperiali liberalitate illis obtigiſſe. Nam ſi debitum aliunde diſſolvere nequeant, tum ex militia liberorum (10) præpoſitis menſæ argentariæ ſatisfiat: in quorum gratiam hanc legem poſuimus, opponentes (11) eam præſumtioni, quæ ex conſtitutione eſt. Et quemadmodum illa dictam præſumtionem contra eos fecit: ſic & nos (12) contrarium illi remedium afferentes, illis ſolum, qui ex dicto collegio ſunt, hoc largimur, propter communem utilitatem, quam contractibus præſtant, dum multis periculis ſe immiſcent, ut (13) aliorum neceſſitatibus ſubveniant.

CAPUT III.

ILlud quoque non alienum a ratione dicere viſi ſunt, ſi cuidam ad res quaſdam mobiles vel immobiles emendas pecuniam credant, vel antea crediderint, & pecunia illa credita res acquiſita ſit: (14) ut ipſi potius jus in re illa habeant, nec damnum aliquod patiantur: ſed ſi probent (15) pecuniis ſuis comparatum quid eſſe, neque illis debitores pecunia ſatisfacere poſſint, res (16) pecunia illorum (17) emta illis addicatur, quaſi revera ab illis emta, nuda vero emtoris appellatio illi (18) impoſita eſſet. Neque enim juſtum eſt, eos, qui ſua expendunt, primum & indubitatum locum in rebus emtis non habere, ſi modo in ſcriptis contractibus hypothecæ mentio facta fuerit. Nam ſi hoc obſervaverint, omne id conſequentur, quod nos rogarunt, imo etiam

(10) *præpoſitis*] τοῖς ἀργύρου &c. προεστῶσι. *Hal.* τῆς ἀργ. &c.

(11) *eam*] τοῦτο. Lege αὐτὸν cum Hal.

(12) *contrarium*] ἀντίθετον αὐτῆς θεράπειαν. *Hal.* αὐτοῖς.

(13) *aliorum*] ἑτέρων. Hal. ἑτέρωθεν.

(14) *ut ipſi*] πάντων αὐτοὺς ἐπὶ τῷ αὐτῷ πράγματι κυριώτερα ἔχειν δίκαια. Hal. πάντως &c. κυριωτέρως ἔχειν δίκαια.

(15) *ex pecunia*] ἐκ τῶν χρημάτων αὐτῶν τὸ κτηθὲν. Βασιλ. αὐτοῦ τοῦτο κτηθέν.

(16) *pecunia*] διὰ χρημάτων. Hal. τῶν ἱκανῶν χρημάτων.

(17) *emta*] ὠνηθέν. Βασιλ. κτηθέν.

(18) *impoſita*] ἐπιτεθείσης. Hal. ἐπιτεθείσης, *appoſita*.

etiam plus, quam petierunt: ſiquidem potiora ipſis jura præ omnibus damus in iis rebus, quæ ex illorum pecunia emtæ probantur. Sin autem contractus ſine ſcripto factus eſt, vel fiat, & ipſi pecuniam, vel ſpecies quaſdam dent, (quod maxime in præpoſitis menſæ argentariæ fieri conſuevit, ornatu ſæpe, vel argento dato, aut etiam vendito) nec pretium accipiant: tunc eas tanquam ſuas vindicare illis liceat, licet hypothecas non habeant. Neque enim illi aliena poſſidebunt, ſi aurum quidem non ſolvant, quæ vero ipſis ab aliis data ſunt, fruſtra detineant: ſed ſive hæredes relinquant, illorum hæredes vel pro illis, vel illa ipſa, quæ data ſunt, reddent: ſive nullos hæredes relinquant, licebit ipſis ea vindicare, nec ulla hypotheca in illorum rebus ab aliis quæſitis contra eos obtineat.

CAPUT IV.

QUoniam vero legem tulimus, ne argentariæ menſæ præpoſiti ultra beſſes uſuras fœnerentur, illi autem nos docuerunt etiam (19) ſine ſcripto ſe fœnerari ſolere, & quantum ad uſuras (20) fidem illis non ſervari, quod mutuum ſine ſcriptis contractum & ſtipulatio non interpoſita ſit, (juxta vulgatum illud, non convenire, ut uſuræ abſque ſtipulatione currant: licet multi ſint caſus, in quibus non ſtipulatæ etiam uſuræ, vel (21) ex ſolo pacto naſcuntur: nonnunquam etiam ne quidem ex pactis, ſed ſua ſponte introductæ tamen exiguntur) propterea ſancimus, ut non ſolum ex ſtipulatione, ſed etiam (22) ex non ſcripto tales uſuræ illis dentur, quales lex illis ſtipulari concedit, hoc eſt uſque ad beſſem centeſimæ. Nam qui omnibus fere indigentibus opem ferre parati ſunt, illos ejuſmodi ſubtilitate lædi juſtum non eſt.

(19) *ſine ſcripto*] ἀγράφως. Hal. ἄγραφα.

(20 *fides illis*] ἀγνωμονοῦνται. *Hal.* ἀγνωμονοῦσι. Gloſſ. Cyrill. ἀγνωμονῶ, *tergiverſor, fidem ſolvo, fidem rumpo.*

(21) *ex ſolo pacto*] ἐκ συμφώνου μόνου. *Hal.* ἐκ συμφωνουμένου, *ex pacto.*

(22) *ex non ſcripto*] ἐξ ἀγράφου. *Hal.* ἐξ ἀγράφων.

CAPUT V.

HOc etiam nos docuerunt, quoſdam, qui cum illis contrahunt, inſtrumenta & rationes conficere, & partim quædam (23) publice facere, partim ſua manu ſcribere, quibuſdam vero ab aliis conſcriptis ſubſcribere: perieruntque ut illi, qui cum ipſis contrahunt, ſi tale quid ſcripſerint, teneantur, ipſiſque ſatisfaciant, nec eo abutantur, & dicant, ſe contractus quidem, vel confeſſiones, vel rationes omnes manu ſua ſcripſiſſe, vel aliis ſcribentibus illis ſubſcripſiſſe, pecuniam vero, quæ illis continetur, datam non eſſe: ut hypothecas exinde habeant, & beſſes uſuras, licet ſcriptæ non ſint, accipiant. Nos igitur, quoniam illa communia ſunt & multa (24) inſpectione egent, ad ea, ut decet, reſpondemus. Nam ſi quis publicum contractum fecerit, totumque manu ſua ſcripſerit, vel inſtrumentis aut rationibus ab aliis ſcriptis ſubſcripſerit; ſancimus, ut ille, ejuſque hæredes omnibus modis, perſonalibus ſcilicet actionibus teneatur. Neque enim facile hypothecam illis dabimus, qui id pacti non ſunt: niſi plane in literis bonorum mentionem factam eſſe probatum fuerit, vel ipſi ſua obligarint, aut hoc ſimpliciter adjecerint, periculo bonorum ſuorum, vel plane aliquid tale dixerint, aut ſcripſerint, quod ad hypothecas ſpectet. Tunc enim hypothecam quoque illis præbemus, ut neque legum noſtratum naturam in univerſum turbemus, neque ipſi eo auxilio, quod præſtari poteſt, priventur.

§. 1. Quod ſi uſuras expreſſe pacti fuerint, illæ pactæ ſint. Si vero hoc ſolum ſcriptum ſit, mutuum ſub uſuris contractum eſſe, contrahentes nequeant dicere, quia uſuræ definitæ non ſunt, (25) propterea pecuniam ſterilem eſſe: ſed per præſumtionem ita fiat exactio, quaſi beſſes uſuræ expreſſe nominatæ ſint. Atque hoc quidem in poſterum ſervetur. In rationibus vero jam confectis, etſi mentio uſurarum

(23) *publice*] ἐπ' ἀγορᾶς. *Hal.* ἐπ' ἀγοραῖς.

(24) *inſpectione*] ἐπισκέψεως. *Hal.* ἐπισκοπῆς.

(25) *propterea*] διὰ τοῦτο &c. τὸ χρυσίον. *Hal.* καὶ διὰ τοῦτο. &c. τὸ χρέος. Sic melius.

rum facta non ſit, (quoniam manifeſtum eſt, apud omnem argentariæ menſæ præpoſitum contractus ſub uſuris celebrari, & qui uſuras ſolvit, ſine uſuris expenſam facere non poſſe) liceat iis beſſes uſuras exigere: ut tamen impoſterum ea obſervent, quæ, illis hæc ſacra lex largitur,

CAPUT VI.

HAc tamen in re valde eos juvamus, ſi rationes proferantur, quæ expreſſe quamvis cauſam ſcriptam, in quam pecunia data eſt, contineant, ille vero his ipſis rationibus ſubſcripſerit, (26) licet ſingulas cauſas manu ſua non ſcripſerit, aut (27) confeſſionem quandam vel ſub ſpecie crediti, vel (28) tranſactionis, vel etiam aliter hoc nomine (29) fecerit: ut is, qui hoc fecit, (30) nunquam poſſit ſingularum cauſarum probationes exigere, niſi ex abundanti jusjurandum vel illi, vel (31) hæredibus mutuantis deferre velit. Hoc enim illi ſolum largimur: intra id tamen tempus quod exceptioni non numeratæ pecuniæ præfixum eſt. Nam ſi id tempus præterierit, neque jurejurando illos gravamus, id quod in legibus etiam generaliter ſcripſimus: (32) quanquam nec hoc oportebat. Nam qui manu ſua ſcripſit, vel rationes edidit, quomodo juſtum fuerit eum adeo diſſolutum fuiſſe exiſtimare, ut, quæ non data ſunt, ſcriberet?

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac pragmatica ſanctione declarata

(26) *licet ſingulas*] εἰ καὶ ἑκάστην αὐτοῖς. Βασιλ. ἢ καὶ ἑκάστην αὐτὸς. Lege εἰ καὶ ἑκάστην αὐτός.

(27) *confeſſionem*] ὁμολογίαν ποιήσαιτο. Gloſſ. Cyrill. ὁμολογίαν ποιῶ, *caveo*. ὁμολογία *cautio* eſt in *Nov. 123. cap. 22.*

(28) *tranſactionis*] διαλύσεως. *Hal.* *acceptilationis*. Malc.

(29) *fecerit*] ποιήσαιτο. Lege μὴ ποιήσαιτο.

(30) *ſingularum*] τῶν κατὰ μέρος αἰτιῶν ἀπαιτεῖν. Βασιλ. κατὰ μέρος αὐτῶν.

(31) *hæredibus*] κληρονόμοις. Βασιλ. κληρονόμῳ.

(32) *quamquam nec*] Si, *quanquam ne hoc quidem neceſſe erat*, ponas, aſteriſcus tolli poterit. *Agylæus*. Eſt autem in *Hal.* editione nota quædam lacunæ. In Cod. Vaticano legitur ut in vulgo editis.

clarata ſunt, ea tam Gloria tua, quam (33) quivis alius reipublicæ noſtræ Magiſtratus in perpetuum inviolata ſervare ſtudeat: pœna decem auri librarum illis imminente, qui hæc violant, aut violari patiuntur. Dat. Kal. April. Conſtant. Dn. Juſtin. PP. Aug Baſil. V. C. Conſ.

Tit. XX.

De creatione Epiſcoporum & Clericorum.

CONSTIT. CXXXVII.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Petro Magiſtro Officiorum.

Præfatio.

SI leges civiles, quarum poteſtatem nobis Deus pro humanitate ſua credidit, ad ſecuritatem ſubditorum per omnia inviolatas ſervari ſtudemus: quanto majus ſtudium in obſervatione ſacrorum canonum & ſacrarum legum, quæ pro ſalute animarum noſtrarum conſtitutæ ſunt, nobis collocandum eſt? Qui enim ſacros canones obſervant, auxilio Domini Dei digni ſunt, quique eos violant, ſe ipſos condemnationi ſubjiciunt. Majori vero condemnationi ſubjacent ſanctiſſimi Epiſcopi, quibus concreditum eſt ut in canones inquirant, caveantque, ſi quid ex illis violatum eſt, ne id impunitum relinquatur. Quare cum ſacri canones non obſervati ſint, ſæpius propter Clericos & Monachos & Epiſcopos quoſdam interpellati ſumus, ut qui ſecundum ſacros canones non vivant. Alii quoque inveniuntur, qui nec ſanctæ oblationis, nec ſacri baptiſmatis orationem ſciunt.

CAPUT I.

DEI igitur judicium animo volventes, quæſtionem & correctionem in ſingulis, quæ ad nos delata ſunt, canonice juſſimus procedere. Si enim ea, quæ a Laicis committuntur, generales leges ſine inquiſitione & vindicta relinqui non permittunt: quomodo ea, quæ a Sanctis Apoſtolis & Patribus pro omnium hominum ſalute canonice diſpoſita ſunt, contemni patiamur? Multos vero ea de cauſa maxime in peccata

(33) *quivis*] πᾶς ἕτερος. *Hal.* πᾶς ἔτι.

Digitized by Google

cata incidiſſe invenimus, quod Synodi ſanctiſſimorum Sacerdotum ſecundum ea, quæ a ſanctis Apoſtolis & ſanctis Patribus definita ſunt, non celebrantur. Nam ſi hoc obſervatum eſſet, quilibet reprehenſionem coram Synodo reveritus, operam dediſſet, ut ſacras liturgias ediſceret & honeſte viveret, ne condemnationi ſacrorum canonum ſubjiceretur. Quin & hæc quibuſdam peccandi occaſio, extitit, quod Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi cœterique Clerici, abſque examine & teſtimonio de recta fide vitæque honeſtate creentur. Nam ſi illi, quibus pro populo precari commiſſum eſt, indigni miniſterio Dei inveniantur, quomodo Deum propter peccata populi placare poterunt? Quod vero creationes ſacerdotum cum omni diligentia fieri conveniat, nos Beatus Gregorius Theologus docet, ſanctos Apoſtolos ſacroſque canones ſecutus. Ita enim ait in magno Apologetico: Qui autem ſecundum canones & leges Pauli vitam inſtituit, quas de Epiſcopis & Presbyteris conſtituit, ut ſobrii ſint & caſti, non vinolenti, non percuſſores, ad docendum idonei, in omnibus inculpati, & cum malis non converſantes, is non multum a canonum rectitudine ſe aberrare inveniet. Rurſus idem ſic loquitur: Purgari prius oportet, deinde purgare: ſapientem eſſe & deinde ſapientes facere: lucem eſſe & illuminare: appropinquare Deo & adducere alios: ſanctificatum eſſe & ſanctificare alios: manibus ducere, conſulere cum ratione. Idem Beatus Gregorius iterum de illis in eodem ſermone hoc ſcribit: Quis eſt, qui, ſicut figuli, uno die fingat veræ liturgiæ Antiſtitem, qui cum Angelis ſtaturus, & cum Archangelis laudes dicturus, & cum Chriſto ſacerdotium geſturus eſt? Atque his quidem oſtendit Theologus, quales ad ſacerdotium promoveri oporteat. De illis vero, qui indigne creati ſunt, idem in eodem ſermone hæc dicit: Qui nihil ad ſacerdotium attulerunt, nec antea in bono laborarunt, ſimul diſcipuli & magiſtri pietatis oſtenduntur, & antequam purgati ſunt, purgant: heri ſacrilegi & hodie ſacerdotes: heri extra ſacra, hodie Myſtagogi: Veterani malitia, tyrones Pietate: qui ſunt opus humanæ gratiæ, non ſpiritus. Quod autem ſacri canones eos, qui ſecundam uxorem duxerunt, Clericos eſſe prohibeant, beatus quoque Baſilius docens ita dicit: ſecundum matrimonium

nium contrahentes, quique ex his nati ſunt, canon a miniſterio excluſit. Et hæc quidem beatus Baſilius. Tantam autem curam ſancti Patres pro ſacerdotio geſſerunt, ut illi, qui Nicææ congregati erant, canonem fecerint, qui ita ſe habet: Prohibuit in univerſum magna Synodus, nec Epiſcopo, nec Presbytero, nec Diacono, nec alii plane, qui in Clero eſt, licere extraneam habere: niſi forte amitam, vel eam tantum perſonam, quæ ſuſpicione caret.

CAPUT II.

SEquentes igitur ea, quæ a ſacris canonibus definita ſunt, præſentem legem facimus, qua ſancimus, ut quoties Epiſcopus creandus eſt, Clerici & primores urbis, in qua Epiſcopus creandus eſt, conveniant, & propoſitis ſacris Evangeliis de tribus perſonis decreta faciant, & quilibet eorum per ſacra eloquia juret, atque in illis ſcribat, ſe eos nec per largitionem, nec promiſſionem, nec amicitiam, nec gratiam, nec alium quemcunque affectum elegiſſe, ſed quod ipſos rectæ & Catholicæ fidei atque honeſtæ vitæ, & ultra trigeſimum annum eſſe ſciant: & quod neque uxorem neque liberos quendam ex illis habere ſciant, vel concubinam, aut naturales liberos eos habuiſſe vel habere noverint: ſed & ſi quis antea ex illis uxorem habuit, eam tamen ſolam, & neque viduam, neque a viro ſeparatam, neque ſacris canonibus & legibus prohibitam habuerit: ſed nec Curialem nec cohortalem eſſe quendam ex iis, qui electi ſunt, ſciant, niſi in Monaſterio non minus quindecim annis monachicam vitam curialis aut cohortalis inculpate tranſegerit: dicta ſcilicet antea obſervatione etiam in iis perſonis in electionibus eorum obſervanda: ut ex tribus ita definitis perſonis melior creetur, electione & judicio creantis. Is vero, qui creat, prius ab illo, qui creandus eſt, libellum, cum propria ejus ſubſcriptione, exigat, qui rectam ejus fidem contineat. Pronunciet autem is ſacram etiam oblationem, quæ in ſacra communione fit, & preces in ſacro baptiſmate, cœteraſque orationes. Juſjurandum etiam is, qui creatur, per ſacras ſcripturas præſtet, quod nec per ſe, nec per aliam perſonam dederit quid, aut promiſerit, nec poſtea daturus ſit vel illi, qui eum creavit, vel qui ſuf-
fragia

fragia illi dederunt, vel alii cuiquam pro creatione facienda. Si quis autem præter memoratam obſervationem Epiſcopus creetur, jubemus, ut tam ipſe omni modo Epiſcopatu ejiciatur, quam qui illum contra hæc creare auſus fuerit.

CAPUT III.

SI quis contra eum, qui Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vel alius Clericus, vel Abbas creandus eſt, accuſationem quacunque de cauſa inſtituerit: differatur ejuſmodi creatio, & prius accuſatio examinetur, præſente etiam accuſatore, &, quæ ab ipſo delata ſunt, proſequente. Si vero accuſator deſerat vel differat, etiam ſic is, qui creationem facturus eſt, exactiſſimam quæſtionem intra tres menſes habeat. Et ſi quidem eum, qui accuſationem ſuſtinet, ſive ſecundum ſacros canones, ſive ſecundum leges noſtras reum inveniat, prohibeatur creatio: ſin innocens inveniatur, ſive præſente accuſatore, ſive eo abſente, fiat creatio. Accuſator autem, ſive præſens non probaverit, ſive deſeruerit accuſationem, ſi quidem Clericus ſit, dejiciatur gradu ſuo: ſin autem Laicus ſit, decentem caſtigationem ſuſtineat. Si quis accuſatum ante examinationem creaverit, tunc & is, qui creavit, & qui creatus eſt, ſacerdotio expellatur.

CAPUT IV.

QUoniam vero id, quod in canonibus de Synodis ſanctiſſimorum Epiſcoporum in quavis provincia congregatis dicitur, hucuſque non obſervatum eſt, hoc ut corrigamus, maxime neceſſarium eſt. Sancti igitur Apoſtoli & patres definiverunt, ut ſingulis annis ſynodi ſanctiſſimorum ſacerdotum ſeu Epiſcoporum in unaquaque provincia bis celebrentur, quæ emergunt, examinentur, convenienterque emendentur: hoc eſt, una quidem quarta ſeptimana ſanctæ Pentecoſtes, altera vero menſe Octobri. Cum autem per eam negligentiam multis & variis peccatis illos implicitos invenerimus, jubemus, ut omnibus modis una Synodus ſingulis annis in ſingulis provinciis, menſe Junio vel Septembri celebretur, & apud beatiſſimos quidem Patriarchas illi

 con-

conveniant, qui ab ipſis quidem creati ſunt, neque jus habent alios Epiſcopos creandi: apud ſanctiſſimos autem Metropolitanos cujuſque provinciæ illi, qui ab ipſis creati ſunt: ut cauſæ motæ, aut quæ a quibuſdam denunciantur, (vel quantum ad fidem, vel canonicas quæſtiones, vel adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum, vel de Epiſcopis & Presbyteris, aut Diaconis, aut aliis Clericis, aut Abbatibus, aut Monachis, aut de vita reprehenſibili, vel aliis quibuſdam, quæ correctione indigent,) moveantur & decenter examinentur, factiſque canonibus & legibus noſtris convenienter emendentur.

CAPUT V.

NOn ſolum autem in anniverſariis Synodis hæc quærantur, ſed & quoties quidam ex Sacerdotibus, vel Clericis, vel Abbatibus, vel Monachis, vel de fide, vel de turpi vita, vel quod contra ſacros canones quid fecerint, accuſantur. Et ſi quidem Epiſcopus ſit, qui accuſatur, Metropolitanus ejus inquirat in ea, quæ dicta ſunt. Si vero Metropolitanus ſit, beatiſſimus Epiſcopus, cui ſubeſt. Si Presbyter, vel Diaconus, vel aliis Clericus, vel Præſul, vel Monachus ſit, ſanctiſſimus Epiſcopus, ſub quo illi conſtituti ſunt, in ea, quæ denunciantur, inquirat, & veritate probata unuſquiſque pro delicto ſuo canonicis pœnis judicio examinantis ſubjiciatur. Hæc autem omnia obtineant non ſolum in Epiſcopis & Clericis & Abbatibus poſt hæc creandis, ſed & in iis, qui nunc ſunt, & a quibuſdam forte ob quaſdam cauſas ſacris canonibus & legibus noſtris prohibitas accuſantur. His enim ita obſervatis Laici etiam, quantum ad rectam fidem & honeſtam vitam, multos exinde profectus atque emendationem accipient.

CAPUT VI.

AD hæc jubemus, ut omnes Epiſcopi & Presbyteri non tacite, ſed ea voce, quæ a fideli populo audiatur, ſacram oblationem preceſque in ſancto baptiſmate faciant, ut inde audientium animi ad majorem contritionem & laudem Domini Dei excitentur. Ita enim ſanctus quoque Apoſtolus docet, dicens in priore epiſtola ad Corinthios: ſi be-

Digitized by Google

ſi benedixeris ſpiritu, quomodo idiota poſt tuam gratiarum actionem Amen Deo dicet? quoniam quid dicas, neſcit: tu quidem pulchre gratias agis, alter vero non ædificatur. Et rurſus in epiſtola ad Romanos ita dicit: corde quidem creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. His igitur de cauſis in ſacra oblatione reliquas etiam preces voce ſanctiſſimorum Epiſcorum & Presbyterorum Domino noſtro Jeſu Chriſto Deo noſtro cum Patre & Spiritu Sancto offerri convenit: ſciantque ſanctiſſimi ſacerdotes, quod ſi quid horum neglexerint, terribili judicio Magni Dei & Servatoris noſtri JEſu Chriſti rationem reddent, & neque nos ea cognoſcentes quieſcemus, aut impunita relinquemus.

§. 1. Jubemus autem & provinciarum Præſides, ſi quid eorum, quæ a nobis ſancita ſunt, neglectum viderint, ut primum quidem Metropolitanos, cæteroſque Epiſcopos cogant, ut dictas ſynodos celebrent, omniaque impleant, quæ, quantum ad ſynodos, hac lege juſſimus. Si vero eos moram nectere videant, tunc id ad nos referant, ut illi a nobis convenienter emendentur, qui Synodos celebrare differunt: ſciantque ipſi Magiſtratus illiſque obtemperantes cohortes, quod ſi hæc non obſervaverint, ultimis ſuppliciis ſubjicientur. Omnia autem hac etiam lege confirmamus, quæ a nobis in diverſis conſtitutionibus tam de Epiſcopis, quam Presbyteris, reliquiſque Clericis, & inſuper Xenodochis, orphanotrophis, cæteriſque, qui ſacris domibus præſunt, ſancita ſunt.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, gloria tua per edicta locis conſuetis regiæ urbis propoſita omnibus nota & Rectoribus provinciarum manifeſta facere ſtudeat. Dat. XV. Kal. Martii, Conſtantinopoli Dn. Juſtinian. PP. Aug. Baſilio V. C. Conſ.

Digitized by Google

TIT. XXI.

(1) Interpretatio, quod uſuræ ultra duplum non præſtentur.

CONSTIT. CXXXVIII.

Epitome Juliani Anteceſſoris.

De uſuris ſupra duplum non computandis.

Imper. Juſtinian. PP. Aug. Hermogeni Magiſtro Officiorum.

MAnifeſtiſſima eſt noſtri numinis conſtitutio, quæ uſque ad dupli quantitatem exactionem debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alii adhuc minus conſecuti ſunt: hi quidem, qui in duplum ex uſurarum quantitate per diverſa tempora conſequuti ſunt, nullam adverſus te inquietudinem proponere concedantur: Alii autem ſi ſimili modo repleti fuerint, eo modo ſilere compelluntur. Et ſi debita ſubſecuti fuerint; fœneratitias cautiones recuperare: vel ſi remanſerint, ſuis viribus vacare: ſi preces veræ ſunt, præſentis oraculi ſanctione decernimus. (Similis huic conſtitutioni Græca ſubſequitur, quæ jubet in his tantum, quæ civitates mutuantur, locum non habere.)

Epitome Haloandri.

* *De Interpretatione a Principe facta, & ut uſuræ per partes ſolutæ duplum non excedant.*

Hæc conſtitutio oſtendit, uſuras etiam per partes ſolutas duplum debiti non (2) excedere. Et quod omnis ſacra & Principalis interpretatio vim legis habeat.

TIT.

(1) *Interpretatio*] duo de quadrageſimæ præter hanc inſcriptionem; *Interpretatio, quomodo quæ duplum excedunt uſuræ non præceantur*, apud Scrimgerum nihil eſt, quare quod ejus *Haloander* habet, eo contenti ſimus neceſſe eſt. *AGYLÆUS.*

* Περὶ βασιλικῆς ἑρμηνείας, καὶ περὶ τοῦ τοὺς κατὰ μέρος καταβαλλομένους τόκους τὸ διπλοῦν μὴ ὑπερβαίνειν.

Ἡ παροῦσα διάταξις δηλοῖ, ὅτι καὶ οἱ κατὰ μέρος καταβαλλόμενοι τόκοι τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσι. Καὶ ὅτι πᾶσα θεία καὶ βασιλικὴ ἑρμηνεία ἰσχὺν ἔχει νόμου.

TIT. XXII.

(1) Remiſſio pœnæ illicitarum nuptiarum.

CONSTIT. CXXXIX.

In nomine Domini JEſu Chriſti Dei noſtri, Imperator Cæſar, Flavius Juſtinianus, Floro.

PRÆFATIO.

RElulit ad nos Gloria tua, incolas pagi Syndios & Hebræos urbis Tyri illicitas nuptias contrahentes ſacram noſtram conſtitutionem violaſſe, neque ſecundum ea, quæ hac de re diſpoſita ſunt, quartam partem ſubſtantiæ ſuæ dare, & jam quoſdam ex illis intra tertiam ætatem, liberorumque patres eſſe, ac propterea lachrymantes ſupplicare, ne nunc uxores dimittere cogantur, ſed ut illas retineant, & qui ex illis procreati ſunt vel procreandi, ſucceſſores eorum ſint, nullamque exinde pœnam metuant.

CAPUT I.

SAncimus igitur, ut illi pro hac remiſſione decem auri libras propter

(2) *excedere*] Poſt hæc verba additur in Βασιλ. ὑπεξῄρηται δὲ τὸ κείμενον ἐν τῇ ρξ'. περὶ τῶν τόκων τῶν πολιτικῶν χρημάτων. *Verum excipitur id, quod dicitur in Nov. 160. de uſuris pecuniæ ad civitatem pertinentis.* Quæ apud *Hal.* ſequuntur περὶ ὅτι &c. ad *Nov. 160.* referuntur in *Baſil.* Latina, quæ in vulg. editione exſtat, eſt Juliani *126ta*, qui tamen in fine addit: *Similis huic conſtitutioni græca ſubſequitur, qua jubet in his tantum, quæ civitates mutuantur, locum non habere.*

(1) *Remiſſio*] *H*ujus Conſtitutionis Haloander nihil, Scrimgerus hæc tanquam ejus capita habet; *Omnes judices etiam qui noſtro juſſu lites audiunt, ſive majores ſint, ſive minores, appellationes quæ ſecundum leges offeruntur, ſuſcipere, & ut legitima examinatio de illis procedat, ſine ulla dilatione litigatoribus acta tradere volumus. Ad hæc jubemus, ut appellatione ſecundum legem oblata ante perfectam ejus dijudicationem & ſententiam neque exactiones fiant, neque rerum transferantur poſſeſſiones. AGYL.* Hæc Conſtitutio 139. extat græce apud *Hal.* in editione *Baſil.* & *Pariſ.* Et argumentum illud quod Agylæus ex Scrimgero affert, extat quoque inter eos quæ ab *H*aloandro verſæ ſunt, in editione *Plantin.* & locum habet *centeſima & quadrageſima.* Sed in

cauſas ante dictas ſolvant: ipſis verò ſolis major pœna remittatur, & uxores atque ex illis natos, & forte etiam naſcituros ſucceſſores habeant. Neque hoc ad exemplum aliorum a nobis ſancitum ſit, ſed omnes alii ſciant, ſi tale quid petierint, præterquam quod nihil eorum, quæ petent, conſequentur, ipſos & bona amiſſuros & præterea pœnis corporalibus inflictis in perpetuo exilio victuros eſſe. Nemo autem iis, quos ſpeciali liberalitate dignati ſumus, vel eorum uxoribus, aut liberis, qui ſunt, vel futuri ſunt, neque per judicialem ſententiam, neque quemcunque alium modum moleſtus ſit.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac pragmatica ſanctione vim ſpecialis indulgentiæ noſtræ habente, declarata ſunt, ea Gloria tua effectui tradere ſtudeat.

TIT. XXIII.

(1) Ut matrimonium conſenſu ſolvi poſſit.

CONSTIT. CXL.

NIhil hominibus venerabilius eſt matrimonio, ex quo liberi & ſequentes generationum ſucceſſiones, regionum, urbiumque habitationes, & optimæ Reipublicæ conſtitutio proficiſcuntur. Propterea nuptias ita felices eſſe contrahentibus optamus, ut nunquam mali dæmonis opus fiant, neque illi, qui matrimonium contrahunt, mutuo ſeparentur, ſi juſtam nuptias ſolvendi cauſam non habeant. Verum quia inter omnes homines hoc obſervari difficile eſt, (in tanta enim multitudine fieri nequit, quin injuſtæ inimicitiæ incidant) huic rei medici-

nam

editione Baſilienſi anni 1541. non reperitur.

(1) *Ut matrim.*] *H*abet Scrimgerus ex veteri exemplari in margine centeſimam quadrageſimam conſtitutionem hoc loco ſcriptam non eſſe, ut quæ Juſtini ſit: Verum quia, quam *H*aloander de remiſſione pœnæ illicitarum nuptiarum habet, in Juſtini conſtitutionibus non reperitur, neque, quæ illa alia ſit, indicatur: *H*aloandrinam illam, ne nuſquam locum habeat, & præſertim quod alicubi ante centeſimam quinquageſimam quartam ponenda ſit, hic retinendam putamus. AGY.

nam inveniendam eſſe exiſtimavimus: maxime cum infirmitas animi eo progreſſa ſit, ut irreconciliabile etiam odium inter conjuges exoriretur. Olim igitur ſine periculo tales quidem ſeparare licebat, qui communi ſententia & conſenſu hoc agebant: adeo ut multæ etiam leges datæ ſint, quæ hoc dicerent & definirent, illamque matrimonii ſolutionem bona gratia patria lingua vocarent. Poſtea vero a Patre noſtro piæ memoriæ, qui pietate & ſapientia omnes Imperatores, qui unquam fuerunt, ſuperavit, ad bonum ſuum & firmum conſilium reſpiciente, non vero ad miſerum aliorum & humilem animum oculos intendente, lex ſcripta eſt, quæ conſenſu matrimonium ſolvere prohibet, quam & nos valere & in vigore ſuo manere magnopere voluimus. Verum multi nos adierunt, qui nuptias inter ſe contractas odio habentes & averſantes, indeque bellum & pugnas domi ortas eſſe cauſantes (id quod valde dolendum & tædioſum quoque eſt) rogarunt ut illæ ſolverentur, etſi cauſas, ob quas ſine metu id illis facere lex concederet, nullas afferre poſſent. Illorum vero cupiditatem voluntatemque in tempus aliquod rejecimus, interdum hortantes, interdum vero minitantes, ut a mutuo illo irrationali odio deſiſterent, atque ad concordiam redirent, & meliorem ſententiam amplecterentur. Verum nihil effecimus: quoniam difficile eſt eos conciliare, qui ſemel irrationali affectu & odio tenentur. Contigit enim, ut quidam ex illis ad mutuas quoque inſidias devenirent, & venenis aliiſque rebus, quæ mortem afferunt, uterentur: ut ſæpe nec liberi, qui illis nati ſunt, in una eademque voluntate eos conjungere potuerint.

CAPUT I.

CUm igitur hæc a temporibus noſtris aliena eſſe judicemus, ad ſacram hanc legem reſpeximus, qua ſancimus, ut, quemadmodum olim, matrimonia conſenſu diſolvere liceat, nequaquam vero pœnæ in conſtitutione Patris noſtri in eos, qui conſenſu nuptias ſolvunt, conſtitutæ obtineant. Nam ſi mutua affectio nuptias facit, merito eaſdem contraria illorum ſententia conſenſu ſolvit, qui eum miſſis repudiis declarant. Manifeſtum autem eſt, reliqua omnia, quæ legibus & præ-

& præcipue ſacris noſtris Patris noſtri conſtitutionibus de nuptiis, & liberis, illiſque cauſis, ob quas matrimonium ſolvere permiſſum eſt, de iis quoque, qui ſine cauſa, (non tamen communi conſenſu, quemadmodum hæc noſtra ſanctio præcipit,) hoc faciunt, & de pœnis in illos conſtitutis ſancita ſunt, per hanc noſtram legem valitura, & per omnia vim ſuam habitura eſſe.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Gloria tua omnibus in hac Regia urbe conſueto modo manifeſta reddi jubeat. Dat. XVII. Kal. Octobr. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. 1.

Tit. XXIV.

Edictum Juſtiniani ad Conſtantinopolitanos (1) de impudicis,

CONSTIT. CXLI.

Præfatio.

Semper quidem humanitate & bonitate Dei omnes indigemus, maxime vero nunc, cum multitudine peccatorum noſtrorum variis eum modis ad iracundiam provocavimus. Minatus eſt quidem, & oſtendit quid peccata noſtra mereantur, clemens tamen fuit iramque diſtulit, exſpectans pœnitentiam noſtram, ut qui nolit mortem peccatorum, ſed converſionem & vitam. Quare juſtum non eſt, ut omnes divitias bonitatis, tolerantiæ, & longanimitatis clementis Dei contemnamus, ne duro & pœnitentiam non agente corde noſtro accumulemus nobis iram in diem iræ: ſed ut omnes pravis ſtudiis & actionibus abſtineamus: maxime vero illi, qui in abominabili & Deo merito exoſa atque impia actione contabuerunt. (2) Loquimur autem de ſtupro maſculorum,

(1) *de impudicis*] περὶ ἀσελγαινόντων. Hal. περὶ ἀσελγευόντων. *De his qui luxuriantur contra naturam.*

(2) *Loquimur*] λέγομεν δὴ τὴν τῶν ἀῤῥένων φθορὰν. Hal. τῇ &c. φθορᾷ. Noſtra retinenda: & δὲ legendum videtur pro δὴ ut alias ſæpiſſime.

Digitized by Google

rum, quod multi impie committunt, maſculi cum maſculis turpitudinem perpetrantes.

CAPUT I.

SCimus enim ſacris ſcripturis edocti, quam juſtam pœnam Deus illis, qui Sodomæ olim habitarunt, propter inſanam hanc commixtionem inflixerit, adeo ut hucuſque regio illa inextinguibili igne ardeat: Deo per hoc nos docente, ut (3) impiam illam actionem averſemur. Scimus quoque quid de his divinus Apoſtolus dicat, quidve Reipublicæ noſtræ leges ſanciant. Omnes igitur, qui timori Dei intenti ſunt, impia & profana actione abſtinere debent, quæ nec a brutis perpetrata invenitur. Ac illi quidem, (4) qui ejus rei ſibi conſcii non ſunt, in futurum etiam tempus ſibi caveant: qui vero hoc affectu jam contabuerunt, non ſolum impoſterum deſiſtant, ſed etiam veram pœnitentiam agant, & Deum orent, ac beatiſſimo Patriarchæ morbum indicent, ſanationiſque modum accipiant, & ut ſcriptum eſt, fructum pœnitentiæ ferant: ut clemens Deus pro divitiis miſericordiæ ſuæ nos quoque clementia ſua dignetur, omneſque, pro illorum, qui pœnitentiam agunt, ſalute gratias ipſi agamus: quos etiam nunc Magiſtratus punire juſſimus, Deum placantes, qui juſte nobis iratus eſt. Et nunc quidem ad ſacrorum dierum honorem reſpicientes, benignum Deum rogamus, ut illi, qui in impiæ hujus actionis cœno (5) volvuntur, ita reſipiſcant, ne alia eam puniendi occaſio nobis detur. (6) Denunciamus autem omnibus, qui ejuſmodi pecati ſibi conſcii ſunt, niſi peccate deſinant, atque ſeipſos Beatiſſimo Patriarchæ deferentes ſalutis ſuæ curam agant, & propter impias ejuſmodi actiones, Deum intra ſanctum feſtum placent, (7) acerbiores ſibi pœnas acceſſituros eſſe, tanquam nulla impo-

(3) *impiam*] ἀνόσιον. Hal. ἄτομον.

(4) *qui ejus*] μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότας τοιοῦτον, φυλάττειν &c. *Haloand.* λοιπὸν. Male.

(5) *Voluuntur*] ἐγκυλισθεῖεν. *Hal.* ἐμμολυνθεῖεν coinquinati ſunt.

(6) *Denunciamus*] προαγορεύομεν. *Hal.* προσαγορεύομεν. Vet. *prædicimus.*

(7) *quod acerbiores*] *Joh. Malala in Juſtiniano p. 167.* ſcribit: Complures Epiſcopos criminis hujus reos ex Edicto Imperatoris Conſtantinopolin adductos pœnas graviſſimas dediſſe. Et inter eos Epiſcopum Rhodi veretro amputato lecticæ impoſitum populo in ſpectaculum datum eſſe. Legem quoque Imperato-

ſterum venia dignos. Neque enim remittetur, aut negligetur hujus rei inquiſitio & emendatio illorum, qui intra ſanctum feſtum ſe non detulerunt, vel in impia illa actione perſeveraverunt, ne per negligentiam hac in re commiſſam Deum contra nos irritemus, ſi in tam impia & prohibita actione, quæque maxime idonea ſit, ad bonum Deum ad omnium perniciem irritandum, (8) conniveamus. Proponatur Conſtantinopolitanis civibus noſtris. Dat. Ibid. Martii Conſtantinopoli, Dn. Juſtin. PP. Aug. Ann. XXXII. poſt Baſil. V. C. Conſ. Ann. XVIII.

Tit. XXV.

De his, qui Eunuchos faciunt.

CONSTIT. CXLII.

Imperator Juſtinianus Auguſto (1) Marthanæ.

Præfatio.

Poenæ, quæ ab anterioribus Imperatoribus in eos, qui Eunuchos facere audent, ſtatutæ ſunt, omnibus notæ ſunt. Quoniam vero quidam ſalute ſua contemta, ante certum tempus impium ejuſmodi delictum perpetrare plane auſi ſunt: propterea alii quidem ex illis dignas pœnas dederunt, alii vero poſt ſupplicia in exilium miſſi ſunt. Verum cum ne ſic quidem ab impia actione (2) abſtinuerint, ſed ſcelus illud ſæpiſſime commiſſum ſit, ut ſæpe pauci e multis ſerventur: adeo ut quidam ex illis, qui ſervati ſunt, nobis præſentibus teſtati fuerint, ex nonaginta vix tres ſervatos eſſe: quis ſalutem ſuam adeo contemnit,

rem tuliſſe, libidinis maſculæ reos virilibus mutilari. *Procopius* etiam *Hiſtor.* arcan. pag. 53 tradit, Juſtinianum initio hac pœna ſolum adverſus Praſinos & divites uſum fuiſſe.

(8) *conniveamus*] παρορῶντες. Hal. ἀφιερῶντες.

& Actis ſynodi Mopſueſtenæ *Marthanii.* Unde colligitur, Malthanem anno Imperii Juſtiniani viceſimo quarto in Cilicia fuiſſe. Nam Mopſueſtia oppidum eſt ſecundæ Ciliciæ, ubi concilium adverſus Theodorum celebratum eſt, cui Malthanes juſſu Cæſaris interfuit. *ALEM. ad Procop. ἀνεκδ. p. 129.*

(1) *Marthanæ*] Apud Procop. ἀνεκδ. legitur Μαλθάνης. In epiſtola Juſtiniani

(2) *abſtinuerint*] ἀπέχοιντο, Hal. ἀπέχονται.

temnit, ut ea negligat atque inulta relinquat? Nam ſi leges noſtræ eos, qui gladium contra quoſdam ſtringunt, ſuppliciis ſubjiciunt: quo modo cædes adeo ſine metu factas, & rem, quæ contra Deum noſtraſque leges ſit, prætermittere poſſumus? Neceſſarium igitur duximus, eos, qui talia audent, per hanc legem ſeverius punire.

CAPUT I.

SAncimus itaque, ut illi, qui in quocunque Reipublicæ noſtræ loco, quamcunque perſonam caſtrare audent, vel (3) auſuri ſunt: ſiquidem viri ſint, qui hoc auſi ſunt, vel audent, id ipſum patiantur, quod fecerunt: & ſi incolumes ſerventur, eorum res fiſco per eum deferantur, qui eo tempore Gloriæ tuæ Magiſtratum gerit, ipſique in gypſum mittantur, & per omne vitæ ſuæ tempus ibi maneant. Sin autem mulieres ſint, quæ id faciunt, illæ quoque puniantur, & bona earum per illum, qui eo tempore eundem Magiſtratum gerit, fiſco deferantur, atque in exilium mittantur: ut ex quo impietatis lucrum (4) ſibi acquirere putarunt, vel putant, (5) ex eo ſupplicium & amiſſionem bonorum ſuorum ſuſtineant. Illos autem; qui hoc mandarunt, & perſonas ad id tradiderunt, vel domos, vel locum aliquem ad id præbuerunt, vel præbent (ſive viri, ſive fœminæ ſint) eadem ſupplicia ſuſtinere jubemus, utpote impiæ illius actionis (6) conſcios.

CAPUT II.

IPſos vero caſtratos oportebat quidem a vetuſtis (7) temporibus, * tamen

Bb bb bb 2

(3) *auſuri*] τολμήσοντας. Lege τολμήσαντας cum *Hal.* Vet. *præſumſerint.*

(4) *ſibi*] ἑαυτοῖς. Βασιλ. αὐτοῖς.

(5) *ex eo*] ἐξ αὐτῆς τιμωρίας. Βασιλ. τιμωρίαν.

(6) *conſcios*] συνίστορας. *Hal.* *teſtes.* *Cujac. VI. obſ. 6.* ſe neſcire ait cur *teſtes* maluerit quam *conſcios.* Sed ita tamen Suidas συνίστορας interpretatur. Suidas, ἴστορες, μάρτυρες ἢ κριταί. Ἴστωρ, ἐπιστήμονος ἢ μάρτυρος. Συνίστωρ μαρτὺς, συνειδὼς ἐπὶ πράγματι. *Teſtis, alicujus rei conſcius.* *Gloſſ. Cyrill.* συνίστωρ, *conſcius.*

(7) *temporibus*] poſt hoc verbum deeſſe quædam videntur in græco. Ita tamen & *Hal.* legit & *Baſil.* Quare τὸ ἔχρῆν non male referri poterit ad id, quod infra dicitur ἐλευθέρους εἶναι. Caſtratos ſcil. potuiſſe quidem & debuiſſe inde ab antiquioribus temporibus liberos pronuntia-

Digitized by Google

men jubemus, ut (8) qui a circulo duodecimæ indictionis nunc præterlapſo, per quemcunque in locis reipublicæ noſtræ caſtrati ſunt, liberi ſint, (9) nulloque modo per cujuſcunque generis contractum in ſervitutem trahantur, nec inſtrumentum publicum, vel privatum de illis quocunque modo, vel per fraudem factum, aut faciendum valeat. Sed neque (10) anacriſes uti appellantur, in ejuſmodi perſonis fiant, aut factæ valeant: ſed omnes, qui ejuſmodi contractibus impoſterum inſerviunt, ſupra dictas pœnas ſubire jubemus. Si tamen malo quodam contingat, ut ſervus caſtretur: jubemus ut etiam is libertatem conſequatur. Qui enim hoc forte paſſi ſunt, cum ab initio liberi eſſent, illi ſui poteſtatem habent, ut quam velint, ſibi medicinam adhibeant. Jubemus igitur, ut caſtrati a memorato tempore in Republica noſtra apud quamcunque perſonam exiſtentes, (11) conquirantur, & liberi ſint, ac nequaquam ad ſervitutem trahantur. Si quidam eorum aliquos ex caſtratis illis poſt hanc noſtram legem detinere audebunt: ipſis etiam caſtratis

ri, ſe tamen nunc velle eos liberos eſſe a 12 indictione: *Hal.* pro *12. indict. 10.* legit.

(8) *qui a circulo*] τῆς ἀπὸ τῆς *duodecima indictionis* τοῦ νῦν παρελθόντος κύκλου &c. *Hal. & Baſil.* τῆς ἀπὸ δεκάτης ἐπινεμήσεως τοῦ νῦν ὑπελθόντος μηνός. *a decima indictione nunc ineuntis menſis.* Cum de indictione agitur, κύκλον appellari conſtat 15. annorum revolutionem. Attamen menſem interpretantur quidam in N. 142. τοῦ νῦν παρελθόντος κύκλου, *nunc* inquiunt, *ineuntis menſis*, dicere debuit, præſentis circuli, annorum puta 15. *CUJAC. VI. obſ. 6.* Sed *Haloandro* cum legerit μηνὸς non κύκλου, ig. oſcendum eſt. Ad l. *Nov. 149. cap. 1.* De *indictionibus* vide Cujacium ad Tit. *C. d. Indict.*

(9) *& nullo modo*] καὶ κατὰ μηδένα τρόπον οἱονδήποτε εἴδει συναλλάγματι &c. Baſil. τρόπον ἢ οἱονδήποτε συναλλάγματος.

Non male textui inſeretur illud ἢ, quod in Baſil. legimus.

(10) *anacriſes*] ἀνακρίσεις. Eſt *anacriſis* examinatio negotii, quæ per delati interrogationem fit vid. *Act. Apoſt. c. 25. Maccab. lib. 3.* Juſtinianus vero in Novellis græcis *conſtit. 142.* anacriſes vocat *cognitiones*, quæ inquirendi ſtatus Eunuchorum gratia fiunt. *ALCIAT. I. Parerg. 9.* vid. *& l. 6. ff. d. Cuſtod. reorum.* Suidas. Ἀνάκρισις, ἐξέτασις ὑφ᾽ ἑκάστης ἀρχῆς γινομένη περὶ τῶν δικῶν, περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα. ἐξετάζουσι δὲ εἰ ὅλως εἰσάγειν χρὴ ταύτας. *Inquiſitio quam ſinguli Magiſtratus faciunt ante judicia de rebus ad litem pertinentibus. Inquirunt etiam num omnino cauſæ aliqua in judicium introduci debeant.*

(11) *ut conquirantur*] ἀναζητηθῆναι. Hal. ἀπαιτηθῆναι.

Digitized by Google

ſtratis facultatem concedimus, tanquam ſemel libertatem hac lege conſecutis, hic quidem Imperatorem adeundi, & hoc tempore ſanctiſſimo Patriarchæ, glorioſiſſimiſque noſtris Magiſtratibus denunciandi: in provinciis vero ſanctiſſimis Epiſcopis loci eorumque Magiſtratibus, ut cura omnium noſtrorum Magiſtratuum & periculo cohortium, quæ illis parent, ſive Conſtantinopoli, ſive in alio quocunque Reipublicæ noſtræ loco, illi vindicentur, atque libertas hac noſtra lege illis data conſervetur. Ad tot enim cædes in Republica noſtra ab iis, qui talia audent, patratas connivere, nullo modo ſuſtinemus. Nam ſi barbari audientes (12) hæc noſtra de his rebus mandata, ea obſervarunt: quomodo permittemus, ut poſt tot anteriorum (13) Imperatorum conſtitutiones tale quid committatur, vel impunitum in Republica noſtra relinquatur?

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac generali lege declarantur, Gloria Tua hic & in provincia faciet & cuſtodiet. Dat. XV. Kal. Decemb. Conſtantinop. Dn. Juſtin. PP. Aug. Baſil. V.C. Conſ.

Tit. XXVI.

De Muliere raptum paſſa.

CONSTIT. CXLIII.

Imper. Juſtin. Aug. Areobindo glorioſiſſimo prætoriorum præfecto, Expræfecto almæ urbis & Exmagiſtro militum.

LEgis interpretationem culmini tantum principali competere, nemini venit in dubium: cum promulgandæ quoque legis auctoritatem fortunæ ſibi vindicet eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, ſive jam deſponſatæ fuerint, vel maritis conjunctæ, ſive non, vel etiam ſi viduæ ſint, legem antea poſuiſſe: & capitis ſubjeciſſe ſupplicio non tantum raptores, verum etiam comites eorum, nec non

 alios,

(12) *hæc &c. mandata*] περὶ τούτου παραγγελιῶν ταύτας. Βασιλ. παραγγελμάτων ταῦτα.

(13) *Imperatorum*] βεβασιλευκότων. Βασιλ. βασιλευόντων.

alios, qui eis auxilium tempore invaſionis contuliſſe noſcuntur, & non tantum parentibus mulierum, verum etiam conſanguineis, & tutoribus, & curatoribus hujuſmodi dediſſe per eandem legem vindictam: & præſcriptis pœnis locum dediſſe, ſi jam nuptæ vel deſponſatæ mulieres rapiantur: cum non ſolum raptus mulieris, verum etiam adulterium per hujuſmodi temeritatem committitur. Et ſuper alias pœnas raptoris etiam, nec non aliorum, qui cum eo fuerint, patrimonium raptæ mulieri vindicari, per eandem legem præcipimus; ut dotis etiam marito legitimo dandæ copia per raptoris ei miniſtretur ſubſtantiam. Illo quoque ſpecialiter adjecto, ut nulla ſit mulieri vel virgini raptæ licentia, raptoris eligere matrimonium, ſed cui parentes voluerint (excepto raptore) legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptæ permiſſa, raptoris ſe conjungere matrimonio. Sed parentes etiam, ſi tali conſenſerint matrimonio, deportari præcipimus. Sed mirati ſumus, quod conati ſunt aliqui dicere, raptam mulierem ſive volentem, ſive nolentem, & ſi raptoris matrimonium contra noſtræ conſtitutionis tenorem amplexa ſit, debere tamen eam raptoris ſubſtantiam habere, vel quaſi legis præmium, vel ex teſtamento forte, ſi hoc etiam factum eſſe contigerit. Qui enim talia dicere præſumpſerunt, hi prædictæ legis ſeriem intelligere non potuerunt. Qui enim tale ſtare matrimonium, & ſi rapta voluerit, prohibuimus, & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis ſubjecimus pœnæ, ſi hujuſmodi conſenſerint matrimonio: quomodo raptas mulieres, raptorum eligentes connubium, præmiis honoraſſemus raptæ datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem, vel in poſterum reſecantes priorem per præſentem legem interpretari cenſuimus. Sancimus itaque, ſi rapta mulier, cujuſcunque ſit conditionis vel ætatis, raptoris nuptias eligendas eſſe cenſuerit, parentibus præſertim non conſentientibus: nec ex beneficio legis, nec ex teſtamento raptoris hæreditatem ſuſcipere, vel quocunque modo ſubſtantiam vindicare: ſed præmium, quod per legem noſtram raptæ mulieri datum eſt, ut raptoris, & eorum, qui ei auxilium tempore invaſionis præbuerint, bona vindicet: hoc ad parentes, ſi ambo vel unus ſuperſit, qui nuptiis ſpecialiter

Digitized by Google

cialiter non probantur conſenſiſſe, ex tempore raptus ipſo jure transferri, & patrimonium raptoris non raptam jam habere mulierem, quæ conjugio ſe raptoris inquinare non piguit, ſed in perſonas transferri, quas ſuperius nominavimus, ei non conſentientes conjugio. Nam nefarios hujuſmodi coitus pœnis corrigi non præmiis honorari convenit. Quod ſi parentes jam deceſſerunt, vel hujuſmodi ſceleri conſenſerunt: ſubſtantia raptoris, nec non & aliorum, qui facinoris fuerint participes, fiſci juribus vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo caſibus, verum in præteritis etiam valere ſancimus, tanquam ſi noſtra lex ab initio cum interpretatione tali a nobis promulgata fuiſſet, Præfecte chariſſime atque amantiſſime. Quæ igitur per hanc legem noſtra ſtatuit æternitas, tua Celſitudo effectui mancipari, obſervarique præcipiat.

Ejuſdem Epitome ex Haloandro.

* *(1) De muliere raptum paſſa.*

§. 1. Qui mulierem deſponſatam, vel nuptam, vel eam, quæ talis non eſt, vel viduam rapit, is cum comitibus, illiſque, qui auxilium illi in invaſione tulerunt, legitime punitur.

§. 2. Ra-

* Περὶ γυναικὸς ἁρπαγείσης.

Ὁ ἁρπάζων γυναῖκα μνηστευθεῖσαν, ἢ ὕπανδρον, ἢ τὴν μὴ τοιαύτην, ἢ χήραν, νομίμως τιμωρεῖται μετὰ τῶν συνοδευσάντων, ἢ βοηθησάντων αὐτῷ ἐν τῇ ἐφόδῳ.

(2) Τὴν ἁρπαγὴν τῆς βιασθείσης, ἐκδικοῦσιν οἱ γονεῖς καὶ οἱ ὅμαιμονες, καὶ οἱ ἐπίτροποι καὶ οἱ κουράτωρες αὐτῆς, μάλιστα, εἰ γεγάμηται ἢ μεμνήστευται. τότε γὰρ οὐ μόνον ἁρπαγὴ, ἀλλὰ καὶ μοιχεία πλημμελεῖται.

(3) Ἐκδικείτωσαν αἱ ἁρπαγεῖσαι τὰ πράγματα τῶν ἁρπασάντων αὐτάς, προικὸς μέντοιγε τῷ ἀνδρὶ παρεχομένης.

(4) Μὴ γαμείσθω ἡ ἁρπαγεῖσα τῷ ἁρπάζοντι αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ εἰ συναινέσωσι τῷ τοιούτῳ συνοικεσίῳ οἱ γονεῖς αὐτῆς, ἐξορίζονται.

(5) Ἐὰν ἡ ἁρπαγεῖσα ἀσπάσηται τὸν τοῦ ἁρπάζοντος αὐτὴν γάμον, καὶ δίας δήποτε αἱρέσεως ἢ ἡλικίας εἴη, μὴ συναινούντων τῶν γονέων αὐτῆς, παραχρῆμα οὐ λαμβάνει τῶν τοῦ ἀνδρὸς πραγμάτων, ἀλλ᾽ ὁ μὴ συναινέσας γονεύς, κἂν μήτηρ εἴη, λαμβάνει αὐτά. ἀθέμιτος γάρ ἐστιν ὁ τοιοῦτος γάμος.

(6) Εἰ δὲ οἱ γονεῖς αὐτῆς ἐτελεύτησαν, ἢ μετὰ ταῦτα συνήρεσαν, τότε εἰσκομίζεται ἡ οὐσία τοῦ ἁρπάσαντος αὐτὴν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ αὐτῆς πράγματα, τῷ δημοσίῳ.

(1) De muliere] Induci non poſſum, ut de eadem re tam brevi temporis ſpatio idem conſtitutum eſſe credam, & quod hic Scrimgerus habet, quod dimidium

Digitized by Google

§. 2. Raptum ejus, quæ vim paſſa eſt, parentes conſanguinei, & tutores & curatores ejus vindicant, maxime ſi nupta vel deſponſata ſit, tum enim non ſolum raptus, ſed & adulterium committitur.

§. 3. Raptum paſſæ res eorum vindicent, qui ipſas rapuerunt, dote tamen marito data.

§. 4. Rapta raptori ne nubat: ſed & ſi tali matrimonio parentes conſentiant, relegentur.

§. 5. Si rapta raptoris nuptias (2) amplectatur, cujuſcunque conditionis aut ætatis ſit, non conſentientibus parentibus ejus, ſtatim (3) nihil accipit de rebus viri, ſed pater, qui non conſenſit, etſi mater ſit, illas accipit; illicitæ enim ſunt ejuſmodi nuptiæ.

§. 6. Si vero parentes ejus mortui fuerint, vel poſtea conſenſerint, tunc ſubſtantia raptoris (4) & ſimul mulieris quoque bona, (5) fiſco inferantur.

Tit. XXVII.
(1) De Samaritanis.

CON-

ſere conſtitutionis ſupra centeſimam quintæ & quadrageſimæ eſt, ab illa divellendum putem: quamobrem quæ Haloander hoc loco ponit, ea retenturus ſum; &c. AGYLÆUS. Græca, quæ hic exhibemus exſtant in editione *Hal.* & *Baſil. lib.60. Tit. 58.* Ubi tamen lector monendus eſt, §. *1.* apud *H*aloandrum quidem legi, non vero in Baſilicis, §. *vero 2.* in Baſilicis exſtare, non vero apud *H*aloandrum. Cum autem utriusque §. ſenſum, latina Novella, quæ in vulgatis edit. reperitur, exprimat, neutrum omittendum, ſed ſuo loco collocandum, duximus. Reliqua ſunt in *Haloandri* editione.

(2) *amplectatur*] Hal. ἀρπάσωνται. Βασιλ. ἁρπάσωνται. quod præferendum.

(3) *nihil*] οὐ λαμβάνει τι. Sic Baſil. Apud *Haloandrum* deeſt illud τι.

(4) *& ſimul*] οὐμὴν ἀλλὰ καὶ. Fabrot. in Baſil. *non etiam mulieris.* Male.

(5) *fiſco*] τῷ δημοσίῳ. deeſt in *Baſil.* Poſt hæc in Baſilicis additur epitome alterius cujuſdam conſtitutionis in eadem hac materia, quæ pars hujus Novellæ cuiquam videri poſſet. Ad eam vero non pertinet, ſed infra ſub Nov. 150. verbotenus extat, ubi eam vide.

(1) *De Samaritanis*] Quæ apud Haloandrum de Samaritanis conſtitutio eſt, ut Scrimgerus ex veteribus exemplaribus notat, ſatiſque etiam ex conſtitutionis tenore colligi poteſt, non Juſtiniani, ſed ſucceſſoris ipſius Juſtini eſt. In qua is

Digitized by Google

CONSTIT. CXLIV.

Præfatio.

IMpiam Samaritanorum hæreſin & irrationalem eorum inſaniam tam piæ memoriæ Pater noſter, quam nos ipſi ſæpius ad meliora deducere, eorumque animas a morbo, quo detinentur, liberare voluimus. Sed in multis illorum, id quod nobis (2) & Veteribus ſtudio fuit, perficere non potuimus. Quidam enim ex iis ad tantam inſaniam venerunt, (3) ut accepto etiam ſalutari baptiſmate ad id malum redierint, unde exierant, eademque cum Samaritanis honorare & eodem furore agi deprehenſi fuerint. Placuit igitur veterem illam & a Patre noſtro adverſus eos antea latam legem renovare.

CAPUT I.

AC propterea ſancimus, ut neque ex teſtamentis, neque ab inteſtato hæredes fiant, nec legata accipiant, nec ex donatione res (4) acquirant. (5) Sed nec Samaritanos, vel in univerſum hæreticos,

avi ſui Juſtiniani, quem patrem vocat, conſtitutionem quandam, quæ fortaſſe ea eſt, quæ in Codice ſub titulo de hæreticis Græca deſideratur, cum ab illo poſtmodum alia conſtitutione, centeſima undetrigeſima nempe, abrogata eſſet, in rempublicam atque judicia revocavit. AGYL.

(2) *& veteribus*] καὶ τὸν τὸ πάλαι. *Hal.* κατὰ τῦτο πάλαι. *in quod longo ſtudio incubuimus.* Lege καὶ τοῖς πάλαι, *Veteribus.*

(3) *ut*] ὥστε δὴ. Hal. ὅτι δὴ.

(4) *acquirant*] ἐκποιεῖσθαι, *alienent.* Hal. κομίζεσθαι *nanciſcantur*, quod retinendum.

(5) *ſed nec*] ἀλλὰ μηδὲ κατὰ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν * ἀδιαδόχους Σαμαρείτας *Hal.* ἀλλὰ μὴ κατὰ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν διαδόχους ἔχειν Σαμαρείτας &c. *Sed neque Samaritani &c. hæreditatem ab inteſtato vocati ſucceſſionem habeant.* Sic & in Cod. Vaticano legitur. Aſteriſcus ille tollendus eſt. Nam τὸ α in ἀδιαδόχους videtur ex præcedenti ἀδιαθέτου errore ſcribentis repetitum. Id igitur ſi tollas ſenſus conſtabit; *Quod nimirum Samaritani non poſſint ſucceſſores habere aut Samaritanos aut hæreticos alios &c.* De tranſmittenda in alios hæreditate loqui videtur, non de acquirenda, de qua dixerat in præcedentibus. Probatur id ex ſequentibus verbis *nec teſtamento* & verſu *quare & ſacra. Hal.* recte ita legit, ut nos emendandum judicavimus, paulo aliter tamen interpretatur.

Digitized by Google

reticos, eoſve, qui rectam Chriſtianorum fidem amplecti ſimulant, revera tamen non ita ſentiunt, nec faciunt, quæ (6) illi conveniunt, ab inteſtato ſucceſſores habeant: nec teſtamento (7) eos hæredes ſcribant, vel legata iis relinquant vel donent, niſi orthodoxi (8) & fide ac factis probati ſint. Si enim nemo horum ſit, facultates eorum ad ſacratiſſimum ærarium poſt illorum mortem pertinere jubemus. Quare & ſacra forma a Patre noſtro illis olim data, quæ legis vicem obtinet, illiſque hæreditatem adire, & relinquere, legatis honorari, vel ea relinquere concedit, impoſterum ſimpliciter (9) ceſſet, neque ullam vim habeat. Cum enim humanitate illa ſe indignos oſtenderint, qui Samaritanorum inſania aguntur, non alios, quam ſe ipſos accuſent, quod a magni Dei & Servatoris noſtri JEſu Chriſti humanitate alieni ſint, liberalitates autem ab Imperio noſtro illis olim conceſſas amittant, ut ad meliorem mentem redeant, non ut perpetuo in perverſa hac opinione ſua perſeverent.

CAPUT II.

EXcipimus vero ab hac lege ruſticos, qui Samaritanorum dogmata ſequuntur: non ipſorum gratia, ſed propter conſtitutionem prædiorum, quæ ab illis coluntur, & propter reditus & proventus, qui exinde redeunt, atque illos, qui ex ruſticitate errant. His enim permittimus aſcendentes & deſcendentes & cognatos ſuos ex latere hæredes & legatarios ſcribere, (10) etſi Samaritanorum errore teneantur: eos tamen, qui agros colunt, cum exinde divitiæ ad poſſeſſores prædiorum & per eos ad fiſcum deferantur. Sed & ab inteſtato prædicti illi

(6) *illi*] ταῦτα. Lege cum *Haloandro* ἑαυτῇ.

(7) *eos*] εἰς αὐτοὺς γράφειν. Hal. αὐτοὺς γράφειν, *teſtamenta conſcribant*, quod melius videtur ſenſui convenire. Etſi τὸ εἰς αὐτοὺς poſſit ad διαδόχους, quod præcedit, referri.

(8) *& fide & operibus*] καὶ πίστει καὶ ἔργοις ληψόμενοι. Veram lectionem habet *Haloand.* καὶ πιστοὶ τοῖς ἔργοις οἱ ταῦτα ληψόμενοι *niſi, qui ea percepturi ſunt, & recte de fide ſentiant, & fideles ſint operibus.*

(9) *ceſſet*] σχολάσαι τὸ λοιπὸν καθάπαξ, ἰσχὺν οὐδεμ. Hal. σχολάσει τὸ λοιπὸν καὶ καθάπαξ ἰσχὺν οὐδεμίαν ἕξει. Sic recte legi puto.

(10) *etſi*] κἂν ἡ Σαμαρειτικὴ πλάνη κρατῇ. Hal. κἂν οἱ Σαμαρειτῶν πλάνῃ κρατοῖντο. Hal. lectio præferenda eſt.

Digitized by Google

illi ad mutuam hæreditatem propter eandem cauſam venient. Si nemo horum inveniatur, dominum prædii, in quo agricola defunctus erat, ab hoc relicta accipere, & ærarii locum obtinere volumus, ut qui publica etiam tributa pro illo ſolvat. Nullo autem modo Samaritanum militare permittimus, neque ad civile munus accedere, neque Advocatum (11) nec Aſſeſſorem eſſe, nec inter diſertiſſimos Rhetores referri (12) nec adoleſcentes inſtituere. Si vero quidam ex illis accepto ſalutari baptiſmate ad priorem errorem redire, ſabbatha ſervare, vel ea facere videantur, quæ probent per hypocriſin ipſos ſanctum baptiſma accepiſſe, eos proſcribi, & in perpetuum exilium mitti jubemus. Iisdem autem pœnis etiam eos ſubjicimus, qui impium illis patrocinium contra rectam Chriſtianorum fidem præbent. Bonum autem nobis videtur, ut illi, qui ad incontaminatum baptiſma accurrunt, non temere ſuſcipiantur, ſed cum quadam obſervantia & inſtructione (13) ſufficienti tempore facta. Scilicet ut illi, qui ſalutari doctrina (14) plane imbuendi ſunt, per duos annos inſtituantur & ſcripturas, quoad ejus fieri poteſt, diſcant, atque tum redemtionis baptiſmati offerantur, tanti temporis pœnitentia veram redemtionem lucrantes. Illis vero, qui admodum juvenes ſunt, neque doctrinam intelligunt, abſque obſervatione illa ſacrum baptiſma conſequi permittimus. Nullus autem Samarita ſervum Chriſtianum habeat, ſed ſimul ac emtus fuerit, ſtatim in libertatem rapiatur. Quod ſi ſervus in eadem perverſa (15) cum illo ſit opinione, liceat illi, ſi Chriſtianorum doctrinam (16) amplectatur, ſtatim etiam Romana libertate frui.

(11) *nec Aſſeſſor*] ἢ συνεδρεύειν. *Gloſſ. Cyrill.* σύνεδρον, *Conſeſſus*, *Concilium*, συνεδρεύω, *Concilio*, σύνεδρος *Aſſeſſor.*

(12) *nec inſtituant*] ὢν τῷ παιδεύειν. *Hal.* ἢ νέους παιδεύειν, *neque adoleſcentes inſtituere*, quod verſioni inſeruimus, quia noſtra lectio ſenſu caret.

(13) *ſufficienti tempore*] ἐν ἀρκοῦντι χρόνῳ. Hal. ἐναρχοῦντι χρόνῳ, *initiationis tempore.*

(14) *plane*] δλως. Lege ὅλως.

(15) *cum illo*] ὁμοίως αὐτῷ. Legendum αὐτῷ (ſcil. Σαμαρείτῃ) cum *Hal.*

(16) *amplectatur*] ἀσπαζομένῳ. Hal. ἀσπαζόμενον.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & hac lege declarata ſunt, ea Gloria Tua locis conſuetis proponens, effectui dari præcipiat. Dat. XV. Kal. Jun. Conſtantinop. Imp. Dn. Juſtin PP. Aug Anno VII. poſt Conſ. ejuſdem Ann. III.

Tit. XXVIII.

(1) Ut nullam impoſterum licentiam Dux, ſeu Biocolita habeat in Phrygiam alteram veniendi, vel quoſdam (2) ex iis, qui ad ipſos pertinent, mittendi, & quoſdam comprehendendi. Sed nec (3) illi, qui in provinciis illis ſunt, eos (4) adeant, qui Magiſtratus illos tam in Lycaonia, quam Lydia gerunt, & quoſdam apud eos accuſent: cum Civiles Magiſtratus idonei ſint, qui negotia emergentia vindicent.

CONSTIT. CXLV.

Idem Imperator (5) Areobindo Præfecto Prætorio, & Expræfecto felicis urbis (6) & Magiſtro militum.

PRÆ-

(1 *Ut nullam impoſterum*] Vet. *Ut de catero nullam licentiam habeat Dux aut Biocolytha Lydiæ & Lycaoniæ in Phrygiam utramque & Piſidiam advenire.*

(2) *ex iis*] τῶν αὐτοῖς προσηκόντων. Hal. τοῖς αὐτοῖς &c.

(3) *illi qui in*] τοὺς τῶν αὐτῶν ἐπαρχιῶν. Hal. τοὺς ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν, *ex provinciis*. Sic Imperat. in capite ſequenti loquitur.

(4 *adeant*] ἀπιέναι. deeſt in edit. *Holoand.* ejuſque loco poſt Λυδίᾳ habet τρέχειν, *currere*. Sic & Imp. in *cap. 1. h.*

(5) *Areobindo*] Ἀρεοβίνδῳ. Eidem inſcribitur *Nov.129143.146.147.* (ubi in veteri verſione legetur *Ariobinde*) *151.* Ap. *Procopium* ἀνεκδότ. mentio fit *Areobynthi*. Sed & *Areobyndi* legi teſtatur *Alemannus in not.* ubi addit: Alius eſt, quem ſub Anaſtaſio populus Imperatorem conſalutavit, ut ſcribit Marcellinus. Hic Senator fuit illuſtri loco natus, conjux Preietæ ſeu Projectæ Vigilantiæ Juſtiniani ſororis filiæ, quæ occiſo in Africa Areobindo, cum Joanne Pompeji Anaſtaſii nepotis filio matrimonium contraxit.

Digitized by Google

Præfatio.

Cum illis, quæ ſemper incidunt, competentem medicinam reperiamus, poſtquam (7) neceſſitas præteriit, rurſus in priore loco ſumus, illi ſolum qui ægrotavit, medicinam afferentes. Atque ejus generis aliquid hæc quoque ſacra noſtra lex vult. Nam cum paulo ante partim turbas civiles, partim quoque latronum incurſiones in utraque Phrygia & Piſidia fieri cognoviſſemus, (8) quia ejus rei cura civilem adminiſtrationem excedit, his, ac præterea Lycaoniæ & Lydiæ militarem etiam Magiſtratum præfecimus, Ducem ſeu Biocolytam eum nominantes, qui ad hanc rem conſtitutus eſt. Sed & nunc adierunt nos utriuſque Phrygiæ & Piſidiæ incolæ, dicentes, ceſſare quidem jam (9) ea, quæ olim in illis commiſſa ſunt, nec latrocinia in locis illis committi, (10) neque in viros enutriri in provinciis: (11) onus autem excogitati a nobis Magiſtratus ſe non ferre, cum illi, qui ei miniſtrant, (12) aſſidue provincias peragrent & quoſdam comprehendant, (13) damnis-

Præterea geſſit Areobindus utramque Præfecturam Urbanam & Prætorianam.

(6) *& Magiſtro*] καὶ στρατηλάτῃ. Hal. καὶ στρατηγίας *& militia*. In *Nov. 143.* vocatur *Exprafectus urbis*, & *ex magiſter militia*, quem ſenſum habet *Haloandri* lectio. In inſcriptione *Nov. 147.* στρατηλάτης vocatur, ut hic. *Heſych.* στρατηλάτης, ἡγεμών, ἄρχων στρατοῦ.

(7) *neceſſitas*] τὰ τῆς χρείας. Vet. *qua utilitatis ſunt* vid. *præfat.*

(8) *quia ejus rei*] ὡς πολιτικὴν διοίκησιν ἐκβαίνειν τὴν τοῦ πράγματος ἐπιμέλειαν. Hal. ὡς πολιτικὴν διοίκησιν καὶ ἐπιμέλειαν ταυτοῖς καὶ πρόσω &c. *ultra civilem adminiſtrationem functionemque his ipſis atque ſuper.* Forte leg. ὑμβαίνειν.

(9) *ea quidem*] τὰ μὲν πρώην ἁμαρτανόμενα κατ' αὐτὰς παύσασθαι λέγοντες. Hal. pro κατ' αὐτὰς legit καὶ ταῦτα. Vet. *ut ea, quæ pridem commiſſa ſunt, in eis compeſcantur, dicentes, neque latrocinia in locis illis compeſcita &c.*

(10) *neque in viros*] οὐδ' εἰς ἄνδρας. Hal. οὐδὲ ἄνδρας &c.

(11) *onus*] βάρος. Vet. *bonus*. Ubi *Contius* notat, locum eſſe obſcurum etiam in græco, & in contrarium ſenſum ab *Haloandro* raptum. *Habet* autem ille: *onus autem ex cogitati a nobis Magiſtratus ſe ferre non poſſe*, quod, ut nobis videtur, ſatis convenit cum græco & ſenſum habet non adeo incommodum. Nam & ſupra de hujus Magiſtratus onere quædam attulit Imperator.

(12) *aſſidue*] συνεχῶν. Hal. συχνὰς.

(13) *damnis*] ζημίαις ἐπιτριβόντων. Hal. ζημίας ἐπιτριβόντων, *damnaque inferant.*

damniſque conterant, & militaribus tumultibus loca illa impleant: ac plane inhabitabiles ipſorum provincias eſſe; cum ipſi civiles Magiſtratus per ſe ſufficiant ad rem illam emendandam, multoſque ex illis, qui provincias inhabitant, ex aliorum (14) æquitate lucrum facientes Magiſtratus hujus (15) poteſtate abuti, & innocentes comprehendere, atque ita, quæ juſta non ſunt, ſibi ipſis perpetrare.

CAPUT I.

HÆc cum ſæpius dicerent, illorum miſerti ad ſacram hanc noſtram legem venimus: qua ſancimus, ut impoſterum dictæ a nobis provinciæ (Phrygia ſcilicet ſalutaris, & Phrygia Pacatiana & Piſidia) Magiſtratu illo, quem ipſis, & præterea Lycaoniæ & Lydiæ olim præfecimus eximantur: neque ab hoc tempore liceat illis, qui Magiſtratum illum gerunt, vel in illis provinciis verſari, quaſi adminiſtratoriam quandam cum illis habeant communionem, vel (16) quendam ex cohorte ſua, aut alia ratione ad eos pertinentem mittere, & quoſdam comprehendere. Sed nec iis, qui ex provinciis illis ſunt, ad quemvis hac dignitate præditum accurrere, &, ſive de pecuniis, ſive de criminibus quæſtio mota ſit, ſe invicem accuſare liceat: metuantque triginta librarum auri pœnam, utpote cum omnem (17) in dictas provincias aditum illis præcludamus, qui hoc tempore Magiſtratum gerunt, vel omnino in eorum ordinem referuntur. Quare nec in illis provinciis, vel earum incolis quid præcipient, nec aliter ex iis, ſibi quid vindicabunt, quæ in eas inferuntur: ſed contenti erunt Lycaonia & Lydia, (18) in illis ſolum jubentes, quaſi ab initio in duabus hiſce provinciis Magi-

(14) *æquitate*] ἐπιείκειαν εὕρημα ποιούμενος. Poſt ἐπιείκειαν aſteriſcum habet *Haloand.* ſed ſenſum non imperfectum eſſe putamus, quem & *Vet. Interpres* exprimit. *Heſych.* εὕρημα, ἐπιτυχία, ἐπινόημα.

(15) *poteſtate*] περιβολῇ. *Vet. Interpr.* retinuit græcum verbum περιβολῇ. i. e. *prætextu obtento.* In MS. additur: *Peribole dicitur quando judex habet multos homines, & in ipſos habet fiduciam. CONT.* Gloſſ. Cyrill. περιβολὴ *amictus.* In Edict. 8. eſt. περιβέβληνται ζώνης ἢ ἀξίαν ἢ στρατείας &c.

(16) *quendam*] τινά. *Hal.* τινάς;

(17) *in dictas*] πρὸς τὰς εἰρημένας ἡμῖν. *Hal.* ἡμῶν. Vet. *nobis.*

(18) *in illis*] κατ' αὐτάς. *Hal.* καὶ αὐτάς.

Digitized by Google

Magiſtratum eorum incluſiſſemus, nullumque jus in utramque Phrygiam aut Piſidiam illi tribuiſſemus. Omni enim difficultate exinde proveniente provincias illas liberamus: civilibus Magiſtratibus omnia perſequentibus, tam quæ ad pecunias, quam quæ ad crimina ſpectant. Atque ſciant illi, quod ſi latrocinium, vel invaſio quædam, vel rapina in locis illis, facta ſit, (19) niſi perſequantur, & ablatum repetant, ex facultatibus ſuis damnum inde ortum, ſive Magiſtratum gerant, ſive eum depoſuerint, reſarcire cogentur. Quare ſi is, qui in Lycaonia & Lydia militarem Magiſtratum habet, vel ipſe in provinciis, quas diximus, verſari, vel aliquem ex cohorte ſua mittere auſus fuerit: Epiſcopis urbium facultatem concedimus (20) eos, vel qui ab illis mittuntur, ingredi volentes, arcendi, locisque illis expellendi, ut quibus id ſemel ſacra hac lege interdictum eſt. Præterea triginta librarum auri pœna, tam illi, qui hoc tempore Magiſtratum gerit, quam iis, qui illi obedire juſſi ſunt, ſi tale quid juſſerit, vel (21) illi miniſtrare auſi fuerint, atque inſuper amiſſio Magiſtratus, & ipſius ſubſtantiæ (22) periculum imminebit.

EPILOGUS.

Gloria igitur tua cognoſcens ea, quæ ſacra hac lege noſtra ſancita ſunt: (23) his conſentanea decreta faciet, edictiſque & præceptis ad eos, qui provincias moderantur, atque ad locorum Epiſcopos utatur; ut hæc lex in civitatibus proponatur, omnibuſque manifeſta fiant, quæ hac occaſione nobis placuerunt. Dat. VI. Id. Septemb. Conſtantinop. (24) Dn. Juſtin. PP. Aug. Baſil. V. C. Conſ.

Tit.

(19) *niſi*] εἰ μὴ ἐπεξέλθοιεν. *Hal.* μὴ ἐπεξέλθοιεν,

(20) *eos*] αὐτοῖς. Lege αὐτοὺς cum Hal. Vet. *eum*. Præcedit αὐτὸς.

(21) *illi*] αὐτοὶ θαῤῥήσειαν. Hal. αὐτὸς θαῤῥήσειεν. Male.

(22) *& peric.*] κίνδυνον τε περὶ τὴν οὐσίαν αὐτῶν. Hal. κινδυνεύειν. Non male. Vet. *& ſuper hoc cinguli amiſſione periclitabunt & ipſius ſubſtantia.*

(23) *iis conſentanea*] ἀκολούθως αὐτοῖς. *Hal.* ἀκολούθως *conſequenter*. Vet. conſequentia Conſ. N. 151. n. 5.

(24) *Dn. Juſtinian.*] In Vet. Verſ. legitur: *Domini noſtri Juſtin. PP. Aug. anno XV. poſt Conſulatum Baſilii V. C. anno*

Digitized by Google

Tit. XXIX.
(1) De Hebræis.

CONSTIT. CXLVI.

Idem Imperator Areobindo glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.

Præfatio.

Oportebat quidem Hebræos ſacros libros audientes, (2) non nudis literis in hærere, ſed ad (3) prophetias, quæ in illis continentur, reſpicere, quibus magnum Deum & Servatorem humani generis Jeſum Chriſtum annuntiant. Verum etſi (4) abſurdis interpretationibus ſeipſos tradentes a recta ſententia hucuſque aberraverint: tamen cum eos inter ſe diſceptare didicerimus, diſſenſionem illorum indeciſam relinquere non ſuſtinuimus. Ex ipſis enim interpellationibus, quæ nobis factæ ſunt, didicimus, alios quidem ſolam Hebraicam linguam tenere, eaque in ſacris libris legendis uti velle, alios vero dignari etiam Græcam aſſumere, & longo jam tempore de hoc inter ſe diſſidere. His itaque cognitis, meliores eſſe judicamus eos, qui Græcam etiam linguam, ad ſacrorum librorum lectionem aſſumere volunt, omnemque omnino linguam, quam locus aptiorem & (5) notiorem audientibus efficit.

CA-

XII. Sed Contius notat legendum anno XXV. poſt Conſulat. Baſil. V. C. anno X. & Scrimgeri ſubſcriptionem vitiatam eſſe.

(1) *De Hebræis*] Hal. *De Hebræis, quomodo oporteat eos ſcripturas legere.* Vet. *Ut liceat Hebræis ſecundum traditam legem ſacras ſcripturas latine vel græce vel alia lingua (legere) & ut de locis ſuis expellantur non credentes judicium vel reſurrectionem, aut dicentes, Angelos ſubſiſtere Creaturam Dei.*

(2) *non nudis*] μὴ ψιλοῖς προσεσχηκέναι τοῖς γράμμασιν. Hal. μὴ ψιλῶς προσεσχηκέναι τοῖς πράγμασιν, *non leviter & rebus ſolummodo geſtis delectarentur.*

(3) *prophetias*] προφητείας. *Hal.* ἐννοίας, *ſenſus.*

(4) *abſurdis*] ἀλόγοις. Pro hoc *Hal.* habet ἀλλήλους qui & τὴν ἑρμηνείαν interpretatur, *commentis.*

(5) *notiorem*] μᾶλλον γνώριμον. *Hal.* γνωριμωτέραν.

CAPUT I.

SAncimus igitur, ut Hebræis, qui volunt, in Synagogis ſuis, quocunque in loco Hebræi ſunt, ſacros libros Græca lingua vel etiam patria forte (hac ſcilicet Italica) vel & ſimpliciter aliis quibuſvis, lingua & lectione cum locis commutata, intelligentibus legere liceat, ut clara ſint, quæ leguntur, omneſque intelligant ac ſecundum ea vivant & agant. Neque liceat interpretibus, qui apud eos ſunt, & ſolam Hebraicam amplectuntur, ut eam malitioſe pro arbitratu ſuo tractent, multorum ignorantia pravitatem ſuam obtegentes. Illi vero, qui Græca lingua legunt, ſeptuaginta interpretum utentur translatione, quæ omnium accuratiſſima, aliiſque (6) melior judicata eſt, propter id maxime, quod circa interpretationem contigit: ſcilicet cum in binos diviſi eſſent & diverſis in locis interpretarentur unam omnes compoſitionem ſimul ediderunt.

§. 1. Ad hæc, quis non in viris illis etiam illud admiretur, quod, cum multo antiquiores eſſent (7) ſalutari apparitione magni Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, tamen illam quaſi futuram videntes, ſacros libros interpretati ſunt, prophetica quaſi gratia eos illuſtrante. Et hac quidem omnes maxime utentur. Verum ne illos reliquis interpretationibus intercludere videamur: licentiam concedimus, ut etiam Aquilæ verſione utantur, etſi ille extraneus ſit, & in lectionibus quibuſdam inter ipſum & ſeptuaginta interpretes non modica ſit (8) diſſonantia. Quæ vero ab ipſis (9) Deuteroſis dicitur, eam omnino prohibemus, ut quæ ſacris libris non comprehenſa, nec a Majoribus

Dd dd dd per

(6) *melior judicata*] παρὰ τὰς ἄλλας ἐγκειμένη. Hal. ἐγκεκρυμμένη, *præter ceteros multa continet occulta.* Vet. *melior judicata.*

(7) *ſalutari*] σωτηριώδους. *Hal.* σωτηρίου.

(8) *diſſonantia*] διαφωνίαν. Hal. διαφοράν. Vet. *diſſonantia* Præcedit ἔχει pro quo Hal. ἔχων.

(9) *Deuteroſis*] Traditiones ſeniorum δευτερώσεις a Judæis vocatas, & quatuor fuiſſe, teſtis eſt Epiphanis Hæreſi XXX. ubi inquit: αἱ γὰρ παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων, δευτερώσεις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λέγονται, εἰσὶ δὲ αὗται τέσσαρες. μία μὲν ἡ εἰς ὄνομα Μωϋσέως φερομένη δευτέρα δὲ ἡ τοῦ καλουμένου Ραββὶ Ἀκιβά, τρίτη Ἀδδὰ ἤτοι Ἰούδα τετάρτη τῶν υἱῶν Ἀσαμωναίου. Vid. & *Gothofr. in not. h.*

per prophetas tradita, (10) ſed inventum ſit virorum ex ſola terra loquentium, nihilque divini in ſe habentium. Ipſas autem ſacras literas legant, libroſque ipſos evolvant, nec occultent quæ in illis dicuntur, nec extraneas non ſcriptas nugas ad ſimpliciorum perditionem ab ipſis excogitatas recipiant. Hac igitur licentia a nobis conceſſa, nullis plane damnis ſubjicientur, qui Græcam aliaſque linguas recipiunt, nec ab ullo prohibebuntur. Neque illis, qui apud eos Archipherecitæ, vel Presbyteri forte, aut Magiſtri vocantur, cenſuris quibuſdam aut anathematibus id prohibere liceat, niſi pœnis corporalibus caſtigati, inſuper ſubſtantia ſua privati, nobis meliora & Deo amabiliora volentibus & jubentibus inviti ſeſe dedere velint.

CAPUT II.

SI qui apud eos nugas introducere auſi fuerint, vel Deum, vel reſurrectionem, vel judicium, vel (11) Angelos Dei opus & creaturam eſſe negantes: illos omni loco expelli, neque tam blaſphemam vocem, & a Dei cognitione plane (12) deficientem emittere volumus. Qui enim aliquid tale proferre audent, ultimis illos ſuppliciis ſubjicimus, hoc ipſo gentem Hebræorum ab introducto errore purgantes.

CAPUT III.

ROgamus vero eos, qui hac vel illa lingua ſacros libros audiunt, (13) ut caveant ſibi ab interpretum malitia, nec ad nudas literas attendant, ſed res ipſas attingant, & vere divinos ſenſus percipiant: ut & poſtea diſcant quod pulchrum eſt, & aliquando errare, ac in eo, quod omnium præſtantiſſimum eſt, ſpe ſcilicet in Deum, peccare deſinant.

(10) *ſed inventum*] ἐξεύρεσιν δὲ οὖσαν. Hal. ἐξαίρεσιν *excerpta quædam.*

(11) *Angelos*] τοὺς ἀγγέλους ὑπάρχειν. Hal. διὰ τοὺς ἀγγέλους, qui *h. l.* ita vertit: *aut affirmare, quod figmentum & Creatura Dei per Angelos ſubſiſtat.*

(12) *deficientem*] ἐξολισθήσασαν. Hal. ἐξολισθήσαντας. Vet. *lapſam.*

(13) *ut caveant*] φυλάττειν. Vet. *ſervare*, ubi ad marginem notatum a Contio, addendum videri ex veſtigiis ſcripturæ, *ne aut per iſtum ſervet &c.* aut ſervare pro obſervare accipiendum. Sed eo non opus eſſe apparet, quia φυλάττειν pro *cavere* ſupra ſæpius poſitum reperitur.

Digitized by Google

nant. Propterea enim omnem illis linguam ad ſacrorum librorum lectionem aperuimus, ut omnes & ſinguli illorum ſcientiam accipientes, ad meliora aptiores fiant: (14) cum in confeſſo ſit, eum ad meliora judicanda & eligenda multo aptiorem eſſe, qui in ſacris libris (15) enutritus eſt, & parum habet, quod emendandum reſtat: quam qui nihil horum ſcit, & a ſolo cultus nomine pendet, eumque quaſi ſacram anchoram tenet, ſacramque doctrinam nudum hæreſis cujuſdam nomen eſſe putat.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, ea tam Gloria Tua, quam tibi obtemperans cohors obſervabit. Cuſtodiet vero & ille, qui hoc tempore in eodem Magiſtratu conſtitutus eſt, nec Hebræos adverſus hæc quid facere permittet: ſed, qui reſiſtere & prohibere plane auſi fuerint, eos corporalibus primum pœnis ſubjiciet, atque exulare compellet, facultatibus etiam privabit, ne illi ſimul contra Deum & Imperium audacter inſurgant. Præceptis etiam ad provinciarum Rectores utetur, noſtramque legem ipſis injungat, ut & illi eam cognoſcentes in unaquaque civitate proponant: & hæc neceſſario obſervanda eſſe ſciant, noſtramque indignationem metuant. Dat. Id. Febr. Conſtantinopolitan. Dn. Juſtin. PP. Aug. (16) Baſil. V. C. Conſ.

Tit. XXX.

Ut reliqua, quæ Præfectis, vel largitionibus, vel privatis, vel ſacro patrimonio debentur: in omni ſpecie, uſque ad ipſam præteritam ſeptimam indictionem, remittantur.

(14) *cum in*] τῶν ὡμολογημένων ὑπάρχοντος. Hal. ὑπάρχον.

(15) *enutritus*] ὢν ἐντραφέντι. Hal. ἀνατραφέντα.

(16) *Baſil.* Vet. *Ann. XXV. poſt Baſil. V. C. Conſ. ann. XXII.* Subſcriptio hæc ex latino MS. ſumpta rectior eſt ea, quæ in græco exſtat, niſi quod pro XII. hoc loco legendum eſt X. CONT.

CONSTIT. CXLVII.

(1) Idem Imperator Areobindo ſacro per Orientem Prætorio Præfecto Glorioſiſſimo, Expræfecto felicis hujus urbis, & (2) Magiſtro Militum.

PRÆFATIO.

ETſi hoc tempore reſpublica multis ſumtibus (3) ſi unquam, opus habeat, quæ tam magnam (4) acceſſionem Dei benignitate accepit, & ſecundum proportionem illius acceſſionis circumjacentes barbaros oppugnat: omnem tamen viam excogitamus, ut & expenſæ ſine impedimento fiant, nullaque humanitatis ſpecies erga ſubjectos noſtros prætermittatur. Quam multa igitur illis, qui aſſidue nos adeunt, & publica debita, difficultatemque ſolutionis prætendunt, promte largiamur, & quod nemo, qui Clementiæ noſtræ ſupplicavit, re infecta a conſpectu noſtro diſceſſerit, noſtrum non eſt dicere, cum de hoc ſcriptæ literæ, atque ipſi, qui liberalitates acceperunt, id de nobis teſtentur. Verum quia exiguum, noſtroque Imperio indignum putamus, in ſingulos, qui nos adeunt, ſpeciales quaſdam liberalitates conferre, vel etiam uſque ad prædia, vel ſolas urbes, vel integras etiam provincias humanitatem noſtram extendere, non vero magnum quid & commune inter omnes ſubditos efficere:

CAPUT I.

PRopterea ad ſacram hanc venimus donationem, qua ſancimus, ut omnibus ſubditis noſtris omnia reliqua, quæ illi ab ipſa prioris circuli prima indictione debent, intra quam priores noſtras donationes con-

(1) *Idem Imp.*] Vet. *Idem Aug. Ariobindæ* PP.

(2) *Magiſtro militum*] στρατηλάτῃ. Hal. στρατηλατῶν & *Exmagiſtro militum*. Noſtra lectio extat etiam *Nov. 145.* Ὁ ἀπὸ στρατηλατῶν, eſt *Exmagiſter militum*. Et ſic forte legendum ex Nov. 143. Vid. & Nov. 145. In *Vet.* verſione dicitur, *de reliquis publicis non exigendis & de diſcuſſione diverſarum actionum.*

(3) *ſi unquam*] εἴπερ ποτε. Hal. ἤπερ ποτε, *ut unquam antea.*

(4) *acceſſionem*] ἐπίδοσιν. Hal. ἐπισχέσιν. *ſimul ut ea tueatur, quæ per Dei benevolentiam obtinet.* Suidas. ἐπίδοσις, αὔξησις, προσθήκη. vide ibi plura.

Digitized by Google

concluſimus, uſque ad illam ipſam, quæ modo præteriit, ſeptimam indictionem remittantur: ut per viginti duos annos continuos in ſubditos noſtros a nobis liberalitas ſit collata, nullaque fiat reliquorum exactio, quæ ad illa tempora referatur. Hæc vero, non de auro ſolum dicimus, ſed etiam ſi argentum, vel frumentum, vel alia ſpecies debeatur: (5) ſive id, quod a ſubditis debetur, ad ſedem Tuam, ſive ad præfecturam Illyrici, aut ſacros noſtros theſauros pertineat, vel hæc tributorum, vel aliorum titulorum nomine ab ipſis inferantur. In commune enim omnibus ſubditis noſtris hanc noſtram liberalitatem præbemus. Nemo igitur, quantum ad illa tempora, (6) reſidui nomine illos exigat, quamcunque etiam reliquorum exactionem faciat, ſive ab ipſis Magiſtratibus (7) miſſus ſit, vel etiam quamcunque fiſci perſonam gerat, ſive (8) mandata quædam, aut delegationes afferat: quoniam (9) illis quoque, qui tale quid accipiunt, & tanto tempore non exigunt, exactionem ſubditorum & inſuper ipſius fiſci auferimus. Neque enim is, qui tantum debet, aut negligens, (10) aut inter ſportulas magis, quam principales conſtitutus, nec ab illis, nec a fiſco accipiens, non eſt impoſterum in tempore memor delegationum, vel exactionem inde facere nititur: e contrario, qui tale quid facere audet, eum tanquam donationibus noſtris noxium averſamur: ut omnis exactionis occaſio, vel fraus, tam contra ſubditos, quam contra fiſcum tollatur, atque major inde tranquillitas ſubditis noſtris oriatur. Quod autem his donationibus etiam illæ poſſeſſiones fruantur: quæ ad ſacra noſtra privata, aut ſacrum noſtrum patrimonium pertinent, nec ab agricolis, aut conductoribus, aut emphyteutis tributorum ultra dicta a nobis tem-

 pora,

(5) *& non*] deſunt ſic quædam apud Hal.

(6) *reſidui*] ἐπ' αὐλὰς λοιπὸν ἀνεχθήσονται. Hal. ὑπ' αὐλὰς λοιπὸν ἀναχθήσονται.

(7) *miſſus*] στελλόμενος. Hal. στελλόμενοι. & poſt οἰκειούμενοι.

(8) *mandata quædam*] Vid. ſupra *Nov. 145. n. 5.*

(9) *illis*] τοῖς λαμβάνουσι. *Hal.* τοὺς λαμβάνοντας. Et mox διαπράξαι βουλόμεθα πᾶσαν γὰρ τὴν καλὰ &c. Vetus noſtram lectionem ſervat, quæ ſatis ſana eſt.

(10) *aut inter ſportulas*] ἢ σπορτούλων μᾶλλον ἀλλ' ἢ τῶν πρωτοτύπων γενόμενος. Poſt ἢ *Hal.* Aſteriſcum habet tanquam in loco corrupto. Sic autem & in Cod. Vaticano legitur. MS. Florent. poſt πρωτοτύπων repetit τὸ μᾶλλον.

Digitized by Google

pora, vel ab illis, (11) qui tributa exigunt, vel palatinis eorum fieri debeat, apud omnes in confeſſo eſt. Hæc autem de iis dicimus, quæ adhuc debentur, & apud ſubditos noſtros ſunt. Si quid enim illi jam dederunt, idque apud Curiales forte, vel cohortales, vel ſuſceptores, vel receptores, vel provinciarum tractatores manſit, hoc non comprehendimus, nec partem hujus donationis facimus, ſed id fiſco ſervabitur: cum abſurdiſſimum ſit, quod a ſubditis datur, id fiſcum non accipere, ſed (12) privatum aliorum lucrum fieri.

CAPUT II.

AB hac vero liberalitate ea excludimus, quæ forſan a tractatoribus, vel ſcriniariis, vel Arcariis fiſco promiſſa, aut conſtituta ſunt. Neque enim in hos æqualem donationem conferimus, quoniam fiſcus hæc ſibi ſemel propria fecit, & accepit. Excipimus porro de ſacra hac liberalitate militares & fœderatorum diſcuſſiones: hæ enim ſubditos noſtros non tangunt, ſed juſtam illorum exactionem inducunt, qui non convenienter a fiſco acceperunt, vel ſi occaſione militaris aut fœderatorum impenſæ acceperunt, hoc tamen lucrum ſuum fecerunt. Et multo magis de hac donatione excipimus civilium pecuniarum quæſtiones, & inſuper operum diſcuſſiones, tam quæ in felici hac urbe, quam quæ in provinciis ſunt. Quoniam juſtum non eſt, cum tantum auri pro ſecuritate Reipublicæ expenderimus, illos quidem, qui miniſtrarunt, injuſtum lucrum habere, loca vero liberalitate noſtra, vel debita illis ſecuritate fraudari, vel etiam urbes pecunias, quæ illis ad ornatum tributæ ſunt, privari. Quanquam autem malos omnino odio habemus, humanitatis tamen noſtræ nullo modo obliviſci poſſumus. Propterea ſancimus, ut exceptio, quæ a nobis in quibuſdam capitibus facta eſt, in iis temporibus locum habeat, quæ ab ea, quæ nuper præteriit, (13) prima indictione currunt: eam vero dicimus, quæ ante (14) ſede-

(11) *qui tributa*] τὰ δημόσια εἰσπραττόντων. *Hal.* πραττόντων.

(12) *privatum*] ἰδιωτικὸν ἑτέρων κέρδος. Hal. ἰδικὸν ἑτέρων. Alibi ἴδιον κέρδος legitur.

(13) *prima*] πρώτης. Vet. *prima*. Non πρώτης ſed τρίτης id eſt *tertia* legendum eſſe, ſi quis rem recte perpenderit, monet *ALCIAT. IV. Parerg. 2.*

(14) ſedecim annos fuit. In his enim temporibus, quæ præceſſerunt, æqualem & generalem omnibus liberalitatem noſtram præbemus, nullam in ea exceptionem facientes: ut communiter omnes homines ſecuritate fruantur, nec ab iis temporibus ulla reliquorum exactio quacunque de cauſa fiat. Hanc nos actionem ſubditis quidem largiendam, Magno vero Deo offerendam putavimus, ut omnes bonis exinde venientibus fruentes, pro noſtro Imperio gratias Magno Deo agant, qui hanc etiam actionem nobis in mentem dedit.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt & ſacra hac lege declarantur, illa ut effectui dentur, Excellentia tua ſtudeat, & ut obſerventur, operam adhibeat. (15) Dat. XVII. Kal. Maji Conſtantin. Dn. Juſtin. PP. Aug. Baſil. V. C. Conſ.

TIT. XXXI.

(1) De remiſſione reliquorum publicorum.

CONSTIT. CXLVIII.

QUantam prudentiam & diligentiam circa res communes ſtatim ab initio Imperii noſtri adhibuerimus, ut traditæ nobis a Deo reipublicæ curam gereremus, ex iis, quæ jam geſſimus, omnibus manifeſtum fecimus. Cum autem fiſcum multis debitis oneratum & ad ultimam paupertatem (2) redactum invenerimus: in nos debita illa recepimus,

(14) *ſedecim*] *ſedecim annis.* Sic in *Gr.* textu. Hal. *ſexto anno* legit.

(15) *Dat. XVII.*] Vet. *Dat. prid. Kal Conſtantinop. Dn. N. Juſtiniani PP. Aug. Anno XXVIII. poſt Conſulatum Baſil. V. C. anno III.* Hanc inſcriptionem rectiorem eſſe ea quæ eſt in Græco Codice, & legendum videri *XI.* ad marg. Vet. Verſionis notat *CHAROND.*

(1) *De remiſſ.*] *Hæc* Novella deeſt in Cod. Vaticano & Edit. Steph. Contius, eam vertit. Differunt *Indulgentia & relevatio.* Illa erat τοῦ μεγαλοδώρου χειρὸς. Hac τῶν εἰσπλευσομένων ἐπιτιμίων. *Lindenbr. ad Amm. Marcell. Lib. 16. c. 5.* In editione Scrimg. perperam eſt notatum eam eſſe Juſtini non Juſtiniani, nam ex ejus lectione apparet anno poſt ſuperiorem latam eſſe & ejuſdem cum ſuperiore argumenti.

(2) *redactum*] ἐλάσαν. Hal. ἐλασθὲν. Recte.

pimus, onere magnaque difficultate illum liberantes. Rem quoque militarem, quæ rerum neceſſariarum penuria jam diffluxerat, ut reſpublica barbarorum invaſionibus infinitiſque incurſionibus affligeretur, quoad ejus facere potuimus, decente emendatione dignati ſumus. Verum non in his ſolum ſubditis auxilium ferendum putavimus, ſed alterius adhuc clementiæ ſubditos participes faciendos, eoſque a reſiduis, quæ fiſco debent, liberandos eſſe exiſtimavimus.

CAPUT I.

VT igitur etiam hanc noſtram communem beneficentiam ad omnes extendamus, reſidua præteriti temporis uſque ad octavam atque ipſam præſentis cycli indictionem, quæ a ſubditis fiſco debentur, remittimus: & ſancimus, ut nulla fiat exactio eorum, quæ tanquam reſidua uſque ad dictam indictionem debentur, ſive illa ad generalem, ſive ſpecialem Gloriæ Tuæ menſam ſpectent, ſive ad Magiſtratum ſacri apud Illyricos Prætorii, ſive glorioſiſſimi Præfecti numerorum militarium in Myſia & Scythia, vel etiam ſacrorum noſtrorum theſaurorum, vel ſanctiſſimi noſtri ærarii, vel ſacri patrimonii, vel Magnificentiſſimi Curatoris (3) domuum: ſed quicquid tam in auro quam argento, aliiſque ſpeciebus debetur, hoc omnibus debitoribus remittatur, ut neque ab agricolis, neque conductoribus, neque Emphyteutis, neque poſſeſſoribus reliqua fiſco debita uſque ad dictam illam indictionem exigantur.

CAPUT II.

AB hac autem liberalitate noſtra militares & fœderatorum diſcuſſiones excipimus. Hæ enim ſubditos omnino non tangunt, (4) ſed illos ſolum, qui a fiſco pecunias acceperunt, & in lucrum ſuum converterunt,

(3) *domuum*] οἰκιῶν. Hal. οἰκείων, *rerum privatarum.*

(4) *ſed illos ſolum*] ἢ ἐκείνων καὶ μόνων τῶν ἐκ τῶ δημοσίω &c. Locus hic in *Hal.* editione aſteriſco notatus eſt. Contius vertit: *præter eos* &c. Pro ἢ lege πλὴν, ſi ita videtur. Eundem autem ſenſum & eadem pene verba vid. *cap. 2. Novellæ præced.* Pro χορηγηθέντων. *Hal.* legit χορηγηθέντα & Cont. vertit *pecunias erogatas.* Non male, ſi part. τὰ quæ ſequitur, deleatur.

Digitized by Google

verterunt, quæ militaribus ordinibus, vel fœderatorum data ſunt a fiſco (5) dicta. (6) Et quæ apud eos qui ſuſceptores, vel exactores, vel exceptores dicuntur, vel in auro, vel argento, vel aliis ſpeciebus ſolvenda, a ſubditis ſoluta inveniuntur, & ipſa (7) exigentur, dictiſque a nobis Magiſtratibus, quibus convenit, ſolventur. Pari autem modo reliquos omnes, qui a ſubditis noſtris aurum vel aliud quid in dictis a nobis indictionibus acceperunt, neque id fiſco ſolverunt, ſi eos id ſolvere par erat, de hac donatione noſtra excipimus, ut fiſco, vel quibus convenit, id ſolvant. Subditorum enim miſerti, hac eos humanitate dignamur; non autem eorum, qui ab ipſis publicas pecunias (8) acceperunt, & fiſcum privare volunt, (9) ſive illos, ad quos deſtinati erant. Manifeſtum autem eſt, ſi quidam hanc noſtram liberalitatem præſentientes, pro remiſſis illis reliquis fraude quadam a ſubditis noſtris cautionem aut fidejuſſionem acceperint, vel etiam ad privata debita tranſtulerint, vel aliud quid ejus generis ad circumventionem eos meditatos eſſe vel feciſſe appareat, nullam eos utilitatem ex iis habituros, ſed cautiones illis redditiuros eſſe, a quibus eas acceperunt. Omnes autem Deo & nobis gratias agent: illi quidem, qui reſidua debent, quod horum remiſſionem & clementiam conſecuti ſint: hi vero, qui reſiduorum nomine nihil debent, quod (10) liberati ſint cura

(5) *dicta*] εἰρημένα. Deeſt in *Hal.* editione, nec ut adſit opus eſt.

(6) *& quæ*] καὶ τινα παρὰ τοῖς &c. Hal. εἰ δὲ τινὰ παρὰ &c. *ſi vero quædam:* quæ lectio vera eſt & ad ſenſum neceſſaria. Verbum enim εὑρεθεῖεν, quod ſequitur particulam εἰ vel ſimilem requirit.

(7) *exigentur*] εἰσπραχθήσονται &c. καὶ καταβληθήσονται. Hal. εἰσπραχθήσονται, καταβληθήσονται.

(8) *acceperunt*] παραλαβόντας. *Hal.* παραλαβόντας. Ita fere legere præſtat. Ante dixerat λαβόντας.

(9) *ſive illos*] ἢ γοῦν ἐκείνους ὅπου ἂν ἐκτεταμένοι τύχοιεν ὄντες. Sic in textu Græco legitur. Quis verborum illorum ſit ſenſus ignoramus. Retinuimus vero verſionem Contii.

(10) *liberati*] ἀπηλλαγμένοι φροντίδος τῆς τῶν ἀποδεξαμένων ἕνεκα παραφυλακῆς, αἷς μὴ τέτως οἷς παρεμπίπ]ει πολλάκις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐνοχλεῖσθαι χρόνων, πάλιν δὲ ζυγοκλεπτήσαντες παρίτωσαν ἄχει τῆς ὀγδόης ἐπινεμήσεως, ἔχοντες τὸ ἀμέριμνον &c. Obſcura hæc ſunt omnia & dictu difficile, quid ſit τὸ ζυγοκλεπτήσαντες. Etſi enim reliquis verbis aliquem ſenſum reperias, attamen τὸ ζυγοκλεπτήσαντες vix exponi poterit, cum alibi non reperiatur, nec Contius, qui hanc Novellam vertit,

Digitized by Google

ea cuſtodiendi, quæ ſuſceperunt: ne illi, quibus ſæpe accidit ut pro iiſdem temporibus moleſtia afficerentur, rurſus vero ζυγοκλεπτήσαντες uſque ad octavam indictionem accedant, id habentes, ut ſine cura ſint, quo inter omnes merito hoc noſtrum donum diſtribuatur.

EPILOGUS.

QUæ igitur a nobis ſancita & ſacta hac pragmatica ſanctione declarata ſunt, illa, Gloria Tua literis utens, in hac Regia urbe omnibus manifeſta (11) faciat.

Tit.

mentem Imperatoris aſſecutus videatur. Ita enim ille: *liberati ſunt ſolicitudine, ſuſceptorum gratia cuſtodia, ne hi quibus accidit ſæpe pro hisdem inquietari temporibus, rurſus tanquam quibus furto propria jugatio interciderit, ad ſolvendum praſto eſſe debeant, uſque ad octavam indictionem habentes ſecuritatem &c.* Ne nihil dicamus, id primo expeditum eſt, Imperatorem hoc loco conſulere ſecuritati ſubditorum, & ſimul occurrere fraudibus ſuſceptorum. Variis enim illi artibus prætextu tributorum exigendorum a ſubditis pecuniam extorquebant. Solebant, ut eſt in *l. 2. C. Th. d. diſcuſſ. acceptas ſemel ſecuritates denuo poſtulare, non quod utilitas publica flagitet, ſed ut ſi caſu eſt amiſſa ſecuritas, major præda naſcatur.* Huc reſpicit Imperator in textu, verbis ἀπηλλαγμένοι &c. Igitur τὰ ἀποδείξιμα, nil aliud ſunt quam ἀποδείξεις, *apochæ*, *ſecuritates*. Nam abſurda alias foret oratio Imperatoris: ſubditos, qui nihil debent reliquorum, per indulgentiam eorum liberari a cuſtodia ſuſceptorum: quid enim cuſtodire neceſſe eſt illis, qui tributa ſolverunt, præter apochas? Sed in ſeqq. poſt verba ἐνοχλεῖσθαι χρεὼν videntur omnino quædam deeſſe, quædam etiam corrupte legi. Nam quid ſit τὸ ζυγοκλεπτήσαντες, & quem ſenſum præbeat τὸ παρῖτωσαν, fatemur nos ignorare. Medelam etiam aut ſenſum probabilem reperire non poſſumus, niſi deleantur illa πάλιν δὲ ζυγοκλεπτήσαντες παρίτωσαν; quod ſi fiat, ſenſus erit; *ne illi, quibus intercidunt* (ſcil. apochæ, nam τὸ παραμπίπτειν vel παραπίπτειν, ſi ita legere lubeat, eſt *intercidere, elabi*,) *ſæpius propter eadem tempora inquietentur*, uſque *ad octavam indictionem habentes ſecuritatem.* Sic ὡς μὴ habebit, quod ſibi reſpondeat, & aliquis aderit ſenſus rei, de qua igitur, conveniens. Nov. 90. cap. 7. legitur μὴ παρίτω πρὸς μαρτυρίαν. ne ad teſtimonium accedat.

(11) *faciat*) Nulla in textu Græco ſubſcriptio habetur. Sed Contius in ſua verſione conjectura ex ſuperiore & hac lege ſumta ſic putavit reſtituendum: *Datum Conſtantin. Dn. N. Juſtiniani PP. Auguſti Anno XVIIII. poſt Conſulatum Baſilii V. C. anno III.*

Digitized by Google

Tit. XXXII.

Ut Præſides provinciarum gratis fiant per ſupplicationem piiſſimorum Epiſcoporum & poſſeſſorum, atque eorum, qui provincias inhabitant, ad piiſſimum Imperatorem factam, ut eum, qui publice nominatus eſt, confirmet. Si vero hoc facere differant (1) neminem Præſidis cauſa interpellent, quodcunque etiam circa tributa fecerit.

CONSTIT. CXLIX.

Præfatio.

CUm reipublicæ a Deo nobis traditæ curam geramus, operamque demus, ut ſubditi noſtri in omni juſtitia vivant, hunc unum ſcopum ab initio nobis propoſuimus, ut quicquid antea imperfectum erat & confuſum, emendaretur & perfectum redderetur. Quare cum ſolliciti eſſemus, quomodo tam fiſcus, quam ſubditi indemnes & illæſi viverent, id nos facile obtenturos cogitavimus, ſi efficeremus, ut Præſides provinciarum gratis Magiſtratum ſuſcipientes, & fiſco cautionem præſtantes, recte & legitime omnibus uterentur, atque omni injuſtitia, & ſordibus & turpitudine alias prohibita abſtinerent.

CAPUT I.

NE igitur peregrini quidam provincias ingrediantur, eaſque injuria afficiant, & nos propter frequentes interpellationes illorum cauſa factas, moleſtias ſuſtineamus: hortamur cujuſque provinciæ ſanctiſſimos Epiſcopos, eoſque, qui inter poſſeſſores & incolas primas tenent, ut per communem ſupplicationem ad potentiam noſtram eos referant, quos ad adminiſtrationem provinciæ ſuæ idoneos exiſtiment. His enim inſignia Magiſtratus gratis tradituri ſumus, (2) ſi publicum canonem

(1) *neminem*] Vid. *cap. 3. h.*
(2) *ſi publicum*] ἀσφαλιζομένης, forte ἀσφαλιζομένοις. Vid. *præfat.* & *inſcriptionem*, ubi eadem phraſis.

ſe illaturos caveant, (3) ſignificantes ipſis, ne quid faciant, quod legibus repugnet, nec cuiquam ſubditorum vim inferant. (4) Contenti annonis ſuis, publicorum tributorum exactioni invigilent, illiſque, qui in piis illationibus devoti ſunt, manſuete & paterne ſe præbeant, a contumacibus autem ſeverius exigant, nullum hoc nomine privatum lucrum auferentes. Nihilominus etiam omnibus litigantibus æquitatem & juſtitiam illos tribuere, eoſque celeriter dimittere oportet, ad leges reſpicientes: ne & ſumtibus & longinquitate temporis eos atterant: tum etiam eos, qui delinquerunt perſequi, & ſecundum leges pœnas illis infligere, omnemque juſtitiam oſtendere.

CAPUT II.

NOn ſolum autem illis hæc præcipimus, ſed & cujuſque Magiſtratus Aſſeſſoribus, reliquiſque, qui illis miniſtrant. Si quis enim eorum, vel circa tributorum exactionem negligens ſit, vel damnis, aut injuriis ſubditos noſtros afficiat, facultatibus privabitur, maximiſque ſuppliciis ſubjicietur. Nobis enim Deo duce hoc unum eſt ſtudium, ut provinciæ bonis legibus utantur, & ſecure habitentur, atque Præſidum juſtitia fruantur, & publica tributa promte inferantur. Neque enim aliter reſpublica, niſi piis tributis illatis, ſervari poteſt, ex quibus exercitus, quæ illi aſſignata ſunt, accipiens, hoſtibus reſiſtit, a barbarorum incurſione & malitia ſubditos liberat, agros, civitates a latronum aliamque inordinatam vitam ſectantium injuriis & invaſione defendit: reliquæ etiam cohortes illis, quæ iis aſſignata ſunt, fruuntur, muri & urbes inſtaurantur, publicarum balnearum calefactiones, & theatrorum cura, aliaque procedunt, quæ ad ſubditorum commoda inventa ſunt; ut quæ ab illis conferuntur, partim in eos, partim etiam propter eos expendantur & erogentur: nos vero plane nihil præter illarum rerum curam, exinde habeamus, neque tamen ſine mercede: cum magnus

(3) *ſignificantes*] παρεγγυᾶντες αὐτοῖς [illegible] Cyrill. παρεγγυᾶ, *intimo.* Hal. [illegible]*onſoribus promittant.* Τὸ παρεγ- [illegible]bendum ad παρέξωμεν.

(4) *Contenti*] Ante hoc verbum aſteriſcus eſt in textu Græco. Nihil tamen ſenſui deeſſe videbitur, ſi καθ' deleas, & pro ἀρκούμενοι legas ἀρκουμένους.

gnus Deus & Servator noſter Jeſus Chriſtus magnitudine bonitatis ſuæ multis nos bonis propter hoc etiam remuneretur.

CAPUT III.

Nos igitur hæc omnia illis, qui in provinciis ſunt, publicantes, & quæ noſtra erga ſubditos ſit clementia hoc ipſo oſtendentes, magis propitium & benevolum Deum habebimus, cum indemnitatis ſubditorum tantam curam agamus. Si vero hanc noſtram benignitatem conſecuti, in Magiſtratuum electione erraverint, neminem omnino quam ſeipſos accuſabunt. Quod ſi etiam illos eligere & ad nos referre differant, non juſte amplius eos accuſabunt, qui hinc in provincias miſſi ſunt, & propter tributorum collectiones omnia facere volunt, (5) neque nos impoſterum paſſuri ſumus, ut illi nos adeant, eoſve accuſent. Qui enim poteſtatem a nobis eligendi Præſidem acceperunt, ut Magiſtratu gratis accepto publica tributa inferant, ipſique ab illis nulla injuria afficiantur: hi, ſi circa eorum electionem negligentes ſint, plane tolerandi non erunt, quando de iis conqueruntur, nobiſque interpellationibus contra eas faciendis moleſti ſunt. Dilatione vero nemo plane in ſolvendis publicis tributis utetur, non ſacra domus, non ſanctiſſima Eccleſia, non venerabile Ptochium, vel Monaſterium, ſed nec major aut minor quædam perſona. Neque curiales, neque eos, qui Exceptores vocantur, neque etiam reliquos, quibus publicorum tributorum cura incumbit, periculo exinde venienti eximimus. Quæ enim in commune omnibus proſunt, hæc illorum injuſto propoſito, qui erga fiſcum ingrati eſſe volunt, præferimus.

EPILOGUS.

Ut vero ea, quæ recte nobis placuerunt, omnibus manifeſta fiant, Celſitudinem tuam, tum in felici hac urbe, tum in provinciis ſacrum hoc Edictum in manifeſtis in quaque civitate locis proponere jubemus: ut neminem providentia a Serenitate noſtra tum pro fiſco, tum & pro ſubditorum indemnitate inventa lateat. Dat. XV. Kal. Febr.

Eeeeee 3 Con-

(5) *neque*] Deeſt in *Gr.* textu, ſed ſuppleri debet.

Digitized by Google

Conſtantinopol. Imp. Dn. Juſtin. PP. Aug. Anno VIII. poſt Conſul. ejuſdem Anno III.

Tit. XXXIII.

(1) De ea, quæ raptori ſuo nupſit.

CONSTIT. CL.

HÆc conſtitutio confirmat pœnas in conſtitutione ipſam præcedente dictas. Jubet enim ne virgo rapta (2) raptori ſuo nubat. Si vero id fecerit, non ſuccedit illi, (3) cujuſcunque conditionis vel ætatis ſit. Nam ſi illi non jungatur, ſubſtantiam ejus accipiet. Si pater raptæ puellæ conſentiat, ut raptori ſuo jungatur: (4) in exilium mittetur. Si mortuus fuerit, nec conſenſerit, tum (5) raptoris bona (6) confiſcantur: ſcilicet (7) virgine illa rurſus matrimonio juncta, ejuſmodi nuptiæ inceſtæ ſunt.

Tit. XXXIV.

Ne Curialis, vel cohortalis ſine imperiali juſſu Præfectis inſinuando ſiſtatur, aut in jus vocetur.

CONSTIT. CLI.

Idem Imperator (1) Johanni glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.

Præfatio.

EXcellentia tua indicavit nobis, dicens, non debere (2) curiales, vel

(1) *De ea*] Extat Epitome hæc in Libr. *Baſil. lib. 60. Tit. 58.* Novellæ *143.* ſubdita.

(2) *nubat*] γαμηθῇ. Βασιλ. γαμήσῃ.

(3) *cujuscunque*] κἂν οἵας δήποτε &c. Τὸ κἂν deeſt in Βασιλ.

(4) *in exilium mittetur*] ἐξορίζεται. Βασιλ. περιορίζεται.

(5) *raptoris*] τοῦ ἅρπαγος. Βασιλ. τοῦ ἁρπάσαντος.

(6) *confiſcantur*] φισκεύηται. Βασιλ. εἰσκομίζεται.

(7) *virgine*] αὐτῆς τῆς κόρης. Βασιλ. αὐτοῦ, quod rectius videtur.

(1) *Johanni*] Hal. Ἀρεοβίνδῳ ὑπάρχῳ τῶν πραιτωρίων. *Areovindo Præfecto Prætorio.*

(2) *curiales*] Deeſt in Βασιλ. ut & paulo poſt.

Digitized by Google

vel cohortales (3) ex diverſis judiciis ad cauſam dicendam vel ad hanc felicem civitatem duci, vel ad alium mitti: ſæpe vero ſacras etiam noſtras juſſiones afferri, quæ id velint: ac petiiſti, ut ſacra pragmatica ſanctione prohiberetur, ne quis ſive ex cohortalibus, ſive ex curialibus, neque ex alia in aliam regionem ducatur, neque ad hanc felicem civitatem trahatur. Si vero ſacræ hac de re fiant (4) ſyllabæ, ut illæ Dicaſterio Excellentiæ Tuæ inſinuentur, & ſententias (5) comites accipiant.

CAPUT I.

Nos igitur omnem quidem productionem & exhibitionem averſamur: ſi vero aliquid tale fieri neceſſe ſit, nulli ex Magiſtratibus noſtris, præterquam throno tuo permittimus, cohortalem, vel curialem ad felicem hanc civitatem ducere: niſi id ſacra juſſione expreſſe permittente fiat, quam & Excellentiam tuam ſcire, neque citra ſententiam tuam illum in jus duci, propter publicam ſcilicet utilitatem convenit. Ne (6) qui publica tractant ea re abſtrahantur, atque hanc cauſam Rempublicam lædendi arripiant.

EPILOGUS.

Excellentia igitur Tua, quæ nobis placuerunt, & ſacra hac noſtra ſanctione declarata ſunt, effectui dare ſtudeat.

Tit. XXXV.

Ne ſacræ formæ de publicis negotiis editæ aliter valeant, quam ſi glorioſiſſimis Præfectis Prætorio (1) inſinuatæ fuerint, vel inſinuentur, (2) & ab illis confirmentur.

CON-

(3) *ex diverſis*] ἐκ διαφόρων δικαστηρίων. Hal. εἰς διάφορα δικαστήρια, *ad diverſa judicia.*

(4) *ſyllabæ*] συλλαβαί. *Hal.* vertit *formæ.* Syllabæ ſunt *literæ.*

(5) *comites*] ἀκολύθως. Βασιλ. & *Hal.* ἀκολούθως. *Hal.* vertit, *ut æquum eſt.*

(6) *qui publica*] οἱ τὰ δημόσια πράττοντες. *Hal.* (οἷα τὰ δημόσια πράττοντες) *ubi publicas tractant pecunias.*

(1) *inſinuatæ*] καταφανεῖς. Hal. ἐμφανεῖς.

(2) *& ab illis*] καὶ ἐκεῖθεν κυρωθεῖεν. Hal. καὶ ἐντεῦθεν κυρωθείησαν.

CONSTIT. CLII.

Idem Imperator Johanni glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.

PRÆFATIO.

CUm operam demus, ut Deo juvante diligenter negotia reipublicæ a Domino Deo nobis concreditæ adminiſtremus: ſanctionem de publicis rebus ad Magnificentiſſimum Ducem, vel Auguſtalem, vel clariſſimos provinciarum Præſides factam non aliter valere jubemus, quam ſi prius judicio Excellentiæ Tuæ inſinuetur: quæ vero inſinuatæ non ſunt, ut nullam vim habeant. Abſurdum enim eſt, ſacram ſanctionem de publicis negotiis factam, non prius throno Excellentiæ tuæ inſinuari, & tum demum (3) ad magnificentiſſimum Ducem, vel Auguſtalem, reliquoſve provinciarum Præſides mitti. Sacras enim illas ſanctiones, poſtquam Throno Excellentiæ Tuæ inſinuatæ ſunt, in provincias mitti, & effectui dari oportet.

CAPUT I.

SI quid igitur ad detrimentum publicum factum eſt, hoc irritum eſſe jubemus: ſancientes, ut impoſterum quælibet ſacra pragmatica ſanctio (ſive ad Auguſtalem, ſive ad Ducem, ſive ad reliquos provinciarum Præſides de publicis negotiis, ſicut dictum eſt, fiat,) omnino Excellentiæ Tuæ judicio inſinuetur, atque ita in provincias (4) cum juſſione, ut dictum eſt, Excellentiæ Tuæ mittatur. Quæcunque igitur ſacræ ſanctiones non ad detrimentum publicum fiunt, illæ ſuſcipiantur, & per præcepta injungantur, atque ab Excellentia Tua, ut effectui dentur, in provincias mittantur. Quæcunque autem ad detrimentum publicum per obreptionem fiunt: tales quidem ſanctiones Excellentia Tua ſuſcipiat, non vero, quæ in illis continentur, faciat, antequam ad nos retulerit: ut ſi quid forte ad detrimentum publicum factum eſt, id emendetur. Quæcunque igitur ſacra pragmatica ſanctio de publicis negotiis

(3) *ad magnif.*] Deſunt hic multa in edit. *Hal.*

(4) *cum juſſione*] προσταττόμενον μετὰ προσταγμάτων. Τὸ προσταττόμενον non legitur apud Hal.

negotiis facta throno Excellentiæ tuæ non inſinuatur, illam nullo tempore valere volumus. Dat. Kal. Junii Conſtantinopol. Dn Juſtin. PP. Aug.

Tit. XXXVI.

(1) De infantibus expoſitis.

CONSTIT. CLIII.

Idem Imperator Menæ, Glorioſiſſimo Præfecto Illyrici.

Præfatio.

Crimen a ratione humana alienum, & quod nec (2) ab omnibus barbaris committi credibile eſt, Andreas Dei amantiſſimus (3) Presbyter & ſanctiſſimæ Theſſalonicenſis Eccleſiæ Apocriſiarius (4) denunciavit nobis, quoſdam ex utero materno prodeuntes infantes ſtatim abjicere, illoſque in ſanctis Eccleſiis relinquere: poſtea vero quam a piis hominibus educationem & alimenta conſecuti ſunt, eos vindicare, & ſervos pronunciare: crudelitati ſuæ hoc addere cupientes, (5) ut quos in ipſis vitæ primordiis morti tradiderunt, eos, poſtquam adoleverunt, libertate privent. Quoniam igitur (6) ejuſmodi delictum multa in ſe continet ſcelera, cædem ſcilicet, & calumniam, & quæcunque in tali actione facile quis enumeraverit: eos, qui talia committunt, vindictam legum non effugere, (7) ſed quo reliqui moderatiores fiant, extremis pœnis ſubjici oportet: ut qui per impudentem actionem crimina ſua detulerunt: id, quod impoſterum, cuſtodiri jubemus.

Ffffff CA.

(1) *De infantibus*] περὶ τῶν χαμευρελῶν βρεφῶν. *Hal.* περὶ τῶν χαμεῤῥίπτων βρεφῶν. *de infantibus expoſitis.*

(2) *ab omnibus barbar.*] περὶ πάντων. Hal. παρὰ πάντων.

(3) *Presbyter*] deeſt in editione Haloandri.

(4) *denunciavit*] προσήγγειλεν. Hal. προσήνεγκεν.

(5) *ut quos*) ὥστε οὓς ἐν αὐτοῖς τοῖς τῆς ζωῆς &c. παραδεδώκασιν αὐξήσαντας στερῆσαι &c. Hal. τοὺς παραδεδωκότας &c. στερῆσαι &c.

(6) *ejusm. delictum*) τὸ τοιοῦτον ἀτόπημα. *Hal.* τὸ τοιοῦτον ἄτοπα πολλὰ &c. *hujus generis factum, multa ſimul abſurda.*

(7) *ſed quo*) ἀλλ' ὅπως. Hal. ἀλλ' ὡς δὲ

Digitized by Google

CAPUT I.

QUicunque igitur in Eccleſiis, vel vicis, vel aliis locis expoſiti probantur: eos omnibus modis liberos eſſe jubemus, licet, qui agit, manifeſte poſſit probare, & oſtendere, perſonam illam ad ſuum dominium pertinere. Si enim legibus noſtris præceptum eſt, ut ſervi ægrotantes, qui a Dominis contemti, & neque ab illis, (8) valetudine eorum deſperata, cura tanquam a dominis digni habiti ſunt, omnino in libertatem rapiantur: (9) quomodo eos, qui in ipſo vitæ initio aliorum hominum pietati relicti, & ab ipſis enutriti ſunt, in injuſtam ſervitutem trahi patiemur? Sancimus igitur, ut tam ſanctiſſimus Theſſalonicenſium Archiepiſcopus, quam ſancta Dei Eccleſia, quæ ſub illo conſtituta eſt, nec non gloria Tua illis auxilietur, libertatemque illis vindicet. Neque illi, qui hæc faciunt, legum noſtrarum pœnas effugient, ut qui omni inhumanitate & crudelitate repleti ſunt, omni homicidio tanto (10) deteriore, quanto miſerioribus id afferunt.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, Gloria Tua, & qui hoc tempore eundem Magiſtratum ſuſcepit, (11) vobiſque obtemperans cohors, operam adhibeant ut effectui & fini tradantur, atque obſerventur. Quinque enim librarum auri pœna illis incumbet, qui hæc violare audebunt, aut violari permittent. Dat. prid. Id. Decemb. Conſtantinop. Dn Juſtin. PP. Baſil. V. C. Conſ.

Tit. XXXVII.

De his, qui in Osroëna illicitas nuptias contrahunt.

CONSTIT. CLIV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Floro Comiti ſacrorum Privatorum.

PRÆ-

(8) *valetudine*) καὶ τῆς αὐτῶν ὑγείας ἀπελπισθείσης. Hal. ὡς τῆς αὐτῶν &c.

(9) *quomodo*) πόσῳ μᾶλλον, *quanto magis.* Βασιλ. πῶς ἀνέχῃ. Ita legendum, vel ante ἀνεξόμεθα, ὡς inſerendum, vel ſimile quid.

(10) *deteriore*) χεῖρον ad præcedens ἀμάρτημα ſpectat. Hal. χειρόνων *deteriora.*

(11) *vobis*) ἡμῖν legitur in *Gr.* pro ὑμῖν.

Præfatio.

INopinatus quidam rumor ad nos venit, illos, qui (1) Meſopotamiam & Osroënam provincias incolunt, audere illicitas nuptias contrahere, & Romanas leges pœnaſque in illis minitatas, tam veteres quam novas, violare: dum ad vicinos ſuos reſpiciunt, in illicitas atque prohibitas nuptias incidentes. Nos igitur nihil plane eorum credidimus. Neque enim putamus, homines, qui Reipublicæ noſtræ pars ſunt, tale quid agere & audere progeniem ſuam dehoneſtare nominaque confundere.

CAPUT I.

QUare & in ea inquirere, & ſi tale quid factum eſt, delinquentes ad ultimum ſupplicium trahere volumus. Verum quia longum tempus eſt, neque ejuſmodi delictum commiſſum eſſe credimus, licet quoque tale quid contigerit, præteritum tamen, quocunque modo id ſe habeat, illis, qui Osroënam & Meſopotamiam provincias inhabitant, propter (2) diverſas invaſiones, quæ in illis factæ ſunt, remittimus, & maxime propter agreſtem multitudinem, quæ ut plurimum talia peccare dicitur: idque in eadem forma nunc manere ſinimus, nihil eorum curioſe perſcrutantes, quæ uſque ad novam noſtram ſacram conſtitutionem hac in re forte peccata ſunt: ſed ſancimus, ut omnis ejus rei quæſtio de perſonis & rebus ad incolas illarum provinciarum pertinentibus prohibeatur. Poſt legem vero noſtram hac de re nunc latam, ſi quis tale quid facere, auſus fuerit, vel audeat, extremis eum ſuppliciis ſubjici volumus: ac ſciat is, quod non in pecuniariis pœnis ſubſiſtemus, ſed ipſum, & uxorem, liberoſque ex inceſtis nuptiis natos, poſt noſtram, ut dictum eſt, ſacram conſtitutionem ulciſcemur, capitiſque periculum & pœnam pecuniariam illis infligemus, nemini parcentes, nec ſi majoris, nec ſi minoris ſit conditionis, aut fortunæ, aut ſacerdotii, (hoc enim durius adhuc eſt) ſed omnes æqualiter punientes, ſolitum & Romanis legibus decentem ordinem ſervabimus: non

(1) *Meſopot.*) τὴν μέσην τῶν ποταμῶν. *Hal.* τὴν μέσων &c.
(2) *diverſas* διαφόρως. *Hal.* διαφόρων.

Digitized by Google

non ſolum ſubſtantiæ partem ablaturi, ſed & totam ſubſtantiam, partemque corporis, & (ſi minus ferendas eſſe illicitas nuptias inveniamus) ipſam etiam vitam forte: nec quiſquam effugere poterit, (3) ut pœnæ delictum ſequantur. Quæ enim recta ſunt & decent, ea ſentire oportet, alioſque ad parem æmulationem excitare, nec ipſos, quæ contra leges ſunt, facere, & ad mutuam imitationem confugere. Hæc igitur in dictis provinciis obſervari volumus, & tam civiles quam militares Magiſtratus hoc obſervent, efficiantque ut pœnæ peccantibus imponantur. Atque hoc ipſum illis, *(4)* qui in provincia ſunt, juſſu Tuo a Magiſtratibus illorum per programmata manifeſtum fieri volumus: niſi & ipſi extremis pœnis, Magiſtratus & ſubſtantiæ amiſſionibus, ſi quid horum neglexerint, ſubjici velint.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac pragmatica lege declarantur, Gloria Tua effectui dare ſtudeat.

TIT. XXXVIII.

Ut matres rationibus tutelæ ſubjaceant.

CONSTIT. CLV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Biliſario.

SUpplicem libellum clariſſima Martha potentiæ noſtræ obtulit, quo continebatur, Sergium magnificæ memoriæ, patrem ejus, cum moreretur, ipſam (1) in tenera ætate conſtitutam reliquiſſe, clariſſimamque matrem ejus Auxentiam, ubi apud acta dixit, ſe ad ſecundas nuptias non venturam, tutelam ſuſcepiſſe, & præſtito jurejurando legibus noſtris hac de re definito, bona adminiſtraſſe. His autem ab ipſa peractis,

(3) *ut pœnæ*) ἵνα τῷ τοῖς πέλας ἐν τοῖς πλημμελήμασιν ἀκολουθεῖν. Sic & Cod. Vatican. Hal. εἰς τὸ τὰς ποινὰς τοῖς πλημμελήμασιν ἀκολουθεῖν. *Ut per omnia pœnæ conſectaneæ ſint delictis.* Videtur legendum ἵνα τὸ τὰς ποινὰς τοῖς πλημμελήμασιν ἀκολουθεῖν, vel τὸ τὰς ποινάς. Sed ſtatuat Lector.

(4) qui in) τοῖς τῆς χώρας. Hal. ἐπὶ τῆς χώρας.

(1) in tenera) νεαρὰν ἔτι ἡλικίαν. *Hal.* τῇ ἡλικίᾳ.

Digitized by Google

peractis, quaſi nullum jusjurandum ab illa præſtitum & aſpernabilis ſubſtantia relicta eſſet, pauca quædam in inventario ab ea confecto deſignaſſe: poſtea ſecundas nuptias contraxiſſe, cum Petrum ipſi curatorem conſtituiſſet, duoſque ex ſecundo illo matrimonio habuiſſe liberos. Verum cum non recte erga ipſam affecta eſſet, tutorem ab illa conſtitutum ab adminiſtratione deſtitiſſe, cum vix decimum tertium annum ingreſſa eſſet, & ſuaſiſſe, ut curatorem ſecundæ ætatis (2) peteret, mox etiam perſuaſiſſe, ut ſecum tranſigeret, omnique actioni, quæ ſecundum leges propter tutelæ rationes ei competere poſſet, tranſactione illa renunciaret: cum in cubiculo tum eſſet, nihilque eorum, quæ gerebantur, ſciret. Neque enim fieri potuit, ut ea, quæ apud illam erat, nenimique de iis rebus, quæ adverſus ipſam gerebantur, quid dicere poterat, licet etiam damnum ipſi illatum, ſenſiſſet, aliquid eorum faceret, quæ impedire poſſent ea, quæ ad ipſius inſidias excogitata erant. Cum vero tempus efficeret, ut ipſa etiam, quod adverſus ſe agitabatur, ſentiret: ſe quidem rogaſſe matrem, ne iis, quæ contra eam facta erant, abuteretur, ſed ea ſibi præſtaret, quæ matrem decent, atque (3) paterna bona, quemadmodum legi placet, ſibi reſtitueret: illam vero liberis ſecundi matrimonii totam ſe tradentem, (4) nullum ſermonibus illis reliquiſſe locum: e contrario ſacram noſtram objeciſſe legem, quæ continet, quod non poſſit contra ipſam reſtitutionis jure uti: cum illa nihil tale de matribus liberorum ſuorum curam ſuſcipientibus & ſecundas nuptias amplectentibus ſanciat, ſed in aliis terminis & modis a pietate noſtra publicata ſit. Propterea ſupplicavit nobis, ut mentem ſacræ legis manifeſtam, atque indubitatam redderemus, neve mater ejus Auxentia, abutens iis, quæ illa continentur, res a patre relictas in proprium lucrum converteret.

(2) *peteret*) αἰτῆσαι. *Hal.* ζητῆσαι, *ut quæreret.*

(3) *paterna*) πατρῴων. *Hal.* πρώτων. Male.

(4) *nullum*) οὐδὲ τοὺς τοιούτους προσίεσθαι λόγους. *Hal.* προΐεσθαι, *neutiquam iſtiusmodi rationes edidiſſe.*

CAPUT I.

CUm igitur hæc contineret ſupplicatio, merito ad ſacram hanc pragmaticam ſanctionem reſpeximus, qua ſancimus, cum lex noſtra nullam earum mentionem faciat, quæ tutelam liberorum ſuorum ſuſcipiunt, & ſecundas nuptias eligunt: ne clariſſimæ Auxentiæ eadem ſacrà noſtra lege uti liceat, propter dictas cauſas actorumque confeſſionem, qua mediante tutelam Marthæ filiæ ſuæ ſuſcepit, & (5) qua legibus definitum jusjurandum, ſe non venturam ad ſecundas nuptias, ipſam præſtitiſſe probatur: & quod contemto jurejurando alii viro ſe junxerit, liberiſque ex eo ſuſceptis fecerit, ut de rebus reſtituendis clariſſima ejus filia Martha cum ipſa tranſigeret. Sancimus ergo, ut clariſſimæ Marthæ jure reſtitutionis omnino uti liceat, quippe quæ etiam nunc (6) vigeſimum ætatis annum ſe nondum ingreſſam dicit, nullatenus illi obſtante ſacra lege a nobis lata quæ ſancit, non poſſe liberos contra parentes ſuos, nec libertos contra patronos ſuos reſtitutionis jure uti: cum lex de iis, qui liberorum ſuorum tutelam ſuſceperunt, non loquatur, quin e contrario, alia ſacra lex a nobis poſtea lata ſit, quæ ſancit, ut tutores conſtituti non aliter (7) minorum tutelas ſuſcipiant, quam ſi eo tempore, quo conſtituti ſunt, teſtati fuerint, ſe minores indefenſos non relicturos: & ſi matrem etiam liberorum ſuorum tutelam ſuſcipere contingat, ut & ipſa hoc faciat, omnibuſque tutelæ rationibus ſubjaceat: & ſi alium velit liberis ſuis conſtituere, ut ſuo & rerum ſuarum periculo id faciat. Quare etiam hic omnino convenit, ut clariſſima Martha (ſi tempora, intra quæ reſtitutio illi competit, non præ-

(5) *& qua*) *δεικνύναι τε τὸν τοῖς νόμοις διωρισμένον αὐτῇ παρασχεῖν ὅρκον.* *H*aloander, præmiſſa verbis *διὰ τὰς εἰρημένας* &c. diſtinctione majore, legit *διὰ δὲ τὰς* &c. & vertit: *Propter cauſas autem prædictas, & quia monumenta actorum &c. oſtendunt legibus definitam* &c. Nos diſtinctionem *H*aloandri minus accuratam & illud *δὲ*, quod addit, delendum, noſtram vero lectionem retinendam putamus. Ac proinde pro *δεικνύναι* legendum *δείκνυται* ἢ vel ſimile quid, ut ſenſus ſit: *per quam actorum confeſſionem probatur* &c. Salvo tamen Lectoris judicio.

(6) *vigeſimum*] *H*al. *εἰκοστὸν πέμπτον*, *vigeſimum quintum*. Recte.

(7) *minorum*] *νέων ἐπιτροπάς.* *H*al. *οἰκείων παίδων.*

Digitized by Google

præteriiſſe oſtenderit) reſtitutione, reliquiſque omnibus utatur, per quæ leges noſtræ omnibus, qui imperfectæ ſunt ætatis, jus & auxilium concedunt. Potentia enim noſtra ſancit, ut reverentia parentibus a liberis debita, omniſque honor & cultus ſervetur, (8) dummodo nullum ab illis damnum his inferatur. (9) Ut vero liberos prioris matrimonii contemnamus, nec juſtum eſſe putamus, nec alias convenire, ut res, quæ (10) ex paterna ſubſtantia ad eos pervenerunt, matres poſſint vel ſibi, vel ſecundis maritis liberiſque ex ejuſmodi matrimonio natis lucrari.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra pragmatica lege declarantur, Gloria Tua ſimul cum beatiſſimo (11) Theopolitanorum Archiepiſcopo effectui dare ſtudeat. Dat. Kal. Febr. Conſtant. Dn. Juſtin. PP. Aug. V. C. Conſ.

Tit. XXXIX.

De prole ruſticorum dividenda.

CONSTIT. CLVI.

PRÆFATIO.

QUi negotia ſanctiſſimæ Apamienſis Eccleſiæ gerunt, docuerunt nos, ad alios quoſdam pertinentes ruſticos ſe ruſticis ſuis mulieribus junjunxiſſe, liberoſque procreaſſe: & petierunt (1) ut & ruſtici & illorum liberi ventrem maternum ſequentes ipſis reſtituerentur. Sed qui hæc petunt, neſcire videntur, quid conſtitutio noſtra, quæ nuper prodiit, ſibi velit.

CA-

(8) *dummodo*] ἐν ᾧ. Forte legendum ἐφ' ᾧ.

(9) *Ut vero*] τοὺς δὲ τῶν ἐκ &c. *Hal.* τὸ δὲ &c.

(10) *ex paterna*] ἐκ τῆς πατρῴων. *Hal.* πατρῴας. Non male.

(11) *Theopolit.*] τῶν Θεουπολιτῶν. Hal. addit ἐκκλησίας.

(1) *Ut &c. reſtituerentur*] ἀποδοθῆναι. *Hal.* ἀποδεῖναι, *ut ruſticos ipſis aſſignarent.* *H*æc lectio evidentior fuerit, *petieruntque*, ut & *ruſtici ſibi aſſignentur* & *horum filii. AGYL.*

Digitized by Google

CAPUT I.

NAm ſi liberi quidam ſecundum rationes in conſtitutione comprehenſas adſcriptiis jungantur, liberi matrem (2) ſequuntur, ubi ad libertatem non perveniunt. Si vero ruſtici ſunt, non amplius conſtitutio locum habet, ſed quemadmodum nuper decrevimus & ſancivimus, proles dividitur. Et ſi quidem numerus liberorum æqualis eſt, in duas partes dividitur: ſin autem inæqualis, vel etiam unus ſolum natus eſt, tum venter plus habet, quoniam & plus laboravit. Si unus eſt filius, is matrem ſequitur. Si tres nati ſunt, duo vel duæ erunt matris, unus vero domini patris ſequetur dominium. Atque ita ſemper imparem numerum (ſicut ante diximus) venter habebit. Et ſecundum hæc Apamienſes etiam ſobolem dividendam eſſe ſciant: ut, de quo longo tempore dubitatum eſt, id lege noſtra deciſum eſſe diſcant.

TIT. XL.

De ruſticis, qui in alienis prædiis nuptias contrahunt.

CONSTIT. CLVII.

Imperator Juſtinianus Lazaro Comiti Orientis.

PRÆFATIO.

EX iis, quæ varie ad nos relata ſunt, in Meſopotamia & inſuper (1) Osroëna provincia indignum quid temporibus noſtris committi didicimus. Conſuetudinem enim illorum eſſe, ut ex diverſis prædiis orti nuptias contrahant: jam vero dominos conari nuptias jam contractas diſſolvere, vel liberos natos a parentibus abſtrahere, (2) indeque omnes ruſticos illorum locorum miſere affligi, viris & mulieribus per vim diviſis,

(2) *ſequuntur*] ἀκολυθεῖν. Lege ἀκολυθήσει cum *H*aloandro.

(1) *Osroëna*] Hal. ὀσρήνην, *Osdrenam* vel *Osdroenam*.

(2) *indeque*] κἀντεῦθεν ὅλον τὸ τῶν τόπων ἐκείνων ταλαιπωρεῖσθαι γεωργικόν, διαιρουμένων ἐκ βίας ἀνδρῶν τε &c. *Hal.* κἀντεῦθεν ὅλον τὸν τόπον ἐκείνων ταλαιπωρεῖσθαι, γεωργικῶν διαιρουμένων ἐκ μιᾶς ἀνδρῶν τε &c. *exindeque totum illum locum miſere affligi, dum & ruſticani viri & mulieres ex una parte diſtrahuntur.*

Digitized by Google

diviſis, ſobole vero ab iis, qui illam in lucem produxerunt, abſtracta: & negotium ad ſolam noſtram providentiam pertinere.

CAPUT I.

SAncimus igitur, ut impoſterum prædiorum domini ruſticos ſuos, (3) qui ad eos ex lege pertinent, prout voluerint, cuſtodiant, ne cum iis, qui ex aliis prædiis orti ſunt, nuptias contrahant: nuptiæ vero hucuſque contractæ, ratæ ſint, nec quiſquam poſſit eos, qui jam juncti ſunt, ſecundum conſuetudinem, quæ antea obtinuit, divellere, vel cogere ut terram ad ipſos pertinentem colant, ſed nec liberos a parentibus prætextu ruſticæ conditionis abſtrahere. Quin etſi tale quid jam factum ſit, id (4) emendabis, & reſtitui jubebis, ſive liberos, ſive uxores a parentibus, vel maritis divelli contigerit: & qui impoſterum id facere audet, de ipſo etiam prædio periclitabitur. Sed matrimonia a metu nunc imminente liberentur, & parentes liberos ex hac noſtra juſſione habeant: neque prædiorum poſſeſſores ſubtiliter diſputare, & vel matrimonio junctos, vel liberos divellere poſſint. Qui vero tale quid facere auſus fuerit, etiam quantum ad ipſum prædium in periculo erit, cui ſcilicet ruſticos vindicare conatur.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac pragmatica ſanctione declarata ſunt, Magnificentia Tua, tibique obtemperans cohors, & qui impoſterum eundem Magiſtratum geret, ut effectui dentur, & obſerventur curet: (5) trium librarum auri pœna ei, qui hæc violare nititur, imminente. Dat. Kal. Maji Conſtantin. Dn. Juſtin. PP. Aug. Biliſ. V. C. Conſ.

(3) *qui ad eos*] ſequentia uſque ad verba, *nec quiſquam poſſit*, non leguntur in edit. Hal. ad ſenſum tamen neceſſaria ſunt.

(4) *emendabis*] ἐπανορθώσεις. Hal. ἐπανορθῶσαι, ut cohæreat cum ſeq. παρασκευάσεις. Idē vero utrobivis ſenſus eſt.

(5) *trium libr. auri*] *Hæc* Latina in textu leguntur, addito per parentheſin (ἤτοι τριῶν λιτρῶν χρυσίου) Quæ Græca cum idem velint, in verſione ut ſuperflua omiſimus.

Tit. XLI.

Ut jus deliberandi etiam ad impuberes tranſmittatur.

CONSTIT. CLVIII.

Præfatio.

(1) Legimus Theclæ & Mannus libellum ſupplicem, qui declarat, Theclam quandam vitam finiiſſe, relicta filia Sergia impuberem ætatem agente, & cum vix ſedecim dies matri ſupervixiſſet filia, in nupera illa contagione obiiſſe: eam vero, quæ nobis ſupplicavit, ſororem patris Sergiæ fuiſſe dicit. Coſmam autem Theclæ fratrem hæreditatem Sergiæ vindicaſſe, eoque nomine (2) in jus eam vocaſſe. Hanc vero, ne de iis, quæ ſe recte non (3) habent, contenderet, Joannem Advocatum fori provincialis adiiſſe, & de legibus, quæ hanc cauſam reſpiciunt, interrogaſſe, illumque in ſcriptis reſponſum ipſi dediſſe, quo declaravit, Sergiæ hæreditatem ipſi deferri. Atque ea de cauſa judicem cauſæ elegiſſe ipſum Joannem, Coſmæ partes agente Aſclepio Scriniario quodam (4) militaris per Orientem Magiſtratus: & Joannem contrariam ſententiam iis, quæ in ſcriptis reſponderat, tuliſſe, uſum ad ſententiam ſuam lege Theodoſii (5) piæ memoriæ, quæ dicit, non poſſe eum, qui nondum ſeptem annos natus eſt, maternam hæreditatem vindicare, ſi tutorem non habeat, ſed eam illis deferri, quibus competitura erat, ſi defunctus impubes ad hæreditatem a legibus vocatus non eſſet. Neque hæc ſolum dixiſſe in ſententia, ſed & effeciſſe, ut, quæ nobis ſupplicavit, pacta ſententiæ congrua faceret, eademque rurſus Aſclepio, qui pro Coſma cauſam agebat, dictaret: petiitque a nobis, (6) ne ipſam injuria ſic affectam negligeremus, maxime cum

(1) *Legimus*] ἀνεγνώσθη. Hal. ἀνηνέχθη. *oblatæ ſunt preces.* Non male.

(2) *in jus*] καὶ δίκην αὐτῇ ὑπὲρ αὐτοῦ λαχεῖν. *Hal.* λαβεῖν. *dictaſſeque eo nomine judicium.*

(3) *habent*] ἐχόντων. deeſt in Codice *H*aloandri.

(4) *militaris*] τῆς κατὰ τὴν ἕω στρατηγίδος ἀρχῆς. Hal. στρατηγίδος.

(5) *piæ*] θείας. Hal. ἀληθείας. *Juſtiſſimi Principis.* Nuſquam uſus eſt Imperator vocabulo ἀληθείας hoc ſenſu.

(6) *ne &c. negliger.*] μὴ περιιδεῖν. Illud μὴ non legitur apud *Hal.* qui vertit, *ut ipſam reſpiceremus.*

Digitized by Google

cum etiam lex in Codice, qui a nobis nomen habet, poſita ſit. quæ jubet eum, qui loqui poteſt, maternam hæreditatem recte vindicare: & rurſus aliam legem poſuerimus, quæ vult, ut, ſi quis hæreditate ſibi delata, antequam eam vindicet, vel contrariam (7) de ea oſtendat ſententiam, moriatur: ad hæredes ſuos, qu[illegible] tem, jus deliberandi tranſmittat. Legem enim nuper a nobis latam, quæ agnatis & cognatis eundem in hæreditatibus locum concedit, in hoc caſu locum non habere, cum (8) noſtra antiquior ſit, ex qua lex valere juſſa eſt.

CAPUT I.

SAncimus igitur ut Gloria Tua, ſi hæc ita ſe habere invenerit, ſupplicanti auxilio ſit, eique legem noſtram ſervet, quæ jus deliberandi illi præbet, Sergia ſcilicet antequam annus præteriret poſt matrem ſuam mortua, atque (9) Sergiæ matris hæreditatem vindicare volenti operam præſtet. Neque enim quis Theodoſii piæ memoriæ noſtramque legem in eodem libro poſitam, (10) contrariam eſſe dicat: cum nihil in eo contrarii poſitum eſſe, in conſtitutione illa affirmaverimus, quam illi præmiſimus. Sed obtineat quidem lex noſtra in hoc caſu, illiſque, qui ei, de quo quæſtio eſt, ſimiles ſunt: Theodoſii vero piæ memoriæ lex obtineat, in quibus annus præteriit, & tempus deliberandi elapſum eſt. Pacta enim poſt ſententiam conſcripta cum libero, qui nec acquirere potuit, inita, Coſmæ nullam actionem ad ea, quæ in iis confeſſa ſunt, dediſſe manifeſtum eſt. Dat. prid. Id. Jul. Conſtantinopolit. Dn. Juſtin. PP. Aug.

(7) *de ea*] ὑπὲρ αὐτῆς. Hal. αὐτῶν. Male.

(8) *noſtra*] τῆς ἡμετέρας. Cujac. in Expoſ. h. Nov. legendum judicat τῆς ἡμέρας, quia hæc ſpecies ſit antiquior ea die, ex qua *Nov. 118.* valere juſſa eſt, quæ ad præterita non pertineat. Quod probandum.

(9) *Sergiæ &c. volenti*] βουλομένῃ: quaſi ad præcedens μητρὶ referendum ſit. Videtur autem legendum βουλομένης Σεργίας. Sergia enim filia eſt & Thecla mater. Illud παρέχειν ſuperfluum judico.

(10) *contrarium*] ἐναντίον εἶναι. Hal. ἐναντίως ἔχειν εἶναι.

Tit. XLII.

(1) Ut reſtitutiones in uno gradu ſubſiſtant.

CONSTIT. CLIX.

Idem Imperator Petro glorioſiſſimo Præfecto (2) Prætorio.

TAntum nobis humanitatis (3) adeſt, ut neque privatas cauſas, quæ (4) judiciariam quæſtionem tranſcendere nobis videntur, legibus noſtris definire dedignemur: ne cauſa, quæ privatam cognitionem excedit, in judicium delata, litigantes diu atterat. Sæpe itaque glorioſiſſimus Alexander ad nos retulit, glorioſæ memoriæ patrem ſuum Jerium, cum teſtamentum ſcriberet, his verbis uſum eſſe: Volo, ac jubeo, ut hæredes mei, Clariſſimus quidem Conſtantinus aſſignatam ſibi domum cum omnibus illis, ſicut ante ſcriptum eſt, juribus illi annexis, & ſuburbium in Copariis, cum omnibus, ſicut ante ſcriptum eſt, juribus ad id pertinentibus, & Domum in Antiochia (5) ad Ammianum: dulciſſimus vero Anthemius ſuburbium in Blachernis, ad Eugenium & Julianum glorioſæ memoriæ, & ſuburbium in promontorio ſinus Soſthenii, quondam ad Ardaburium glorioſæ memoriæ: Clariſſimus autem (6) Calliopius ſuburbium Bytharium, ſeu Philothei: & Clariſſimus Alexander ſuburbium in Venetis, nec per venditionem, nec donationem, nec permutationem, nec alio quocunque modo

(1) *Ut reſtitutiones*] ὥςε τὰς ὑποκαταςάσεις μέχει ἑνὸς βαθμοῦ ἵςαϲθαι. Non aſſentior Alciato, qui in *Nov. Juſtiniani 159.* ſic legendum putat, ὥςε τὰς ὑποκαταςάσεις μέχει ἐν α. βαθμοῦ ἵςαϲθαι. Primum enim ſic Græci non loquuntur, μέχει ἐν α. ſed μέχει α. deinde ex eo quod priore loco in ea Novella conſtituitur, apparet recte ſcriptum μέχει ἑνὸς βαθμοῦ, quandoquidem Juſtinianus conſtituit, ſi inter filios facta ſit precaria ſubſtitutio, ut non porrigatur ultra filiorum gradum, & licet &c. *CUJAC. Obſerv. IV. 38.* ubi vide plura.

(2) *Prætorio*] Addit Hal. *iterum Exconſule & Patricio.*

(3) *adeſt*] πάρεςι. *Hal.* πάρεςιν.

(4) *judiciariam*] δικαςικὴν. *Hal.* δικαςῶν, *judicum.*

(5) *ad Ammianum*] τὸν κατὰ Ἀμμιανόν. Puto his verbis & ſequentibus vicinos deſignari. Hal. τῷ &c. minus recte.

(6) *Calliopius*] Hal. Καλλίπιον, *Calipium.*

modo alienent, nec abjiciant, (7) aut ipſas domus, vel ſupra ſcripta quinque ſuburbana mei nominis meæque familiæ alienent. Sed ſi quidem (quod opto) liberi illis naſcantur, & relictis liberis vel nepotibus legitimis aut naturalibus moriantur, quilibet illorum aſſignatum ſibi ſuburbanum, & domos, tam eam, quæ in hac regia urbe, quam quæ in Antiochia ſita eſt, liberis & nepotibus, legitimis aut naturalibus relinquat. Credo enim eos nec in naturalibus liberis aut nepotibus hanc meam diſpoſitionem & voluntatem neglecturos eſſe. Si vero omnes, vel aliqui, vel unus ex illis nullis liberis relictis (quod abſit) moriatur, volo & jubeo, ut qui ſine liberis moriturus eſt, ſuperſtitibus, vel ſuperſtiti fratri ſuo ante ſcriptas domos, tam quæ hic, quam quæ in Antiochia eſt, & ante dicta quinque ſuburbia cum omnibus illorum juribus, omnique ambitu (8) ſine mora reſtituat: ceſſante inter eos ſatisdatione, quæ in fideicommiſſis & legatis obtinet. Volo enim & jubeo, ne illi a ſe invicem dictas ſatisdationes exigant; illis, vel eo, qui præter paternam meam & piam circa illos voluntatem, a fratribus ſuis, aut fratre ſuo ſatisdationem in rebus alienari prohibitis exigere nitentur vel nitetur, omnimodo fideicommiſſi amiſſionem ſuſtinente vel ſuſtinentibus. Et hæc quidem eum in teſtamento dixiſſe: ſcripſiſſe autem & Codicillum, ac ejuſmodi verbis in illo uſum eſſe: Manifeſtum igitur facio, me ſcriptum teſtamentum feciſſe, & quæ eo continentur, prout mihi viſum fuit, diſpoſuiſſe: voloque & jubeo, ut omnia, quæ illo teſtamento continentur, omni modo valeant, his ſolis exceptis, quæ in hoc meo Codicillo aliter diſpoſuero, vel legata alicui relicta ademero. Volo igitur & jubeo, ut ſuburbium meum, quod vocatur Coparia, & in prædicto teſtamento Conſtantino Magnificentiſſimo meo filio reliqui, detur plenoque poſſeſſionis & dominii Jure ad clariſſimum & generoſiſſimum meum nepotem Jerium, Magnificentiſſimi Conſtantini filii mei filium totum illud ſuburbium pertineat, cum Prætoriis,

(7) *aut ipſas*] τὰς αὐλὰς οἰκίας. *Hal.* ἢν αὐτὴν οἰκίαν. Vide quæ ſequuntur, & initium præfat.

(8) *ſine mora*] ἀπροφασίστως. Hal. ἀναντιλέκτως.

(9) *& ſcalis*] σκαλῶν. Vid. *Nov. 28. n. 4.*

toriis, quæ in illo ſunt, (9) omnibusque ſcalis, & quæ locantur ædibus. (ſive intra, ſive extra urbem) atque ergaſteriis, balneo, & hortis, tum qui intra, tum qui extra muros ſunt, & hippodromo, ac horto, qui in eo eſt, & ciſterna, omnique plane jure, in eodem ſuburbio quocunque modo mihi competente. Id ipſum autem ſuburbium dicto clariſſimo nepoti meo Jerio tunc dari volo, quando poſt mortem meam per patris ſui emancipationem ſui juris factus fuerit: nulla licentia eidem nobiliſſimo (10) meo nepoti, quin nec illis, qui vel ex hoc meo teſtamento, vel ex teſtamento clariſſimi mei nepotis in eadem jura ſuccedent, conceſſa, ut ſuburbium illud, ejuſve partem, aut jus vendant, vel permutent, vel alicui donent, vel qualicunque modo alienent: quod id ipſum ſuburbium, ſeu domum, ſitum ſitamve intra portam muri ficuum, quæ ducit ad venerabile Martyrium ſanctæ Theclæ, per omnia & perpetuo in familia mea manere, neque unquam a nomine meo abire velim. Volo autem & jubeo, ſi prædictum nobiliſſimum meum nepotem Jerium, intra pubertatem vel etiam poſt pubertatem, ſine liberis tamen ex legitimis nuptiis illi natis mori contingat: ut poſſeſſio & dominium ſuburbii ejus, ſeu domus perveniat, & deferatur, ſeu (11) reſtituatur magnificentiſſimo ejus patri Conſtantino ſub eadem lege, ne unquam extra familiam meam, vel nomen meum alienetur. His igitur factis, ipſum quidem mortuum eſſe: Jerium vero glorioſæ memoriæ domum quidem Theopoli ſitam, quæ ex paterna ſucceſſione ad eum venerat, aliis vendidiſſe perſonis: domum autem, quæ in felici hac urbe eſt, & ſuburbium inſuper Codicillo illi datum, quorum omnium alienatio prohibita eſt, in Conſtantinum glorioſæ memoriæ filium ſuum transmiſiſſe; illumque rurſus gravida uxore relicta mortuum eſſe, ſcripto teſtamento, in quo diſpoſuerit, ut ſive infans non fuerit natus, ſive natus intra pubertatem deceſſerit, tam mater ejus glorioſiſſima Maria, quam etiam conjux ejus inclyta Maria, ad

(10) *meo nepoti*] Poſt hæc verba inſerit Hal. ἐκβαίνειν τὸν τοῦ πράγματος ὅρον, *ut præfinitum rei terminum excedat.* In ſeqq. pro εἴτε legit ἤτοι, omiſſis quibusdam.

(11) *reſtituatur*] ἀποκαταστῆναι. Hal. ἀποκαθίστασθαι. Sic legendum.

ad ſucceſſionem ejus vocarentur. Poſtquam vero ipſa quoque nata filia in infantia & tenera adhuc ætate deceſſit, ad dictas inclytas mulieres & reliquam ſubſtantiam, & domum in magna hac urbe, & inſuper ſuburbium illud, quod diſerte in Codicillis Jerio glorioſæ memoriæ relictum erat, delata eſſe: meritoque tam ex teſtamento, quam ex verbis codicilli, domum atque ſuburbium ſe vindicare poſſe, cum ſolus ex Jerii glorioſæ memoriæ liberis ſuperſit, & nunc primum etiam in familiæ nomine gradum obtineat. Verum qui pro Maria & Maria, glorioſiſſimis fœminis, verba faciebant, nullum dicebant verbis teſtamenti locum eſſe. Neque enim Conſtantinum glorioſæ memoriæ ſine liberis defunctum eſſe, ut utriusque domus reſtitutioni locus ſit. Sed nec glorioſiſſimum Alexandrum, quantum ad ſuburbium, ſecundum legem eas adgredi: cum & ipſe ſuburbium, quod ipſi relictum erat, ante alienaverit, cujus alienationem communis pater una cum aliis prohibuerat: reliquos etiam fratres idem feciſſe, legesque noſtras, ſi ſimul omnes, in quibus tale quid diſpoſitum eſt, voluntatem defuncti tranſgreſſi ſunt, omnibus æqualiter reſtitutionem adimere: ne, ſi illi mutuo ſe conveniant, multis judiciis in una cauſa ſubjiciantur, legesque hac de re poſitas in memoriam nobis revocarunt. Glorioſiſſimus vero Alexander maxime quidem de utraque domo recte ſe actionem movere dicebat, (defunctum enim (12) in codicillo voluntatem ſuam etiam de reliquis rebus declaraſſe, ut qui familiæ ſuæ res ſervare voluerit,) ſed in ſuburbio juſtioribus rationibus uti. Neque enim recte illas ſibi alienationem objicere, cum Imperiali juſſu id facere (13) compulſus fuerit. Ac multa verba ea de re utraque pars fecit, nunc teſtatoris interpretantes voluntatem, nunc legibus noſtris utentes, quas ſibi utiles eſſe putabant.

CAPUT I.

Nos igitur & legum & teſtamenti interpretationem propoſitam videntes, non nuda ſententia, ſed lege hujus cauſæ deciſionem com-

(12) *in Codicillo*] ὑπὸ γὰρ τῶ κωδικίλλῳ. Sic & in præced. legitur. Hal. ὑπὸ γὰρ τῷ κωδικίλλῳ.

(13) *compulſus*] συναχθεὶς. Hal. συγχωρηθεὶς, *cui indultum fuerit.*

complectendam eſſe putavimus, ut & hanc dubitationem dirimeremus, & reliquis de his rebus contentionem præriperemus. Unde ſubtilius diligentiusque verba teſtamenti inſpicientes, ipſis liberis, qui hæreditatem adierunt, (14) alienationem prohibitam eſſe invenimus, ſi abſque liberis eos vita excedere contigerit, non vero illis liberis, qui ſemel iis ſucceſſerunt: ſed contentum fuiſſe defunctum, ſi usque ad liberos prohibitionem ſiſteret. Neque enim eum, ſi & ipſi relictis liberis diſceſſerint, reliqua curioſe perſcrutari, neque liberorum vita longiorem prohibitionem alienationis facere voluiſſe. Codicillum vero de ſolo ſuburbio factum, etiam illis, qui ex Jerii glorioſæ memoriæ (junioris ſcilicet) teſtamento res acceperunt, prohibuiſſe ſuburbium alienare: & quod exinde ſequitur, defunctum voluiſſe, ut illud perpetuo in familia maneret. Hæc igitur ſunt, quæ in controverſiam venerunt.

CAPUT II.

CUm igitur omni, qua decet, diligentia cauſam conſideraverimus, in aliis quidem rebus, quarum Conſtantinus glorioſæ memoriæ Jerii ſenioris filius ex teſtamento patris dominus factus eſt, quæſtionem non recte (15) inſtitutam, ab actione vero harum rerum non ſolum Alexandrum glorioſiſſimum, ſed & reliquam omnem familiam arcendam eſſe putavimus: cum & verba teſtamenti ad ſolos liberos prohibitionem ſiſtant, & ipſi Jerii glorioſæ memoriæ liberi, per quos illi, (16) qui poſt eos pars familiæ ſunt, Jerii jura ſibi vindicant, (17) res quaſdam alienaverint, ſimpliciterque ſubſtitutioni quaſi una voluntate renunciaverint. Quantum vero ad ſuburbium, cujus dominum eſſe Jerium glorioſæ memoriæ codicillus oſtendit, multa ſcrupuloſitate plenum

(14) *alienationem*] *alienationem prohibitam eſſe invenimus, ſi abſque liberis eos vita excedere contigerit, non vero liberis, qui ſemel iis ſucceſſerunt.* Deſiderantur hæc in Cod. *Hal.*

(15) *inſtitutam*] ἐνστᾶσθαι. *Hal.* ἐνίστασθαι.

(16) *qui poſt*] οἱ μετ' ἐκείνους τῆς φαμιλίας. *Hal.* οἱ μετ' αὐτοὺς ἐκείνους.

(17) *res quaſdam*] τινὰ τῶν παρ' αὐτοῖς, καὶ ὅλως ὥσπερ εἰς τὴν ὑποκαλέσαιεν ἐκ γνώμης ἀπαγορευούντων μιᾶς. Hal. τινὰ τῶν παρ' αὐτοῖς καθεστώτων, ὥσπερ ὑποκαλέσαιεν ἐκ γνώμης ἀπαγορεύοντος μιᾶς. Noſtra lectio retineri poteſt, ſi τὸ εἰς tollatur.

num nobis viſum eſt, poſt quatuor generationes, ejuſmodi quæſtionem in medium proponere. Cum enim Maria & Maria, glorioſiſſimæ fœminæ, adhuc ſuperſtites ſint, (quæ & ipſæ in familia (18) ponendæ ſunt: legibus noſtris nurus etiam hac appellatione dignantibus) neque recte neque decenter glorioſiſſimus Alexander litem ab ipſis motam inſtituit. His vero etiam defunctis, cum quatuor generationes jam prætериiſſe videantur, non patiemur tam veterem cauſam in judicia deduci, maxime cum (19) Conſtantini filia adeo tenera ætate vitam finierit. Quare etſi is teſtamentum non feciſſet, tamen ad matrem ejus ſuburbium veniſſet, quaſi non ipſa pupilla, ſed lex horum cauſa fuiſſet, & nemo ex Jerii glorioſæ memoriæ ſucceſſoribus circa voluntatem illius peccaſſet. Licet enim Conſtantinus ſcripto teſtamento quaſdam ſubſtitutiones, filia infra pubertatem mortua, feciſſet, exinde tamen nihil magni introduceretur: cum ipſa lex per ſe matri pupillæ, hac ſine teſtamento defuncta, ſubſtantiam præbeat.

CAPUT III.

SAncimus igitur, ut neque glorioſiſſimus Alexander, ejuſve liberi, neque (20) ſucceſſores reliquorum Jerii ſenioris glorioſæ memoriæ liberorum, neque alius quis ex omnibus, qui ad eandem familiam referuntur, vel contra Mariam & Mariam, glorioſiſſimas fœminas, propter res apud ipſas exiſtentes, vel contra alios veniant, apud quos res nunc ſunt, vel ad quos ſequente tempore perventuræ ſunt, quarum alienationem Jerius glorioſæ memoriæ prohibuit: vel plane impoſterum prohibitionis nominiſque familiæ mentionem faciant, & jus aliquod exinde acquirant: cum reliqui etiam Jerii glorioſæ memoriæ filii, res ſuas alienarint, & reliquorum quoque alienationibus conſenſerint, atque tam ſibi ipſis, quam etiam ſucceſſoribus ſuis actiones, quæ exinde competere poterant, ſuſtulerint, & cœteræ rationes, quas ante

(18) *ponenda*] θετέον. *Hal.* τιθέντων. *quas alicubi* & *ipſa noſtra leges in familiam reponunt, ut qua ſponſas* &c. eodem ſenſu. Noſtra tamen lectio purior eſt.

(19) *Conſtantini*] *Hal.* Κωνσταντῖνος, *Conſtantis*, & mox Κώνστας.

(20) *ſucceſſores*] διαδόχους, deeſt apud *Hal.*

diximus, ad hanc ſententiam & judicium nobis ſufficiant. Atque hæc non ſolum hujus cauſæ deciſio ſit, ſed & reliquarum, in quibus, ejusmodi prohibitione facta, tot ſucceſſiones prætericrunt, & ultimus hæredum per intermedium quendam impuberem hæreditatem ſuſcipiat. Tunc enim illis quoque, qui ſunt extra familiam primi prohibentis, ex hac noſtra lege res tranſmittere licebit. In commune enim hanc legem, tam de præſenti caſu, quam etiam de prohibitionibus poſt hæc faciendis tulimus: tum eam, quæ nunc incidit, contentionem componentes, tum & futuras forte præcidentes.

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, atque hac lege declarata ſunt, hæc ut in felici hac urbe proponantur, & effectui dentur atque obſerventur Gloria tua præcipiat. Dat. Kal. Jan. Conſtant. Dn Juſtin. PP. Johannes & Curius ſubditis obtulimus.

Tit. XLIII.

Exemplum ſacræ pragmaticæ (1) ſanctionis.

CONSTIT. CLX.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Papio.

Præfatio.

ARiſtocrates (2) facundiſſimus pater Aphrodiſienſis civitatis, & qui in ea ſunt poſſeſſores, ſupplices nobis facti ſunt, dicentes, prædictam urbem &c. Ac primum quidem illud (3) putamus, quoſdam leges noſtras ita accipere & intelligere, ut exinde, quod minime oportebat, injuſtarum actionum occaſiones (4) ſibi ſumant. Edocti enim

ſumus

(21) Hoc loco *Haloander* multa addit, quæ ad Novellam non pertinent, ſed verba cujuſdam Commentatoris Græci eſſe videntur.

(1) *ſanctionis*] Hal. addit *περὶ τόκων, de uſuris*. Confer. *l. 1. Cod. Th. d. Curat. Calend.* ibique *Gothofr.*

(2) *facundiſſimus*] ἐλλογιμώτατος. *Hal.* λογιώτατος, *prudentiſſimus.*

(3) *putamus*] νομίζομεν. Hal. γινώσκομεν, *cognoſcimus.*

(4) *ſibi*] ἑαυτοῖς. Hal. αὐτοῖς.

[illegible]
dam ex potentibus civitatis, aurum illud collocaſſe, ut pro eo civitati ſingulis annis id ſolveretur (ſive quis (5) poſſeſſionem, ſive reditum, ſive uſuras id appellare velit) quod civitatem accipere convenit, quamdiu aurum apud accipientem maneret. Illos vero, qui pecuniam acceperunt, quia conſtitutionem fecimus ne creditoribus ultra alterum tantum debitum exigere permittatur, (6) ſed ut eo ſolo contenti ſint, dicere, quia ultra duplum ſolverunt, debere legatum civitati perire: atque ita calefactiones publicarum balnearum inde factas lædi, operaque publica diminui, & legem noſtram, earumque interpretationem civitatem affligere.

CAPUT I.

Quare ut hæc omnia ex civitate noſtra expellamus, ſancimus, ut illi, qui aurum ita acceperunt, ut pro eo penſionem quandam civitati ſolvant, quamdiu aurum habent, id inferre cogantur, quod pro eo ſingulis annis promiſerunt, neque plane ſacra conſtitutione ad hoc utantur. Illam enim de creditoribus & ſpeciebus ea expreſſe comprehenſis conſcripſimus. Præſens vero caſus illam non tangit, ſiquidem magis reditui annuo, quam ſolutioni uſurarum ſimilis eſt. Nos autem æqualiter & fiſci & civitatum curam gerere oportet. Si quis autem poſt hanc etiam ſanctionem noſtram, aliter ea, quæ a nobis ſancita ſunt (7) ſolvat, & civitatem dato auro privare velit: omni tempore, quantum civitati debet, deponat, & duplum reddat: ut doloſæ interpretationis juſtam remunerationem accipiat: quia cum bonus poſſet civis eſſe, ita malus eſt, (8) ut patriam lædat.

Hhhhhh 2 TIT.

(5) *poſſeſſionem*] νομήν. *Hal.* *paſtum.* Cujac. *in tributionem*, male alii *paſtum.* *in Expoſ. h. Nov.* Heſych. Νομὴ, διαίρεσις, μερισμὸς, νέμησις. Νομὴ, τροφὴ, βοσκή, ποινή, μερὶς ὕδατος. Gloſſ. Jur. Νομὴ ἡ φυσικὴ, πράγματος κατοχὴ &c. *Hoc* loco idem eſt, quod *uſura*, *ſtipendium*, *tributum*. Nam in præced. eſt νέμασθαι τὸ χρύσιον, *pecuniam collocare.*

(6) *ſed ut contenti*] *Hal.* ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τούτῳ τῷ διπλασίονι* διὰ τὸ πρεσβεῖον &c. *Sed hoc ipſo duplo contenti ſunt, ſane legatum civitati deperire.*

(7) *ſolvat*] καταβάλλοι. Hal. & Βασιλ. καταλάβοι.

(8) *ut patriam*] εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν αὐ-

TIT. XLIV.

CONSTIT. CLXI.

PRÆFATIO.

NOn ſolum ea, quæ decet, legibus ſancire, maximum bonum eſt, ſed & ſancita diligenter ſervare, & effectui dare, tranſgreſſoreſque convenientibus pœnis ſubjicere. Quæ enim utilitas erit legum, ſi illæ in literis conſiſtant, neque re ipſa & facto utilitatem ſubditis præbeant? Scimus igitur, Imperatorem magnam ſubditorum curam gerere, cum ſæpius definierit, ut provinciarum Præſides gratis Magiſtratus accipiant, quo ſancte illis utentes ſubditis juſtitiam æquitatemque tribuant, & fiſcus propter ſubditorum indemnitatem abundet. Sed hæc quidem ab avaritia eorum, qui Magiſtratus emunt magis quam accipiunt, devicta, paulatim oblivioni tradita ſunt.

CAPUT I.

NOs vero latas de his leges renovantes, ſancimus, ut illi Magiſtratum gerant, qui bona exiſtimatione ſpectati ſunt, plurimamque in juſtitia curam collocarunt, & ſine ullo dono & largitione Magiſtratus ſuſcipiant: ac ſubditos quidem illæſos indemneſque ſervent, publica vero tributa diligenter exigant, neque per ſe, vel Aſſeſſores ſuos, aut Cancellarios, aut domeſticos, aut quendam ex illis, qui ad eos pertinent, a ſubditis quid accipiant, niſi quadruplum (ut leges loquuntur) ejus, quod ab ipſis acceptum eſt, ſolvere velint: ſed illis contenti ſint, quæ a fiſco & lege definita ſunt. Quando Magiſtratu abeunt, per legitimos quinquaginta dies exſpectent, in publico verſantes illiſque, qui agere volunt, reſpondeant. Lite vero intra quinquaginta dies non finita: ſi quidem pecuniaria ſit, procuratorem dent: ſin autem criminalis, ad finem uſque cauſæ maneant: his, qui cauſam cognoſcunt, ſive Magiſtratus ſint, ſive a Præfectis dati, niſi intra viginti dies

τὴν ἀδικίαν. *Hal. ut quæ illum in lucem protulerit.* Ἐγχώριος eſt *patria.*

dies a lite cœpta eam finiverint, decem auri libris multandis, lite ſecun- [illegible], quæ dicta ſunt, procedente. Nam ſi quidam ex illis mala conſcientia acti clam aufugiant, vel ad ſacras domus accurrant, hi ſubſtantiam ſuam amittant, inter eos, qui injuria affecti ſunt, ſecundum legem & pro modo delictorum dividendam. Et quemadmodum conſtitutio de hoc edita, & * ex una parte, prout ante ſancitum eſt, ſubſtiterit, ea, quæ pro ſubditis introducta ſunt, firma maneant: firmis ſcilicet manentibus reliquis etiam, quæ ad utilitatem ſubditorum de Præſidibus bene ab Imperatore ſancita ſunt. Quemadmodum autem eos, qui ita peccant, punimus, ita illos quoque, qui hac occaſione quid ab iis ex rebus prohibitis accipiunt, quadrupli reſtitutioni ſubjicimus.

CAPUT II.

Atque ut hæc ſanciremus in mentem nobis venit, qui ſubditorum opulentiam & commoda pluris facimus, quam reditus exinde Reipublicæ illatos. Tollimus enim una cum Magiſtratuum largitionibus etiam ſuffragia, quæ imperialibus rationibus inferebantur, magnumque pecuniæ acervum efficiebant: ut hac re (1) & fiſcus bonum ſucceſſum habeat, & ad opulentiorem ſtatum redeat, ſublatis tributis, quæ ab aliquo tempore a quibuſdam in detrimentum excogitata ſunt. Potentiæ enim noſtræ unica hæc cura eſt, ut provinciæ bonis legibus utantur, & ſecure inhabitentur, juſtitiaque Præſidum fruantur, & publica tributa ſine querela inferantur. Neque enim aliter Reſpublica ſervari poteſt, niſi piæ contributiones inferantur, ex quibus res militaris ſuſtentata hoſtibus reſiſtit, agros & urbes cuſtodit, cœterique ordines illis fruuntur, quæ iis attributa ſunt, muri & urbes inſtaurantur, & reliqua omnia fiunt, quæ ad communem ſubditorum utilitatem ſpectant.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, hæc Gloria Tua in felici hac urbe conſuetis in locis proponat, atque

Hhhhhh 3 in

(1) *& fiſcus bonum &c.*] Aſteriſco hic locus notatus eſt, etſi non adeo corruptus videatur, ut nullus illi inſit ſenſus.

in provincias [illegible]
tæ nobis tam fiſci, quam ſubditorum noſtrorum incolumitas curæ ſit.

TIT. XLV.

(1) Sacra forma (2) Dominico glorioſiſſimo Præfecto tranſmiſſa de variis capitibus.

CONSTIT. CLXII.

INterrogavit nos Gloria Tua de quibuſdam controverſiis, agitatis inter diſertiſſimos Illyrici fori (3) cauſarum Patronos, quas deciſione noſtra egere dixiſti, ne in perpetuum (4) moveantur.

CAPUT I.

PRimum igitur caput hoc erat: Mulier quædam (5) in his rebus, quæ ipſi a marito donatæ, non vero traditæ erant, mortuo marito, & de donatione tacente (6) res vindicare voluit, velut earum domina tam ex donatione quam ſilentio mariti facta. Opponebatur a detentoribus, habere illam in jus vocatam ſolam (7) exceptionem, ſi poſſideat: non autem (8) ab alio eas vindicare poſſe. De quo igitur controverſia erat, id ita ſe habuit. Nos vero recordati ſumus conſtitutionis noſtræ, quæ donatori, etſi non ſtipuletur traditionem, neceſſitatem tradendi rem donatam incumbere dicit. Neque enim ad deceptionem, nec ut nudæ ſint literæ, (9) inſtrumentum conficere oportet.

(1) *ſacra*] quidam inſcribunt hanc Novellam, περὶ δωρεῶν καὶ διαφόρων κεφαλαίων, recte. *CONT.*

(2) *Dominico*] Δομινίκῳ. *Hal.* Δομινικῷ.

(3) *cauſarum*] τῶν δίκας ἀγωνιστῶν. *Hal.* τὰς δίκας ἀγωνιζόντων.

(4) *moveantur*] στασιάζεσθαι. CONT. *diſſentiant.*

(5) *in his*] ἐπὶ τοῖς παρὰ τοῦ συνοικήσαντος. Βασιλ. ἐπὶ τοῖς τοῦ παρὰ &c.

(6) *res vindicare*] τὰ πράγματα διοικεῖν, quod eſt *adminiſtrare.* Βασιλ. ἐκδικεῖν. Lege ἐκδικεῖν, ut ex ſeqq. patet.

(7) *exceptionem*] παραγραφή. Hal. recte παραγραφὴν, & cum ſeqq. jungit. Ut & Βασιλ. παραγραφὴν αὐτὴν μόνην ἔχειν ἐναγομένην.

(8) *ab alio*] παρ' ἑτέρου. Βασιλ. παρὰ πέτρου, *a Petro.*

(9) *inſtrumentum*] τὸ γινόμενον συνοίκειν πράττεσθαι συμβόλαιον. *Hal.* τὰ γινόμενα &c. συμβόλαια.

tet. Meminimus inſuper (10) veterem legem Sentiam latam eſſe, quam recte e legibus ſuis olim Reſpublica ejecit, ea ſancientem de quibus nunc controverſia movetur.

§. 1. Sancimus igitur, ſi (ut ante dictum eſt) donatio per omnia perfecta ſit tum quantum ad quantitatem, tum quantum ad inſinuationem, ut illa ſtatim ab initio, ex quo facta eſt, ſecundum conſtitutionem noſtram ex ſilentio viri omni modo valeat: adeo ut ſi maritus poſtea rem hypothecæ det, vel pignori obligaverit, (11) non tamen is, qui, (12) quamdiu ſuperſtes fuit, quievit, alienaſſe videatur: & traditio, ſi facta fuit, deceptionem illi det: vel ſi non facta eſt, ſi quidem ſtipulatio intervenerit, etiam exactionem (13) per actionem ex lege præbeat, ut rem donatam accipiat.

§. 2. Illud etiam conſtituendum duximus, ſi donationes ab initio actis inſinuatæ fuerint, ut illæ omnibus modis ſilentio confirmentur. Si vero inſinuatæ non fuerint, & modum, qui inſinuatione indiget, excedant, eatenus illæ ſolum valeant, quatenus non inſinuatas donationes firmas eſſe a nobis ſancitum eſt. Hoc enim ultimo conſtituentes obtinere volumus, nec quod recte ſe habere poterat, propter adjectionem quantitatis intercidere: id quod etiam de donationibus in

(10) *veterem legem*] τὸν τοῦ Σεντίου νόμου τοῦ παλαιοῦ νομοθεσίαν. Βασιλ. καὶ παλαιὰν νομοθεσίαν. Cujacius *VI Obſerv. 18.* Κεντίου non Σεντίου (quibus non ex fide Haloandr. addidiſſe dicit *Ælia*) legendum docet, idque olim P. Pithæum ſibi indicaſſe. Idem hic notat *Contius.* De L. Cintia vid. etiam *Ranchinum* var. lect. lib. 12 cap. 7. ubi probat illam abrogatam eſſe, vel a Conſtantini M. patre, qui primus inſinuationum ſolennitates induxerit *l. 1. C. d. ſponſal.* vel ſi id minus probandum ſit, iis Imperatorum Conſtitutionibus, quibus id poſtea definitum, ut donationes, quæ modum excedunt 200. ſolidorum, actis inſinuentur, de quibus Juſtinianus *Tit. Inſtit. d. donat. & l. ſancimus C eodem.* quarum unam eſſe ait. *L. ult. C. Th. d. Sponſal.* etſi in hoc primo non latam.

(11) *non tamen*] ἀλλ' οὐ συγκατατεθεικέναι δοκεῖ. In Βασιλ. οὐ deeſt.

(12) *quamdiu*] μέχρι περ οὗ ἡσυχάσαντα. *Hal.* περὶ τοῦτο ἡσυχάσε.

(13) *per act. ex ſtip.*] διὰ τῆς ἐξ ſtipulatu εἰ δὲ μὴ τοῦτο ex lege condictitiv. Βασιλ. διὰ τῆς ἐπὶ τῇ ἐπερωτήσει ἀγωγῆς καὶ δυνάμεως, εἰ δὲ καὶ μὴ τοῦτο διὰ τῆς ἁρμοζούσης ἀπαιτήσεως.

in univerſum (14) lex noſtra dicit. Atque hæc non ſolum in viro & muliere, (15) ſed & aliis perſonis obtineant, in quibus donationes conſtante matrimonio prohibitæ ſunt.

CAPUT II.

De ſecundo adhuc capite ab Excellentia Tua interrogati ſumus, num poſt conſtitutionem noſtram, quæ vult, ut ex libera & adſcriptitia nati propter matris conditionem deinde liberi ſint, etſi illi ſecundum jus antiquum adſcriptii non fuerint, eos tamen (16) colonos eſſe exiſtimare oporteat: quia alia quædam conſtitutio noſtra non permittit colonorum liberos terram deſerere, ſed colonos manere: idque multo magis eſſe oporteat, quoniam hæ perſonæ prorſus ex adſcriptitiorum (17) progenie ſint. Hæc igitur interrogatio tua in dicto capite complectebatur. Noſtram autem (18) mentem conſiderantes ſcire oportet, nunquam permiſſuros nos eſſe, ut liber venter adſcriptitium pariat, ſed hoc ſymbolum & ſignum nato poſt legem tum poſitam adeſſe oporteat, ut omnino libertas illis, qui ex libera matre nati ſunt, competat. Si quis igitur ex libera & adſcriptitio natus ſit, manet is quidem liber & maternam ingenuitatem nullo modo abjicit: oſtendit vero conſtitutio a nobis poſita, quod habitatores prædiorum cultoresque agrorum, tanquam ibi natos, manere velit. Hoc enim ſibi vult coloni appellatio. Licentiam igitur illis non concedimus, ut prædium relinquant, & (19) ad alia ſe convertant. Sed ſi prorſus quidam in prædio aliquo & ex adſcriptitia matre nati ſint: manifeſtum eſt, omnes adſcriptitios futuros eſſe: ſin vero ex libera matre: manebunt quidem liberi, & quæ ab ipſis poſſidentur, illorum erunt, nec peculii domino-

rum

(14) *lex noſtra*] l. ſi quis argentum §. ſed & ſi quis C. d. donat. CONT.

(15) *ſed & aliis*] Intelligit ſocrum, nurum, vitricum, generum. *CONT.*

(16) *Colonos*] κολωνοὶ. De his vid. late *Gothofr. in Paratitl. ad Tit. Cod. Th. d. fugit. Colon.* Erant juris alieni origene ſua, ſed liberi, & capitationem ſolvebant, fugitivi poterant retrahi. Iidem ſunt cum Adſcriptitiis. Vid. *l. 1. d. tit. C. Th. Hal.* μισθωτὸς ſemper.

(17) *progenie*] σπορᾷ. *Hal.* σποραὶ.

(18) *mentem*] νοῦν. Hal. νόμον.

(19) *ad alia*] εἰς ἕτερα. Hal. ἕτερον & ſic in ſeqq. ἕτερον ἀλλοίων.

rum fient: non autem ingredientur prædium, ſed illud colent, neque ipſis hoc relinquere, in alienis vero oberrare licebit: niſi domini facti ſint propriæ cujuſdam poſſeſſionis, quæ eos circa illam occupatos tenere poſſit, nec alia etiam colere, & in illam migrare permittat. Quandoquidem ſancimus, ut omnibus modis in prædio maneant, & liberi quidem ſint, habitatione vero detineantur. Atque hoc quidem hactenus conſtitutum eſto.

CAPUT III.

(20) NOn abſurdum autem nobis viſum eſt, etiam illam quæſtionem deciſione noſtra (21) dignari. Etenim ſi adſcriptitia mulier cum adſcriptitio quodam ad alium pertinente nuptias celebret: de prole quæſitum eſt, ſi liberi ex illis naſcantur, utrum ad dominum viri, an ad dominum mulieris ſobolem pertinere conveniat? Sancimus igitur, ſi tale quid fiat, & adſcriptitii diverſorum dominorum jungantur, quoniam conditio earum controverſa non eſt, cum venter non ſit liber: ut liberi adſcriptitii ſint. Non tamen matri, ejusve domino omne dabimus: ſed ſi unus natus ſit filius, (22) venter partus præferatur, & quod natum eſt ad dominum matris pertineat: ſi duo forte ſint liberi, ambo dividantur, electione per ſortem facienda: ſi inæqualis ſit numerus liberorum, ſinus matris plus obtineat: ut, ſi tres ſint, duo quidem ſint matris, unus vero patris: rurſus, ſi quinque, tres ex natis ſint domini matris, & duo patris. Et ſecundum hoc (23) augmentum numerus procedat, id quidem, quod æqualiter dividi poteſt, (24) ex æquo diſtribuens, quod vero redundat, quod etiam pulchrius eſt, matri tribuens. Hanc enim majore ſtudio dignari oportet, quæ & dolores partus ſuſtinuit, & peperit, & nutrivit, præ eo, qui ex voluptate aliud agens filium generavit.

Ii iii i EPI-

(20) *Non abſurdum*] οὐκ ἀπὸ δὲ τρόπου. Cont. *ſed neque extra modum viſum eſt.*

(21) *dignari*] ἀξιῶσαι. deeſt apud Hal.

(22) *Venter partus*] Cont. *Venter ſemini præfertor.*

(23) *augmentum*] παραύξησιν. Hal. προσαύξησιν.

(24) *ex æquo*] ἐξ ἴσης. Βασιλ. ἐξ ἴσου. Hal. pro προσνέμων habet προτιμῶν.

EPILOGUS.

QUæ igitur ſacra hac pragmatica ſanctione continentur, Gloria Tua in ſimilibus caſibus obſervare ſtudeat. Nam & communem hac de re ſcribemus legem, tum illa ipſa, tum & alia inſuper diſponentes, in quibus legem neceſſariam eſſe credimus. Dat. V. Id. Sept. Conſtant. Dn. Juſtin. PP. Aug. Arione V. C. Conſ.

TIT. XLVI.

De levatione tributorum.

CONSTIT. CLXIII.

PRÆFATIO.

MAxima inter homines bona ſunt juſtitia & humanitas, quarum altera ſuum cuique tribuit, nec aliena concupiſcit, altera vero ad miſericordiam decurrit, gravibuſque debitis debitores liberat. Hæc ornant imperium & muniunt ac rempublicam ſervant, vitamque humanam bene gubernant. Quare & nobis, qui a Deo ſceptra accepimus, magno ſtudio eſt, ut utilitatem ſubditis præbentes ex virtute & gloria remunerationem habeamus. Scimus igitur mutua illa & varia hominum exitia ad tantam inopiam poſſeſſiones redigere, ut neque reditus dominis producere, neque publica tributa ſufficienter inferre poſſint: præſertim cum militares aliæque neceſſariæ impenſæ immineant, & nos ſæpe multis bellis circundatos multam pecuniam expendere cogant. Sæpe igitur cogitavimus, qua fieri poſſit ratione, ut & neceſſitati ſatisfaceremus, & ſubditorum egeſtati mederemur: cumque noſtra hac de re ſententia in varia diſtracta eſſet, magis tamen obtinuit, ut ad humanitatem reſpiceremus, & quod Deo placeat auxilium ſubditis præſtaremus: quod vero deeſt communibus ſumtibus, ex Imperialibus theſauris introduceremus.

CAPUT I.

HAnc igitur curam noſtram Domino Chriſto acceptam ferentes, atque his magni feſti, ſalutaris paſſionis ſanctæque illius reſurrectionis

Digitized by Google

nis diebus, ea, quæ decet, facientes, merito illi pro republica hanc quoque donationem offerimus: qua agricolis omnibuſque collatoribus (idem vero eſt, ſi dicamus, prædiorum dominis) integrum unum publicorum tributorum canonem in quadriennium dividendum concedimus: hoc eſt, quartam partem venturæ nonæ indictionis, eandemque partem decimæ, quæ hanc ſecutura eſt, ac ſimiliter quartam partem undecimæ indictionis, minuentes ſimul quaſcunque conſuetudines, quæ pro his rebus quibuſdam conceſſæ ſunt.

CAPUT II.

REmittimus vero illis præteriti etiam temporis reliqua, uſque ad finem jam præteritæ quintæ indictionis: & ſancimus, ut nulla piorum tributorum a nobis donatorum exactio fiat, ſive illa ad maximum Magiſtratum pertineant ſacri per Orientem Prætorii, ſive ad Præfecturam Illyrici, ſive Magiſtratum inſularum & militarium ordinum in Scythia & Myſia, ſive ad ſacras noſtras largitiones, vel etiam alium Magiſtratum: interdicentes Curialibus & exceptoribus, Scriniariis & cohortalibus, Palatinis & exactoribus, nec non ſuſceptoribus, & quicunque tributum exigit & ſuſcipit, ne agricolas & ſubditos, vel prædiorum dominos circumveniant, (1) ut diverſos ex reliquis remiſſis pro ſe promittant, vel etiam conſtituta, vel fidejuſſiones, vel cautiones doloſe accipiant. Irritam enim facimus omnem contra liberalitatem noſtram factam vel etiam faciendam circumſcriptionem: cum hoc manifeſtum ſit, ſi quidam ante donationem noſtram ex reſiduis illis uſque ad quintam indictionem quid exegerint, idque eos non ſolviſſe appareat, illos omnibus modis id publicis rationibus illaturos eſſe. Ut enim ſubditis noſtris benefaciamus, hanc illis liberalitatem largimur: non etiam his, qui publica tributa accipiunt & in lucrum ſuum vertere volunt, dictum præſentem canonem remiſimus, annua (2) embola nullo modo

Iiiiii 2 dimi-

(1) *ut diverſos*] *ὡς διάφορες ἐκ τῶν συγκεχωρημένων ἐλλειμάτων προβάλλωσι.* Non ſunt hæc ſat clara: videntur enim quædam deeſſe. Gloſſ. Cyrill. *διάφορος, diverſus, præſtantior. προβάλλω, promitto.*

(2) *embola*] *ἐμβολῆς.* Gloſſ. Cyrilli *ἐμβολή, captura.* Multa etiam alia ſignificat. Haloander in verſione ſua ita interpretatur: *annuam ſpecierum tranſmiſſionem, ut in condito & ad militares ſumtus ha-*

diminuenda. Omnem enim menſuram frumenti, cœterarumque ſpecierum conſueto & ſolito more contribui & inferri oportet: pretiis quartæ partis ſingulis annis in quadriennium a nobis remiſſæ apud menſam publicam ſubditis imputandis, & reliquis, quæ ab ipſis in auro conferuntur, ex fiſco ſolvendis. Id ipſum autem in Osroëna & Meſopotamia eorum gratia fiet, qui ſpecies contribuunt, (3) & propter condita, & militarem impenſam. Similiter & in ſpeciebus, quæ ploimæ dicuntur, tam in regione Lazorum, quam Boſphoro & Cherſonneſo. Harum enim pretia ex fiſco accipient, prout in menſis Præfectorum, unde illa inferuntur, conſtitutum eſt, ut & illi noſtra liberalitate hac in re fruantur. Illarum enim ſpecierum illationem plane negligere tutum non eſt, cum impenſa inevitabilis ſit, & rem publicam (ut ita dicamus) ſtabiliat. Credimus autem ex hac noſtra donatione magnas reipublicæ futuras eſſe acceſſiones, Deo omnia felicia nobis propter ejusmodi actiones largiente. Atque illi, qui ad ſubditorum utilitatem a nobis ſancita violare audent, tam de ſubſtantia quam de ipſa vita periclitabuntur.

EPI-

beantur. Alciatus *ad Tit. C. d. Nav. non excuſſ. itineris ingreſſum*, Hotoman. ad *l. 10. C. d. SS. Eccleſ. incurſionem, eruptionem, & expeditionem*, Gloſſa ad d. l. 10. *militum ſuper abundantiam dicit ſignificare.* Aſſentiendum videtur *Haloandro.* Nam ἐμβολὴ eſt id quod navi injicitur. Illaque ſignificatio confirmatur per *d. l. 10. C. d. SS. Eccleſ.* & *Edict. Juſtin. XIII. cap. 5.* & hoc ipſo textu. Aliud eſt *Embolis*, de quo vid. *Car. du Freſne Gloſſ. Latin.*

(3) *& propter condita*] ὑπέρ τε τῶν ἀποθέτων καὶ τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης. Hal. *quæ pro reconditis & militari ſumtu in ſpeciebus conferuntur.* In *l. 3. & 15. C. Th. d. Erog. milit. ann.* Condita ſunt ſpecies annonariæ fiſcales ſeu publicæ in horreis reconditæ ſeu repoſitæ. Condita militaria dixit Spartianus in *Hadriano*, p. 5. Meminit & Capitolinus in Gordiano Tertio. Dicuntur & horreorum condita. *l. 10. C. Th. d. Numerariis*, & *fiſcalia condita. l. 16. d. Erog. milit. ann.* de quibus eſt *Tit. Th. de conditis in horreis publicis.* GOTHOFR. *ad l. 3. C. Th. d. Erog. milit. ann.* Ἀπόθετος καρπὸς *in l. 101. pr. ff. d. Leg. 3.* ubi Vet. Interpres, *& fructibus & uſu conſumtibilibus.* Ad quem locum Gothofr. notat σπατάλοις *Alciat.* legiſſe *4. diſpunct. 18.* a σπαταλῶ, quod eſt *conſumo*: quaſi diceret, cum iis, quæ uſu conſumi poſſunt: male: καρπὸς ἀπόθετος Polluci eſt ἐψυγόμενος καὶ ἡλιώμενος, *fructus reſervatitius & ſole aduſtus.* Vid. *Ferrand. in Explic. 34.* Gloſſ. ἀπόθετον, *conditum* &

Digitized by Google

EPILOGUS.

QUæ igitur nobis placuerunt, & hac lege declarata ſunt, hæc Gloria Tua programmatibus utens, in felici urbe, nec non omnibus ejus provinciis manifeſta faciat, ut neminem liberalitas noſtra lateat.

TIT. XLVII.
De Hæredibus,
CONSTIT. CLXIV.

PRÆFATIO.

DEO & juſtitia nil majus eſt. Abſque his enim nihil unquam eorum, quæ oportet, præſertim in Republica noſtra fieret. Hinc enim recte imperare, ſubditoſque ad benevolentiam & omnem gratitudinem pertrahere licet. Quare cum nos quoque a Deo & juſtitia ſceptrum acceperimus, licet multis curis obruamur, & Romani virtutibus creſcant, & barbari victi ſuccumbant, ſimul tamen curavimus ut in iis quoque, quæ privatim utilia ſunt, ſubditis, ut decet, provideamus. Cum igitur multa ex iis, quæ antea confuſa erant, emendaverimus, id quoque, quod circa hæredes maximam partem neglectum fuit, ad actionem Deo placentem reducendum eſſe putavimus. Cognovimus enim quoſdam oberrantes defunctorum bona perturbare, neque permittere ut teſtamenta valeant, nec ut ſucceſſiones ab inteſtato locum habeant, mobilibus quidem rebus ſigilla, immobilibus vero titulos imponentes, ut hac ratione illorum ſucceſſione augeantur, & decentem ordinem accipiant. Quoniam vero fieri nequit, ut ſingula, quæ in his rebus in tanta multitudine contingunt, accurate cognoſcamus, hæc generali lege definire nobis pulchrum viſum eſt.

CAPUT I.

PRopterea ſancimus, ut omnes ſine invidia rebus ſuis & juribus fruantur, eaque ad ſucceſſores ſuos tranſmittant. Nemo autem prorſus

 bona

repoſitum. GOTHOFRED. *ad d. l. 101.* | ἀπόθετον, *depoſitum, conditum,* ἀπόθετος, *Heſych.* ἀπόθετος, κείμενος. Gloſſ. Cyrill. | *conditus, repoſitus.*

bona eorum invadat, aut ſucceſſores eorum damnis implicet, aut contra voluntatem ſubditorum noſtrorum titulos vel ſigilla rebus imponat. Succeſſiones quoque ab inteſtato in horum ſucceſſionibus confirmamus, ultimaſque illorum legitimas voluntates non tollimus. Si enim ſemper vigilamus & ſoliciti ſumus, ut ſubditi bonis legibus utantur, noſtræque potentiæ maximæ curæ eſt, ut illis ſubveniatur, quomodo non etiam hac in parte ipſis provideamus, noſtraque beneficia promte largiamur? Hæc enim Deo placere (1) confidimus, & hanc juſtitiam eſſe dicimus, atque imperium per hæc nobis ſecurum & imperturbatum futurum confidimus. Annumeretur ergo hæc etiam lex noſtra reliquis noſtris rebus geſtis, & ſubditi a prioribus moleſtiis liberati, tantaque providentia a potentia noſtra digнati, Deo & poſt illum nobis gratias agant, Deum precibus rogantes, ut devictis hoſtibus multam ipſis ſecuritatem largiamur.

EPILOGUS.

Quæ igitur nobis placuerunt, & ſacra hac lege declarata ſunt, tum glorioſiſſimi ſacrarum dominum Curatores obſervent, tum etiam illi quibus maximos & minores Magiſtratus gerere tam in felici hac civitate, quam in provinciis commiſſum eſt: publicationem & capitalem pœnam metuentes, ſi a nobis ſancita violent. Tua igitur Gloria ſacram hanc legem noſtram in conſpicuis locis felicis hujus urbis proponat: in provincias etiam, conſuetis ad hæc uſa præceptis, tranſmittat.

Tit. XLVIII.

(1) Generalis ſanctio de proſpectu in mare, ſcripta Dominico glorioſiſſimo Præfecto Prætorio.

CONSTIT. CLXV.

Docuit nos mater. (2) Proſpectus (3) in mare intra centum pedes, non

(1) *Confidimus*] πεπείσμεθα. Βασιλ. πεπ[illegible]αμεν.

(1) *Generalis*] Hæc Novella eſt ex Eparchicis, de quibus ad Nov. ſeq. 166. *Cujac VI. Obſerv. 10.*

(2) *Proſpectus*] ἄποψις. de Proſpectu in mare confer quæ habet *Harmenopulus Promtuar. lib. 2. Tit. 53. §. 59. & 60.* Feneſtras hic ſignificare Juſtinianum putat *Cujac. XIII. Obſerv. 30.* dum vici-

non ſolum directæ, ſed & (4) per tranſverſum novo opere impediri non debet. Hoc etenim addit hæc ſanctio, quæ Zenonis conſtitutionem cuſtodit, & novam interpretatur.

Hactenus editæ Novellæ extant aut apud veterem interpretem aut Haloandrum aut Scrimgerum aut Julianum. Trium ſequentium titulos ex Hal. aut Auguſt., verba vero ex Cujacio excudi curavimus. ***CONTIUS.***

TIT. XLIX.

(1) Forma Præfectorum prima.

De adjectionibus

CONSTIT. CLXVI.

SI quis igitur ex legitima quadam cauſa agrum, aut prædium, aut terram, aut quamcunque poſſeſſionem alienaverit, deinde moriens bona ſua ad extraneos, vel liberos tranſmiſerit, illique pari modo ex ſub-

no vetat auferre uſum apertæ feneſtræ maris proſpiciendi cauſa, etiam ſi ea ſit obliqua & coacta. Virgilius dixit obliqua luce & incertas feneſtras.

(3) *in mare*] ἐπὶ θαλάσσης. Βασιλ. ἐπὶ θάλασσαν.

(4) *per tranſverſ.*] ἐκ πλαγίας. Βασιλ. ἐκ πλαγίου.

(1) *Forma*] Hanc Novellam ex Eparchicis eſſe, vel id oſtendit ſatis, quod in ea ait ſe miſiſſe ex ſuo officio Nicomedem. Officium eſt Præfecti Prætorio non Imperatoris. Et vero Haloander etiam e formis Præfectorum Prætorio eam eſſe ſcripſit recte, ſed illud male, περὶ ἐπιβολῶν quoque accipiendam eſſe *l. Lucius in C. ff. ad Municip.* Loquitur ea lex de adjectionibus, quæ fiunt in auctionibus licitandis, a quibus longiſſime diſtant ἐπιβολαὶ, ad quas illud Eparchicum pertinet. Sunt autem Eparchica libri, qui continent generales formas ſive edicta Præfectorum Prætorio, quæ conſtat legis vim habere. *l. 2. C. d. Off. Præf. Prætor.* &c. Peſſime quidam provincialia interpretantur, & ἔπαρχον, Præſidem provinciæ. Hæc Eparchica non ſunt Novellæ Juſtiniani, licet a Juſtiniano probentur. *CUJAC. VI. Obſerv. 10.* Eparchicorum mentionem facit *Harmenopulus in Promt. Præfat. §. 3.* & ex iis quædam refert *Lib. 2. Tit. 14. §. 12.*

ſubſtantia, in quam ſucceſſerunt, prædium, agrum, vel terras, (2) vel poſſeſſionem quandam alienaverint, & ſterile factum ſit id, quod a ſucceſſoribus alienatum eſt: ut ſterilium adjectioni locus ſit: neque ſimul omnibus, qui ante poſſederunt, neque ſecundum ordinem ſucceſſionis ſterilitatis onus conſervorum prædiorum imponi jubemus: ſed ut prius (3) illud quidem, quod ab illius liberis vel extraneis ſucceſſoribus acquiſitum eſt, quod nunc ad ſterilitatem & immobilem ejus ſubſtantiam pervenit, adjectionem accipiat: ſi vero hoc ſterile appareat, ut etiam onus poſſeſſionis ad illum pertinentis ad eos transferatur, qui id ad illum tranſmiſerunt. Si nec horum poſſeſſiones ad inferendum tributum ſufficiant: tunc illa ad primum dominum, qui id ab initio ad liberos vel extraneos tranſmiſit, immobilis etiam poſſeſſio (ſi eam ſubſtantia ejus contineat) redeat, atque ita poſt omnium inopiam ad eum, qui a primo domino prædium, vel agrum, vel terras ab initio emit, vel quacunque legitima de cauſa accepit. Idem vero dicendum eſt, etſi multæ interim exiſtant ſucceſſiones. Quamdiu enim proximior dives exiſtit, illos qui antiquioribus temporibus poſſeſſiones habuerunt, vel illorum bona, nulla moleſtia afficere convenit. Atque hæc quidem ita ſint diſpoſita. Adjectiones vero ſterilium, quando multi ſunt, quibus imponi debent, illique eundem ordinem obtinent, vel ſi pauci ſunt, pro portione fertilis illius poſſeſſionis, quæ apud eos ex ſubſtantia illa eſt, quocunque modo fiant: & tum ipſis tributorum onus pro illis imponatur, quando ipſis ſterilem poſſeſſionem ſecundum proportionem tradi contigit, vel eam accipere ipſos prohibuerunt. Ad hæc juſtum non eſt, ut quis harum contributionum nomine gravetur. Quare providere Te, Vir Clariſſime, oportet, ut illa hoc modo examinentur & procedant. Si enim hæc non ſecundum ea, quæ definivimus, obſerventur, ſcias Te ſimul cum cohorte, quæ Tibi paret, decem auri librarum pœnam ſoluturum, vel aliam forte majorem multam ſubiturum

(2) *vel poſſ.*] σύγκτησιν. Gloſſ. Cyrill. σύγκτησις, *ſaltus.* Vid. *l. 30. §. 1. ff. de adim. legat. l. 34. §. 1. d. Legat. 2.* Cujac. *compoſſeſſionem.* σύγκτησιν multa prædia vicina eſſe notat *Gothofr. ad d. l. 34.*

(3) *illud*] τῷ. Videtur legendum τὸ, propterea, quæ ſequuntur.

turum eſſe: & quæ a nobis definita ſunt, nihilominus etiam ſic valere debebunt. Ob hanc enim cauſam & Nicomedes ex cohorte noſtra miſſus eſt.

TIT. L.

(1) Forma PP. viceſima quarta.

Generalis ſanctio de poſſeſſione, quomodo in eam mitti oporteat, Biſſi glorioſiſſimi Conſulis.

CONSTIT. CLXVII.

SI quis decreto judicis accepto immobilem quandam rem apprehendere velit, in hac quidem felici civitate cohors forte ſufficit, quæ res illas poſſeſſione vacuas eſſe teſtetur, vel ſi ipſa vicinorum cohors ſe cognoviſſe dicat, neminem in rebus relictum eſſe. In illis vero rebus, quæ in provinciis ſitæ ſunt, a Defenſoribus locorum acta debent confici, quæ ſimiliter idem faciant, & teſtimonia vicinorum habeant. Tum igitur licentiam illis concedimus, qui decreta petierunt, ut res detineant. Illis quoque, qui ex contractibus quibuſdam res accepturi, & talem poſſeſſionem, vel dominium acquiſituri ſunt, neceſſaria eſſe Defenſorum in provinciis teſtimonia putamus, ut actis apud eos confectis declaretur, traditionem factam eſſe, ſive a Curatoribus ſcriptæ ſint epiſtolæ, ſive ſine epiſtolis traditio facienda ſit: ubi hoc etiam adſit, ut & agricolæ, ſeu Curatores una apud acta confiteantur, ſe novum poſſeſſorem & dominum ſcire, & tradentis ſententiam, qui illi id permiſerit, ſecuturos eſſe. Verum quando Clariſſimus Defenſor non adeſt, Præſidem provinciæ ejuſmodi acta conficere jubemus, vel ſanctiſſimum urbis Sacerdotem, ſub qua poſſeſſio eſt, propter quam talia fiunt: ſi forte Præſes provinciæ longe abſit ab illis locis, in quibus traditio fit. In hac vero regia urbe ἐκβιβάσμους, ut vocantur, & teſtimonia pro traditione collecta, illis, qui acceperunt, ſat ponderis dare putamus.

(1) *Forma*] Hæc quoque Novella cum ſequenti eſt ex Eparchicis.

Digitized by Google

TIT. LI.

Forma PP. Secunda.

Generalis forma de conſervis prædiis.

CONSTIT. CLXVIII.

PRæcipimus ut in cenſum, ſeu deſcriptionem, prædia ſolum, non autem domus, vel aliæ res referantur. (1) Illatio vero fit prædiis contributariis. Servabit autem hoc Rector gentis, ipſique obtemperans cohors, & publicarum illationum executores, triginta librarum auri pœnam metuentes. Hoc decretum etiam nunc ſecuti, generales facimus ſanctiones, ut nemo conſervorum, vel contributariorum nomine, domui, vel panibus civilibus, vel alii cuidam rei, quæ in cenſum relata non eſt, adjectionem imponat. Hæc obſerventur, hæc effectui tradantur: eorumque violatores pœnam decem librarum auri ſolvent, & ſubſtantiæ ſuæ non modicum damnum afferent. Qui enim ea re læſi ſunt, contra violatores & hæredes, illorumque bona actionem eo nomine habebunt, quod contra legem damnum paſſi ſunt. Et clariſſimi Præſides, ipſiſque obtemperantes cohortes, & Defenſores ubique terrarum, quæ a nobis generaliter ſancita ſunt, obſervent, pœnaſque definitas metuant.

FINIS NOVELLARUM D. JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS.

AD-

(1) *Illatio*] ἐπιφορὰν puto idem eſſe quod ἐπιβολή.

ADDENDA NOTIS.

Nov. 2. num. 37.

καὶ γὰρ εἰκὸς καὶ νέαν αὐτὴν οὖσαν τοῦτο παθεῖν) Iiſdem fere verbis utitur Harmenop. in Promt. Lib. 4. tit. 7. §. 31. inquiens. *ἴσως καταστοχαζόμενος ὡς τοῖς πολλοῖς εἰκὸς τοῦτο συμβαίνειν*, &c. *ἢ καὶ νέοις ἔτι τοῦτο παθεῖν, καὶ οὐκ ἀντέχεσθαι πρὸς τὰς τῆς φύσεως ὁρμάς.* quem locum Interpres Mercerus vertit: *Forſan enim id ille conjectabat pleriſque, ut veroſimile eſt, illud uſuvenire poſſe ut &c. aut etiam juvenili ardore ſtimulati, naturæ propenſioni & immodico affectui reluctari nequeant.*

Nov. 6 c. 4. ante. num. 43.

eum enim, qui) Parentheſis, quam vides, clauditur in Græco textu poſt *volumus.* Manifeſtum vero eſt, eam claudendam eſſe poſt, *legunt.* Nam illa *Presbyterorum & Diaconorum, atque tam eorum* &c. ſpectant utique, ad *τὸ ordine* quod præcedit, & ab eo ſeparari non debent. Evidens ergo eſt in illis quæ ſequuntur verbis, *illique inculpatam &c. ſuſcipiant* (ubi in Græco eſt *τὴν τε χειροτονίαν ἀμέμπτως* &c. *δεχομένων*) pro caſu ſecundo poni debere caſum quartum *δεχομένους*: quia verba illa ſine dubio jungenda cũ iis quæ parentheſin præcedunt, *ἄνδρας χειροτονεῖσθαι βουλόμεθα, γραμμάτων παντοίως ἐπιστήμονας ὄντας.* Sed a filo orationis ſuæ deflexit, qui Novellam hanc concepit, ut multoties alibi.

Nov. 8. poſt. num. 173.

Scriptum eſt exemplar.) Quæ hic leguntur usque ad Tit. 3. Veteris ſunt Interpretis. Cum enim in editionibus vulgatis extent, licet Græca deficiant omittenda tamen eſſe non duximus.

Nov. 14. præfat. §. 1. ante num. 13.

aut pro alia quadam negotiatione &c.) *ἢ ἀντ' ἄλλης τινὸς πραγματείας τὰ τοιαῦτα ἐμπορεύεσθαι.* An ſenſum hujus loci ſatis aſſecuti ſimus Lector judicet. Uſus vocabuli *πραγματικὸς* in Novellis obſcurior eſt, quam ut accurate a nobis indicari potuerit. Occurrit quidem illa vox *Nov. 122. præfat. n. 2.* & apud Harmenopul. in Promt. Lib. 3. Tit. 10. §. 22. Sed ibi *artem* vel *negotiationem*, ſignificat, qui ſenſus huic loco non ſatis conveniens eſt. Idem certe *Harmenop. in Præfat. Promt.* §. 2. *ἐν ἓξ βιβλίοις τὴν ὅλην τῶν ἑξήκοντα τῶν νόμων βιβλίων πραγματείαν*, *omnem ſexaginta librorum Juris materiam in ſex libros* ſe diſtribuiſſe ait. An ergo hoc loco rem vel *mercem* ſignificet, Lector videat. Quaſi dixerit Imp. *vel pro alia quadam re illas mercari.* Vet. *& pro alio quodam negotio talia mercari.*

Nov. 18. c. 5. poſt. num. 28.

Parentibus enim) In textu Græco quidem legitur. *ὅτι μὲν γὰρ διατίθεσθαι τοῖς* &c. *δεδώκαμεν.* *Quia enim teſtari permiſimus.* Cum vero illud *ὅτι* in ſeqq. nihil habeat,

 quan-

Digitized by Google

quantum nos videmus, quod illi reſpondeat, ipſum quoque apud alios ſæpe redundet, id non expreſſimus. Nec mirum Tibi videatur ſi paſſim in his Novellis quædam ἀνακόλουθα aliave ſingularia offendas. Sic enim hoc ipſo loco poſt n. 29. legis: Εἰ γάρ τις τελευτῶν &c. εἶτα τελευτήσοι, *ſi quis moriens, deinde moriatur:* ſed illa quidem hic congerere non volumus.

Nov. 22. Epil. ad n. 255.

Τὸ πρότερον ibi eſt *tempus præteritum.* Illud dicit Imperator, ſe legibus jam latis ſervaſſe. Conf. *cap.* præcedens *48. §. 1.* ubi eadem phraſis.

Nov. 32. inſcript.

& quantas uſuras ab Agricolis accipere debeant.) Intellige *creditores.* Vid. *cap. 1. h. Nov.* & inſcriptionem *Nov. 34.*

Nov. 53. c. 6. §. 2.

vel vir vel mul.) ἄπορος ὁ ἀνὴρ ἢ ἡ γυνή. In Supplementis quæ Novellis Græcis Haloandri ſubjiciuntur, legitur ἄπορος ἢ ὁ ἀνὴρ &c. Sic & *Vet.*

Nov. 63 num. 1.

Περὶ καινοτομιῶν) Apud Harmenopulum in Promtuar. Titulus eſt quartus libri ſecundi περὶ καινοτομιῶν ubi *Mercerus* Interpres ejus vertit quidem *de Novi operis nuntiatione* ſed in contextu ipſis tituli *§. 8.* καινοτομία eſt *novum opus.* & *§. 7.* καινοτομεῖν *novum opus facere.* Paſſim denique παραγγέλλειν & παραγγελία eſt *nunciare* & *nunciatio.*

Nov. 70. c. 1.

ut illi magno) ὥστε μεγάλης αὐτῆς ἀξιουμένης τιμῆς &c. Si leges Syntaxeos reſpicias ſcribendum eſſet αὐτὴν ἀξιούμενον, & in ſeqq. ὑποχούμενον, ἀκούοντα, ἀναβαίνοντα, ἐλεύθερον, *vectum, audientem, aſcendentem liberum.* Nam initio hujus capitis numero ſingulari ſermonem cepit Imperator ὅποτε δόξει τῇ βασιλείᾳ τιμῆσαι βουλευτὴν &c. Sed numeros & conſtructionem non raro mutat.

Nov. 85. c. 3. §. 1. poſt. n. 17.

poſtquam privatos arma facere prohibuerunt,) μετὰ τὸ κωλῦσαι τοὺς ἰδιώτας τῆς ὁπλοποιΐας. Vetus Interpres vertit: *qui diriguntur, &c. ad prohibendos privatos armorum factores.* Videtur ergo legiſſe πρὸς τὸ κωλῦσαι, quæ lectio ſenſum planiorem præſtat. Pro ὁπλοποιΐας idem videtur aliud legiſſe quod *armorum factorem* indicat, ſed minus recte.

Nov. 97. c. 2.

n. 21. *contra priores)* κατὰ τῶν προτέρων δανειστῶν. In Supplem. Hal. legitur κατὰ τῶν προτιθέντων.

Nov. 102. præfat. poſt. n. 1.

quoniam vero) ἐπειδὴ δὲ ἡμεῖς αὐτὰς ἐν μείζω καθιστάμεθα τάξιν. Illud ἐπειδὴ nihil habet quo reſpiciat, ſi obiter hunc locum intuearis. Videntur tamen ex ſequentibus huc trahenda verba: *Reſpeximus igitur.* Etſi enim in his τὸ ἂν ſuperfluum tum cenſeri poſſit, & in periodo præcedenti ἀνθύπατον γοῦν &c. legi præſtet γάρ. Putamus tamen propter longam parentheſin illud ἂν ferendum, alterum vero

γοῦν

γὰρ ob conſuetudinem Imperatoris non nimis accurate ſemper omnia conſtruentis, vel excuſandum vel in γὰρ commutandum, aut ſaltem ut nos fecimus ita interpretandum eſſe. Ante *Proconſules* quoque in noſtra verſione diſtinctio minor tum ponenda eſt. Confer. Nov. 142. præfat. in initio ubi bis occurret τὸ ἐπειδὴ, & habet quo referatur.

Ibidem poſt. num. 4.

Velut plane non eſſet hic Magiſtratus,) ἢ μηδ' ὅλως εἶναι τὴν ἀρχὴν ταύτην. Quem dedimus ſenſum, cum quidem huic loco convenire arbitrati ſumus. Illud ἢ tamen emendatione eget, quid illi faciendum ſit, Lector ſtatuat. Haloander vertit: *aut ut ne eſſet quidem omnino hic Magiſtratus.* Si id non diſplicet, nil mutabis. Nos id amplecti nunc quidem non potuimus.

Nov. 116.

n. (6) *quod ſi*) Linea penultima lege: Sed voluit forte *Vetus Int.* exprimere τὸ δυναμένοις quod eſt in Græco textu, & τὸ ἐπιλέγοντος quod apud *Hal.* ſequitur. Vid n. 7. ſeq.

Nov. 118.

n. (1) *Conſtitut.*) Inſere poſt *Hal* Ἡ διάταξις ἐστ. ἀναιρεῖσα τὰ ἀδγνατικὰ καὶ κογνατικὰ δίκαια, καὶ λοιπὸν τὰς ἐξ ἀδιαθέτου κλήσεις. *Conſtitutio 118. quæ jura adgnationis & cognationis tollit, & præſcribit ſucceſſiones ab inteſtato.* In textu hujus Novellæ de cognationis jure tollendo non agitur, ut notum eſt, quod igitur *Hal.* addit καὶ κογνατικὰ, id huc non pertinet. Inſcriptio capitis quarti hujus Novellæ ſolum eſt de agnatorum jure ſublato.

Nov. 123. c. 1. §. 1.

judicio ejus) τῷ κριτῇ αὐτοῦ τῷ χειροτονοῦντι. In ſupplem. Hal. legitur τῷ κινδύνῳ &c.

Nov. 133. cap. 1.

n. (7) *neque*) delenda hic ſunt illa: ἰχεσμένοις *velut in Pariſ. edit legitur.* Et Col. 2 poſt verba *deleatur*, inſerendum, *quod extat poſt* ὑπουργοῖς. Cum vero reliqua quæ ibi notavimus brevitatis ſtudio obſcurius poſita videantur, textum Græcum cum verſione veteri & Haloandri adſcribemus, & quomodo eum emendandum judicemus, plenius proponemus. In textu igitur hæc legis: μηδένα παντελῶς ἰδίαν ἔχειν οἴκησιν. μηδὲ τὸ καλούμενον κέλλιον εἶναι κατὰ τὸ μοναστήριον. εἰ δὲ τυχὸν ἢ δύο χρωμένοις ὑπουργοῖς κατὰ τὸν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ διαζῆν βίον. Vet. Int. *nullam penitus habere licentiam ſeparatim habitandi, neque appellatam cellulam niſi ſolus fuerit, & monaſterium duobus utens miniſtris, & continentem & quietem degant vitam.* Apud Haloandrum deeſt τὸ δὲ poſt εἰ, pro χρωμένοις vero legit χρωμένοις & pro κατὰ τὸν ἐν θεωρίᾳ, legit, κατὰ τὸ ἐν θεωρίᾳ. Vertit autem: *Ut nullus omnino propriam habitationem habeat, neque aliqua, ut appellatur, cellula ſit in monaſterio, his qui ad vitam in contemplatione & quiete traducendam uno forte aut duobus utuntur miniſtris.* Vide igitur an ex N. 123. c. 36. & N. 5. c. 3. ut & veteris verſionis contextu hic locus ſic emendari poſſit: μηδένα παντελῶς ἰδίαν ἔχειν οἴκησιν, μηδὲ τὸ καλούμενον κέλλιον, εἰ μὴ μόνος εἴη κατὰ τὸ μοναστήριον ἢ τυχὸν ἢ δύο χρώμενος ὑπουργοῖς, καὶ τὸν θεωρίᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ διαζῶν βίον.

Vet. μηδένα παντελῶς ἰδίαν ἔχειν οἴκησιν: μηδὲ τὸ καλλύμενον κέλλιον. πλὴν εἰ μή τινας κατὰ τὸ μοναστήριον ἰσὶ τυχὸν ἢ δύο χρωμένους ὑπηρεσίαις, καὶ τὸν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ βουλομένους διαζῆν βίον.

ad Nov. 140.

(1) *Remiſſio*) Verba quæ Agylæus ex Scrimgero tanquam capita Conſtitutionis 139 hic refert, non ſunt capita aut argumentum conſtitutionis cujuſdam integræ, ſed particula capitis 3. Novell. 134. Ibi enim extant in fine, ut locum illum evolventi patebit.

Nov 142. præfat. in pr.

ante certum) πρὸ φανεροῦ χρόνου. Haloander vertit, *ante parvum admodum tempus.*

Nov. 158. c. 1. in fin.

πρὸς ἐλευθέρων γενόμενα) Hal. πρὸς ἑτέρων γενόμενα, *cum altero inita.*

Nov. 159. Epil.

Johannes & Curius) In ſupplementis Haloandri quædam ad finem hujus Novellæ adjecta leguntur, quæ cum Agylæus Latine verterit, latina exhibebimus una cum judicio ejus. Ita ergo ille: Subſcriptum Latine apud Scrimgerum Conſtitutioni eſt, *Johann. & Curius ſubditis obtulimus*, quod ſtultam iſtorum hominum gloriæ cupiditatem arguit, quippe qui ex miniſterio nominis propagationē quæſierint. Quorum ſtultitia in hoc etiam magis proditur, quod quæ verba poſt conſtitutionis recitationem aſſentationis cauſa abſurde ad populum habuiſſent, quaſi verboſitate ſua Lectori non ſatis tædii Legiſlator ipſe afferret, ea ad ſolennem clauſulam annexuerint. Ea autem ne quid a nobis deſideretur, ita Latina fecimus. *Et nunc quidem Reſpublica optimi Imperatoris, quantum ad juris conſtitutionem, exactam ſubtilemque conſummationem obtinet. Evidenti enim diſceptatione, ut in præmiſſa ſplendida lege videre eſt, de ſubſtitutionibus in hanc conditionem, ſi ſine liberis decedatur, conceptis, habita, hoc beneficium mortalibus elargitus eſt, ut qui moriuntur, neminem ſupremas ſuas voluntates labefacturum, confidere: qui vero ſuperſtites manent, cira controverſias, judiciariasq; lites, quæ teſtamentis relinquuntur, inter ſe diſſertiri poſſint: idq; cum facti quandam ſpeciem corrigeret, in commune autem ad omnes ſermonem extenderet, & beneficentiam non certis quibusdam hominibus, ſed omnibus ad unum ſubditis benigne concederet. Neceſſe autem o cives non habemus, ut vos ad preces pro ipſius victoria fundendas inſtigemus: jamjam enim id facere viſi eſtis. Manifeſtū porro eſt, magnum illum Deum, quæ adeo pie atq; juſte procedunt, iis etiam pro veſtris precibus ſuſceptis communem vobis dominium, victorias victoriis nectentem in longius tempus eſſe conſervaturum.*

Nov. 162. c. 2. in pr.

An poſt conſtitutionem) Εἰ μετὰ τὴν διάταξιν τὴν ἡμετέραν τὴν βουλομένην ἐξ ἐλευθέρας καὶ ἐναπογράφου τικτομένους τινὰς, εἶτα ἐλευθέρους διὰ τὴν τῆς μητρὸς αἵρεσιν ὄντας, δεῖν νομίζειν, ὡς εἰ καὶ μὴ γεγόνασιν ἐναπόγραφοι &c. Hoc in loco Syntaxis parum accurata eſt: nam illud ὡς conſtrui nequit cum δεῖν νομίζειν, & in commate εἶτα ἐλευθέρους, vel deeſt quid poſt ὄντας, quod ad τὸ βουλομένην referatur, vel alia lectio quærenda eſt. Nos hunc locum ita vertimus ac ſi ſcriptum eſſet, εἰ μετὰ τὴν διάταξιν &c. τικτομένους τινὰς, ἐλευθέρους διὰ τὴν τῆς μητρὸς αἵρεσιν εἶναι, δεῖ νομίζειν &c.

H. AGY-

H. AGYLÆVS
DE
DIERVM ANNOTATIONE.

Ubſcriptum conſtitutioni (primæ) eſt, DAT K. JAN. BILIS V. C. CONS. IND XIII. Putabunt fortaſſe nonnulli ex hac ultima editione omnes aut pleraſque ſaltem conſtitutionum ſubſcriptiones recte reſtitui poſſe, quod ipſum ſane ipſe etiam aliquamdiu ſperaveram. Verum poſteaquam inſpicere rem penitus cœpi, adeo illam aliter ſe habere confeſtim ſenſi, ut in labyrinthum quempiam me incidiſſe exiſtimarem. Et certe quidem quid cogitarem, cum hic nullas, illic mutilas, compluribus etiam locis depravatas, ac deinde quod omnium peſſimum eſſet perſæpe in illis annos atque Conſules, ut nulla certa ſeries conſtitui poſſet, confundi viderem? Nam tametſi mox a compoſitione conſtitutiones omnes non eſſe editas ex Novella ſexta & ſexageſima conſtet: atque tum primum, cum editæ eſſent, in Novellarum librum deinceps tranſcriptas eſſe, probari fortaſſe poſſit: id tamen toties tantiſque temporum intervallis uſu veniſſe, induci nequeo, uti credam. Quare tantum abeſt, ut Scrimgeri operam atque laborem ſugillatum velim, ut ita maxime ipſius fidem me commonſtraturum eſſe putaverim. Nimirum qui quomodo quidque inveniſſet, evulgare, quam periculoſe ex conjecturis quicquam corrigere maluerit. Et fortaſſe hujus rei excuſſionem in aliud ille ſibi tempus ſervandam duxit. Nos autem quia pro ratione inſtituti noſtri, quin aut cuique conſtitutioni ſingillatim ſuam ſubſcriptionem quomodo inveniretur, aſſignaremus, aut hic ferente ita occaſione collectim omnes recenſeremus, evitare non potuimus: cum illud

tædioſum nauſeoſumque fore facile videremus, poſterius deſumendum eſſe arbitrati ſumus. Ideo vero maxime, quod ita commodius judicium etiam noſtrum interpoſituri videremur: ut quod mendoſum eſſe appareret, libere notaremus, ac pro captu noſtro corrigeremus: id quod pro inſtituto ſuo Scrimgero non licuit. Ubi me noverint lectores meas conjecturas veritati præjudicare nolle, ne quidvis quaſi certum hinc in libros ſuos transſcribant. Quanquam ut meliora ex alia Græca editione exſpectent, id fruſtra futurum ſit. Nam cætera Scrimgeri editio ita plena eſt, ut quod deſideretur, non maximi omnino momenti ſit. Et quantum ad ſubſcriptiones attinet, etiamſi plenius ac omnino abſolutum aliquod exemplar inveniretur, non tamen id excludi admodum operæ pretium eſſet. Meo quidem certe judicio ad majorem minoremve conſtitutionibus ætatem attribuendam, diverſarum editionum tam prope conſentiens ordo ſufficere nobis etiam debeat. Ubi qui a Scrimgero nobis traditur, cum illi certiorum exemplarium copia fuerit, haud dubie præferendus erit. Nos certe præferemus, ac quoniam dici id aliquando oporteat, eum in omnibus ad Novellas meditationibus noſtris, dummodo nulla ratio obſtabit, ſequemur. Sed ad ſubſcriptiones. Ac ne in prima quidem fieri poteſt, ut Græculi librarii nota reprehenſioneque non aſpergantur, quaſi cum latine neſcirent, in ſubſcriptionibus deſcribendis luſerint. Nam cum inter cœtera quadrageſima ſeptima conſtitutio habeat, primam indictionem in annum poſt Biliſarii conſulatum ſecundum incaſuram, ſequitur neceſſario non decimam tertiam, ſed proximam inſequentem illo Coſ. numeratam eſſe. Cujuſmodi ſane judicationem cum & in cæteris jure optimo permitti mihi debere exiſtimem, in quantulamcunque ſpem venio, quæ biennio illo, quo in ſcribendis conſtitutionibus Biliſario honos habitus eſt, numero circiter ſexaginta conſtitutiones prodierunt, illarum ortus ſeriem quandam conſtitui poſſe, ac cuique ſuam eamque veram ſubſcriptionem reddi. Certe quantum in nobis erit, id operam dabimus. Eodem itaque Coſ. altera conſtitutio edita eſt 15. Cal. April. tertia quartaque biduo poſt. Quod quintæ, decimus ſextus dies ante eaſdem Calendas ſubſcribitur, intelligendum procul dubio eſt, quanquam ante duas illas ſcripta

ſit,

ſit, poſt illas tamen editam, ac idcirco poſtpoſitam eſſe. Sexta ſimiliter decimo ſeptimo earundem Cal. aſſignatur. Septimæ, octavæ, & conſuetudinum indici 17. Cal Maji aſſcribitur. Quod edictum octavæ annexum in 15. Cal. April conjicitur, reſcriptum illud tum quidem eſſe fortaſſe concedendum eſt, verum ideo illic locum illi eſſe tributum, ac ex edictis, ubi primas obtinebat, illuc translatum, quod ſeorſum per ſe poſitum, non ita potuiſſet percipi. Decimam etiam decimus ſeptimus Cal. Maji ſibi vendicat. Duodecima 17. Cal Jun. publicata eſt: proxima 16. Cal. Octobr. quarta decima Cal. Decemb. Quod ſequentes aliquot, retrogradiuntur, procraſtinatæ evulgationi erit imputandum. Quarum quinta decima 16. Cal. Aug. proxima poſtridie data eſt. Decima ſeptima ulterius numero retrocedit, ut 16. Cal. Maji conſcripta ſit, eodem nimirum tempore, quo ſimilitudine argumenti germana ejus octava. Octava decima ad Calend. Mart. recurrit. Quæ proxime ſequuntur, in priſtinum annum poſt Biliſarii conſulatum procedunt, in quem fortaſſe ex præcedentibus etiam aliquot, ſi ſynceriora exemplaria obvenirent, protrahendæ eſſent. Ac earum quidem prima, quæ in ordine undevigeſima eſt. 16. Cal. April. ſubſcriptum habet. Vigeſima vero & quæ duæ illam proximæ inſequuntur, ad illius diei pridie referuntur. Tertia & vigeſima nullum temporis indicium aſſcriptum habet. Quatuor deinceps ſequentes in ipſum conſulatus annum retrocedunt, habentque ſubſcriptum 15. Cal. Jun. Duodetrigeſima cum proxima ſimiliter, & habet 15. Cal. Aug. Credi poteſt mox a conſcriptione octavæ & decimæ ſeptimæ, cum quibus argumento prorſus conveniunt, illas etiam compoſitas eſſe, ſed evulgationem in ſequentem annum dilatam: quanquam trigeſima prima, quæ argumento non diſcrepat, in 15. Cal. April. poſt Biliſarii conſulatum referatur. De trigeſima nihil eſt quod ſcribamus, quippe cui nihil ſubſcriptum ſit. Duo & trigeſimam ad conſulatus annum per ſubſcriptionem retrahi debere, non videtur mihi veriſimile. Multo vero id minus de duodequadrageſima & duo & quadrageſima. Quarum quidem primam 15. Cal. Jul. mediam 15. Cal. Mart. poſtremam 17. Cal. Aug. datam eſſe habetur. Intra trigeſimam ſecundam & trigeſimam octavam in poſteriori editione nihil eſt. Unde qua-

de quadrageſima poſt conſulatum 15. Cal. Maji edita eſt. Sic quadrageſima 15. Cal. Jun. & ab hac proxima 15. Cal. Sept. in cujus ſubſcriptione indictione prima pro anno primo corrupte legitur. Tertia & quadrageſima ad 16. Cal. Jun. retrogtaditur. Quartæ & quadrageſimæ 16. Cal. Sept. ſubſcriptum eſt. Qua in ſubſcriptione non anno ſecundo, ſed anno primo haud dubie legendum eſt. Nam anno poſt Biliſarii conſulatum ſecundo Johannes quidam Coſ. fuit, ut ex ſubſcriptionibus, in quibus nomen ipſius ponitur, colligere facile eſt. Cum enim in illis annis Imperii Juſtiniani undecimus continuetur, & pro ratione temporis ad duodecimum procedatur: conſtitutio vero quadrageſima ſeptima annum poſt Biliſarii conſulatum ſecundum in eos annos incaſurum, diſertis verbis habeat: certe quo minus id recte aſſeri poſſit, nulla omnino ratio obſtabit. Accedit etiam, quod quæ conſtitutiones illas quæ in Johannis conſulatum referuntur, præcedunt, poſtremos anni menſes ſubſcriptos omnes habeant: cum veriſimile non ſit, quod fuit id temporis Juſtiniani in ſcribendis conſtitutionibus ſtudium & aviditas, ipſum priores anni partes a legiſlatione ſua relinquere potuiſſe vacuas. Quamobrem ubicunque ante Johannis conſulatum anno ſecundo aut tertio poſitum fuerit, id in anno primo vertendum erit. Sed ad dierum annotationem revertamur. Quintus decimus itaque Cal. Septemb. conſtitutionum admodum fertilis fuit, utpote cui conſtitutiones ſeptem numero aſſignentur, quadrageſima prima, quinta & quadrageſima eique proxima duodequinquageſima cum proxime ſequenti, duo & quinquageſima, & quinquageſima quarta. Quadrageſima ſeptima prid. Cal. Sept. ſubſignatum habet. Quinquageſimam cum quadrageſima prima eandem eſſe annotatur. Quinquageſima prima Cal. Sept. data eſt. Tertia & quinquageſima Cal. Octob. Quinta & quinquageſima, quinquageſima ſeptima etiam 15. Cal. Novemb. Sexta & quinquageſima 3. Cal. Novemb. Quinquageſima octava 3. Non. Novemb. Undeſexageſimæ ſubſcriptum eſt 3. Novemb. ubi Non. aut Id. omiſſum eſſe puto. Sexageſima Cal. Decemb. ſubſignatum habet. Ab illa proxima idem. Atque hæ quidem Biliſario Coſ. ac proximo poſt conſulatum ejus anno editæ ſunt. Sequitur nunc Johannis conſulatus, in quo circiter ſedecim

cim

cim publicatæ ſunt. Ad quem an duo & ſexageſima pertineat, ſciri nequit, cum interierit. Quæ alioqui prima ad illum pertinet, tertia & ſexageſima, ei 7. Id. Mart. ſubſcriptum eſt. Cui recte additur, Imperii Juſtiniani anno 11. Nam a Cal. April. (eo enim die gubernacula ille Imperii ſuſceperat) annus 12. primum ſcribi debuit. Unde in ſequentibus conſtitutionibus, quod poſt Cal. illas editæ ſint, annus 11. qui bis terve adhuc ſcribitur, & 15. qui ſemel in 12, vertendus erit. Quod ſexageſima quarta 16. Cal. Auguſt ſubſcriprum habet, rectius fortaſſe April. legetur, quo temporis ſeries convenientior ſit. Sexageſimam quintam Scrimgerus non inventam eſſe ſcribit. Ejuſque tantum argumentum Haloander habet, cui quod menſe April. anno Imperii 12. Johanne V. C. Coſ. ſubſciptum ſit, non leve inde, nec contemnendum ſententiæ noſtræ teſtimonium eſſe poſſit. Sexta & ſexageſima Cal. Maji data eſt. Proxime inſequens ſimiliter. Duodeſeptuageſima vero 18. Cal. Jun. Undeſeptuageſima diem ſubſcriptum non habet: Johannem tamen Coſ. habet, & annum 12. ut ſuo loco poſitam eſſe intelligatur. Tres inſequentes Cal. Jun. editæ ſunt. Tertia & ſeptuageſima prid Non. Jun. Poſtridie proxima. Quintæ & ſeptuageſimæ tantummodo argumentum habemus. Septuageſima ſexta Id. Octob. data eſt. Ubi in ſubſcriptione pro indict. 2. indict. 1. ponendum eſt. Septimæ & ſeptuageſimæ nihil ſubſcriptum eſt, itaque utrum Johannis, an Arionis (is enim poſt illum Coſ. factus eſt) anno aſſignari debeat neſcias. Arionis autem conſulatus ad primam uſque ſupra centeſimam pertingit. In quo duodeoctogeſima 15. Cal. Febr. edita eſt. Ubi in ſubſcriptione non anno 15. ſed anno 12. legendum eſt. Quod & in proxima ſequenti, quæ 6. Id. Mart. data eſt, obſervare debet. Octogeſimæ 7. Id. Maji ſubſcriptum eſt. Ubi non Maji, ſed Mart. ſcriptum fuiſſe arbitror, cum aliquot ſubſequentes ad Aprilem referantur, & facilis de uno in alterum lapſus ſit. Octogeſima prima & octogeſima tertia 15. Cal. April. datæ ſunt, fortaſſe etiam quæ inter illas media eſt, de qua, quod nihil ſubſcriptum habeat, nihil etiam afferi poteſt. Quartam & octogeſimam 15. Cal. Jun. editam eſſe traditur. A qua ad nonageſimam uſque nullæ ſubſcriptiones habentur. Illi autem 15. Cal. Sept. ſubſcriptum eſt. Inde rurſum ad nonage-

nageſimam ſeptimam uſque nullæ ſubſcriptiones ſunt. Subſcriptum autem illa habet 15. Cal. Dec. Cui erecte Imperii anno 13. adjectum eſt, cum is a Cal. April initium ſumpſerit. Duodecenteſima eique proxima 15. Cal Jan ſubſcriptum habent. Centeſima earundem Cal. 13. In quartodecimo Imperii Juſtiniani anno, quo Biliſarius tertium, quartum, aut ulterius Coſ. fuit, ſed duntaxat conſtitutiones editas eſſe comperio. Quarum prima, quæ in ordine prima etiam ſupra centeſimam eſt Cal. April. data eſt. Ubi pro Arione reponendum Biliſario eſt. Secunda vero ſupra centeſimam 6. Cal. Jun. Tertia Cal. J[illegible] Quarta deſideratur. Quinta ſubſcriptionem non habet. Sextæ 14. Cal[illegible]. Septemb. ſubſcriptum eſt. Biliſario in conſulatum Baſilius quidam ſucceſſit. Sub quo quot conſtitutiones publicatæ ſint, conſtituere equidem non poſſum. Adeo deinceps ordo, dies atque Coſſ. nomina confunduntur. Quod poſſumus itaque faciemus, atque quomodo quæque ſubſcriptio habet, tranſcribemus, adhibitis tamen ubi occaſio ita feret, noſtris conjecturis. Septima igitur atque octava ſupra centeſimam Cal. Febr. ſubſcriptum habent. Quod vero ſuperioris ſubſcriptio Biliſario adhuc habet, librariorum mendum eſſe contendo. Nona prid. Cal. Maji edita eſt. Ubi quis 12. Cal. forte legendum eſſe afferat, cum pridie his notis II. ſignari non ſoleat, & quæ proxime ſequitur, eam 6. Cal. Maji editam eſſe habeatur, qua ratione prior tempore, ordine poſterior poneretur. Undecimæ Græce ſubſcriptum eſt, publicatam illam eſſe menſe Junio, anno Imperii Juſtiniani 15. Baſilio Coſ. unde conjecturæ noſtræ non mediocriter confirmantur. Et eo etiam magis, quod vetus verſio eandem ſubſcriptionem habet, extra quam quod pro menſe Junio, Cal. Jun. ponit. Duodecima apud Scrimgerum nihil ſubſcriptum habet. Quod vetus verſio habet, quia nullo modo improbari queat, aſſcribi non gravabimur. Habet autem ita: Dat. 4. Id. Sept. Imperii Juſtiniani anno 15 Baſilio V. C. Coſ. Tertia decima 10. Cal. Decemb. edita eſt. Quartæ decimæ nihil ſubſcriptum eſt. Hinc vero ſi novum annum novumque conſulatum auſpicari potero, id quod recte fieri poſſe aſſerere, non dubitem, hucuſque certi aliquid de annorum Coſſ. que ordine ſtatui poſſit. Quod ut poſthac fieri poſſit rationem nullam video. Quare quomodo

modo diximus, quod cuique conſtitutioni ſubſcriptum erit, perſcribemus. Quod autem decimæ quintæ Cal. Febr. datæ Baſiſio Coſ. aſſcriptum eſt, pro eó Beliſario legendum eſſe judico. Viciſſim enim is illi in conſulatum ſucceſſiſſe videtur. Non enim hanc legem modo: EUNDEM MAGISTRATUM, NI INTERFUERINT DECEM ANNI, NE QUIS CAPITO: verum etiam quinquennium, quod inter eaſdem dignitates Imperatores intervenire voluerunt, tum obſervatum non fuiſſe, ſatis ex præcedentibus conſtare poteſt. Ita autem idcirco judico, quod cum proxime inſequentem conſtitutionem 5. Id. April. Biliſario Coſ. datam eſſe ſcribatur, novum annum conſtituere poſſe videar. Ut vero ſupra centeſimam ſeptimam decimam Baſilii conſulatui adſcribamus, ſubſcriptionis nos evidentia cogit, quæ expreſſe 15. Cal. Januar. Imperii Juſtiniani anno 15. Baſilio Coſ. illam datam eſſe habet. Decima octava Beliſarium Coſ. habet, diem non item. Duæ proximæ, Baſilio rurſum aſſignantur, ſuperiorque 13. Cal. Febr. poſterior vero 7. Id. Maji diem ciet. Vigeſima altera Biliſario denuo attribuitur, ac 17. Cal. Maji datam eſſe ſcribitur. Duoctvigeſima inventa non fuit. Tres proximæ Baſilium iterum ſubſcriptum habent, ac prima Cal. Maji, poſtrema vero Id. Octobr. edita eſt, in media autem dies deſideratur. Vigeſimæ ſextæ ſubſcriptio intercidit. Septima & vigeſima Juſtinianum A. Coſ. ſubſcriptum habet, diem autem 5. Cal. Septemb. Ad trigeſimam tertiam uſque ſubſequentes Baſil. Coſ laudant. Diem autem prima Id. Jun, altera 17. Cal. Jul. tertia Cal. Marj. quarta 15. Cal. April. poſtrema prid. Non. April. habet. Quarum quod ſecundæ anno Imperii 25. ſubſcriptum eſt, neſcio an rectum ſit. In trigeſima tertia Arion. Coſ. ponitur, dies vero 17. Cal. April In proxima ſequenti Baſilius, & dies Cal. Maji. In quinta & trigeſima Biliſarius & Cal. Jun. In trigeſima ſexta atque proxima Baſilius rurſum, ac priori quidem Cal. April. poſteriori 15 Cal. Mart. aſſcribitur. Duodequadragеſima deſideratur. Proxima ut edita eſt, non habetur, Quadrageſima Juſtino Juſtiniani ex filia nepoti attribuitur. Cum annorum numeros in quadrageſima prima convenire calculus oſtendat, non temere quicquam mutari poterit. Habetur autem Dat. Id. Mart. Conſtantinop. Dn. Juſt. PP. Aug. anno XXXII. poſt Baſilium V. C. Coſ. ann.

XVIII.

XVIII. Et cum Juſtinianus annis circiter quadraginta imperarit, magnitudo numeri ſcrupulum injicere non debet. Quadrageſima ſecunda Baſilium Coſ. habet, diem vero 15. Cal Decemb. Tertiæ & quadrageſimæ ſubſcriptio cum proxima conſtitutione tota adhuc deſideratur. Quadrageſimæ quintæ Biliſarius Coſ. ſubſcribitur, dies autem 6. Id. Sept. Sub quadrageſima ſexta & proxima Baſilius Coſ ponitur, & dies ſub una Id. Febr. ſub altera autem 17. Cal. Maji. Duodequinquageſima rurſum Juſtino aſſcribitur. Undequinquageſima & quinquageſima inventæ non ſunt. Sub altera & quinquageſima nihil ſubſcriptum eſt. Duoetquinquageſima diem Cal Jun habet, Coſ. non habet. Quinquageſima tertia prid Id Decemb. Baſil. Coſ. data eſt. Ab hac proxima neque diem neque Coſ. habet. Quinta & quinquageſima Cal. Febr. data eſt. Ubi ut Juſtinianum Coſ. conſtituam, obſtaculo ſunt notæ V. C. quas Principibus attribui non ſolere mihi animadvertiſſe videor. Sexta & quinquageſima nihil ſubſcriptum habet. Proxima diem Cal. Maii Coſ. vero Biliſarium habet. Duodeſexageſimæ tantummodo dies prid Id. Jul. ſubſcriptus eſt. Sic ſequenti Cal. Januar. ſexageſimæ nihil ſubſcriptum eſt. Ab hac altera Tiberio attribuitur. Duo & ſexageſima 5. Id. Decemb. & Arione Coſ. edita eſt. Quas ultra hanc Haloander habet, partim Tiberio aſſcribuntur, partim etiam inventæ ſunt. Atque hæc quidem, quæ de dierum, Coſ. annorumque ſubſcriptionibus ſcriberemus, habuimus.

Jac. Cujacius Lib. IV. Obſerv 28. de eodem argumento.

ANnorum autem ſuperius ita rationem ſubduxi, ut Beliſarii conſulatum facerem Imperii Juſtiniani annum IX ac conſequenter annum ſecundum poſt Beliſarii conſulatum, Imperii XI. facio. Juſtiniano auctore in Nov. XLVII ſequitur Johannis conſulatus. Perperam enim in Nov. LVII. legitur poſt Biliſ. V Conſ. anno III. ac conſimili etiam errore poſt Lampadii & Oreſtis conſulatum hujus ætatis ſcriptores quidam tertium annum invehere conati ſunt: Johannis autem conſulatum annum XII. facio, proximum Apionis, qui corrupte in Novellis dicitur Ation, annum XIII. Juſtini XIV. Baſili XV. Poſt conſulatum Baſilii annum

num VI. Imperii XXI. poſt eundem Conſulatum annum XI. Imperii XXVI. annum XIII. XXIIX. nam & poſt eum Conſulatum decimus octavus Imperii eſt XXXIII. & ad hunc modum cenſeo reſtituendas eſſe omnes ſubſcriptiones Novellarum, quæ tam varie annorum rationem deſcriptam habent, ut vel eo ſubſcriptionum earum auctoritati & fidei derogetur ſatis. Id modo animadvertendum eſt annos Imperii Juſtiniani incipere a Kal. April. ut idem iſte teſtatur in Nov. XLVII. quamobrem ſub Joannis conſulatu ante Kalen. April. Imperii annus eſt XI. ut ſcriptum eſt recte in Nov. LXIII. Item in Nov. LXVI. quæ data eſt Kal. Mart. Sic legendum, non Maji. Eodem Conſule poſt Kal. April. numeratur Imperii annus XII. (ſic legendum in Nov. LXXVIII. & LXXIX. ut in Nov. LXXX. in qua tamen pro Maji reponendum Mar.) Poſt eas vero Kal. Imperii XIII. computatur. Item poſt Baſilii Conſ. annus XVIII. recte dicitur Imperii XXXII. ante Kal. April. poſt eas vero Imperii eſt XXXIII.

GLOSSARIVM SIVE INTERPRETATIO OBSCVRORVM VERBORVM JVLIANI.

AB *Actis*) Nov. XXXIIX. *ab actis fori l. per hanc C. de advoc. diverſ. judic. Vet. lap.* Ab actis fori pr. pr. ſignif. option. *In notitia dignitatum Orient. & Occident. Officium Viri illuſtris Præfecti prætorio Orientis enumeratur.* Princeps. Cornicularius. Adjutor. Commentarienſis. Ab actis. Numerarii. Subadjuvæ. Cura epiſtularum. Regendarius. Adjutores. Singularii.

Actuarius Scholæ) Nov. CIIX. cap. X. ὑπομνηματοφύλαξ. ὑπομνηματογράφος. *Corrupte opinor Vet. editio Epiſtol. Gregorii Papæ de lege Mauritii.* Præcepit enim ut nullus qui actionem publicam egit, nullus qui optione vel intuitu manu ſignatus eſt, vel inter milites fuit habitus, ei in monaſterio converti liceat: niſi forte ſi militia ejus eſſet expleta. *Leg.*

nullus qui ab optione vel actuario. *Sic optioni jungitur actuarius l. excellentia C. de erogat. milit. annon.*

Adæratio) No. CXXIV. IV. ἀπαργυρισμὸς. ἐξαργυρισμὸς. Σύνοψις. διατίμησις; *aſtimatio in pecunia. Sic enim Synopſ.* Βασιλικῶν. l. æſtimationem D. de munerib. & honorib. οὐ δυνατὸν ἀπαργυρίζεσθαι λειτουργίαν ἢ τιμὴν, τουτέστι διατιμᾶσθαι. ἤτοι οὐ χρὴ τὴν διατίμησιν τῆς λειτουργίας προσφέρειν εἰς τὸ μὴ λειτουργῆσαι. *Theodoſ. & Valentin. Nov. de tribut. fiſcal.* Unius annonæ adæratio quatuor per annum ſolidis æſtimetur.

Adjutores Quæſtoris) Nov. XXVI. βοηθοὶ ἤτοι σκρινιάριοι. *Miniſtri Quæſtoris quos ſibi ex ſcriniis Memoriæ, Libellorum, & Epiſtolarum eligit, propoſitis ſacroſanctis evangelius. Officium Quæſtoris dicuntur Nov. CXX. XXIV. VI.* τάξις κοιαίστωρος *in inſcriptione græca quæ non admodum bene accommodata eſt ad Nov. LXXX.* περὶ κοιαισίτωρος. *Vidend. No. integra de adjutoribus Quæſtoris, quam nos latine ſicut ſcripta fuit, cum aliquot aliis nec dum evulgatis edi curavimus ad finem Novellarum Juliani.*

Ad *reſponſum*) Nov. XVII. 1. Nov. XXVII. 1. εἰς ἀπόκρισιν. ἀποκρισιάριος. *Deſtinabatur de officio Magiſtri militum præſentalium propter milites competentibus judicibus inhæſurus & juſſiones eorum, uti Anaſtaſ. Imp. loquitur l. XIIX. C. de re militar. implere curaturus. Unde forſitan nomen habet. Sic enim* τὸ *Reſponſum &* ἀπόκρισις *alibi accipitur. Procop. III. de bello Vandil.* τῶν τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ἀεὶ στελλομένων οὓς δὴ βερεδαρίους καλοῦσι. *Zoſim.* ἱστορικῶν λογ. α. ἦν τις ἐν τοῖς βασιλείοις ἔρως ὄνομα τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀποκρίσεων μηνυτὴς τεταγμένος. *Nov. XXV. ſecundum Baſilica.* ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν παραγγελμάτων ἅπερ ἀποκρίσεις ἀρχοντικὰς οἱ πρώην ἐκάλουν βασιλεῖς τε καὶ νομοθεταί. *Paulo aliter Julian. in Scholiis.* Ad reſponſum (*inquit*) dicitur, qui deputatus eſt a magiſtro militum, ut quid opus ſit a competente judice in milites fieri, reſponſum id eſt miniſterium ei exhibeat, & ſolet deputari iſte a magiſtro militum eo, ſub quo provincia illa eſt. Vid. Aprocriſarius.

Agapeti) Nov. VI. VI. *Agapetarum meminit Auctor* Epiſtolæ ad *Oceanum.* Ipſe te (*inquit*) detrahentium morſibus tradidiſti, ſi agapetarum conſortium non dimiſeris. *Epiphanius* κατὰ ὠριγενιανῶν. Καταφοιτῶσι

δὲ δῆθεν

δὲ δῆθεν τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰς ἀγαπητὰς λεγομένας συνειζάκτους γυναῖκας κεκτημένων, ἃς καὶ αὐτῶν τοῦτο ἐπιτελούντων κρυφῇ. *Idem* κατὰ Ἀντιδικομαριανιτῶν. Λέγει δέ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἔλαβεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν. ἀλλὰ μὴ τοῦτο γραφῇ εἰς βλάβην τιςι, καὶ δόξωςιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν *Greg. Nazianz.* παρθένοις. *Idem* γνώμαις. *Auguſtinus in Grammatica.* Cœlebs dicitur, qui non habet uxorem, vel quæ non habet maritum: qualia ſunt numina in cœlo quæ abſque conjuge ſunt, ſi agapetas non attendamus.

Agentes in rebus) Nov. XXI. II. Nov. LXIX. IX. *Tam ad neceſſitates publicas quam privatas mittebantur, Hieronym in* Abdiam *cap. 1.* Eos enim quos nunc agentes in rebus vel veredarios appellant, veteres frumentarios nominant. *Meminit Auguſtin. VII. Confeſſ. Eadem origine illuſtres in actu poſiti, agentes dicuntur. l. 1. C. Th. de comitib. qui illuſtr. agen. aſſid.*

Anachorita) Nov. IV. IV. *Synod. VI. can. XLI.* τοὺς ἐν πόλεσιν καὶ χωρίοις ἐν ἐγκλείστραις βουλομένους ἀναχωρεῖν καὶ ἑαυτοῖς κατὰ μόνας προσέχειν. *Videnđ. Hieronym. II. in lament. Hierem. Epiphan.* περὶ πίστεως καθολικῆς & κατὰ ἀρχοντικῶν.

Angaria) No. XXI. VI. No. CXXVI. No. CXXIV. XXI. ἀγγαροφορεῖν τὰ φόρτια φέρειν. *Euſtath. Odyſſ.* τ. *Procopius* ἀνεκδότοις. ἀλλὰ καὶ καμήλους παλαιοὺς τὸ δημόσιον ἐκ παλαιοῦ ἐκτρέφειν εἴωθει αἱ δὴ τῷ ῥωμαίων στρατῷ ἐπὶ πολεμίους ἰοντι ἅπαντα φέρουσαι τὰ ἐπιτήδεια εἵποντο. καὶ οὔτε τοῖς γεωργοῖς τότε ἀγγαροφορεῖν ἐπάναγκες ἦν. *Inde* Angaria, *vehiculi genus. l. VII. C. de Fabricens. l. XXIIX. l. XXX. C. Th. de curſ. public.*

Antiochiæ praſes) Nov. XV. V. *Videnđ. Strabo lib. XVI. Herodian. lib. II. Ammianus Marcell. lib. XIV. Vuilel. Tyrius IV. de bello ſacr. cap. IX.*

Aphopliſta) Nov. XV. X. ἀφοπλίζειν τῶν ὅπλων ἀφειρεῖσθαι. *Sic. l. XXVI. C. de epiſcop. audient.* καὶ μὴν ἀπαργυρισμοῦ· μιτάτων καὶ κωλύσεως ἀφοπλισμῶν. *Homerus Iliad.* ψ. *ut* Euſtathius *notat,* ἔντεα ἀφοπλίζεσθαι λέγει, οὐ μὴν ἁπλῶς ἀφοπλίζεσθαι: οὔπω γὰρ τότε τὰ ὅπλα ἐπὶ πολεμικῆς ἐκυριολεκτοῦντο σκευῆς.

Apocriſiarius) No. VI. II III No. CXV. XLIII. No LXXIII. 1. *ἀποκρισιάριος παρακλύτωρ. τοῖς λεσοις διακονέμενος. Nicephor lib. XVII. cap. XXVI. Reſponſalis, reſponſarius, reſponſa faciens, uti tum in Occidente loquebantur. Liberat. Breviarii cap. XXIII. & cap. XVI.* Gennadius quidem (*inquit*) ibi manſit, ut cum aliis reſponſa faceret Archiepiſcopi. *Gregor. in* Epiſtol. Cum in urbe (*inquit*) regia reſponſa ſedis Apoſtolicæ facerem *ταῖς ἀποκρισεσι. διακονέμενος Nicephor. Chronograph.* Evagr. *lib. IV. cap. XXXVII. Mandatis ſive negotiis gerendis, eccleſiaſticis perſonis miniſterium exhibens. Sic τὸ ἀπόκρισις capitur §. καὶ ἐδένα. Nov. CXXIII. ſi collatio fiat cum §. δεῖ δὲ No. CXXXIII. Dorotheus διδασκ. θ. ἔπεμψε με ὁ οικονομὸς εις τὴν δε σὴν ἀπόκρισιν. ἦν δὲ ἡ ἀπόκρισις περὶ ἧς εἶπεν ἀπὸ πολλῶν μιλίων. Item καὶ ἐὰν ἔχει τὶς διακονιαν ἢ καὶ ἐὰν ευρεθῇ τις ἐξ υμῶν ἔχων οιανδήποτε ἀπόκρισιν εἴτε πρὸς τὸν κηπυρὸν εἴτε πρὸς τὸν κελλαρίτην.*

Arca Theatralis Praef. Urb.) No. LVII. *θεατράλια. Alexander Imp. arcarios inſtituit, qui de arca fiſci ederent munera eademq. parciora. Sic vet. Lamprid. codex.*

Archimandrita) No. CXI. II. No. CXV. II. No IV. VII. *Abbas Pater mandritarum. Vid. Evagr. lib. 1, cap. XIV. Hiſt. Doroth. διδασκ. κδ. διδασκαλικὸν monachorum adverſus* Antimum, *per Marianum primatem porrectum. Act. 1. Syn. 5. Conſtantinop. Chryſoſtom. Homil. LXIX. cap. XXI. Matthai.* Auguſtin. *Pſal. XCIX.*

Archimandritiſſa) Nov. IV. VII. Nov. CXI. *monaſteriorum muliebrium mater.*

Arctoa loca) Nov. LXIII. *Septentrionalia. Marcelli lib. IV.* Arctoæ provinciæ. *Latinus Pacatus.* Nec arctois ſubjecta frigoribus.

Argyroprata) No CXVIII. *ἀργυροπράτης, ὁ ἀργύρου τραπέζης προεςώς. Argenti diſtractor. Pecuniarum venditor. Hiſtor. miſcel. in Juſtino* 11. accerſitis Sophia piiſſima Auguſt. pecuniarum venditoribus & notariis juſſit deferri cautiones debitorum & breves, & præbuit eas debitoribus.

Armenia Quatuor) Nov. XXXIX. *Euſtathius in Dionyſium. ἴςεον ὅτι τὴν ἀρμενίαν χώραν εις τέσσαρα διειλεῖν λέγεται Ιουςιανὸς ὁ βασιλεὺς καὶ πρω-*

πρώτην μὲν φάσιν, ἔθετο τὴν ἐνδοξοτάτην ἑπτάπολιν ἧς μητρόπολις βαζάνις ἡ πρὶν λεοντόπολις ταύτης δὲ ἐστι καὶ ἡ θεοδοσιούπολις, καὶ ἡ κολώνεια καὶ ἡ τραπεζοῦς δὲ καὶ ἡ κερασοῦς ἐκ τοῦ πολεμονιακοῦ κόλπου· δευτέραν δὲ ὁ αὐτὸς ἔταξεν ἀρμενίαν ἐν πέντε πόλεσιν, ὧν καὶ ἡ σεβάστεια. Τρίτην δὲ ἀρμενίαν κατέστησεν ἑξάπολιν, τὴν ποτε καλουμένην δευτέραν ἀρμενίαν ἧς ἡγεῖται ἡ μελιτήνη· περὶ ταύτην τὴν ἀρμενίαν καὶ ἡ κόμανα ἡ καὶ χρυσῆ ὀνομαζομένη καὶ ἡ κόκουσος. ἐπέστησε δὲ καὶ τετάρτην ἀρμενίαν ὑπὸ σατράπαις οὖσαν, συγκειμένην ἐκ διαφόρων καὶ λεγομένην τζοφανὴν καὶ βαλβιτηνὴν καὶ τοιαῦτά τινα βάρβαρα ὀνόματα. *Sic Vet.*

A*ſceterium*) Nov. VI. VI. Nov. LXXIII. 1. 11. *Gloſſar.* παρθενῶνες τὰ μοναστήρια καὶ ἀσκητήρια. *Nicephor. Chronographico.* ἐτύπωσε καὶ ἀδούσας ρ. εἰς τοὺς β. χοροὺς ἵνα ψάλλωσιν ἐν τῷ ἁγίῳ ναῷ ἐποίσε δὲ καὶ ἀσκητήρια αὐτῶν πλήσιον τῆς μεγάλης τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας· τὸ ἓν ἐκ δεξιῶν. τὸ ἄλλο ἐξ ἀριστερου· ὁμοίως καὶ τῶν κληρικῶν τὰς κέλλας ἐποίσε κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν. *Vidend. Accurſ. Authenticor. collation.* 2. *tit.* 1.

A*ſcetria*) Nov. LIII. *Zonar. can. V I. Synod. Carthag.* ἔθος ἦν προσάγεσθαι κόρας ταῖς ἐκκλησίαις παρθενίαν ὁμολογούσας καὶ ἀγνεύειν ὑπισχνουμένας, καὶ ταύτας οἱ ἐπίσκοποι δι' εὐχῶν καθιεροῦν ὡς ἀνατεθείσας τῷ θεῷ καὶ ἐκεῖναι ἐφρόντιζον τῆς φυλακῆς καὶ ἀγωγῆς αὐτῶν καθ' ὡς δηλοῖ ὁ μδ. κανὼν τῆς παρούσης συνόδου. *Vidend. Balſam dicto can. VI. can. XIIX. Baſilii can. XLIV. Synod. Carthag. can. XV. XVI. Chalcedon. Gregorius papa Theodiſtæ.* De medietate vero ancillis quas vos lingua Græca aſcetrias dicitis.

Auditorium ſacrum) Nov. XXIV. IV. No. XVII. II. No. XXII. VI. *Edict. IIX. Vid. Julian. in ſcholiis Symmach.* 1. *Epiſt.* 12. Sacro potius auditorio ex provocatione competeret, accedente etiam proxima ſanctione, qua indiſcretas hujuſmodi appellationes ſedi quæ vicem principum tuetur priſco jure commiſit.

Auguſtalis) Nov. XXIV. IV. Αὐγουστάλιος. *Præfectus Ægypti, cui ad ſimilitudinem Proconſulis lege ſub Auguſto imperium datum eſt. Nec enim faſces conſulares ingredi Alexandriam licuit: cujus rei Cicero cum contra Gabinum loquitur meminit. Fertur enim apud Memphim in aurea colu-*

mna ægyptiis litteris ſcriptum, tunc domum Ægyptum liberam fore, cum in eam veniſſent Romani faſces & prætexta Romanorum.

Aureorum anulorum Jus) Nov. LXXII. *Jus ingenuitatis. Anulum enim aureum neq; ſervus neq; libertinus geſtabat in publico, ſed libertini argenteum, ſervi ferreum: licet & multi honeſtiſſimi anulo ferreo uterentur.*

Balliſtriarii) Nov. LXXIIX. *βαλλίςριον. σφενδόνη. καταπέλτης ἢ ὀνάγρος. βαλλύςρα.* Tormentum murale. *Sic conſtanter ſcribitur in Gloſſariis.*

Baſilica) Nov. LXXVI. III. *Cedren. in Valentinian. εὐσέβιός τις σχολαστικὸς τῆς βασιλικῆς. vulg. βασιλίσσης. Juſtinian. ait ἐπὶ τῆς βασιλείου στόας. Procopius ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ παρὰ τοὺς διαιτῶντας γενόμενοι.* Menander protector. *οὐ γάρ μοι θυμῆρες ἦν ἀγωνίζεσθαι δίκαις· οὔτε μὴν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ θαμίζειν καὶ δεινότητι λέγων τὰς τῶν ἐντυγχανόντων οἰκειοῦσθαι φροντίδας. Eunapius τὰ πλεῖστα δὲ ἐν δικαστηρίοις ὥσπερ ὁ Σωκράτης περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοὰν ἐκινδύνευον.*

Bona gratia divortium) No. XXXVI. *ἄνευ μέμψεως καὶ αἰτίας εὐλόγου. καλῇ χάριτι. ἀγαθῇ χάριτι.*

Canonicarii) CXXIV. V. VI. IIX. *canonem ſive annonas & tributa canonica exegerunt, id eſt, conſueta, ordinaria, ſolemnia arg. l. 2. C. Th. de extraord. ſeu ſord. muneribus l. 1. C. Th. ne damna provincial. inferant l. 1. C. de indict. l. 2. C. Th. de concuſſ. advocat. Caſſiodor. XII. Variar. X. Diverſis canonicariis provinciarum.* Summa futuræ indictionis & quantitas exigatur. *Sic alibi* Canonicario Venetiar. *Impreſſi* Cancellariis *& veteres aliquot, quibus aſſentiri cogor.*

Canonicum) Nov. XXI. IX. Nov. CXV. XXXV. Quod ad divinas regulas pertinet. *In ſacra Juſtini Imp. pro privilegio concil. Vizaceni, quam nos edi curavimus ad finem Novell. Juliani.*

Capitum) Nov. XV. II. *pabulum jumentorum Heſychius. καπητὸν. παράβλημα ἀλόγων.* Varin.

Capite Cenſiti) Nov. XXI. XII. *adſcriptitii. Vid. l. VI. VII. C. Th. de tironib. l. IV. C. Th. de Veteran. Balſam. tit. I. cap. XXXIV. Nomoc. Photii ad Nov. CXIII.*

Carucca

Carucca Argentea) Nov. XVII. 1. Nov. XXII. *Vidend. Symmach. 1. Epiſtolar. XIX. Proconſularis Carucca meminit Cledonius. Præfectura Adhelmus de laudib. virginit.*

Caſtus) Nov. VI. V. *In actis ſynod. Nicena.* σωφροσύνην δὲ καλῶ καὶ τῆς νομίμου γαμετῆς ἑκάστου τὴν συνέλευσιν λέγω. *Sudas* παφνούτιος.

Caſus) Nov. XXXVI. XIV. Vidend. ἔκθεσις νόμων τινῶν γενομένη, παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου *cap. XI. Gloſſar.* κάσον τέταρτον μέρος δῆλον ἀπὸ συμφώνου τοῦ μὴ ἔχειν τέκνον. *Item* κάσον. μοῖρα νόμιμος λέγεται καὶ μέρος δ. *Et alius quidam.* ἔθισται ἐν τοῖς γαμικοῖς συμφωνεῖν ὥστε ἐκ προτελευτῆς τῆς γυναικὸς κερδανεῖν τὸν ἄνδρα ἢ τὸ τρίτον τῆς προικὸς ἢ τὸ ἥμισυ καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ λεγόμενον κάσος.

Caſus Militiæ) Nov. XLVII. V. Nov. XC. IV. *quod pro militia, quæ vendi vel ad heredes ſub certa definitione tranſmitti poteſt, dari ſolet heredibus militis, pro tenore communis militantium placiti, vel divinæ ſanctionis tale præſtantis beneficium. l. ult. C. de pignoribus. quod primus docuit,* V. C. *æqui bonique conſultiſſimus,* *JACOBUS CUJACIUS: *quo tanto doctore ſi ego non indignus diſcipulus videor, magni me hônoris nomen ſuſtinere putavero.*

Cathedraticum) Nov. CXV. V. ἐνθρονιαστικόν. *Vidend. Ambroſ. cap. 5. de ſacerd. dignit. Synopſis* βασιλικῶν *lib. III. tit. IV. Nec omnino diſſimiliter Cathedraticum dicitur, cujus nomine duos ſolidos annos a Sacerdotibus ſuis exegerunt Epiſcopi. X. q. III.* Quid nomine cathedratici a ſacerdotibus ſuis exigere valeat epiſcop. id eſt, quid nomine honoris cathedræ, ſive epiſcopatus &c. Auguſtin. ſermon. de Cathedr. S. Petri. Inſtitutio ſolemnitatis hodiernæ a ſenioribus noſtris Cathedræ nomen accepit, ideo quod primum Apoſtolorum Petrum hodie epiſcopatus cathedram ſuſcepiſſe refertur.

Cellula) Nov. CXV. LVI. *Sozom. lib. VI. cap. XXXI.* ἕτερός ἐστι τόπος σχεδὸν ἑβδομήκοντα σταδίοις διεστώς, ὄνομα κελλία· ἐν τούτῳ δὲ σποράδην ἔστι μοναχικὰ οἰκήματα πολλὰ, καθὸ καὶ τοιαύτης ἔλαχε προσηγορίας. κεχώρισται δέ τοσοῦτον ἀλλήλων, ὡς τοὺς αὐτόθι κατοικοῦντας σφᾶς αὐτοὺς μὴ καθορᾶν ἢ ἐπαΐειν. *Item* οἰκοῦσι δὲ ἐν τοῖς κελλίοις ὅσοι τῆς φιλοσοφίας εἰς ἄκρον ἐληλύθασι &c.

Cenatio

Cenatio) Nov. CXXIII. IX *Triclinium. Sueton. in Neron.* Cenationes laqueatæ tabulis eburneis verſatilibus, ut flores ex fiſtulis, & unguenta deſuper ſpargerentur. Præcipua cenationum rotunda. *Cenatiunculam Sidonius diætam interpretatur.*

Cenſuales) Nov. CXXIV. IV. *Cenſus.* regeſtum ἀποτίμησις. ἀπογραφὴ χωρίων. Cenſuales. τῶν δημοσίων ἀπογραφῶν φύλακες. *meminit Firmic. lib. III. cap. XI.*

Chartula) Nov. XLIV. Nov. LXVII III. γραμματεῖον συμβόλαιον δικαίωμα. *Sever. Sulpit. in vita Martini.* Expetere ſecuritates annorum ſerie & vetuſtate conſumtas, & eis non extantibus inde prædæ occaſionem captare, extantium acceptilationem divendere, denique apud improbum rei arbitrum nocere chartulam cum periit, nihil proficere cum extat. *Gregorius in epiſtol.* De ſex unciis domus ſi authenticam chartulam non videmus, ad exemplaria nihil poſſumus facere.

Chartularii de Scrinio Fabricæ) Nov. LXXIX. III. *Chartularii Numeri*) Nov. CIIX. IX. *Chartularii Religioſæ domus*) Nov. CXI. *Gloſſar.* Chartularius. χαρτογράφος. χαρτοφύλαξ. *Cledonius in arte.* Abſurdum igitur erit dicere a prætorio proconſule venio: vel, Caruca eſt proconſule. Sectantes chartulariorum aliquantorum impetitiam, deſerunt doctiſſimorum veterum in arte tractatus. Quippe cum inter chartularios eloquentiſſimos reperias quoſdam vel paucos indoctos.

Cingulum) Nov. LVI. II. ζώνη. ἀξίωμα. Auguſtin. ſive Ambroſ. Serm. VII. Hic jam cognoſcere ſe debet omnis homo qui militat, non enim tantum de his militibus ſcriptura loquitur, qui armata militia detinentur, ſed quiſque militiæ ſuæ cingulo utitur, dignitatis ſuæ miles aſcribitur, atque ideo hæc ſententia poteſt dici, verbi gratia, protectoribus. *Zoſimus* ἱστορικῶν λογ. ε. ἐπειδὴ νόμος εἰσήχθη τοῖς οὐκ οὖσι χριστιανοῖς ζώνην ἐν τοῖς βασιλείοις ἔχειν ἀπαγορεύων τούτου τοῦ νόμου τεθέντος ἀρχῆς ἐν τῇ ῥώμῃ στρατιωτικῆς προεστὼς ὁ γενερίδος ἔμενεν ἐπ' οἴκου τὴν ζώνην ἀποθέμενος. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς οἷα δὴ τοῖς ἄρχουσι συναριθμούμενον ἀπῄτει προϊέναι κατὰ τὴν οἰκίαν εἰς τὰ βασίλεια. νόμον ἔφησεν εἶναι κωλύοντα ζώνην αὐτὸν ἔχειν ἢ ὅλως τοῖς ἄρχουσι καταλέγεσθαι τοὺς τὴν τῶν χριστιανῶν μὴ τιμῶντας θρησκείαν. *Vidend. Sud.* αὐξέντιος. *Ruffin. l. I. cap. XVI. Sozomen. VII. cap. XIII. Pollio in Salonino.*

Circus

Circus) Nov. XCIIX. κύκλος ἐν ᾧ ἱπποδρομίαι γίνονται. *Corrupte opinor apud Hieronymum legitur in Hilarione.* Hoc ſi quidem in Romanis urbib. jam inde ſervatur a Romulo, ut propter felicem Sabinarum raptum ab ipſo quaſi conſiliorum DEO quadrigæ ſepteno currant circuitu, & equos partis adverſæ fregiſſe victoria ſit, legend. ab ipſo Conſo conſiliorum Deo, *qui ideo templum ſub circo habet. Sic Vet. Servius Æneid. IIX.*

Comes Orientis) Nov. XV. V. *Zoſimus* ἱστορικῶν λογ. ε. ὁ δὲ κόμητα τῆς ἑώας πεποίηκεν· αὕτη δὲ ἡ ἀρχὴ βούλεται τὸν προβεβλημένον αὐτῆς ἐφεστάναι πᾶσι τοῖς τὰς ἑώας ἐπαρχίας ἰθύνουσι καὶ ἐπὶ τοῖς οὐ κατὰ δέον πραττομένοις εὐθύνειν *Sudas* λουκιανός. *Conſtitutione Juſtiniani primam tantum Syriam habet Comes Orientis & regionem quæ Cyreſtica vocatur.*

Comitatenſes) Nov. XXXIIX. *Vidend. L. XXXIX. C. Th. de decurio. Notitia occident. Comitatenſes largitionales l. VI. C. Th. de diverſ. offic. dicuntur* οἱ μὲν ἀεὶ τῷ παλατίῳ προσεδρεύοντες. Comitatus γὰρ ὁ τόπος ἐν ᾧ διάγει ὁ βασιλεύς. *Inde comitatenſium largitionum comes. Theodor. lib. IV. cap. XXII.* καὶ ὁ τῶν κομιτατησίων δὲ λαργιτιόνων κόμης στρατιωτῶν ἐπαγόμενος ἄμετρον πλῆθον.

Comitiaca) Nov. XXIV. κωμιτικὴ *Vicana. Vid. Nov. Juſtini de filiis liberar. mulier. l. ult. C. Th. de patrocin. vicor. Nov. Conſtantini Porphyrogen. II.*

Comitiana Apparitio) Nov XXII. *Comitis domorum.* Nov. XV. III. *comitis Galatib. v. comitis orientis. Actio X. concil. Chalced.* Tanquam non eſſet carcer in Antiochia in ordine Comitianorum.

Commendatoriæ) Nov. VIII. Συστατικά. Γράμματά εἰσι συστατικὰ ἃ καὶ ἀπολυτικὰ λέγεται τὰ συνιστῶντα τὴν ἱεροσύνην τῷ κομίζοντι. Commendatoriæ exemplum quod ſequitur, refert Codex quidam manuſcriptus.

Reverendiſſimo atque religioſiſſimo & a nobis cum ſumma veneratione nuncupando ILL. Epiſc. Ego ILL. extremus ſub pontificiali officio DEO famulantium, perpetuam in Domino Jeſu opto ſalutem. ΠΤΑ. ΠΑΑΑΑΙ. DLXXV. Præſens frater noſter ILL. petiit ab extremitate noſtra licentiam ad veſtram almitatem proficiſcendi, atque vobiſ-

cum ſive cum veſtris habitandi. Cui & nos benevola mente & fraterno affectu non ſolum ei copiam ad vos veniendi non negavimus: verum etiam ut a vobis ſive a veſtris gratifice ſuſcipiatur expoſcimus. Et ſi vobis placuerit ut aut in gradu quem modo tenet ſacris altaribus miniſtret, aut ad altiorem gradum promoveatur, veſtro ſive veſtrorum teſtimonio ſuſcepto id ei facere liceat, quippe qui nihil in eo tale invenerimus quo id faciendi licentia denegetur. Bene namque in eccleſia in qua hactenus fuit, educatus, bene converſatus hoc nobis de ſe ſive de ſua vita oſtendit: ut qui in quantum humana fragilitas ſcire poteſt, adminiſtratione ſacrorum miniſteriorum non ſit indignus. Nos itaque ut homines divini ſenſus inſcii & arcanorum ignati præbemus de fratre quale ſcimus teſtimonium. Deus eſt enim quem occulta non fallunt, & qui omnium ſecreta rimatur juxta illud: Homo videt in facie, Deus autem in corde. Has ergo literulas illi petere & nobis facere libuit, ut ille non ſolum pro profugo, aut abjecto non habeatur: verum etiam noſtræ humanitatis & charitatis commendatione a veſtra fraternitate lubentiſſime ſuſcipiatur. AMHN XCIX. ſalus æterna quæ Chriſtus eſt, & in hoc præſenti tempore vobis longevam ſalutem, & in futuro cum ſanctis & electis ſempiternam largiri dignetur. Amen DCLXIIX. *Convenire videtur cum formula Attici epiſcopi edita ad finem concilii chalced. & diſtinct. LXXIII. ſed corrupte. Legend.* qui ſecundum græca elementa ſignificat. AMHN.

Commentarienſis) Nov. XXXIIX. *Gloſſar. verborum quæ ad jus pertinent.* Κομενταρίσιοι, τὺς ἐπὶ τῶν ὑπομνήμασιν τῶν γράφων πραττομένων ὁ νόμος καλεῖ καὶ ὑπηρετῦντας ταῖς ἐγκληματικαῖς δίκαις. *Vidend. Edict. IX.* Athanaſ. πρὸς τὸν Κωνστάντιον. Πῶς δὲ σύνοδον ὀνομάζειν τολμῶσιν ἧ κόμης προυκάθητο καὶ παρῆν σπεκυλάτωρ καὶ κομμενταρίσιος, ὁ μὲν εἰσῆγεν ἀντὶ διακόνυ τῆς ἐκκλησίας, ἐκεῖνος ἐφθέγγετο, καὶ οἱ παρόντες ἐσιώπων. *Commentariorum Præfect prætor. meminit l. XXI. C. Th. de appellation. Idem* Athanaſius. καὶ ἐμὲ μὲν μέχρι τῆς βαρβάρων ζητεῖσθαι, καὶ εἰς τὰ λεγόμενα κομεντάρια τῶν ἐπάρχων παραπέμπεσθαι.

Comparatores) Nov. XLIX. II. ἀντεξετάζοντες τὰ γράμματα, τυτέστι οἱ ζυγκρίσεις ποιύμενοι.

Comple-

Completio) Nov LXVI. V. VII. *Scholiaſtes* πρὸ τοῦ τελέσματος· τελέσει πρὸ τῆς κόμπλης τῆς παρὰ τῶν ταβελλιώνων γινομένης. *Alexius Comnenus Nov. IIX.* τῶν γὰρ δικαστῶν ἄλλων εἰς ἄλλας τραπομένων ἐννοίας, καὶ τῶν μὲν τὰ ἔγγραφα ἐξ ὧν ἡ σύγκρισις γίνοιτο μὴ ἄλλως ἀγοραῖα καλονομάζεσθαι κατὰ τὴν Ιουστινιάνειον νεαρὰν εἰμὴ παρὰ ταβελλίωσι τελοῖντο καὶ συνήθεις ἐπιφέροιντο κόμπλας διατεινομένων· τῶν δὲ τὰς ὑπογραφὰς τῶν ταβελλιώνων ἀρκεῖν λεγόντων ἀγοραῖα τὰ ἔγγραφα συνιστᾶν κἂν μὴ κεκομπλατευμένα τυγχάνοιεν &c.

Concubina) Nov. XXIV. V. Nov. LXVII. *Quodammodo uxorem legitimam imitatur. Vidend. Salvian. lib. IV. de vero DEI judic. l. probrum D. de tit. nuptiar.* Epiphan. περὶ πίστεως. Antiqui eam proprie pellicem nominabant quæ uxorem habenti inibat. *Feſtus* Pellex *in Vet. exempl.*

Concubitor) Nov. LXXXII. XII. Nov. XXXIV. V. Sic concubitor maſculorum. ἀρσενοκοίτης.

Confirmator venditionis) Nov. III. I. βεβαιωτής. βεβαίωσις. confirmatio, fidejuſſio. βεβαιωτής ſecundus auctor. *Adfirmator fidejuſſorum vicem ſuſtinere dicitur l. cum oſtendimus §. ult. D. de fidejuſſ. tutor.*

Conſiſtorium) Nov. XXIII. θεῖον συνέδριον. βασιλικὸν σέκρετον. *Auſonius in gratiar. action.* In illa vero ſede, ut ex more loquimur, conſiſtorii, ut ego ſentio ſacrarii tui, nullus unquam ſuperiorum aut dicenda penſius cogitavit, aut conſultius cogitata diſpoſuit, aut diſpoſita maturius expedivit. *Vid. Ambroſ. de obit. Valentiani.*

Conſtringere) Nov. CXXII. *Cicero.* Incluſam & conſtrictam belluam ne dimittatis, cavete.

Conſuetudo) Nov. XXII. I. Nov. CXV. XXV. ἀπὲρ ἡ συνήθεια δίδοσθαι γινώσκει. *Gloſſ.* Salarium. ὀψώνιον, παροχή, συνήθεια. Sportula. ἐκβιβαστικά, ἐφόδια, συνήθεια. *Auguſtin. Macedonio.* Sunt aliæ perſonæ inferioris loci, quæ ab utraque parte non inſolenter accipiunt, ſicut officialis & a quo admovetur & cui admovetur officium, an his extorta per immoderatam improbitatem repeti ſolent, data per tolerabilem conſuetudinem non ſolent. *Chryſoſtom.* τοὺς ὑποδεξαμένους ἀπαιτεῖσθαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἃ μηδεὶς ἐπιτρέπει νόμος, ἐπὶ προφάσει τινὸς ἔθους ἀρχαίου

παρανόμου τε καὶ ἀδίκου. *Sic alibi Juſtinian.* μήτε δὲ συνηθείας ὀνομάζειν ἢ ζητεῖν τὰ γὰρ κακῶς ἐπινοούμενα, οὐδὲ μακρᾷ συνηθείᾳ βεβαιοῦσθαι βουλόμεθα. *Leo Imperat.* ναυμαχικοῖς. παραγγείλας δὲ καὶ τοῖς ἄρχουσι, μηδένα τῶν ὑπ' αὐτοὺς στρατιωτῶν ἀδικεῖν ἢ τὸ οἱονοῦν δῶρον παρ αὐτῶν λαμβάνειν ἢ τὰς λεγομένας συνηθείας.

Conſularis) Nov. LVI. II. ὑπατικὸς. Chryſoſt. Homil. XVI. de ſeditio.

Conſultatio) Nov. XXIV. II. Nov. LVI. I. *Conſultatio fit præſente principe, introducta lite in commune palatii procerum auditorium, vel, ſi abſit, calculum ſenatus confirmante. Unius enim vel duorum magnificorum judicum, improprie Conſultatio dicitur in l. in offerend. C. de appellat. ubi Baſilica ita ſcriptum habent.* ἵνα ἐξέστι καὶ τῷ νενικηκότι ἐν τῷ προτέρῳ δικαστηρίῳ, εἰσιέναι, παρὰ τῷ ἑνὶ, ἢ τοῖς δυσὶ δικασταῖς, ἢ πᾶσι τοῖς συγκλητικοῖς τὴν ἔκκλητον ἐντὸς διετίας.

Conti) Nov. LXXIX. *Iſidor. XIIX. Etim. Gloſſ.* κόντος μὲν, τὸ μακρὸν δορυ. ἀκόντιον δὲ, τὸ βραχὺ καὶ ῥιπτόμενον. *Strabo lib. X.* καὶ ὁ κοντὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας ἀποδίδωσι, καὶ γὰρ συστάδην χρώμεθα καὶ κοντοβολοῦντες.

Continentia) Nov. LIX. *alimonia. Gregorius Petro Subdiac.* Ut ipſe pro victu ac veſtimento ſtratoque continentiam pueroque ejus annuam quantum proſpexeris ſatis eſſe, conſtituas. *Eidem* Liberato negotiatori qui ſe eccleſiæ commendavit, qui habitat in maſſa cruciana annuam continentiam a te volumus fieri. Cujus continentiæ ſummam ipſe æſtima qualis eſſe debeat, ut renunciata nobis in tuis rationib. imputetur. *Idem* Anthem. Quis: ubi maneat ſive quid agat? unde ſe contineat?

Conventus) Nov. LVI συνέλευσις πάντων τῶν συγκλητικῶν.

Crucem imponere) Nov. IV. I. *Vid.* σιγίλλιον τοῦ πατριάρχου κυρίου γερμανοῦ. Μανουὴλ περὶ οἰκτηλορικοῦ δικαίου. *lib. II. Juv. Oriental.*

Cubicularius) Nov. XV. x. χαρτουλάριος. *cubicularius chartularius. Theonas Epiſcop. præpoſit. cubicul.* Nam aliquem ex vobis ſervare privatas principis pecunias audio, alium veſtes & ornamenta Imperialia, alium vaſa pretioſa, alium libros, alium aliam ſuppellectilem.

Calcita

Culcita humo conſtrata) Nov. IV. III. χαμεῦναι. *Heſich.* χαμευνεῖ, χαμαικοίτει. *Euſtath.* ὀδυσ. ν. χαμεύνα, ἡ ταπεινὴ κλίσις καὶ στιβάς. *Gloſſ.* χαμεῦνα, ταπεινὴ καὶ εὐτελὴς κλίνη· καὶ χαμευνία ἡ ξυροκοιτία. *Auctor de duplic. martyr.* Nec enim locus deſertus, ſaccus pro veſte, legumen pro cibo neque jejunia neque chameunæ monachum faciunt. *Hieron. ad Nepoti.* Omnes pene virtutes corporis mutantur in ſenib. & creſcente ſola ſapientia decreſcunt cæteræ virtutes, jejunia, vigiliæ, eleemoſynæ chameuniæ. *Idem in* Aggeum. Et jejunia eorum, & obſervationes varias & χαμευνίας, id eſt, humi dormitiones.

Curia) Nov. XXXV. Nov. XLI CURIALES. Nov. VI. Nov. XXXIV. Nov. LXI. Nov. CXXIV. V. IX. *Auguſtin. Pſalm. CXXI.* Tribus non nomine alio proprie dici poſſunt, ſed vicino curiæ. Nam proprie ſi dixerimus curias, non intelliguntur niſi curiæ, quæ ſunt in civitatib. ſingulis ſingulæ Unde curiales & decuriones, id eſt, qui ſunt in curia & decuria. Et noſtis quia tales curias ſingulas, habent ſingulæ civitates. Sunt autem vel erant aliquando in iſtis quoque civitatibus curiæ etiam populorum, & una civitas multas curias habet, ſicut Roma triginta & quinque curias habent populi. Hæ dicuntur tribus. *Ambroſ. II. ad Timoth.* quos conſtat in ſocietatem Romanorum receptos, ut de cœtero appellarentur Romani, idcirco neceſſe eſt eos curiam habere, in quam more Romanorum penulati conveniant.

Curſus publicus) Nov. XXII III. Nov. XXVII. I. *Procop.* ἀνεκδότοις. οἱ μὲν ῥωμαίων αὐτοκράτορες ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις γεγενημένοι προνοήσαντες ὅπως ἅπαντά τε σφίσιν ἀπαγγέλοιντο τάχιστα καὶ μηδεμιᾷ διδῶτο μελλήσει τά τε πρὸς τῶν πολεμίων ἐν χώρᾳ ἑκάστῃ ξυμπίπτοντα καὶ ταῖς πόλεσι κατὰ στάσιν ἢ ἄλλό τι ἀπρόοπτον ξυμβαίνοντα πάθος τά τε πρὸ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων πανταχόθι πρασσόμενα τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς ὅπερ τε οἱ τοὺς φόρους παραπέμποντες τοὺς ἐπετείους διασώζοιντο βραδυτῆτος καὶ κινδύνου χωρὶς δημόσιον ὀξύν τινα πανταχόσε πεποίηνται δρόμον τρόπῳ τοιῷδε. ἐς ἡμέρας ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ σταθμούς τε κατεστήσαντο πῆ μὲν ὀκτὼ πῆ δὲ τούτων ἐλάσσους. οὐ μέντοι ἧσσον ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ἢ κατὰ πέντε. ἵπποι δὲ ἵσταντο ἐς τεσσαράκοντα ἐν σταθμῷ ἑκάστῳ. ἱπποκόμοι δὲ κατὰ λόγον τοῦ τῶν ἵππων μέτρου ἐτετάχατο ἐν πᾶσι σταθμοῖς· συχναῖς δὲ ἵππων δοκιμοτά-

γηςάμενος. Anteceſſor, deceſſor, præceſſor. *l. obſervare §. recte D. de offic. Proconſ. Caſſiod. IIX. Opilioni.* fructibus veſtrarum utimini dignitatum. Nam quod vobis per deceſſores prædeceſſoreſque noſtros &c.

Delegatores) Nov. CXXIII I. VI. *Lexicon* Athanaſii. δηληγάτιων κατὰ ῥωμαίους ἡ ἐκταγὴ τοῦ σιτοπομπείου καὶ ἡ ἀννόνας μετακομιδὴ. *Sudas.* ἀννόνων μετακομιδὴ ἡ δελεγάτιων ῥωμαικῶς. *Impreſſ.* ἡ δὲ λέξις ῥωμαικὴ. *Idem* δηληγάτιων.

Depretiari) Nov. LVII. ἐλαττοῦσθαι. *Tertullian. de ſpectac.* amant quos multant: depretiant quos probant. *Ambroſ. de bono mort.* depretiavit & de honeſtavit.

Deputati) Nov. LXXIX. II. οἱ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς συγκαταλεγομένοι οὓς ὁπλοποιοὺς καὶ δεπουτάτους καλοῦσι. Αφωρισμένοι. *Non diſſimiliter in reſponſis Joannis epiſcopi Citri.* δεπουτάτοι καὶ καμισάτοι οὐκ εἰσιν ὀφφίκια, ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα τούτοις ἁρμόζουσαι. *Et in Notitia Orientis.* Sub diſpoſitione virorum Illuſtrium Comitum domeſticorum equitum & Domeſticorum peditum

Domeſtici equites	Domeſtici pedites & deputati eorum
Comes domeſticorum equitum	Comes domeſticorum peditum.

Deſcriptiones) διαγραφαι. Nov. CXIX. V. *Procopius* ἀνεκδότοις. Τὰ δὲ τῶν διαγραφῶν ὡς συντομώτατα φράσαντι ἀπηλλάχθαι τὰς πόλεις ἀνάγκη ὥνπερ τάς τε ἀφορμὰς καὶ τοὺς τρόπους ἐν τῷ παρόντι ἀφίημι λέγειν ὡς μή μοι ὁ λόγος ἀπέραντος εἴη. ταύτας οἱ τὰ χωρία ἔχοντες κατατιθέντες κατὰ λόγον τῆς ἐγκειμένης ἑκάστῳ φορᾶς. *Vet.* κατ' ὀλίγον. *Meminit Sudas,* διαγραφὴ.

Diaconiſſa) Nov. VI. VI. V. I. *Sozomen lib. VII. cap. XVI. junctal. nulla C. de epiſc. & cleric. Hieron. ſive quis alius cap. XVI. ad Rom. Epiphanius* κατὰ κολλυριδιανῶν & περι πίστεως καθολικῆς. Καὶ διακονίσσαι δὲ καθίστανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν μόνον διὰ τὴν σεμνότητα, ἂν χρεία καταστaίη λουτροῦ ἕνεκα ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων. καὶ αὗται δὲ μονογάμοι ἐγκρατευσάμεναι ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας ἢ ἀειπάρθενοι οὖσαι.

Diateta) διατηται. Nov. LXXVI. *pedanei arbitri l. reſtituenda C. de advocat. divers. judic. Procop.* ἀνεκδότοις. Καὶ στασιῶται οἱ τὴν ἐν παλατίῳ φρουρὰν ἔχοντες ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ παρὰ τοὺς διαιτῶντας γενόμενοι βιαίᾳ χειρὶ τὰς δίκας εἰσῆγον.

Diaria)

Digitized by Google

Diaria) Nov CXV. XXIII. ὀψώνια. *Salaria Heraclius & Conſtantin.* *Nov. IV.* καὶ τὸ δὴ χείριστον καὶ τὰς λεγομένας τῶν διαρίων κωμίζεσθαι ῥόγας εἴτε διανομὰς εἴτε ἐκ εὐαγοῦς ὀρφανοτροφείου ἢ εὐαγῶν ξενώνων ἢ εὐαγοῦς μοναστηρίου ἢ ἐκ τῶν θείων ἡμῶν οἴκων ἢ ἑτέρου προσώπου οἱουδήτινος ἢ ἄλλης οἱασοῦν διοικήσεως. *Item* μὴ μόνου ἐκπίπτειν τῆς οἰκείας ἐγχειρήσεως ἀλλὰ καὶ τῆς λειτουργίας αὐτῆς ἐξωκαθίστασθαι ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς καὶ τῶν εἰθισμένων δίδοσθαι παρὰ τῶν τῆς κατ᾽ αὐτῶν ἐκκλησίας διαρίων.

Diaſoſta) Nov. CXXIII. I. VI. διασώζων τὸ στράτευμα. productor exercitus. Leo Imper. in legib. militar. οἱ ἔξαρχοι καὶ οἱ ὁποσονοῦν. διασώζοντες· τὸ στράτευμα, ἐὰν ἀργυρολογῶσι τὰ χωρία, τὸ διπλάσιον ἀποδικάζονται.

Domeſtici) Nov. XXII. III. Procopius ἀνεκδότοις. εἰσὶ καὶ ἕτεροι τῶν ἐν παλατίῳ πολὺ ἀξιώτεροι ἐπεὶ καὶ πλείω τὸ δημόσιον αὐτοῖς χορηγεῖν εἴωθεν ἅτε καὶ μείζω κατατιθεῖσι τοῦ τῆς στρατείας ὀνόματος τὰ τιμήματα οἱ δὲ δομέστικοί τε καὶ προτίκτορες ἐπικαλοῦνται ἀνέκαθεν ἀμελλέτητοί εἰσι πολεμίων ἔργων· τάξεως γὰρ καὶ προσώπου ἕνεκα μόνον ἐν παλατίῳ εἰώθασι καταλέγεσθαι· καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν βυζαντίῳ οἱ δὲ ἐπίτε γαλατ. ἐκ παλαιοῦ καὶ χωρίων ἑτέρων ἵδρυνται. ἀλλὰ καὶ τούτους Ιουστινιανὸς τρόπῳ ἀεὶ δεδισσόμενος τῷ εἰρημένῳ μεθίεσθαι ἠνάγκαζε τῶν προσηκουσῶν σφίσι συντάξεων.

Dos Profectitia. Dos Adventitia) Nov. LXXXIV. II. Profectitia ἀποδημιτικὴ προὶξ ἡ παρὰ τοῦ πατρὸς διδομένη. Adventitia παραγινομένη ἤτοι ἡ διδομένη παρὰ ἐξωτικοῦ. Profectitia dos προερχομένη καὶ ἐξιοῦσα ἔξω τῆς πατρικῆς οὐσίας.

Duplicia monaſteria) Nov. CXV. LVII. Zonar. can. XX. Synod. VI. κωλύει ὁ κανὼν διπλᾶ γίνεσθαι μοναστήρια. οὐχ ὁμοῦ δὲ διῆγον τοῖς μονασταῖς αἱ μονάζουσαι ἐν τοῖς τοιούτοις μοναστηρίοις, ἀλλ᾽ ἔγγιστα κατῴκουν ἀλλήλων ὥστε καὶ ἀμφω ἀλλήλων ἀκούειν. Balſamo aliter. Vidend. l. XLIII. C. de epiſc. & cler. Evag. lib. I. cap. XXI.

Elogium) Nov. XXXVI. XX. διάταγμα. τελευταία; βούλησις.

Emphaniſtica) Nov. I. ἐμφανιστικά. Quæ ſuper proceſſu ſuo præſtant clerici, ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἐμφανείας. Nov. CXXIII.

Emponemata) ἐμπονήματα. Nov. VII. III. Nov. LVIII. Nov. CXI. IV. labore agricolæ in agro meliorata. Conſtantin. Porphyrogennet. No. II.

ὥστε

ὥστε ἀναμφιβόλως καὶ ἀνυπερθέτως πάντας ἀπελαθῆναι τοὺς ἀπὸ τῆς εἰρημένης νομοθεσίας ἀγοράζειν κωλυομένους μηδένα λόγον μηδὲ περὶ ἐμπονημάτων ἀπαιτήσεως ἔχοντας. Impreſſi δαπανημάτων. Roman. Senior. No. I. καὶ ἀναργύρως ἐκεῖθεν ἐξελαύνεσθαι κελεύομεν, καὶ τῶν οἰκείων ἐμπονημάτων καὶ καλλιεργημάτων ἀποστερεῖσθαι.

Epitropi) No. XXII. I. Procuratores. τῶν βασιλικῶν κτημάτων διοικηταί. Procopius ἀνεκδότοις. ἐπίτροπός τε καταστὰς τῶν ἐκ παλαιστίνης τε καὶ φοινικῆς βασιλικῶν χορίων. *Auſonius Paulino de procuratore ſuorum prædiorum.* Philon. meis qui villicatur prædiis. Ut ipſe vult Epitropos. Nam glorioſum græculus nomen putat. Quod ſermo fucat doricus.

Eremodicia) ἐρημοδίκια. No. LXIII. III. ἐρήμη δίκη μὴ παρόντων ἑκατέρων τῶν μερῶν. Sinopſis βασιλικῶν περὶ ἐρημοδικιῶν, τουτέστι τῶν εἰς μονομεροῦς εἰσηγήσεως τὴν καταδικὴν ἐχόντων.

Evacuari) No. CX. X. No. LXXXII. No. CXI. X. No. II. III. ἀκυροῦσθαι *l. VIII. C. Th. de ſuar. pecuar. l. III. C. Th. de immunit. nemin. concedend. Ambroſ. apolog. David.* recurſus celebrabilis admodum quo debita vacuantur. *Et in Lucam.* Nec prius evacuatur fœnoris nomen. *Auguſt. de cur. pro mortuis.* Ubi eſſet recautum quo illa cautio vacuata fuerat.

Exarthrare) No. CXXV. VI. ἐξάρθρημα τῶν ἄρθρων διάλυσις *Galenus de os.* Ἱπποκράτης θατέρου τῶν συντασσομένων ὀστῶν τὸ πέρας ἄρθρον ὀνομάζει πολλάκις οὐ μὲν ὁπότερόν γε ἔτυχεν, ἀλλὰ τὸ περιφερές τε καὶ τῇ κοιλότητι τοῦ πλησιάζοντος ἐμβεβηκός. Vidend. Ægynn. περὶ ἐξαρθρησμάτων.

Exceptores) No. XXX. III. No. LXXVI. VII. ὑπογραφεῖς. ταχυγράφοι. *Iſido. IX.* Etimol. *IV.* Ennodius *de vita* Epiphanii. *Procop.* cap. I. Joſue. ταῦτα διὰ τῶν γραμματέων ις δεδήλωκε τῷ λαῷ, οὓς ὁ μὲν ἀκυλὰς ἐκβιβαστάς φησιν. ὁ δὲ σύμμαχος ἐπιστάτας. ἐοίκασι δὲ κατὰ τοὺς παρὰ ῥωμαίοις ἐκσκέπτορας εἶναι. δι' ὧν δηλοῦσι τοῖς δήμοις οἱ ἄρχοντες τὸ δοκοῦν. *Gloſſ.* ἔκληψις ὑπαγορεύοντος τινος. Exceptio.

Exceptores) No. CXVVIII. ἐκλήπτορες. *publicorum tributorum exceptores, Anaſtaſio bibliothecar.* πράκτορες *Zonara.* διοικηταὶ *Cedreno.*

Expellenta) N. CXXIV. VI. ἐξπελλέυται. *Expellentes. Sudas* ἐκπελευθῆναι. ἐκβληθῆναι. *Heſich.* ἐκπελεύει. ἐξωθεῖ. *Zonar. in Roman*

Digitized by Google

κελευόμεν. *& Manuel. Connen.* περὶ διαφόρων ὑποθέσεων. Καὶ ταύτην ὥσπέρ τινα κλῆρον πατρῷον εἰς τρίτην πολλάκις καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς ἐγγόνοις αὐτοῦ κατὰ διαδοχὴν παραπέμψαντα.

Gerontocomium) Nov. VII. I. Locus venerabilis in quo pauperes & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. *Conſtantinus Manaſſes Sinopſi Chronici.*

καὶ τοῖς κακοῖς ἐπρώτευεν ὁ καὶ τῷ γένει πρῶτος
ἐκτετμημένος ἐκ μακροῦ τοὺς παιδουργοὺς κυλίνδρους
ἄνθρωπος κακουργότροπος σκαιὸς ῥυπαρογνώμων
ὁ σχῶν τὴν ἐπιμέλειαν τῶν γηροκομουμένων.

Hegumenus) ἡγούμενος Nov. CXI. II. Nov. CXV. LV. LVI. Primus monachus *Nov. IV. IX. Ut Epiſcopus D. Ambroſ. De dignit. ſacerd.* primus ſacerdos. *Anaſtaſius biblioth.* Theodorus Hegumenus ſtudii. *Dorothe.* Θεόδωρος ὁ τῶν στουδίου πεφηνὼς πάνσοφος ἡγούμενος. *Idem Anaſt.* Cum Epiſcopos & Hegumenos ordinaſſet. ἐπισκόπους πολλοὺς καὶ ἡγουμένους ἀθροίσας. *Luithprand. I. Rer. per Europ. geſt. cap. II.* Ut cuidam ſerviret. ἡγουμένῳ. *Impreſſ.* ἡγεμόνι. *Corrupte forſitan. Nov. LXXIX.* διὰ τῶν ἡγουμένων εἴτε διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων. *Julian.* An per œconomum vel apocriſiarium. *Sic Nov. VI.* διὰ τῶν ὑπ' αὐτὴν εὐλαβεστάτων κληρικῶν ἢ ἀποκρισιαρίων ἢ οἰκονόμων κινεῖν. *Liberat. cap. XVII. Breviarii.* Factus eſt iterum œconomus, habens cauſas omnium eccleſiarum. *Vet. tamen interpres Authentic.* abbates *vertit.*

Heſychaſta) ἡσυχαστὴς No IV. IV. *Synod. VI. can. XLI.* τὴν ἡσυχίαν ταύτην μεταδιώκουσι. *Balſam.* μέγα τι καὶ τολμηρὸν ἐστὶν κατὰ μόνας ἡσυχάσαι τινὰ, καὶ ἐν βραχυτάτῳ οἰκίσκῳ ἐγκλεῖσαι ἑαυτὸν ὡς τεθνεῶτα παρ' ὅλον τὸν τῆς οἰκείας ζωῆς χρόνον. *Sozomen. lib. VI. cap. XXXI.* Οἰκοῦσι δὲ ἐν τοῖς κελλίοις ὅσοι τῆς φιλοσοφίας εἰς ἄκρον ἐληλύθασι καὶ σφᾶς ἄγειν δύνανται, καὶ μόνοι διατρίβειν, δι' ἡσυχίαν χωρισθέντες τῶν ἄλλων. *Manuel Comnen.* παρὰ τῶν ανωθεν ἀριθμηθέντων μοναστηρίων ἢ καὶ ἡσυχαστηρίων, ἢ καὶ ἀναχωρητικῶν κελλίων. ἢ λαύρων, καὶ ἁπλῶς καταικητηρίων μοναχικῶν κἂν ὁίῳ ἂν καλοῖντο ὀνόματι.

Honoraria dignitas) No. LXIV. τὸ ἀρχαῖον ἦν τινὸς ὑπαρχότητος. σχῆμα ἣν Ηονοραριαν ἐκάλουν, κωδικίλλων ἐκ τῆς βασιλείας ἐπ' αὐτῇ παρεχομένων.

Digitized by Google

μένων. ταύτην δὲ οὕτως ὠνόμαζον ὡς οὐδενὸς ἑτέρου πλὴν ἡ ψιλῆς τιμῆς τοῖς ταύτης ἠξιωμένοις παρεχομένης. ***Eunapius in Libanio***, τῶν δὲ μετὰ ταῦτα βασιλέων καὶ τῶν ἀξιωμάτων τὸ μέγιστον αὐτῷ προσθέντων. τὸν γὰρ τῆς αὐλῆς ἔπαρχον μέχρι προσηγορίας ἔχειν ἐκέλευον, οὐκ ἐδέξατο, φήσας τὸν σοφιστὴν εἶναι μείζονα. ***Idem in proæreſio.*** ὁ δὲ ταῦτα ἔδωκεν, καὶ προσέθηκε τὸ μέγιστον τῶν ἀξιωμάτων στρατοπεδάρχην ἐπιτρέψας καλεῖσθαι.

Impoſitio) No. CXXIV. VIII. ἐπιβολή. ***Sic Tit. Cod.*** Quando ſteriles agri fertilibus imponuntur. ***Vid. injectio.***

Indictio) Nov. CXXII. CXXIII. CXXIV. ***Cedrenus.*** ἐν τούτοις ἥτε τῶν ὀλυμπιάδων ἀπέβη πανήγυρις, ἥτις τετραετῆ χρόνον ἐπιτελεῖτο. ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη πανήγυρις ὅτε Μανασσῆς τῶν Ἰουδαίων ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἰνδικτοι. ***Septembri menſe incepit.*** ***Ambroſ. de Noe & arca.*** Septimus autem menſis ſecundum numerum qui September dicitur computatur, quia etſi a ſeptembri menſe annus videatur incipere, ſicut indictionum præſentium uſus oſtendit, tunc enim ſeminum jactus, nec tamen ex quo plenior gratia ſe incipit demonſtrare, ex eo anni origo ſubducitur. ***Trino luſtro digeritur, ſive trina tributi illatione completur.*** ***Sed hac ſibi poſcunt libellum ſingularem.***

Injectio) Nov. CXXIV. VIII. ἐπιβολή. ***Impoſitio. Procopius*** ἀνεκδότοις. Τὸ δὲ τῆς ἐπιβολῆς ὄνομα ὀλεθρός τις ἐστὶν ἀπρόοπτος ἐξαπιναίως τοῖς τὰ χωρία κεκτημένοις ἐπιγενόμενος προρρίζοντε αὐτοῖς ἐκτρίβων τὴν τοῦ βίου ἐλπίδα χωρίων γὰρ τὸ τέλος τῶν ἐρήμων τε καὶ ἀπόρων γεγενημένων ὧν δὴ τοῖς τε κυρίοις καὶ τοῖς γεωργοῖς ἤδη τετύχηκεν ἢ παντάπασιν ἀπολωλέναι ἢ γῆν πατρῴαν ἀπολιποῦσι τοῖς ἐγκειμένοις σφίσι διὰ ταῦτα κακοῖς κρύπτεσθαι οὐκ ἀπαξιοῦσιν ἐπιφέρειν τοῖς οὔπω διεφθαρμένοις παντάπασι. τοιοῦτο γὰρ μὲν τὸ τῆς ἐπιβολῆς ὄνομα ἐστι ἐπιπόλησαν ὡς τὸ εἰκὸς ἐπὶ τὸν χρόνον μάλιστα τοῦτον. ***Vid. Sudas.*** ἐπιβολή.

Inluſtres) No. CXXI. *l, caſſatis C. Th. de heret. Iſidor. IX. Ethimolog. IV. Sidonius* Invenimus illas tenere inter ſpectabiles principem locum. Sed dicitis viros Eucherium & Pannychium illuſtres haberi.

haberi. *Gloſſ.* Ἰλλούστριος λέγεται ὁ ἐνδοξότατος κόμης τῶν δομεστικῶν καὶ πρωτοσπαθάριος. *Illuſtres quoſdam reddit honor additus ab Imperatore, quos ipſa quidem adminiſtrationis conditio ſpectabiles novit. l. omnes C. de metat.*

Introita) Nov. CXXIII. I. *Nov. XXX.* ἵνα μηδὲ αὐτοὶ τὰς ὑποτολὰς ἀδικοῖεν, μηδὲ τὰς προφάσεις ἐκείνας ἃς εἰς ἐπήρειαν ἐπινοοῦντες *Introitus* τε καὶ ἕτερα ὀνομάζοντες.

Julia) No. CXXIV. I. III. *Synopſis* βασιλικῶν. Ἀλλὰ καὶ τῶν ζευγῶν ἤτοι ἰυλίων εἶτε ἢ κεντυρίων. *Sic manuſcrip. exempl. v. Modos quibus metirentur rura, alius aliter nominavit.*

Lampadarii) No. XXXVIII. *Vid. inſignia Præfect. pratorio in notitia. Chryſoſtom. in act. Apoſtol. II. Edict. VIII.* χρῆσθαι δὲ κήρυκος φωνῇ καὶ λαμπάσι quatuor. *Auctor de officiis Conſtantinopol. aulæ.* τὴν λάμπαδα δὲ φέρουσιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ διὰ τὸ κυριακὸν λόγιον. οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ὡς καὶ οἱ ἄνθρωποι ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν. *Sequitur.* καὶ ὅτε ὁ πρωτοβεστιάριος ὅτε ὁ λαμπαδάριος ὅτε μὲν ὁ τὴν βασιλικὴν φέρων σπάθην &c. *Herodianus quidem inter inſignia Principatus, ignis prælati meminit lib. I. II. VII. Hiſtor.*

Laterculenſis) No. XXVI. *In ſcrinio Memoria, qui tertium primum locum obtinet Laterculenſis nomen init a Laterculo, quod ſic forte dicitur ut Cyclus paſchalis, Laterculus can. IV. Syn. Toletan. ca. I. Aurelian. Iſidor. VII. Etym. XXIII.* Cyclus autem vocatus eſt quod in orbem digeſtus ſit & quaſi in circulo diſpoſitum ordinem complectatur annorum, ſine varietate & ſine ulla arte &c. Hinc & laterculos dictus quod ordinem habeat ſtratum annorum. *Sic Vet.* πλινθίον *Hieronym. laterculum & abacum appellari poſſe ſcribit, in cujus pulvere ſolent geometræ grammas, id eſt lineas radioſque deſcribere. Ezech. cap. IV.*

Latrunculator) No. XV. X. ληστοδιώκτης *l. ſolemus D. de Judic. Gloſ.* ληστοδιώκτης Latroniculator.

Lecti) No. LII. *Epiphanius* κατ' ἀνομοιῶν. κλίνας ἐποίησε τοῖς σώμασι τῶν ἐξοδευόντων ποιῆσαι ἐν ἀριθμῷ τινὶ, καὶ ἄνευ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐπιτεταγμένων οὐκ ἐξεκομίζετο σῶμα τῶν τελευτώντων. *Maximi lecti*) No. LIII. majores lecti in venerabili vaſorum cuſtodiario poſiti. Dicimus autem ſtudii glorioſæ memoriæ & Stephani magnificæ memoriæ. *Deauratus lectus*) No. LIII. *poſitus erat in ſanctiſſima majore eccleſia.*

Lecticarii) Nov. XIII. οἱ τὴν κλίνην τῶν νεκρῶν φέροντες.

Liberorum Jus) Nov. LXXII.IV. *Vidend. l. 1. C. de Jure liberor. Ulpian. lib. ſingul. Regula. De ſolidi capacitate inter virum & uxorem. Auguſtin. contra Julian. pelagian.* Ut jure fuerit conſtitutum ne quiſquam jus liberorum haberet, niſi cum amborum anni computati & ſimul ducti centum non tranſiſſe docerentur.

Ligna) N. CVIII. XIII. fuſtes. ξύλα ἐν οἷς τύπτομεν. *l. 1. C. de cur. publico.*

Limitenſes) Nov. XXXVIII. *Zoſimus* ἱστορικῶν λογ. 6. τῆς γὰρ ῥωμαίων ἐπικρατείας ἁπανταχοῦ τῶν ἐσχατιῶν τῇ Διοκλητιανοῦ προνοίᾳ πόλεσι καὶ φρουρίοις καὶ πύργοις διειλημμένης καὶ παντὸς τοῦ στρατιωτικοῦ κατὰ ταῦτα τὴν οἴκησιν ἔχοντος ἄπορος τοῖς βαρβάροις ἦν ἡ διάβασις πανταχοῦ δυνάμεως ἀπαντώσης τοὺς ἐπιόντας ἀπώσασθαι. καὶ ταύτην δὴ τὴν ἀσφάλειαν διαφθείρων ὁ Κωνσταντῖνος τῶν στρατιωτῶν τὸ πολὺ μέρος τῶν ἐσχατιῶν ἀποστήσας ταῖς οὐ δεομέναις βοηθείαις πόλεσιν ἐγκαθίστα καὶ τοὺς ἐνοχλουμένους ὑπὸ βαρβάρων ἐγύμνωσε βοηθείας. *Procopius* ἀνεκδότοις. οἱ ῥωμαίων βεβασιλευκότες ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις πανταχόσε τῶν τῆς πολιτείας ἐσχατιῶν πάμπολυ κατεστήσαντο στρατιωτῶν πλῆθος ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὁρίων τῆς τῶν ῥωμαίων ἀρχῆς καὶ κατὰ τὴν ἑῴαν μάλιστα μοῖραν ταύτῃ τὰς ἐφόδους τῶν περσῶν καὶ σαρακηνῶν ἀναστέλλοντες οὕσπερ λιμιτανέους ἐκάλουν. τούτοις ὁ βασιλεὺς καταρχὰς μὲν οὕτω δὴ περιέργως τε καὶ φαύλως ἐχρῆτο ὥστε τεσσάρων ἢ πέντε αὐτοῖς ἐνιαυτῶν τῶν συντάξεων τοὺς χορηγοὺς ὑπερημέρους εἶναι. καὶ ἐπειδὰν ῥωμαίοις τε καὶ πέρσαις εἰρήνη γένοιτο ἠναγκάζοντο οἱ ταλαίπωροι οὗτοι ἅτε καὶ τοι τῶν ἐκ τῆς εἰρήνης ἀγαθῶν ἀπολαύσοντες χρόνου ῥητοῦ τὰς ὀφειλομένας σφίσι συντάξεις τῷ δημοσίῳ χαρίζεσθαι. ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸ τὸ στρατείας ὄνομα αὐτοὺς ἀφείλετο οὐδενὶ λόγῳ. τὸ λοιπὸν τὰ μὲν ὅρια τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς φυλακτηρίων ἐκτὸς ἔμεινεν.

Loci

Loci Servator) Nov. CXXIV. XIX. Nov. CXXV. I. τοποτηρητὴς. ἐκ προσώπου. *Vicarius. Ex Perſona. Balſam. in præfatio. Synod. Carthaginenſ.* καὶ ἄλλοι δὲ τοποτηρηταὶ τῶν ἤδη ῥηθεισῶν ἐπαρχιῶν τῆς ἀφρικῆς παρῆσαν, τοὺς τόπους ἀναπληροῦντες τῶν μὴ δυνηθέντων συνελθεῖν εἰς τὴν σύνοδον. ὅθεν καὶ τὸ τῆς τοποτηρησίας ὄνομα ἐξελήφθη ἐκ τοῦ τηρεῖν δηλαδὴ ὅ ἐστι φυλάσσειν ἤτοι ἀναπληροῦν τοὺς τόπους τῶν στελλόντων αὐτούς.

Logographi) λογογράφοι. Nov. CXXIV. XIII. *Gloſſ.* λογογράφος. Tabularius λογογράφος. λογεύς. Ex allectis. ἐκ τῶν λογογράφων.

Logotheta) λογοθέτης Nov. CXXIV. XVII. *diſcuſſor. ratiocinator. diſputator. l. XXVI. C. de Epiſcop. Aud.* πᾶσαν δὲ ἄδειαν ἀναιροῦμεν τοῖς ἡμετέροις ἄρχουσι πέμπειν ἐν ταῖς χώραις. Diſcuſſores ἢ λογοθέτας ἢ ἐξισωτὰς ἐπὶ ταῖς τῶν δημοσίων λογισμῶν ἐξετάσεσιν. *Juli. Firmicus lib. III.* Exactores imperatorum & qui annuas fiſcalium rationes repetant: diſcuſſores, rationales. *Procopius* ἀνεκδότοις. οὐ μὴν οὐδὲ τὰς ἐς τοὺς στρατιώτας αὐτῷ εἰργασμένα σιωπῇ δοτέον. οἷς δὴ τοὺς ἐπέστησεν ἀνθρώπων ἁπάντων χρήματα σφᾶς ὅτι πλεῖστα ξυλλέγειν ἐνθένδε κελεύσας ὡς εἰδότας ὡς μοῖρα τῶν ποριοθησομένων ἡ δωδεκατὴ αὐτοῖς κείσεται. ὄνομα δὲ λογοθέτας αὐτοῖς ἔθετο &c. *Vidend. Synopſis* Βασιλικῶν. περὶ ἀναγραφέων.

Longus murus) Nov. XIX. *Cyrus Manuel* ἐγκωμίῳ τῆς ἑκατέρας ῥώμης. Αὐτὸ δὲ τὸ μακρὸν τεῖχος οὐ μακρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ πλατὺ τεῖχος δικαίως καὶ ὑψηλὸν κατ' ἐπωνυμίαν ἐδύνατο καλεῖσθαι, τοσοῦτον μὲν ὄν, ὥστε εἰ καὶ τοῖς τυχοῦσι λίθοις καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ποταμῶν καὶ χειμάῤῥων ἰλύεσι καὶ χερμαδίοις ἁπλῶς συνέκειτο, ἄξιον ἂν θαυμάσαι τοιοῦτος δὲ ὢν ἐκ ξύλων, τηλικούτους τοὺς λίθους ἔχον καὶ τοιαύτην τὴν δομησαμένην τέχνην, ὥστε εἰ καὶ ὀλίγων ἐργατῶν ἦν, δικαίως ἂν παρέσχεν ἔκπληξιν τοῖς θεωμένοις, ὅσης ὂν μᾶλλον οὐ τεῖχος, ὥστε οἱ κρεμαστὸν ἦν ὥσπερ τι χεῖλον οὐ δοκὸς διατετμημένον, ἀνάλογον τῷ μήκει τὸ πάχος εἶναι ὥσπερ ἐν ἐκείνοις ζητῆσαι, πρὸς τὸ μὴ διαῤῥαγῆναι αὐτό τι καὶ τὸ τῆς πόλεως οὐ μᾶλλον τὰ τῆς πόλεως.

Magiſtrianus) No. CXXII. II. Agens in rebus. *Nov. XXI. I. Nov. LXIX. IX.* μανδάτωρ. *Ambroſius de officiis lib. III.* Directio magiſtri officiorum ſtatuta, Agens in rebus imminebat. *Action. I. concil. Chalcedon.* Per virum devotum Severum magiſtrianum, & quondam ſubadjutorem devotiſſimæ magiſtrianorum ſcholæ, accepit. *Item.* Viginti duos plus minus annos in ſchola devotiſſimorum magiſtrianorum militans converſatus ſum, ſperans magnæ illius ſcholæ mereri privilegia.

Magiſtri

Magiſtri) No. XXII. I. ὀνομάζεσθαι δὲ βουλόμεθα κατ' οἰκίαν ἑκάστην κινδύνῳ τῆς ὅλης κομιτιανῆς τάξεως καὶ τῶν δεκατριῶν τῶν πρωτευόντων (οὓς δὴ μαγίστρας πρώτους καὶ δευτέρους καλοῦσιν) ἑτέρους τοὺς μετ' αὐτοὺς εὐθὺς ἀποκρινομένους δεκατρεῖς, ἕνα ὡς εἴρηται κατ' οἰκίαν ἑκάστην.

Mandata Principis) No. XXI. I. No. XCV. τοῖς ἐς τὰς ἀρχὰς στελλομένοις ῥητὰ παρεῖχον παραγγέλματα, Mandata principis αὐτὰ καλοῦντες, καθάπερ ἐχρῆν αὐτοὺς διακυβερνᾶν τὰς ἀρχάς. *Tacit. lib. IV.* Adeo ut procurator Aſiæ Lucillius Capito accuſante provincia cauſam dixerit, magna cum adſeveratione principis non ſe jus niſi in ſervitia & pecunias familiares dediſſe: quod ſi vim Prætoris uſurpâſſet, manibusque militum uſus foret, ſpreta in eo mandata ſua, audirènt ſocios.

Mappa) No. XCVIII. θέα τῶν ἁμιλλητηρίων ἵππων. *Marcellius Comes.* Numeroſos præterea phaleratosque in circo caballos jam donatis quoque impertivit aurigis, una dumtaxat ultimoque mappa inſanienti populo denegata. *Gloſſar.* Tranſenna. ὕσπληξ. ἀπαλλαγή. μαππάριον σημεῖον. Impr. παλλαγη.

Matricarii) No. XXIII. *collegiati. carpentarii. Gloſſar.* ματρίκιον. τὸ παχὺ ξύλον καὶ πλατύ. Ματρικαρίοι. ξυλουργοί.

Mechanici) Nov. VII. IV. μηχανικοί. *Procop.* περὶ τῆς ἁγίας σοφίας. τοὺς δὲ γὰρ τεχνίτας ὁ βασιλεὺς ἐκ πάσης γῆς, ἤγειρεν ἅπαντας Ἀνθέμιον τραλλειανὸν ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ μηχανωτάτον, οὐ τῶν καθ' ἑαυτὸν μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτῷ προγεγενημένων σπουδῇ τοῖς τε κτωμένοις τὰ ἔργα ῥυθμίζειν. *Agathias myrrinaeus lib. V.* ἱστορικῶν. Symmach. 1. Epiſt. XXIV.

Mediaſtini ſtatus) Nov. LXXII. I. *Mediaſtinus ſervus qui dicitur l. XV. §. prætor. D. de Injur. medii actus homo vocatur §. ſed pœna. De injur. A ſummis procuratoribus uſque ad extrema & infima miniſteria multi ſunt gradus uti Auguſtinus ait. Pſal. CIII.*

Menſa Præfecti Prætorio) N. XLIV. II. *Edict. XIII.* Edict. I. *Juſtinus Nov. I.* εἴτε τὴν γενηκὴν εἴτε τὴν ἰδικὴν τράπεζαν τῆς σῆς ἐνδοξότατος ταῦτα ἱερᾷ.

Miſſibilia) Nov. LXXIX. IV. σίγυνοι. ζιβύναι. *Heſichius* προβόλιον. σιβύνη ἔχουσα μετὰ τὴν ἀκμὴν προβολάς. *Idem alibi.* συμβίνη. καπροβόλον. ἐμβόλιον.

Moderator) Nov. XXVII. ἁρμοστής, *ducta a Lacedemoniis origine. Meminit Sudas.* ἐπίσκοποι. *Ulpian.* εἰς τὸν κατὰ τιμοκράτους.

Monemerium) μονημέριον. Nov. XCVIII. μεθ' ἐκείνην, τὴν τοῦ λεγομένου μονημερίου, ἔνθα πολλῆς ἡδυπαθείας ἐμπλήσει τὸν δῆμον τό, τε καλούμενον πάγκαρπον θεώμενον, καὶ θηρίοις προσμαχομένους ἀνθρώπους καὶ εὐδοκιμοῦντας τῇ τόλμῃ καὶ πρός γε ἀναιρούμενα τὰ θηρία. *Feras libycas una die centum exhibuit Gordianus, urſos una die mille. Eadem etimi ratione.* περὶ τὸν ὕπανιν ποταμὸν γίνεσθαι τὸ ζῶον τὸ μονήμερον οὕτω καλούμενον ἀριστοτέλης φησί, πετόμενον μὲν ἅμα τῷ κνέφαι, ἀποθνήσκον δὲ ἐπὶ δυσμὰς ἡλίου τρεπομένου. *Ælian.* περὶ ζώων ἰδιότητος *lib. V. cap. XLIII. Vetera quidem exemplaria quibus uſus ſum repurgando Juliano* Monimerium *habent ſicut ego edi curavi.*

Monocopta) Nov LXXIX.IV. *Vidend. Chalcondil. lib. VII. hiſtor. Non diſſimiliter* πέλεκας μονοσόμους *Heſichius interpretatur,* μὴ ἐκατέρωθεν ἰσομωμένους.

Murilegula) No XXXV.VI. *Murices ſive conchylia circumciſa ferro lachrymas emittunt, quibus collectus color purpureus temperatur.*

Natalibus reſtitui) Nov. LXXII. *in quibus ſcilicet initio omnes homines fuerunt. Nazianz.* περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν.

οὐδὲ φίλοι θεράποντες ἐμὸν γένος, ὕστερα τυραννὶς
ἔσχισεν ἀργαλέη, καὶ οὔνομα θήκατο δισσὸν
εὐγενέας δμῶάς τε μιῆς χθονὸς ἐγκεγαῶτας
ἢ χθονὸς ἠὲ θεῖο νόμος δὲ ἐπέσπετ' ἀλιτρός.

Naturales) Nov. LXVII. V. *Auguſtin. contra Julian.* Ea quæ cum fœminis committuntur ſtupra laudatis, quia & illic uſus utique naturalis eſt, quamvis damnandus, quia legitimus non eſt: unde & filii non legitimi ſed naturales vocantur, qui inde naſcuntur.

Nemo nihil neque lucretur) No. CXV. LIX. *Sic l. fluminum D. de damn. infect.* Nemine nihil faciente.

Noſocomium) No. VII.I No. CXI.I.II. Locus venerabilis, in quo ægroti homines curantur. *Iſidor. XV. Etymolog. III. Sudas. Hieronym. in epitaph. Gabiola.* Et prima omnium noſocomium inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis & conſumta languoribus atque media miſerorum membra foveret. NOSOCOMUS. No. CXV. XXIII. ὁ ἐπιμελούμενος τοὺς νοσοῦντας.

Digitized by Google

Novi Muri) No. LIII. ***Cedren.***. Κύρος ἔπαρχος τῆς πόλεως καταλύσας τὸ χερσαῖον τεῖχος Κωνσταντινοπόλεως καὶ προθεὶς ἄλλα διαστήματα δύο, οἰκοδομεῖ ἕτερον τεῖχος δὶ ἡμερῶν ἑξήκοντα, ὅθεν καὶ ὁ δῆμος ἀνεβόησε. Κωνσταντῖνος ἔκτισε. Κύρος ἀνανέωσε. ***Nec tamen male Græcus poeta.*** θεοδόσιος τόδε τεῖχος ἄναξ καὶ ὕπαρχος ἐῶας Κωνσταντῖνος ἔτευξαν. ***Sudas.*** Κῦρος. γέγονεν ἐπὶ θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλέως ὑφ᾽ οὗ καὶ ἔπαρχος πραιτωρίων καὶ ἔπαρχος πόλεως προεβλήθη, τὰς δύο λεγίστας τῶν ἐπάρχων ἀρχὰς κατὰ τὸν αὐτὸν διανύων χρόνον. ***Sudas.*** θεοδόσιος.

Numeri) No. CXXIII. I. τὰ ῥωμαίων τάγματα ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσιν. *Sozom. lib. I. cap. VIII. Chryſoſtom. Homil. XXII. in* Act. *Apoſtol.* ***Inde Numerorum tribunatus*** *l. ult. C. de teſtam. milit. Zonaras in Valentinian.* εἶτα τριβοῦνον ἀριθμοῦ τῆς ὑπερορίας ἀνακληθέντα ἐποίησεν. *Spartian. in Hadrian.* nulli vitem niſi robuſto & bonæ famæ duret, nec tribunum, niſi plena barba faceret, aut ejus ætatis quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret, nec pateretur quicquam tribunum a milite accipere.

Obſervare) No. VI. II. No. XLVII. IV. No LXI. I. No. CV. II. No. CXV. XXXI. ἐγκαρτερεῖν. προσεδρεύειν. ἐπισκοπεῖν. *Caſſiod. variar. IX.* Tota ad vos fama confluit ſi vobis rarus litigator obſervet. *Vet. Interp. Authent. de procons. Palæſtinæ.* Neque glorioſiſſimum magiſtrum militum licentiam habere trahere obſervantes ei milites.

Officium) No. IV. V. VI. τάξις ἄρχοντος. *Ruffinus lib. II. cap. V.* officium. *Theodoret. lib. IV. cap. XVI.* τοὺς τε ὑπ᾽ αὐτὸν στρατιώτας οἳ τὰς εἰσφορὰς πράττειν εἰώθασι, καὶ τῆς ὁπλιτικῆς δυνάμεως τοὺς παρόντας.

Optiones) No. CXXIV. V. *Gloſſar.* Optiones. αἱρετοὶ ἢ γραμματεῖς. *conjunctè ſæpius efferuntur Optio & actuarius, quem etiam numerus ſpecies erogare indicat l. v. C. de erog. milit. annon.*

Ordinarii) No. LVI. ἔμπρακτοι. ἔμβαθμοι. *in ipſo geſtu poſiti. Gloſſ.* ὀρδινάριος. τῇ τάξει ἔμπρακτος.

Orphanotrophium) No. VII. I. No. CXI. I. Locus venerabilis in quo orbati pueri parentibus paſcuntur. ***Sanctum Orphanotrophium***) No. CXI. II. *Zotici. Heraclius & Conſtantinus. No. IV.* τοῦ τε κατὰ καιρὸν προεστῶτος τοῦ κατὰ τὴν ἔνδοξον πόλιν κατὰ Ζωτικὸν εὐαγοῦς ὀρφανοτροφείου.

καὶ

Digitized by Google

καὶ τοῦ κατὰ Σαμψῶν εὐαγοῦς ξενῶνας. *Meminit Juſtinian. l. omnia C. de Epiſcop. & cleric. Nov. CXXXI.*

Orphanotrophus) ὀρφανοτρόφος. No. CXI. II. Pupillorum quaſi tutor: adoleſcentium quaſi curator *l. orphanotrophos C. de Epiſc. & cleric. Suidas* ἀκάκιος. ὀρφανοτρόφος γὰρ γεγονὼς καὶ καλῶς τὰ τῶν ὀρφανῶν διοικῶν πᾶσιν ἐφαίνετο.

Palatini) No. XXII. I. No. CVIII. XII. *Procopius* ἀνεκδότοις. ἡμαρτάνετο δὲ τοῦτο κἀν τῇ μαγίστρου καλουμένου ἀρχῇ κἀν τοῖς παλατίνοις οἱ δὴ ἀμφί τε τοὺς θησαυροὺς καὶ τὰ πριβάτα καλούμενα τότε πατριμόνιον ἐπιτελεῖν ἀεὶ τὴν ὑπουργίαν εἰώθασιν. Gloſſar verbor. quæ ad jus pertinent. παλατῖνοι κοινῷ ὀνόματι πάντες ἐκαλοῦντο οἱ ἐν τοῖς κατὰ τὸ παλάτιων θησαύροις ὑπηρετοῦντες ταξεῶται. ἀλλ' οἱ μὲν ἀεὶ τῷ παλατίῳ προσεδρεύοντες ἐλέγοντο κομιτατίνσιοι. κομιτάτον γὰρ ὁ τόπος ἐν ᾧ διάγει ὁ βασιλεύς. οἱ δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας πεμπόμενοι, μιτενδάριοι. μιτένδω γὰρ ἀποστέλλω.

Pancarpus) No. XCVIII. *Auguſtinus lib. I. contra Secundinum manich.* Tanta illic deformitate captivo nomine pancarpi qui in ludicris munerib. edi ſolet, propter omnium generum quæ inerant beſtias exagitatis arcam Noë, quæ per omne genus animalium futuram ex omnibus gentibus figurabat eccleſiam. Ubi te vel non advertentem vel ignorantem, gratulor congruum poſuiſſe vocabulum. Pancarpos enim omnis eſt fructus, quod in eccleſia ſpiritualiter viſum eſt. *Vetus interpres exponit Sylvam. Capitolinus in Gordianis.* Feras lybicas una die centum exhibuit, urſos una die mille. Extat ſylva ejus memorabilis quæ picta eſt in domo roſtrata Cn. Pompeji, quæ ipſius, & patris ejus, & proavi fuit, quam Philippi temporibus veſter fiſcus invaſit. In qua pictura etiam nunc continentur cervi palmati ducenti mixtis britannis. Equi veri XXX. oves fere C. Alces X. Tauri Cybiratici C. Struthiones mauri miniati CCC. Onagri XXX. Apri CI. Ibices CC. Damæ CC. Hæc autem omnia populo rapienda conceſſit die muneris, quod ſextum edebat. *Vopiſcus in probo.* Venationem in circo dedit ita ut populus cuncta diriperet. Genus autem ſpectaculi erat tale. Arbores validæ per milites radicitus vulſæ connexis longe lateque trabibus affixæ ſunt, terra deinde ſuperjecta, totusque circus ad ſylvæ conſitus ſpeciem gratia

Digitized by Google

viroris novi effronduit. Immiſſi deinde per omnes aditus ſtruthiones mille, mille cervi, mille apri, mille damæ, ibices, oves feræ, & cætera herbatica animalia quanta ali potuerunt, vel inveniri. Immiſſi deinde populares, rapuit quiſque quod voluit.

Panes Civiles) No. VII. I. V. *πολιτικὴ σίτησις. l. XVII. C. de ſacroſ. eccleſ.* annonæ civiles. Nov. LXXXI.

Paramerta) *παραμήρια.* No. LXXIX. IV. *Heſich. κλονιστὴρ. παραμήριος. μάχαιρα,, παρίζιον. Gloſſ. μάχαιρα. τὸ παραμήριον.* Sica. *Leo Imp. τακτικῶν διατ. ς. περὶ ὁπλήσεως καβαλλαρίων καὶ πεζῶν. ἔχειν δὲ καὶ σπαθία ἀποκρεμάμενα τῶν ὤμων αὐτῶν κατὰ τὴν ῥωμαικὴν τάξιν, καὶ ἕτερα, παραμήρια ἤτοι μαχαίρας διεζωσμένους. Conſtantinus Imp. Romani filius τακτικῶν* initio. *ἐχέτωσαν δὲ καὶ σπαθία κρεμάμενα εἰς τοὺς ὤμους αὐτῶν καὶ ἕτερα, παραμήρια κρεμάμενα εἰς τὰς ζώσεις αὐτῶν.*

Parapomtica) *παραπόμπικα.* No. CXXIV. IX. *quæ ob proſecutionem præſtantur. ὑπὲρ τῶν ἐκπεμπομένων χρημάτων ἢ εἰδῶν. Gloſſar.* Προσεκυτόρες *προπομποι καὶ παραπομποί.*

Paraſimioſis) *παρασημείωσις.* No. LXIX. II. No. LXXVI. V. *ἐν σχήματι παρασημειώσεως, quaſi per indicem. τουτέστι τὰ κυριώτερα τῶν λαλουμένων περιλαμβάνειν καὶ γράφειν ταῦτα ὡς ἐν συνόψει καὶ δι' ὀλίγων, ὁποῖα εἴδομεν ὄντα παλαιὰ βασιλικὰ σημειώματα. Hieronym. in Eſaiam.* Et *σημειώσεις* quas nos excerpta poſſumus appellare.

Paræcicum Jus) *παροίκικον δίκαιον.* No. CXI. I. *Vidend. collat. II. De non alien. aut permut. reb. eccleſ. §. quidam enim Coſmas magiſter περὶ παροίκων. Parices corrupte vocant qui res Cyprias ſcribunt, τοὺς παροίκους.*

Partes) No. CXV. XXV. *meminit Gregor. in epiſtol.* Quicquid vero (*inquit*) de reditibus eccleſiæ ipſius acceſſerit, quatuor juxta conſuetudinem oportet fieri portiones. Unam quæ clero præbenda ſit, aliam pauperibus. De reliquis autem duabus partibus tres fieri volumus.

Pater Civitatis) No. XXI. II. No. LXXIX. III. No. CXXIV. XVI. *Ulpianus εἰς τὸν κατὰ τιμοκράτους. Ἀστυνόμος δὲ ὁ ἐπὶ τοῦ εἶναι καθαρὰν τὴν πόλιν ἀσχολούμενος, ὁ παρ' ἡμῖν πατὴρ, quod obſervavit V. C.*

cui

cui omnia mea ſtudia quantula ea cumque ſint, accepta refero JACOBUS CUJACIUS, *cujus ex arborib. decerptos ſurculos hinc inde fero. Sic præfectus prætorio* pater Imperii *appellatur. Caſſiodor. in formul. præf. prætor. & lib. VIII.* Albieno. *Nec diſſimiliter defenſor civitatis parentis vicem plebi exhibere dicitur. l. in defenſionibus. C. de defenſorib civitatib.*

Patricii) No. LXXV. Zoſimus, ἱστορικῶν λογ. β. συναραιθῆναι τούτῳ καὶ ὕπατον παρασκευάσας ὃς παρὰ Κωνσταντίνου τῆς ἀξίας τετύχηκε τοῦ πατρικίου πρώτου ταύτην ἐπινοήσαντος τὴν τιμὴν, καὶ προκαθῆσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῶν τῆς αὐλῆς ὑπάρχων νομοθετήσαντος. *Procopius II. de bello Vandalico.* ἄπαγε ὦ βέλτιστε γελίμερι, ἢ οὐ καὶ ἡμεῖς ἐξ εὐπατριδῶν γεγονότες βασιλεῖ νῦν ὑπηρετεῖν αὐχοῦμεν, καὶ μὴν λέγουσιν Ιουστινιάνῳ βασιλεῖ βουλομένῳ εἶναι ἔς τε βουλὴν ἀνάγραπτον σε ποιήσασθαι τιμῆς μεταλάχοντα τῆς ἀνωτάτω ἣν δὴ πατρικίων καλοῦσι. *Vidend. Caſſiodor. VIII. Variar. IX. X.*

Patrimonium) No. LXIII. V. Patrimonialia ἰδιόκτητα τοῦ βασιλέως ἤτοι ὅσα ἕκαστος βασιλεὺς ἑαυτῷ κτᾶται ἀπὸ τοῦ βασιλέως Αναστασίου. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐξευρὼν τὴν ἀρχὴν τοῦ κομίτου τοῦ πατριμονίου.

Phylarchus) Nov. XCV. *Sarracenorum dux. Sudas* Φυλάρχης. ξυμβάλλει τῷ Τραιανῷ περὶ ἀκβάρου ὃς ἦν ὀσροήνης χώρας δυνάστης οὓς φυλάρχας ὀνομάζουσιν ἐκεῖνοι, ὅτι καὶ τὰ χωρία αὐτῶν Φυλαὶ ὀνομάζονται. *Strabo lib. II.* καὶ ὅσην οἱ σκηνῖται καὶ οἱ Φύλαρχοι κατέχουσιν, οἱ ἐπὶ τὸν εὐφράτην καθήκοντες καὶ τὴν συρίαν. *lib. XVI.* οἱ γὰρ παροικοῦντες ἑκατέρωθεν τὸν ποταμὸν φύλαρχοι χώραν οὐκ εὔπορον ἔχοντες, ἧττον δὲ ἄπορον νεμόμενοι δυναστείαν ἕκαστος ἰδίᾳ παραβεβλημένος *&c.* Περατάσου Φυλάρχου τῶν σκλαβηνῶν *Meminit Theophilactus Simocates* οἰκουμενικῆς ἱστορίας. ζ. *Olympiodorus* γυντιαρίου φυλάρχου τῶν βουργουντιόνων.

Piſtrinarii) No. LXXIV. III. οἱ προεστῶτες ἀρτοποιητικῶν ἐργαστηρίων. οἱ προισαμένοι τοῖς οἴκοις ἐν οἷς ὁ τῇ πολεῖ χορηγούμενος ἄρτος ἐγένετο.

Plenaria) No. CXXIV. ἀποχὴ πληνάρια. *Auguſtin. Pſal. LXI.* Nam quiſque pro modulo noſtro exſolvimus quod debemus, & pro poſſe virium noſtrarum quaſi canonem paſſionum inferimus Patata vero plenaria paſſionum omnium non erit, niſi cum ſeculum finitum fuerit. *Sic opinor legendum ſive ut vet. cod. habet* paritoria plenaria.

E 3 *Porna*)

Digitized by Google

Porna) πόρναι No. XCVIII. *καὶ πέμπτην τε ποιήσει πρόοδον τὴν ἐπὶ τὸ θέατρον ἄγουσαν, ἣν δὴ πόρνας καλοῦσιν. ἔνθα τοῖς ἐπὶ σκηνῆς γελωτοποιοῖς ἔσται χώρα, τραγῳδοῖς τε καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς θυμέλης χοροῖς. θεάμασί τε παντοδαποῖς καὶ ἀκούσμασιν ἀνεῳγμένον ἐστὶ τὸ θέατρον. Procop.* ἀνεκδότοις. Ἐπειδὴ δὲ τάχιστα εἰς τε τὴν ἥβην ἀφίκετο καὶ ὡραία ἦν ἤδη ἐς τὰς ἐπὶ σκηνῆς καθῆκεν αὐτήν. ἑταίρα δὲ εὐθὺς ἐγεγόνει οἵανπερ οἱ πάλαι ἄνθρωποι ἐκάλουν πεζήν. οὐ γὰρ αὐλήτρια οὔτε ψάλτρια ἦν οὐ μὴν οὐδὲ τὰ ἐς τὴν ὀρχήστραν αὐτῇ ἤσκητο ἀλλὰ τὴν ὥραν τοῖς ἀεὶ περιπίπτουσιν ἀπεδίδοτο μόνον ἐκ παντὸς ἐργαζομένη τοῦ σώματος· εἶτα τοῖς μιμοῖς τὰ ἐς τὸ θέατρον πάντα ὡμίλει καὶ τῶν ἐνταῦθα ἐπιτηδευμάτων μετεῖχεν αὐτοῖς γελοτοποιοῖς τισὶ βωμολοχίαις ὑπηρετοῦσα &c. πολλάκις δὲ κἀν τῷ θεάτρῳ ὑπὸ θεατῇ παντὶ τῷ δήμῳ ἀποδυσάτο τε καὶ γυμνὴ διὰ μέσου ἐγένετο ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα καὶ τοὺς βουβῶνας διάζωμα ἔχουσα μόνον. *meminit Chryſoſtom. Humil. VI. cap. I. Geneſeos.*

Praecones) No. X X X VIII. *l. LXXIV. C. Th. de decurion. Chryſoſtom. de collatione regis cum Monacho.* καὶ μακαρίζουσιν οἱ πολλοὶ τοὺς τῶν ἐθνῶν ἄρχοντας καὶ φερομένους ἐπὶ λαμπρῶν ὀχημάτων καὶ κηρύκων βοῆς ἀπολαύοντας καὶ δορυφορίας πολλῆς. Sed hoc te, Petre frater memini tractare plenius, doctius, politius Adverſariorum ſubſecivorum lib. I. cap. XV.

Praefectoria Dignitas) No. LXIV. Nov. LXXV. ***Praefectura dignitas aut ipſius apicis adminiſtratione, aut actu magiſteria militum poteſtatis, aut quod praepoſiti ſacri cubiculi fuerint, aut quod honorarios ejuſdem praefectura meruerint codicillos. l. conſularis C. Th. de metat. Julianus Scholio ultimo Nov. XXII. Nec enim dubito quin antiqua illa ſcholia qua poſt novellas Juliani ſunt edita, eidem Juliano tribui debeant.***

Praefecti pretorio) No. LXIV. *Zoſimus* ἱστορικῶν λογ. β. συνετάραξε δὲ καὶ τὰς πάλαι καθεσταμένας ἀρχάς. δύο γὰρ τῆς αὐλῆς ὄντων ὑπάρχων καὶ τὴν ἀρχὴν κοινῇ μεταχειριζομένων, οὐ μόνον τὰ τῇ περὶ τὴν αὐλὴν τάγματα τῇ τούτων ᾠκονόμητο φροντίδι καὶ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἐπιτετραμμένα τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν καὶ τὰ ταῖς ἐσχατίαις ἐγκαθήμενα πάσαις. ἡ γὰρ τῶν ὑπάρχων ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη καὶ τῶν σιτήσεων ἐποιεῖτο τὰς ἐπιδόσεις καὶ τὰ παρὰ τὴν στρατιωτικὴν ἐπιστήμην ἁμαρτανόμενα ταῖς καθηκούσαις ἐπηνώρθου κολάσεσι. Κωνσταντῖνος δὲ τὰ καλῶς καθε-

καθεςῶτα κινῶν μίαν οὖσαν ἐς τέσσαρας διεῖλεν ἀρχάς. ὑπάρχῳ γὰρ ἑνὶ τὴν αἴγυπτον ἅπασαν πρὸς τῇ πενταπόλει λιβύῃ καὶ τὴν ἑώαν ἄχρι μεσοποταμίας καὶ προσέτιγε κίλικας καὶ καππαδόκας καὶ ἀρμενίους καὶ τὴν παράλιον ἅπασαν ἀπὸ παμφυλίας ἄχρι τραπεζοῦντος ϗ τῶν παρὰ τὸν φάσιν φρουρίων παρέδωκε τῷ αὐτῷ καὶ θράκην ἐπιτρέψας μυσίαντε μέχρις αἵμου καὶ ῥοδόπης μέχρι τοπηρουπόλεως ὁριζομένην καὶ κύπρον μέντοι καὶ τὰς κυκλάδας νήσους δίχα λίμνου καὶ ὄμβρου καὶ σαμοθράκης. ἑτέρῳ δε μακεδόνας καὶ θεσσαλοὺς καὶ κρῆτας ϗ τὴν ἑλλάδα ϗ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους καὶ ἀμφοτέρας ἠπείρους ϗ πρὸς ταύταις Ιλλυριοὺς ϗ δάκας ϗ τριβαλλοὺς καὶ τοὺς ἄχρι τῆς βαλερίας παίωνας ϗ ἐπὶ τούτοις τὴν ἄνω μυσίαν. τῷ δε τρίτῳ τὴν Ιταλίαν ἅπασαν ϗ σικελίαν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους ϗ ἔτιγε σάρδονα καὶ κύρνον ϗ τὴν ἀπὸ συρτέων κύρνης ἄχρι λιβύης. τῷ δε τετάρτῳ τοὺς ὑπὲρ τὰς ἄλπεις κελτοὺς ϗ ἴβηρας πρὸς τῇ βρεταννικῇ νήσῳ. *Vidend. Notitia utriuſq. imperii, ex qua corrupta quadam in Zoſimi loco emendare non erit difficile. Diminuto poſtea Romano imperio nonnihil ex illa inſtitutione immutatum eſt. Orientis quidem & Illyrici prafectorum fit mentio C. de offic. prafect. prator. Orientis & Illyr. quibus alium adjunxit Juſtinianus recuperata Africa. Tit. de offic. Prat. pra. Affric. cujus fit mentio l. 11. §. ult. C. de vet. jur. enucl. l. XXXIV. C. de epiſc. aud. l. 1. C. de rapt. virg. Occidentis prafectura ſive Italia quam nondum omnino tranquille in poteſtatem redegerat Juſtinian. meminit Nov. LXX.*

Prafectiani) *No. CXXIV. XVII.* ἐν τάξει τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων ἀναφερομένοι. Apparitores magnificentiſſimi & glorioſiſſimi præfecti prætorio. *Action. 1. Concil. Chalcedon.*

Prapoſitus) No. XXII. III. IV. ὁ τῶν βασιλικῶν κοιτώνων προεςώς. Zoſimus ἱςορικῶν λογ. δ. ἦν δὲ ὁ πρὸς τοῦτο ςαλεὶς ὁ τοὺς βασιλικοὺς φυλάττειν ἐπιτεταγμένος κοιτῶνας οὐκ εὐνοῦχος τὶς ὢν οὐδὲ γὰρ εὐνοῦχος ὁ μάξιμος ἐπιςῆσαι τῇ τῆς αὐλῆς ἠνέχετο φυλακῇ. Idem λογ. ε. καὶ ὁ βασιλεὺς προυκάθητο δικαςής. εὐτρόπιος δὲ παρεςὼς ἐπειδὴ ϗ τὴν ἡγεμονίαν πάντων τῶν βασιλικῶν εἶχε κοιτώνων τῆς πάσης ψήφου κύριος ἦν. Sub diſpoſitione viri illuſtris Præpoſiti ſacri cubiculi *erat* domus divina per Cappadociam. Notit. Orientis.

Prator

Prætor populi) Nov. LXXIII. II. Nov. XXIII. καὶ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ Prætores plebis προσαγορευέσθωσαν τῇ δὲ ἑλλάδι ταύτῃ καὶ κοινῇ πραίτωρες δήμων. Procopius ἀνεκδότοις. ὥσπερ δὲ οὐχ ἱκανῶν οἱ ἐς τοῦτο οὐσῶν τῶν πάλαι διατεταγμένων ἀρχῶν ἑτέρας δύο ἐπὶ τῇ πολιτείᾳ ἐπετεχνήσατο καὶ τοι ἅπαντα μέχρι πρότερον τὰ ἐγκλήματα ἡ τοῦ δήμου ἐφεστῶσα ἀρχὴ &c. καὶ αὐταῖν τὴν ἑτέραν μὲν τοῖς κλέπταις δῆθεν τῷ λόγῳ ἐπέστησεν ὄνομα ταύτῃ ἐπιθεὶς πραίτωρα δὴ &c ὁ μὲν οὖν πραίτωρ οὗτινα, ἐν τοῖς φωρίοις λόγου πολλοῦ ἄξια εὗρε ταῦτα δὴ τῷ αὐτοκράτορι ἀποφέρειν ἠξίου φάσκων οὐδαμῇ φαίνεσθαι τοὺς τούτων κυρίους &c. ὕστερον δὲ ὁ παλαμναῖος οὗτος ταύταις δὲ καὶ τῇ τῷ δήμῳ ἐφεστώσῃ ἀρχῇ πάντων ὁμοίως ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἐγκλημάτων ἐπέστελλεν ἐρίζειν σφίσι πρὸς ἀλλήλους εἰπὼν ὅστις αὐτῶν πλείους τε καὶ θᾶσσον διαφθείρειν ἱκανὸς εἴη.

Pragmatica Sanctio) Nov. VII. II. *Balſam.* τὰ βασιλικὰ προστάγματα πραγματικοὶ τύποι λέγονται. *Zonar. ca. XII. Chalc.* διὰ προσταγμάτων ἐγγράφων ταῦτα γάρ εἰσι τὰ πραγματικὰ *& can. XXXVIII. Syn. VI.* διὰ προσταγμάτων ἐγγράφων ἃ καὶ δημοσίους τύπους ὀνόμασεν. ἀλλαχοῦ δὲ πραγματικοὺς αὐτοὺς καλεῖ καὶ βασίλεια γράμματα. *Imp. Theodoſ. & Valentin. Iſidoro. P. P.* ἡ ἔνδοξος τοιγαροῦν σου αὐθεντία τοῦ πραγματικοῦ τούτου ἤτοι ἰδικῆς αὐθεντίας ὑποδειχθείσης, τὸν μνημονευθέντα νεστόριον εἰς ἐξορίας πέρας εἰς τὸ διηνεκὲς προταξάτω ὑπὲρ τῶν ἠσεβημένων αὐτῷ καταχθῆναι. *Vid. Novell. de Adjutor. Quæſtor.*

Primates in ſingulis gradibus eccleſiaſticis) No. CXV, XXXI. *Primates mechanicorum*) Nov. VII. II. *Primates ictum Fabricæ*) Nov. LXXIX. III. *Primates civitatis*) No. XXI. πρῶτοι. *Sic primates officii L II. C. Th. ad leg. Jul. de amb. L I. C. de ratioc. oper. publ. l. III. C. ne rei milit. com. Vict. III. perſecut. Affric.* Sed & de primatibus officiorum.

Privata) No. CXIII. III. τὰ τῇ βασιλείᾳ ἰδιαζόντως διαφέροντα. ἀλλὰ δέ ἐστι τὰ δημόσια ὅσα τελεῖ ὑπὸ τὸν κόμητα τῶν λαργιτιώνων ταῖς δημοσίαις ὑπουργοῦντα χρείαις.

Proaſtium) προάστειον. Nov. VII III. Nov CVIII XIV. Nov CXX. I. *Procopius* περὶ τῶν τοῦ ἰουστινιανοῦ κτισμάτων λογ. δ. ἐς βυζάντιον δὲ ἀφικομένη ὥσπερ ἐπὶ νήσσης τινὸς καμπτὴν ποιεῖται ἀμφὶ τὰ πρὸς ἕω τῆς πόλεως. πλάγια τι πολλῷ ἔτι μᾶλλον γινομένη, ἐν πορθμῷ ἵεται, ἰσθμὸν τῆς θράκης

τατε

τάτε πρόσω καὶ ὀπίσω ὡς τὸ εἰκὸς ἐργαζομένη. οὐχ ὅτι ἐς ἑκρόας ἐνταῦθα ἡ θάλασσα μερίζεται δύο. ἥπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἰσθμοῖς εἴωθεν, ἀλλὰ στρεφομένη τε θαυμασίως ὡς καὶ περιβαλλομένη ἑκατέρωθεν, θράκην τε τὴν ἄλλην καὶ διαφερόντως τὰ ἐπὶ τοῦ βυζαντίου προάστεια. οἰκοδομοῦνται δὲ καὶ περιστέλλουσιν οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι τὰ προάστεια οὐκ ὅσον ἐς χρείαν ἀλλὰ ἐς ὕβριν τε καὶ τρυφὴν, ὅρον οὐκ ἔχουσαν καὶ ὅσα ἄλλα πλούτου ἐξουσία ἐς τοὺς ἀνθρώπους, ἐπιοῦσα ποιεῖ. ἔπιπλα τε καταλιθεῖναι ἐνταῦθα πολλὰ καὶ διαπονήματα ἐν αὐτοῖς ἐνδελεχέστατα ἔχουσιν. *Baſilius Porphyrogenneta Nov. II.* τὸ ὅλον ἐκ τοῦ κατολίγου ἐκράτησε χωρίον καὶ προάστειον ἴδιον ἐποίησεν ἐναλλάξας καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ τοιούτου χωρίου. *Cyrus Manuel* ἐγκωμίῳ τῆς ἑκατέρας ῥώμης. τί δὲ περὶ τῶν προαστείων τῷ μὲν μεγέθει ἡμερῶν ὁδὸν οὐκ ὀλίγων διατεινόντων, τῷ δὲ κάλλει καὶ τῇ χρείᾳ καὶ τῇ κατασκευῇ τοῖς ἐπὶ τῆς πόλεως κατὰ πᾶν εἶδος ἁμιλλωμένων. ἀπὸ γὰρ ἀβύδου καὶ στενοῦ ἑλλησπόντου μέχρι θρακίου βοσπόρου καὶ ἱερῶν καὶ κυανέων, εἴτε ἀπὸ τῆς ἀσίας εἴτε ἀπὸ τῆς εὐρώπης κύκλῳ τὴν προποντίδα καὶ τὰς ἐν αὐτῇ κυκλάδας τῇ πόλει νήσους καὶ τὸ κέρας τοῦ λιμένος καὶ ὅσον ἄνωθεν μέχρι φάρου περιοῦσι, συνεχῆ προάστεια ἦν τῇ πόλει &c. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ προάστεια οὐκ ὀλίγῳ μέρει διὰ τοῦ μακροῦ λεγομένου τείχους, ἀπὸ τῆς κάτω θαλάττης εἰς τὴν ἄνω καὶ τὸν εὔξεινον διήκοντος, πόλις ἐγίνετο, ἐπαρχία δυναμένη εἶναι τῷ μεγέθει τοσαῦτα περικλείουσα, ὅσα ἐν ὁμοῦ πάσαις ταῖς ἄλλαις, ἔργον ἦν ἴσως εὑρεῖν, *Unde Nov. CLIX.* προάστειον ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ κόλπου τοῦ σωσθενείου προάστειον τὸ βυθάριον id eſt ἐν τοῖς βυθαρίοις *quorum meminit Nicephorus Kalliſt. lib. XVI. cap. XXXVII. Soſtenii Hiſtoria miſcell. lib. XV.*

Probatoriæ) No. XVI. I. δοκιμαστικὰ σύμβολα. ἀποδείξεις. συστάσεις.

Proceres) No LXXVI IV. *ſacri palatii proceres l. II. C. de legib. l. V. C. de tempor. & repar. l. in offerendis. C. de appellat. Caſſiodor.*

Proceſſio Conſulum) Nov XCVII. πρόοδος. προκηνσος. *l. ordinem. l. ſancimus C. de conſulib. Claudian. in Conſulat. Manlii.*

- *Proceſſus Clericorum*) No. CXV. XXV. ἐμφάνεια. *Epiſcopus procedens*) Nov. LXI.

Prometatores) No. CXXIII. VI ἑτοιμασταί. *Ambroſ. Hexamer. lib V. cap. X.* Quis imperator piſcibus præceptum dedit? quis doctor hanc tribuit diſciplinam? qui metatores itinera diſponunt? qui duces iter dirigunt. *Gloſſ.* ἑτοιμασία. apparatio. metatio. ἑτοιμάζω, præparo, meto.

 Propina)

Propina) Nov. CVIII. XIV. *Iſidor. XV. Etimolog. cap. 11.* Popina græcus ſermo eſt qui apud nos propina corrupte dicitur. Eſt autem locus juxta balnea publica ubi poſt lavacrum à fame & ſiti reficiuntur.

Protocollum) πρωτόκολλον. No. XL. II. *σημεῖα τινα προγεγραμμένα τᾶις χάρταις Nov. LXXIII. §. δεῖ μέντοι. Vet. interpr. Authentic.* Ut tabelliones non in alia charta ſcribant documenta, niſi in illa, quæ in initio, quod vocatur protocollum, per tempora glorioſiſſ. Comitus ſacrarum largitionum habeat appellationem, & tempus quo charta facta eſt, & quæcunque in talibus ſcribuntur, & ut protocollum non incidant, ſed inſertum relinquant. novimus enim multas falſitates ex talibus chartis oſtenſas. Ideoque licet aliqua charta ſit, habens protocollum non ita conſcriptum, ſed aliam quandam ſcripturam gerens &c.

Proximi futuri) Nov. XXVI. *qui in ſecundum gradum veniant in ſcriniis epiſtolarum & libellorum, & melloproximatum ingrediuntur, poſt quem proximi fiant, ſicut & in ſcrinio memoriæ.* Procopius ανεκδοτοις. *οἱ βασιλεῖ τε καὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐν βυζαντιω ἢ ὁπλιζομενοι ἡ γραμματα διαχειρίζοντες ἢ ἄλλο ὁτι οὖν ὑπηρετοῦντες τάσσονται μεν εν τοῖς καταλογοις ἀρχὴν εσχατην προιοντος δὲ τοῦ χρόνου ἀναβαινοντο ἀεὶ ἐς τῶν ἀπογινομένων ἢ ὑπεξιοντων τὴν χώραν τάξεως ἕκαστοι τῆς κατ᾽ αὐτους. ἐς το δὲ χωροῦσι εως ἄν τις βαθμοῦ ἐπιβεβηκῶς τοῦ πρώτου ἤδη ἐς το τῆς τιμῆς ἀφικηται πέρας. καὶ τοῖς ἐς τοῦτο ἀξιώματος ἥκουσι χρήματα εκ παλαιου διατέτακται τοσαῦτα τὸ πλῆθος ὥστε πλέον ἀνὰ πᾶν ἔτος ἢ ἐς εκατον χρυσοῦ ἀγειρεσθαι κεντηνάρια τουτοις.*

Pſallere) No. LIII. *Hieronym. de obitu Paulæ.* Ex hinc non ululatus non planctus, ut inter ſeculi homines fieri ſolet, ſed pſalmorum linguis diverſis examina concrepabant. Tranſlata eſt Epiſcoporum manibus, & cervicem feretro ſubjicientibus, cum alii pontifices lampades cereosque præferrent, alii choros pſallentium ducerent, in media eccleſia ſpeluncæ Salvatoris eſt poſita. Tota ad funus ejus Palæſtinarum urbium turba convenit, monachi, virgines, viduæ, pauperes. Hebræo, Græco, Latino Syroque ſermone pſalmi in ordine perſonabant, non ſolum triduo, donec ſubter eccleſiam, & juxta ſpecum Domini conderetur,

tur, ſed per omnem hebdomadam, cunctis qui venerant ſuum funus & proprias credentibus lachrymas.

Ptochica Res) Nov. VII. IV. *Zonar. can. LIX. Apoſtolor.* τὰ τῶν ἐκκλησίων πράγματα καὶ γραφὴ πτωχικὰ ὀνομάζει καὶ δεῖ ταῦτα διαδιδόναι τοῖς πτωχοῖς. *Balſamo.* τὰ περιττεύοντα τὰ ἐκ τῶν εἰσόδων τῆς ἐκκλησίας διαδίδονται πρὸς πένητας, πτωχικὰ γὰρ καλοῦνται. *Idem Synod. Chalcedon. can. XXVI.* καὶ πτωχικὰ τὰ ἐκκλησιαστικὰ λέγονται πράγματα.

Ptochium) πτωχεῖον. No. XLVIII. II. Locus venerabilis, in quo pauperes & infirmi homines paſcuntur. *Actio XI. Concil. Chalcedon.* Vixi cum pauperibus & prochium feci, & in eo poſui ſeptuaginta lectos, & omnes languentes & ulceratos hoſpitio accipiebam. *Prochotrophium*) *dicitur* No. VII. I. No. CXI. I. *Epiphanius.* τότε ξενοδοχεῖον αὐτῷ ἐμπιστεύει ὅπερ ἐν τῷ πόντῳ καλεῖται πτωχοτροφεῖον. τοιαῦτα γὰρ τινα κατασκευάζουσι κατὰ φιλοξενίαν, καὶ τοὺς λελωβημένους καὶ ἀδυνάτους ἐκεῖσε ποιοῦντες καταμένειν, ἐπιχορηγοῦσι κατὰ δύναμιν οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προστάται.

Publicum) No. XIV. δημόσιον. *Baſilica l. ſunt munera D. de vacat. muner.* ὡς ἐπὶ τῶν δημοσίων καὶ ὁδωστρωσίων καὶ ἀγγαρείων καὶ μητάτων. *Publicarium l. I. D. de publican.* Quod publicanus ejus publicarii nomine. *Impreſſi* publicani.

Quaſitor) Nov. LXXIV. ἐρευνάδας ἐκάλουν τοὺς εἰς ταυτὴν ἀφικνουμένους τὴν τάξιν. *Gloſſ. verb. juris.* Κοιεσίτωρας. τῶν βιωτικῶν ἐγκριμάτων ἐρευνάδας καὶ σεμνότητος. *Procopius* ἀνεκδότοις. Ταύτας δὴ τὰς ἀρχὰς ἐπινοεῖν ἔγνω. καὶ αὐταῖν τὴν ἑτέραν μὲν τοῖς κλέπταις δῆθεν τῷ λόγῳ ἐπέστησεν ὄνομα ταύτῃ ἐπιθεὶς πραίτωρα δήμου. τῇ δὲ δὴ ἑτέρᾳ τοὺς τε παιδεραστοῦντας ἐσαεὶ τιννύναι καὶ γυναιξὶν οὐ νόμιμα μιγνυμένους ἐπήγγελλε καὶ εἴ τῳ τὰ εἰς τὸ θεῖον ὀρθῶς ἤσκηται. ὄνομα ταυτῇ ἐπιθεὶς κοιαισίτωρα &c. ὁ δὲ κοιαισίτωρ καλούμενος τοὺς παραπεπτωκότας κατεργαζόμενος ὁ μὲν βούλοιτο ἔφερεν: αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἧσσον ἐπλούτει τοῖς ἀλλοτρίοις οὐδενὶ νόμῳ.

Quæſtor) Nov. XXVI. *Zoſimus.* ἱστορικῶν λογ. ε. καὶ ἐπὶ τούτοις σάλβιος ὁ τὰ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν ὃν κυαίστωρα καλεῖν οἱ ἀπὸ κωνσταντίνου δεδώκασι χρόνοι. *Procop.* ἀνεκδότοις. ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ κοιαίστωρος καλουμένην ἀρχὴν διέθετο οὐδενὶ κόσμῳ. ἥσπερ διαφερόντως ἐπεμέλοντο οἱ πρότερον βεβασιλευκότες ὡς εἰπεῖν ἅπαντες. ὅπερ τε τὰ ἄλλα ἔμπειροι καὶ σοφοὶ καὶ

φοὶ καὶ τὰ ἐς τοὺς νόμους μάλιστα εἶεν οἱ ταύτην διαχειρίσαντες καὶ χρημάτων διαφανῶς ἀνδωρότατοι ὡς οὐκ ἂν εὐμεγάλου ὀλέθρου τούτου τῇ πολιτείᾳ γενησομένου ἥνπερ οἱ ταύτην τὴν ἀρχὴν ἔχοντες ἢ ἀπειρίᾳ τινὶ ἔχοιντο ἢ φιλοχρηματίᾳ ἐσφῶντο. ὁ δὲ βασιλεὺς οὗτος πρῶτον μὲν ἐπὶ ταύτης Τριβωνιανὸν κατεστήσατο οὗπερ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις διαρκῶς εἴρητο.

Quæſtor Exercitus Juſtinianeus) Nov XXXVIII. ὁ ἐνδοξότατος Ἰουστινιανὸς ἔπαρχος τῶν ἐπὶ μυσίας καὶ σκυθίας στρατιωτικῶν Καταλόγων *Nov. I. Juſtini Imp.* ἀρχὴ τῶν νήσων καὶ ἐπὶ σκυθίας τε καὶ μυσίας στρατιωτικῶν ταγμάτων. *Nov. V. Tib.*

Recauta) No. CXXIII. I. *Gloſſar.* ῥέλαυτον. ἀποχῆς εἶδος

Referendarii) No. XVI. No. CXXII. V. No. CVI. *Procopius* ἀνεκδότοις. τοὺς δὲ ῥεφερενδαρίους καλουμένους οὐκέτι ἀπέρχη ἀνενεγκεῖν εἰς τὸν βασιλέα τὰς τῶν ἱκετευόντων δεήσεις ἐς δὲ τὰς ἀρχὰς ἀναγγεῖλαι μόνον ἧπερ εἰώθει ὅτι ἂν αὐτῷ ἀμφὶ τῷ ἱκέτῃ δοκῇ. ἀλλὰ ξυμφορήσαντες ἐκ πάντων ἀνθρώπων τὸν ἄδικον λόγον φαινακισμοῖς μὲν τὸν Ἰουστινιανὸν καὶ παραγωγαῖς ἐξηπάτουν τισὶ τοῖς ταῦτα ἐπιτηδεύουσιν ἀποκείμενον φύσει. ἔξω δὲ αὐτίκα γενόμενοι καὶ τῶν σφίσιν ὡμιληκότων τοὺς ἀντιδίκους καθείρξαντες χρήματα οὐδενὸς ἀμυνομένου ἀνεξελέγκτως ἔπρασσον τὸ ὅσα ἂν αὐτοῖς διαρκὲς εἴη. *Referendarius Magnæ Eccleſiæ*) Nov. VI. III. *Index officiorum magnæ eccleſiæ Conſtantinop.* ὁ ῥαιφερενδάριος εἰς τὸ ἀποστέλλεσθαι εἰς τὸν βασιλέα καὶ εἰς μέγαν ἄρχοντα.

Regia urbs) No. LVII. *Regina urbs*, βασιλὶς πόλις. *Conſtantinopolis. Balſamo car. III. Syn. Conſtant.* τοῦ γὰρ μεγάλου Κωνσταντίνου μεταγαγόντος ἐν αὐτῇ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας τῶν ῥωμαίων μετωνομάσθη Κωνσταντινούπολις καὶ νέα ῥώμη καὶ πασῶν τῶν πόλεων βασιλίς.

Reiectio) No. CXV. I. ὑποβολή. ἡ ἀναφορὰ πρὸς βασιλέα. *Suggeſtio.*

Rogata impenſa) No. CXXIII. V. *erogata* ῥογεύεσθαι. τὸν ὀψωνιασμὸν παρέχεσθαι. Ῥόγα. μισθὸς, σιτηρέσιον. διανομὴ, τῶν βασιλέων εὐσέβεια καὶ ἡ φιλοτιμία. *Juſtinian.* καὶ ῥογεύειν τοῖς ἐξάρχοις καὶ τοῖς στρατιώταις τὰς ἐν εἴδει χορηγουμένας ἀννόνας. *Cedreno* ῥόγα, *Nazianzeno* κατὰ Ἰουλιανὸν α, δωρεὰ βασιλικὴ *dicitur.*

Romana civitatis Jus) Nov. LXXII. V. *In orbe Romano qui fuerunt ex conſtitutione Titi Ælii Hadriani Antonini Pii, Cives Romani effecti ſunt l. in orbe D. de ſtat. homin. Chryſoſtomus.*

Sacra)

Sacra) Nov. CXXV. XI. divalis. Gloſſ. σακρα. ἡ θεια ἐπιστολή. Hiſtor. Miſcell. lib. XVII. Cum autem ſuſcepiſſet Imperator ſacram, oſculatus eſt ſignaculum quod habebat pectuſculum Imperatoris.

Salaria) No. CXV. LI. *Diaria*, παροχαί. *l. privilegia C. de ſacroſ. eccleſ. Vobiſc. in Proco.* In ſalario diurno bubulæ pondo, porcinæ pondo ſex &c.

Sanctimoniales) Nov. CXXV. XV. *Vid. l. raptores C. de Epiſc. & cler. Auguſtinus de dec. virg.* Non mihi videtur iſta parabola vel ſimilitudo ad eas ſolas pertinere propria & excellentiori ſanctitate virgines, quæ in eccleſia nominantur, quas etiam uſitatiori vocabulo ſanctimoniales appellare conſuevimus. *Et Pſalm. XCIX.* Invenis ſanctimoniales indiſciplinatas. Num quid ideo ſanctimonium reprehendendum? *Idem de ſancta virginitat. cap. ult.* Pro modulo itaque veſtro & de ſanctitate qua ſanctimoniales proprie dicimini.

Schola Palatinorum) No. CVII. XII. *meminit quinquagenarum ſcholarum Julianus Imp. l. 1. C. Th. de domeſtic. & protector.*

Scholæ placitum) Nov. XLVII. V. *Vid.* CASUS. CASUS MILITIÆ.

Scholares) No. CVIII. IX. *Procopius* ἀνεκδότοις. ἕτεροι στρατιῶται οὐχ ἧττους ἢ πεντακόσιοι καὶ τρισχίλιοι τὰ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ φυλακῇ τοῦ παλατίου κατέστησαν ὥσπερ σχολαρίους καλοῦσι. καὶ αὐτοῖς συντάξεις ἀνέκαθεν πλείους ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸ δημόσιον ἀεὶ χορηγεῖν εἴωθε. τούτοις οἱ πρότερον μὲν Ἀριστίνδην ἀπολέξαντες ἐξ ἀρμενίων ἐς ταύτην δὴ τὴν τιμὴν ἦγον. ἐξ οὗ δὴ Ζηνῶν τὴν βασιλείαν παρέλαβε πᾶσιν ἐξουσία ἐγένετο καὶ ἀνάνδροις καὶ ἀπολέμοις οὖσι παντάπασι τούτου δὴ τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεύειν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ ἀνδραπόδοις καταθέντες τίμημα τὴν στρατείαν ὠνοῦντο ταύτην. ἡνίκα τοίνυν τὴν βασιλείαν παρέλαβεν οὗτος Ἰουστινιανὸς πολλοὺς εἰς τὴν τιμὴν κατεστήσατο ταύτην χρήματα μεγάλα περιβαλλόμενος. ἐπεὶ δὲ τούτοις τοῖς καταλόγοις οὐδένα ἐνδεῖν τὸ λοιπὸν ἤσθετο ἑτέρους αὐτοῖς ἐς δισχιλίους ἀντέθηκεν ὥσπερ ὑπεραρίθμους ἀπεσείσατο αὐτίκα μάλα τῶν χρημάτων οὐδ' ὁτιοῦν ἀποδοὺς σφίσιν. *Videnda Suidas.* σχολάριοι & ὑπεράριθμος.

Scholaſtici: Nov. LXXIV No LXXV: συνήγοροι *Cedren.* εὐσέβιός τις σχολαστικὸς τῆς βασιλικῆς. Balſamo. περὶ μόνων πλουσίων καὶ σχολαστικῶν τουτέστι περὶ λογίους

σχολαζόντων. *Auguſtin. in Joan.* Qui habent cauſam & volunt ſupplicare, quærunt aliquem ſcholaſticum juriſperitum à quo ſibi preces componantur.

Scrinium) Nov. XXX. χαρτοφυλάκιον. *Ruffinus 1. Hiſtor.* Frumentio rationes ſuas ſcriniaque commiſit. *Socrates.* τὸν δὲ ἕτερον Φρουμέντιον ὄνομα αὐτῷ, τῶν βασιλέων γραμματοφυλάκων φροντίζειν. Publicorum monumentorum ſcrinia *l. VIII. C. Th. de infirmand. his quæ ſub tyrannis &c.*

Scrinium memoriæ) No. XXVI. *Ruffin. lib. II.* Interim dictanda adverſum fidem patrum imperialia decreta mandantur Benevolo tunc memoriæ ſcriniis præſidenti. *Sozomenus VII. XIII.* μεταχαλεσαμένη τοίνυν Βενίβολον τὸν ἐπὶ τοῖς γραμματεῦσι τῶν θεσμῶν τότε τεταγμένον, ἐκέλευσε τὴν ταχίστην τιθέναι νόμον. *Scrinium epiſtularum*) Nov. XIX. *Magiſter Epiſtularum legationes civitatum, conſultationes & preces tractat. Magiſter Epiſtularum græcarum eas epiſtolas quæ græce ſolent emitti aut ipſe dictat, aut latinè dictatas transfert in græcum. Eunapius in Nymphid.* ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἰουλιανὸς αὐτῷ καὶ τὴν βασιλικὴν γλῶτταν ἐπέστρεψε ταῖς ἐπιστόλαις ἐπιστῆσαι, ὅσαι διὰ τῶν ἑλληνικῶν ἑρμηνεύονται λόγων. *In ſcrinio libellorum qui militant. Libellenſes dicuntur, quorum meminit Nov. XXV. Qui in divinis ſcriniis militant*) Nov. CXX. οἱ ἐν τοῖς σκρινίοις τῶν ὑπομνημάτων στρατευόμενοι. οἱ χαρτοφύλακες τοῦ βασιλέως ἤτοι τῶν βασιλικῶν χαρτῶν. οἱ ὑπογραφεῖς. οἱ κιστοφόροι. οἱ χαρτοφύλακες τῶν βασιλικῶν διατάξεων. *Quodcunque enim Imperator per Epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decrevit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat.*

Scriniarii) No. LXXIX. III. *Cicero pro Cluentio.* Sediſtine judex in C. Fabricium. *Idem.* Quo die primum judices citati in hunc reum conſediſtis. *Ovidius de Ponto.*

Utque ſui ſolitus ſediſſem forſitan unus
De centum judex in tua verba viris.

Senatores) Nov. LVII. ὅτι οἱ ἀπὸ πατρικίων ἕως ἰλλουστρίων εἰσὶν οἱ συγκλητικοὶ, καὶ οὗτοι μόνοι βουλὴν ἐν τῇ συγκλήτῳ δύνανται λέγειν. καὶ ὅτι ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ ὀφείλουσι συνάγεσθαι. καὶ ὅτι οἱ ἔπαρχοι προκαθέζε-

καθεζέσθωσαν ὅλων, καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ συγκλητικοί. *Refertur à Græcis quam appoſui epitome d. No. LVI.* περὶ συγκλητικῶν ἀθροιζομένων.

Septimum milliarium) No. CIX. *l. ſancimus C. de ſacroſ. eccleſ. l. pen. C. depoſit. Sozomen. lib. VII. cap. XXIV.* λέγεται δὲ ποτε τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκδημῶν πρὸς τῷ ἑβδόμῳ μιλίῳ γενόμενος, προσεύξασθαι τῷ θεῷ ἐν τῇ ἐνθάδε ἐκκλησίᾳ ἣν ἐπὶ τιμῇ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ἐδείματο. *Nicepor. Kalliſt.* ἕυδομον *vocat lib. XII. cap. XXXIX. Et Georgius Epiſcopus Alexand. in lib: cujus titulus eſt.* τὰ περὶ τὸν χρυσόστομον. ἐν τῷ ἑβδόμῳ (*inquit*) οὕτω γὰρ καλεῖται ὁ τόπος τῇ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐκκλησίᾳ. *Juſtinianus alibi Septimum* Anaſtaſius *Septimium & Hiſtoria Miſcell. lib. XIX.* A ſummitate (*inquit*) videlicet Septimii quæ vergit ad Occidentem id eſt a domo quæ Magnaura dicitur & rurſus uſque ad arcem quam Cyclobium dicunt quæque ſpectat ad Orientem. *Cedrenus.*

Sigynni) No. LXXIX. *Ariſtoteles* περὶ ποιητικῆς τὸ γὰρ σίγυνον Κυπρίοις μὲν κύριον, ἡμῶν δὲ γλῶττα. *Scholiaſt. Apollon. III.* σιγύνους δὲ καλοῦσι οἱ Κύπριοι τὰ ἀκόντια, ἄλλοι δὲ τὰ ὁλοσίδηρα ἀκόντια *Euſtath. Od. τ. & Iliad. β. & γ.* λυκόφρων δὲ σίγυμνον ὡ ἐν β. ἐρρέθη το ὁλοσίδηρον φησιν ἀκόντιον. *Heſich.* σιγυνοί. τὰ ξυστὰ δόρατα ἢ τοὺς ὁλισιδήρους ἀκοντας. *Sudas* σιγύνη καὶ σιγύνους. τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσιν.

Silentium) No. LVI. I. *Silentio conventus ineſſe videtur. Ut totum ſenatum convenire oporteat, quamvis ſilentium tantum ſine conventu Senatoribus indictum fuerit. Etymon. non eſt uſque adeo abſtruſum: cum a ſilentio conſilium, credibilius dictum putaverit Feſtus Pompejus ſive Paul. Diac. Meminit forſitan Cedren.* καὶ ἅμα (*inquit*) αὐτῷ καθεσθεὶς ἐν τῇ μαγναύρᾳ σιλεντίου γενομένου τὴν Εὐθυμίου καθαίρεσιν ἐποιήσατο. *Hiſtor. Miſcell. lib.* XXIII. Et facto Imp. ſilentio apud Magnauram expoſuit populo quæ de ſe fuerant dicta. *Item.* Eirene autem pia Imperatrix ſiſilentio in triclinio Juſtiniani facto, prohibuit omnem, qui militaret, adhærere Stauratio. *Item lib. XVI.* Fecit Imp ſilentium adducens Eutychium patriarcham, & jubens eorum recitari confeſſiones. *Et lib.* XXI Impius Leo ſilentium contra ſanctas ac venerabiles celebravit iconas. *Et lib.* XXII. Multa contra eccleſiam & orthodoxam fidem meditans, & ſilentia per dies ſingulos faciens, populum ad ſenſum ſuum flexit

flexit infeliciter ſectandum. *Niſi quis καθηχήτριυς λόγυς intelligat ους φασι σελένλια, ut Nicetas ſcribit. Meminit Zonaras τῆς συνηθείας περι νηστείας διαλεξεως ἡ καλεῖται σελένλιον.*

Silentiarii) No. XLVII. V. ἡσυχοποιοι. *Dorotheus* διδασκ. κγ. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ παλαλίῳ εἰσι μεγάλαι καὶ λαμπραὶ στρατιαι, ὑπόθυ τὴν συγκλήτικον, τοὺς πατρικίυς, τοὺς στρατηλατας, τοὺς ὑπάρχυς, τοὺς σελεντιαρίυς εἰσι γὰρ αὖλαι πολύτιμοι στρατιαὶ *l. ult. C. de excuſat. tutor. l. ult. C. de ſilentiar. quæ ſunt Anaſtaſii, qui ex Silentiariorum ſchola in imperium evectus eſt. Nicephor. XVI. cap. XXIV. Evag. III. XXIX.*

Siliqua) No. XXXIII. No. CXV. XLV. κεράτιον. *Viceſima quarta pars ſolidi dimidia miliariſii. Cedren.* προσελάξαμεν τοῖς διοκηλας τῶν θεμάτων ἀπαίτεῖν εἰς τὸν κανόνα καλὰ νόμισμα μιλιαρήσιον ἕν. καλεῦθεν ἀπεκράτησεν ἡ συνήθεια παρέχειν τὰ δικέραλα τοῖς διοικηταῖς.

Solatium) Nov. CXXIV. I. Nov. CXXIII. Nov. CXV. *Salarium* τὸ ἐν παραμυθιας λόγῳ διδόμενον *Procopius* ἀνεκδότοις. ἀποτεμνόμενος γὰρ τῶν χρημάτων τὸ πλεῖστον μέρος ἅπερ ἐν παραψυχῆς λόγῳ πολλοις χορηγεῖσθαι ἀνὰ πᾶν ἔτος πρὸς βασιλεως ἐκ παλαιυ διαΐεταχλαι. αὐτος μὲν τοῖς δημοσίοις οὐδὲ ἐπλούτει καὶ μοῖραν ἐνθένδε βασιλεῖ ἀνέφερεν. οἱ τὰ χρήματα περιῃρημενοι ἐν πένθει μεγάλῳ περιεκάθηντο. *Balſam tit. XIII. cap. IV. Nomocan Photii. Gregor. in Epiſtolis.*

Sortitus in Clero) No. CXV. XXVIII. *Auguſtin Pſalm. LXVII.* Nam & cleros & clericos hinc appellatos puto qui ſunt eccleſiaſticis miniſterii gradibus ordinati, quia Matthias ſorte electus eſt, quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum. *Hieronym. ad Nephotian. de vit. clericor.*

Spatha) No. LXXIX. IV. *Lexic. Cyrilli* ὁλοσίδηρος λόγχη. σπάθη. *Aliud* σπάθη μεν, ξίφος. σπαθὴ δὲ ὀξυλόνως ναυλικὸν ξύλον. *Auguſtin. Pſalm. CXLIX.* Framea appellatur quam vulgo ſpatham dicunt. *Iſidor. Etimolog.* XVIII. VI.

Sportula) Nov. LXXVI. VII. Nov. XV. VI. Nov. LXIX. V. ἐκβιβαστικὰ. ἐφοδια. συνήθειαι. τὰ διδομενα τοῖς ἐκβιβασαῖς. No. XCVIII. I. διανομαὶ ἀργύρυ.

Statio)

Statio) Nov. XLIV. I. στάσις. συνέδρα. *Alexius Comnen.* Nov. *II.* ὁ μὲν συμβολαιογράφος ὁ τὸ ἀῤῥαβωνικὸν συμβόλαιον ἐκτιθέμενος, τῆς ἰδίας σατίωνος μετακινηθήσεται.

Stola monachica) No. IV. II. *Mavortem vulgo vocarunt. Caſſian. de inſtitution. Monachor. lib. I. cap. VII. Iſidor. Etimolog. XIX. cap. XXV.*

Strumentum) No. CXXIV. IIX. inſtrumentum. Ambroſ. in Epiſtol. ad Roman. Vaſa quæ ſtrumento ſint culinarum.

Suca) Nov. LIII. μέρος ἐστὶ τῆς βασιλίδος πόλεως *l. XVIII. C. de ſacroſ. eccleſ. Socrat. lib. II. cap. XXIIX.* τὴν δὲ ἐπωνομίαν ἐκ τῶν συκοφόρων δένδρων ἐδέξατο. *Heſichius in Hiſtor. catholica. Juſtinianas ſimpliciter appellari voluit Juſtinianus, ſicut & ipſe nominat.* καὶ τὸ πέραμα (*inquit*) Ιυστινιανῶν ἤτοι συκῶν. *Vet. Interpres.* Et tranſitus Juſtinianarum ſeu Sucarum. *Hodie Peram vocant & Galata, quod trajectum etiam Turcis ſignificat, ducta forſitan ab Hebrais origine, niſi quis Tzetzem ſequi mavult. In ea urbis parte erat locus ſupplicii. Cedren.* ἐν Συκαῖς ἐφύλκισε. *Hiſtor. Miſcell.* In Sycis ſuſpendit. *Niceph. Kalliſt.* ἐν συκαῖς ὡς παιδοφόνον ἀνεσκολόπισεν.

Summarii) No. LIIX. No. XXII. I. *qui ſumme ac mirabiliter computant.* ψηφισαὶ. οἱ ἀριθμοῦντες. *computatores, racionatores. Vet. Interpres. Authentic.* Æſtimationem vero olerum non ſolum ab hortulanis fieri, ſed & ab his qui vocantur Summarii, & qui talia noverunt.

Suſurri magici) No. CVII. IV. *Prudent. I. contra Symmachum.*

Murmure nam magico tenues excire figuras.
Atque ſepulchrales ſcire incantare favillas,
Vita itidem ſpoliare alios ars noxia novit.

Syndicus) No. LXIIX. I. *In communi totius corporis cauſa ordinatur. l. XLII. C. Th. de Epiſc. & cleric. l. XIIX. C. de re militar.*

Tabellio) No. VII. I. No. CXI. IX. No. XLIV. II. *Procopius* ἀνεκδότοις. καὶ ἀνδρὸς δέ τινος ὅσπερ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τηνικάδε χρόνου καθήμενος ἡνίκα ὁ μαμιανὸς περιῆν δόξαν τε πολλὴν ἐπὶ τε ἀληθεία καὶ ἀρετῇ ἔχων ἅπαντα ἐπιτέλει τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα ἕκαστον αὐτῶν ἐπισφραγίζων αὐτὸς οἰκείοις γράμμασιν ὅνπερ ταβελλίωνα καλοῦσι ῥωμαῖοι.

Tablizare) Nov. CXV. XIII. ταβλίζειν. πεττεύειν. *Euſtat. Odyſſ. I. Iliad. II. Baſilius in grammat.* κύβος, τὸ τάβλιον. Sophronius in Apollonio. προφήτης τάβλα καὶ βολίοις παίζει.

Tamiaca prædia) Nov. XXII I. II. ταμεῖον τὸ δημόσιον. *fiſcus, ærarium.* ταμεῖον τὸ ἰδιωτικόν. *cellarium, cella, proma, penuarium, penum, promtuarium.*

Taxatio) Nov. LXXVI. X. No. XLVII. II. ἡ φαινομένη ποσότης τῶν ὀρθῶς καὶ ἀληθῶς δαπανημάτων ἀφ᾽ ἧς καὶ ὅρκος ἐτελεσιουργήθη.

Tebennum) No. XCVI. *Eunapius in Julian.* ἐνταῦθα ἀνάτε ἐπήδησεν ὁ ἀνθύπατος ἐκ τοῦ θρόνου καὶ τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα, τήβεννον αὐτὴν ῥωμαῖοι καλοῦσιν.

Tertia Centeſima) No. II. IV. No. XXXVI. XXX. *l. cum quidam §. ult. D. de uſur.* τρίτον ἑκατοστῆς. τόκος ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς, ἤγουν ἐφ᾽ ἑκάστῃ λίτρᾳ νομίσματα δ. tertia pars centeſimæ *l. eos qui C. de uſur.*

Theatro Quinegium) θεάτρου κυνηγία. No. XCIIX. Inde θέατρον κυνηγετικόν. Dion. *lib. XLIII.* θέατρόν τι κυνηγετικὸν ἰκριώσας ὃ καὶ ἀμφιθέατρον ἐκ τοῦ πέριξ πανταχόθεν ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχειν προσερρέθη. καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ καὶ θηρίων σφαγὰς καὶ ἀνδρῶν ὁπλομαχίας ἐποίησεν. *Xiphilin. in Nerone.* καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες οὐκ ὅπως ἱππικοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος, εἰς τὴν ὀρχήστραν καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον, τότε θέατρον τὸ κυνηγετικὸν εἰσῆλθον, ὥσπερ οἱ ἀτιμότατοι, καὶ ηὔλησάν τινες αὐτῶν, καὶ ὠρχήσαντο, τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας ὑπεκρίναντο, καὶ ἐκιθαρῴδησαν, ἵππους τε ἤλασαν, καὶ θηρία ἀπέκτειναν καὶ ἐμονομάχησαν.

Titulos imponere alienis rebus) No. XXI. XIII. No. XXII. V. *Auguſtin. Pſalm. XXI.* Ubi potens aliquis invenerit titulos ſuos nonne jure rem ſibi vindicat? & dicit, non poneret titulos meos niſi res mea eſſet. *Idem Tract. VII. in Epiſt. Joann. Cujus ſit & ad quem pertineat prædium in titulo inſpicitur, ne forte importune irruamus quo non oportet. Idem Auguſtin. Pſalm. LX.*

Tractenta) Nov. XXII. I. Tractcotæ. Nov. CXXIII. III. Nov. CXXIV. I. *Tractatores Nov. Theodoſ. de patrimonial. rei dominic. ſic enim maxime in Africa dicuntur ſcriniarii qui annonas publicas computant & tractant Juliano auctore. Edict. IV.* τὸ τῆς φοινίκης σκρίνιον τρακτεύοντος

Digitized by Google

τεύοντος. *Nov. CXXII.* οἱ δὲ τῆς ἑκάστης ἐπαρχίας τρακτευταὶ. *ſed & de his qui res eccleſiarum tractant dicitur in Epitom. Nov. CXX.* μηδεὶς δὲ (*inquit*) τῶν τρακτευτῶν διασκεπτὸν ἢ διοικούντων τὰ πράγματα τῶν σεπτῶν οἴκων, ἢ συγγενεῖς αὐτῶν, ἢ ἀγχιστεῖς ἐμφυτεύσεις ἢ ὑποθήκας τῶν αὐτῶν σεπτῶν οἴκων λαμβανέτω.

Tranſlatio) Nov. XXI. VI. *tranſlatio profeſſionis cenſualis l. ult. C. ſine cenſ. vel reliq. fund. comp. non poſſ.*

Tranſmarinus locus) No. LIII. *ſi quando cadavera ſepelienda trans. mare efferebantur. Cedren. in Juſtinian.* μὴ ἐπαρκεῖν τοῖς ζῶσι θάπτειν τοὺς τεθνεῶτας, μήτε δὲ τὰ πλοῖα ἐξαρκεῖν εἰς τὸ διαπερᾶν.

Tribuni) Nov. XXIII. *Tribuni & notarii prætoriani. Caſſiodor. in form. præf. prat.* Militia perfunctis tribunorum & notariorum honorem tribuit: & milites ſuos illis exæquat, qui inter proceres mixti noſtris conſpectibus obſecundant. *Inde lib. 1.* Pater enim candidati ſub Valentiniano principe geſſit tribuni & notarii laudabiliter dignitatem. Honor qui tunc dabatur egregiis, dum ad imperiale ſecretum tales conſtet eligi, in quibus reprehenſionis vitium nequeat inveniri. *Zoſim.* ἱστορικῶν λογ. ε. συνεζήτει δὲ τούτῳ καὶ Ἰωάννης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων οὓς τριβούνους καλοῦσιν ἄρχων γεγενημένος.

Veredorum diſpoſitio) No. XXII. III. ὁ τῶν δημοσίων ἵππων δρόμος. *l. ult. §. patrimoniorum. D. de munerib. & honor. l. VIII. C. Th. de cohortal. Caſſiodor. in formula magiſter dignit.* Veredorum quin etiam opportunam velocitatem quorum ſtatus ſemper in curſu eſt, diligentiæ ſuæ diſtrictione cuſtodit: ut ſolicitudines noſtras, quas conſilio vincit, beneficio celeritatis expediat.

Vicarius) No. XV. II. III. *Cledonius in arte.* Sæpe quæſitum eſt utrum vicarius dici debeat etiam is cui magnificentiſſimi Præfecti vices ſuas in ſpeciali cauſa mandant. Nequaquam. Nam vicarius dicitur is qui ordine codicillorum vices agit ampliſſimæ præfecturæ. Ille vero cui vices mandantur propter abſentiam præfectorum, non vicarius, ſed vices agens, non præfecturæ, ſed præfectorum dicitur. *Sed hæc tam anxie obſervata non ſunt.*

Vindex) Nov. CXXIV. V. VIII. Nov. CXXV. IV. *tributa exigebat. Edicto XIII.* εὗρεν ἐν τῇ πυκτῇ τῇ ἐπὶ τῶν χρόνων. Ἀναστασίου τοῦ τῆς

ἰυσε-

εὐσεβοῦς λήξεως, ἡνίκα Μαριανὸς ὁ τῆς ἐνδόξου ἐπ' αὐτῷ τὰ πράγματα ἔπραττε, καταστῆναι δημοσίαν πυκτὴν, Ποταμῶνος τηνικαῦτα τῶν δημοσίων τῆς Ἀλεξανδρέων προεστῶτος, κατὰ τὸ τοῦ βίνδικος σχῆμα. *Corrupte opinor. Evagrius lib. VII. cap. XLII.* περιεῖλε δὲ καὶ τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων. τοὺς καλουμένους βίνδικας ἐφ' ἑκάστῃ πόλει προβαλλόμενος, εἰσηγήσει φασὶ Μαρίνου τοῦ σύρου τὴν κορίφαιαν διέποντος τῶν ἀρχῶν, ὃν οἱ πάλαι ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἐκάλουν.

Viocolyta) βιοκωλύτης. No. CXXIV. No.CXXV.I. No.XV.VI. προφάσει τοῦ βίας κωλύειν καὶ τοὺς γυναῖκάς τε καὶ περιουσίας καὶ ὑποζύγια καὶ τὰ τοιαῦτα ἁρπάζοντας, ἀναστέλλειν. *Dux. Nov.* ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδεμίαν ἄδειαν ἔχειν τὸν δοῦκα ἤτοι βιοκωλύτην κατὰ Φρυγίαν ἑκατέραν παραγίνεσθαι &c. *Servato Duci Rhetiarum Theodoricus Rex.* Decet te honorem, quem geris nomine, moribus exhibere: ut per provinciam cui præſides nullam fieri violentiam patiaris: ſed totum cogatur ad juſtum, unde noſtrum floret imperium.

Xenon) Nov. CIV. Nov. CXI. II, Nov. CIX. XI. Locus venerabilis in quo peregrini ſuſcipiuntur, & debiles aluntur. *Sudas* ξενῶνος. δόμου ὑποδεχομένου τοὺς ξένους καὶ ἀῤῥωστοῦντας. *Procop.* ἦν δέ τις ξένων ἀνθρώποις ἀνειμένος ἀποῤῥυμμένοις τε καὶ νοσοῦσι. τοῦτον ἀνὴρ τις θεοσεβὴς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐδείματο σαμψὼν ὄνομα. *Idem.* ἑκατέρωθεν τῆς ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὁδοῦ ἑστᾶσι ξενῶνες τε τῆς ἑτέρας ἐφ' ἑκάτερα δύο. ἅτερος μὲν ξένοις ἐνδημοῦσι καταλυτήριον, ὁ δὲ δὴ ἕτερος ἀναπαυστήριον νοσοῦσι πτώχοις. XENODOCHIVM *dicitur.* Nov. VII. I. Nov. LXIII. V. Nov. CIV. No. CXI. *Sudas.* ξενοδοχεῖον. τὸ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενον. καὶ ξενοδόχος ὁμοίως. *Iſido. XV. Etimolog. cap. III. Julianus Imp. Arſacio. Auguſtin. in Joan.* Et Xenodochia & monaſteria poſtea ſunt appellata novis nominibus, rei tamen ipſæ & ante nomina ſua erant. *Liberatus breviario.* Mennas præpoſitus Xenodochii majoris quod vocatur Sampſonis. *Meminit No. CXXXI.*

Zaba) Nov. LXXI X. III. loricæ, ducto a Perſis nomine. Leo Imp. τακτικοῖς. τοὺς δὲ ἐπιλέκτους τῆς ἀκίας ἔχειν καὶ ζάβας ἤτοι λορίκια εἰ μὲν δυνατὸν ὅλους. Idem. καὶ οὓ φοροῦσιν οἱ ἐν τῷ μοτώπῳ τεταγμένοι ζάβας ἤτοι λωρίκια. Mauritius τακτικοῖς. ἐξ ἀναγκαίου γὰρ ἔχειν αὐτοὺς προσήκει ζάβας ἤτοι λωρίκια μέχρις ἀστραγάλων φθανούσας. Idem. καὶ φλάμουλα μικρὰ κατὰ τῶν ὤμων ἐπάνω τῶν ζάβων ἤτοι τῶν λωρικίων.

VER-

VERBORUM QUORUNDAM JULIANI INTERPRETATIO

AUCTORE ANT. AUGUSTINO EPISCOPO ILERDENSI.

AB actis) Nov. 41. * numeratur inter apparitores Quæſtoris provincialis. Cura ejus eſt actis præeſſe, quæ coram magiſtratu fiunt. In notitia dignitatum Orientis & Occidentis in officio multorum magiſtratuum numeratur Ab actis. Actuarius idem etiam dicitur, vel qui ſub eo acta ſcribit. vide lib. 12. Codicis tit. de numerariis, & actuariis.

*Sequutus eſt diſpoſitionem editionis Scrimgerianæ.

Adjutores Quæſtoris) Nov. 35. erant ſub Quæſtore urbis Conſtantinopolitanæ, & militare dicebantur, non in armata militia, ſed in Scriniis. In ea notitia dignitatum illuſtris Quæſtor officium non habet; ſed adjutores de ſcriniis, quos voluerit. vide l. comperimus. & l. hac lege. & l. certæ. C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib. 12.

Ad reſponſum) Nov. 28. c. 1. ſub Moderatore Helenoponti militum controverſias ſedabat. Sic alii Præſides alios habebant eodem nomine. Alius hic eſt ab Apocriſiariis, quamvis nomen Græcum non diſſimile ſit πρὸς ἀπόκρισιν. Erant etiam ſcriniarii ad reſponſum, ut conſt. 7. de palatinis lib. 12. Cod. & in notitia dignitatum fit mentio primicerii ſcrinii auri ad reſponſum ſub Comite ſacrar. largitionum.

Adſcriptitius) De hoc Nov. 17. c. 9. Nov. 22. c. 6. Nov. 54. c. 1. No. 123. c. 17. Hic in cenſu adſcribebatur certo agro, quem colere cogebatur. Vide lib. XI. Codicis tit. de agricolis & cenſitis, & colonis & lib. 13. tit. 10. Cod. Theodoſi. de cenſu ſive adſcriptione.

Agapetus) ἀγαπητός. N. 6. c. 6. dilectum ſignificat. Hoc nomine diaconiſſæ ſuos appellabant familiares. Vidend. Hieronym. epiſt. 22. ad Euſtochium.

Agens in rebus) No. 86. c. 8. De agentibus in rebus & de præpoſitis, & principibus agentium in rebus videndæ conſtitutiones lib. 12. Codicis. In notitia dignitatum ſub Magiſtro officiorum fuit ſchola agentium in rebus. vide tit. de off. Mag. offic. lib. 1. Cod.

Agreſtes) Nov. 33. Juſtinianus hoc nomine agricolas appellat. ſic Vergil. 1. Georg.

Ignaroſque viæ mecum miſeratus agreſtes.

Alienatio) N. 7. c. 1. Alienationis verbum continet donationem, permutationem, & emphyteuſeos perpetuum contractum.

Digitized by Google

Anachorita) ἀναχωρήτης. N.5.c.3. ſeparatum ſignificat virum religioſum, quales eremitas appellant. Hieronym. in d. epiſt 22. Tria ſunt in Ægypto genera monachorum, Cœnobitæ in communi viventes, Anachoritæ qui ſoli habitant per deſerta, & ab eo, quod procul ab hominibus receſſerint, nuncupantur, tertium genus neglectum &c.

Angaria) ἀγγαρεία. N.17.c.6. Proprie ad curſum publicum pertinebant, ut lib. 12. Codicis Juſtin. & lib. 8. Cod. Theodoſ. tit. de curſu publico, & angariis. transfertur ad alia onera. vide l. neminem C. de ſacros. eccl, l. ult. in fine, D. de muneribus l. viæ. D. de veterania.

Annona & dona eccleſiaſtica loco beneficiorum. Nov. 57.c.12.

Antefatus) pro præfatus, vel prædictus. Nov. 5. c. 8. N. 7. c. 3. N. 22. c. 9. & 28. N. 39. c. 2. & alibi.

Aphopliſta) ἀφοπλίσται. N. 8. c. 6. qui privatis hominibus arma habere non ſinit, exceptis militibus, ut N. 17. c. 11. & N. 85. c. 3. Vide lib. 11. Cod. tit. ut armorum uſus. &c. & vid. Heſychius.

Apocha) ἀποχή. N. 46. N. 49. c. 2. receptionis, liberationis, vel ſolutionis inſtrumentum ſignificat. vide. Cod. de apochis pub. lib. 10.

Apocriſiarius) ἀποκρισιάριος. N. 6. c. 2. 3. N. 79. c. 1. N. 123. c. 41. 54. 62. A reſponſis dici poſſet, qui veluti internuncius eſt ſanctimonialium, & aliarum perſonarum. nonnunquam procuratorem & negotiorum geſtorem earundem, nonnunquam oratorem, vel legatum abſentis Epiſcopi, vel Patriarchæ ſignificat.

Apparitio) cohortem, vel officium Præſidis, aut aliorum magiſtratuum ſignificat. N. 28. c. 1. N. 29. N. 31. N. 41. N. 38. Dig. quod metus cau. c. ult.

Apparitor) unus ex ea cohorte, vel officio ab apparando vel apparendo potius magiſtratui dictus. Nov. 28. c. 2. Nov. 29. Nov. 60. c. 1. De his plures tituli lib. 12. Cod.

Archiepiſcopus) ἀρχιεπίσκοπος. N. 11. major Metropolitano eſt. ſed pro eodem aliis accipitur.

Archimandrita) ἀρχιμανδρίτης. Nov. 5. c. 7. N. 7. c. 1. N. 120. c. 2. N. 123. c. 51. Abbatem vel monachorum præfectum ſignificat, Vide conſtit. 52. Græcam de Epiſc. & cler.

Archimandritiſſa) ἀρχιμανδρίτισσα. N. 7. c. 1. ſanctimonialium præfecta, vel Abbatiſſa.

Arctoa loca) ἀρκτῷα. N. 69. c. 2. ſeptentrionis loca. quod ἄρκτος urſam ſignificet: & celeſte ſignum eo nomine appelletur; & Arctophilax Bootes.

Argyroprata) ἀργυροπράτης. N. 136. argenti diſtractor. N. 4. c. 1. argentarius a veteribus dictus. quod argentea vaſa venderet. Nov. 136. c. 4. & auctionibus præeſſet, ac nominibus faciendis. Vide Dig. & Codice de edendo.

Aſce-

Digitized by Google

Aſceterium) ἀσκητήριον. Nov. 6. c. 6. N. 7. c. 5. N. 59. N. 79. c. 1. 2. N. 123. c. 43. 51. 53. 55. locus, ubi aſcetriæ, ſive ſanctimoniales degunt. quamvis olim monaſterium virorum eodem nomine diceretur.

Aſcetria) ἀσκήτρια. N. 123. c. 32. 43. 44. 55. 64. 65. eandem monacham, monaſtriam & ſanctimonialem Julianus appellat.

Aureorum annulorum jus) N. 18. c. 10. N. 78. c. 1. 4. Olim non poterant liberti aureo annulo uti ſine Imperatoris licentia. Eratque is annulus equitum inſigne, poſtea ingenuorum.

Baſilica) βασιλική. N. 82. c. 3. non templum, nec regiam domum, ſed locum exercendorum judiciorum ſignificat. Viden. Vitruvius.

Bona gratia divortium fiebat, cum ſine culpa diſcedebatur. ut Nov. 22. c. 2. 4. 17.

Brephotrophium) βρεφοτροφεῖον. Nov. 17. c. 1. locus venerabilis, in quo infantes aluntur.

Brephotrophus) βρεφοτρόφος. Nov. 111. Nov. 120. c. 2. qui curam gerebat dicti loci.

Cadere loco) N 35. de caſu militiæ. N. 35. c. 5. N. 97. c. 4. vacare & vacatio vulgo dicitur.

Cænatio) N. 130. c. 8. pro cænaculo hoc eſt cænandi loco.

Calculus) ψῆφος. Nov. 53. c. 1. Nov. 60. c. 1. Nov. 62. c. 1. pro decreto vel ſententia.

Canonicarius) N. 30. N. 128. c. 5. 6. eſt qui exigit canonem, hoc eſt menſuram tributi. Vide Cod. de canone largitionalium titulorum lib. 10. & de canone frumentario urbis Romæ lib. 11. & conſtitut. 9. Græcam de exactionibus tributorum.

Canonicum) a canone eccleſiaſtico. Nov. 17. c. 7.

In Capita ſucceſſio, quæ ſit) Nov. 118. cap. 2.

Capite cenſitus) Nov. 17. c. 9. Olim capite cenſi dicebantur cives Romani, qui extra claſſes cenſebantur ob egeſtatem. Poſtea qui pro capite in provinciis tributum ſolvebant, capite cenſiti dicebantur, & alienos agros colebant. Unde etiam coloni & adſcriptiti vocati ſunt. Vide Cod. de agricolis, & cenſitis lib. XI. & in quibus cauſis coloni capite cenſiti dominum accuſare poſſunt.

Caſtus) N. 6. c. 5. non ſolum cœlebs, ſed etiam is, qui habet, vel habuit uxorem caſtam, eamque virgo virginem duxit.

Caſus liberorum) N. 22. c. 13. N. 68. cum morte alicujus ex liberis lucrum mater, vel pater ex inſtrumentis dotalibus conſequitur.

Caſus militiæ) vide cadere loco.

Cathedraticum) καθεδρατικόν. N. 123. c. 5. jus cathedræ, ſive ſedis.

Can-

Digitized by Google

Cautela) N. 2. c. 4. non pro aſtutia, ſed pro cautione.

Cenſualis) N 17. c. 5. N. 128. c. 4. & 13. Cenſus curam gerit in municipio, ut & Magiſter Cenſus. erant enim ſcribæ cenſuales, ut lib. 8. Cod. Theodoſ. tit. de tabulariis holographis, & cenſualibus ſcribis. Vide titulum de tabulariis, ſcribis, logographis, & cenſualibus lib. 10. Codicis. & de cenſib. & cenſitoribus lib. 11. In notitia dignitatum occidentis cenſuales numerantur in officio præf. urbis Romæ, de quibus Capitolinus in Gordianis.

Charta, vel Chartula) pro ſcriptura vel inſtrumento. Nov. 48. Nov. 49. cap. 2.

Chartularius) a chartis ſive inſtrumentis dictus, variiſque in rebus, & ſcriniis curam agebat. N. 85. c. 2. & 4. in ſcrinio fabricæ armorum. N. 117. c. 9. in militia. N. 120. c. 1. 2. & 4. in eccleſia. vide lib. 1. tit. 2. codicis conſtit. 25. Græcam.

Cingulum) magiſtratus ſignum. N. 62. c. 2. Tamiacorum N. 30.

Circus) Nov. 117. c. 6. locus eſt ubi ludi Circenſes fiebant a quatuor factionibus quadrigarum. vide N. 105.

Civitatis Romanæ jus) Nov. 78. c. 1. & 4. olim multa poterant cives Rom. quibus alii prohibebantur, ut ſunt connubium cum cive Romana, teſtamenti factio active & paſſive, patria poteſtas, commercium, nexus, & alia id genus.

Clariſſimi) Nov. 71. Comites & Tribuni clariſſimi dicuntur, Illuſtribus minores.

Collatores) N. 128. c. 4. 5. 10. 15. N. 130. c. 1. 2. 3. 7. qui tributa conferunt. olim ſocii dicebantur.

Colonus) *N.* 12. c. 9. *N.* 34. *N.* 80. c. 1. Ruſticos agrorum colonos, quos nonnunquam adſcriptitios & capite cenſitos vocant. ſed colonus nomen generis eſt. in plures ſpecies ſcinditur. Olim tam in colonias miſſi, quam qui agros incolerent, ita appellabantur. Vid. lib. 11. Cod. ſub titulis de agricolis & cenſit. & colon. & de capitat. civium cenſib. exim. & in quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſunt & de Colonis paleſtinis Thracenſibus & Illyricianis & de mancipiis & colonis patrimonialium & ſaltuenſium & Emphiteuticor. fundorum & de fugit. colon. & de præd. Tamiac. & his qui ex colonis Tamiacis aliiſque liberis condit. procreant. lib. 5. Cod. Theod. tit. de Inquil. & Colon. & ne colonus inſcio domino ſuo alienet peculium. & *N.* 9. Valentiniani & Colonis vagis vel agnatione & de Advenis.

Comitiacus) *N.* 38. c. 6. nonnunquam Comitianus & Comitatenſis appellatur a Comitatu, de quo *N.* 1. Martiani Titulo neminem exhiberi de provincia ad Comitat. vel a comitibus Imp. vel Præfect. Prætor. aut Inferioris magiſtratus. Sic vexillationes & legiones Comitatenſes ſub magiſtris militum in notitia dignitatum orientis. De Comitiaco Vid. formul. 13. lib. 6. & 31. lib. 7. Variar. Caſſiod.

Commentarienſis) *N.* 41. Numeratur inter apparitores præſidum, ſæpe carceri

Digitized by Google

carceri præerat a commentariis ſive libellis dictus Vide C. de Cuſtod. reor. lib. 9.

Comparator) Nov. 49. c. 2. qui ad litterarum comparationem adhibetur.

Concubina) Nov. 18. c. 5. mulier libera ſola in domo ejus, qui uxorem legitimam non habet.

Concubitor) Nov. 18. c. 5. N. 89. c. 12. qui concubinam habet.

Confirmator venditionis) Nov. 4. c. 1. fidejuſſor datus a venditore.

Conſiſtorium) Nov. 23. c. 2. Utitur hoc verbo Juſtinianus pro ſenatu ſive tribunali principis.

Conſtringere) Nov. 124. c. 2. In carcerem mittere, aut vinculis coercere.

Conſuetudinaria) pro conſueta Nov. 17. c. 2.

Conſuetudo) pro ſportulis vel ſtipendiis ſolitis. Nov. 123. c. 5. & 23.

Conſularis) Nov. 62. c. 2. alii ordinarii, alii honorarii Conſulares. Ordinarii qui conſulatum geſſerunt. Honorarii qui honoris ejus codicillos tantum adepti ſunt. Ordinarii item in ordinarios & ſuffectos diſtinguuntur. namque ii, qui Kalendis Januariis Conſulatum inibant, ordinarii dicebantur, propter ordinem faſtorum Conſularium: Cæteri ſuffecti. Conſularis Exconſule etiam dictus eſt poſteri ſeculo. Nov. 81. c. 1.

Conſultatio) Nov. 23. c. 2. N. 62. c. 1. cum Princeps ſenatum convocabat, a conſulendo dicta. diſtingui videtur a Juliano in conventum & ſilentium. Idem videtur dixiſſe Juſtinianus conſiſtorium. N. 23. c. 2. vide lib. 7. Codicis titul. de app. & conſult.

Continentia) pro alimentis. N. 65.

Conventus) pro ſenatu N. 62. c. 1. Olim Prætores Provinciales habere conventus dicebantur, cum de totius provinciæ cauſis cognoſcerent.

Creditor) N. 4. c. 2. qui mutuam dedit alicui pecuniam, & qui aliquam contra aliquem actionem habet.

Curia) N. 38. c. 1. 2. 4. N. 45. c. 1. N. 70. decurionum ſive curialium ſenatus. Hinc curiæ tradere. N. 6. c. 7. N. 123. c. 21. & 46. pro decurionem, vel curialem efficere. Vide Novellam ult. Theodoſii de bonis decurionum, & de naturalibus filiis eorum in curiam mittendis, heredibuſque ſcribendis.

Curialis) N. 6. c. 1. 4. 7. N. 18. c. 2 N. 38. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. N. 45. c. 1. 2. N. 70. N. 87. N. 89. N. 101. N. 123. c. 1. 6. 22. N. 128. c. 5. 8. Olim decuriones dicebantur in coloniis, qui locum ſenatorum tenebant, quibus Duumviri præerant; ut Romæ duo Conſules ſenatui. Cicero 2. in Rullum de lege Agraria. vide l. pupillus. D. de verb. ſign. Is ſenatus curia dicebatur, & ordo decurionum, qui poſtea curialium. Ex coloniis ad municipia, atque alia loca nomen extenſum eſt. Hi initio donati privilegiis, poſtea oneribus gravati ſunt.

Digitized by Google

Curſus publicus) *N.* 28. c. 1. cum publica pecunia licebat equis diſpoſitis, & vehiculis homines, aut res quaslibet mittere. Olim diplomate uti, & angariis dictum eſt. Vid. lib. 12. Cod. Juſtin. & lib. 8. C. Theodoſ. de curſu publico.

κυνήγιον θεάτρου) theatri venatio. *N.* 105. diſtinguitur hæc a venatione ferarum, de qua lib. 11. Cod. Juſtin. & lib. 15. Cod. Theodoſ. tit. de venatione ferarum. illa enim in amphitreatro fiebat, hæc in theatro: illa ferarum, hæc cicurum fuit. Dicitur rectius κυνηγία καὶ κυνηγέσιον.

Decani) *N.* 39. qui lectuli defuncti miniſterium faciunt, dum ad ſepulchrum defertur. Vide l. non plures. C. de ſacroſ. eccl.

Decanica) *Nov.* 79. cap. 2. eccleſiæ carcer, ab eodem forte decanorum miniſterio dictus.

Decreta facere) pro electionem facere. *N.* 123. cap. 1.

Delegatores) *N.* 128. c. 1. *N.* 130. c. 1. 5. 6. mittuntur ab exercitu, ut annonæ militibus præbeantur, a delegationis munere appellati.

Denominatores) *Nov.* 128. cap. 16. pro iis, qui nominaiunt, & nominatores. *Nov.* 1. c. 6.

Depoſitor) *N.* 73. c. 1. qui depoſuit.

Deſtinare) pro deſignare. *N.* 3 c. 2. pro ſtatuere. *N.* 53. c. 4.

Deſtitutor) *N.* 57. c. 1. qui deſtituit eccleſiam & non reſidet.

Diaconiſſa) διακόνισσα. *N.* 3. c. 1. *N* 6. c. 6. In baptiſmo feminarum, & in aliis eccleſiaſticis miniſteriis, ut Clemens teſtatur lib. 2. c. 30. & lib. 3. c. 15. & 16. & lib. 8. c. 34. Apoſtolicar. conſtitutionum, ne viri inter mulieres verſarentur, adhibebantur diaconiſſæ. quæ etiam Epiſcopo ſuggerebant neceſſitates viduarum, vel pupillarum.

Διαιτηταὶ) Diætetæ. *N.* 82. c. 1. judices delegati, & nonnunquam arbitri ita appellantur. Videndus Heſychicus.

Diaria) redditus. *N.* 23. c. 23.

Diaſoſta) διασώστης. *Nov.* 130. c. 1. 6. 7. nomen militaris miniſtri a conſervando dictum.

Egentia) pro inopia. *N.* 4. c. 1.

Elogium) pro teſtamento. *N.* 22. c. 19.

Emphaniſtica) ἐμφανιστικά. *N.* 56. inſinuationis cauſa data.

Emponemata) ἐμπονήματα. *N.* 7. c. 3. *N.* 64. *N.* 120. c. 5. quæ meliora effecta ſunt in prædiis, vulgo meliorationes appellant.

Eremodicia) ἐρημοδίκια. *Nov.* 69. cap. 3. deſerta ab altera partium judicia ſunt.

Ergaſteria) ἐργαστήρια. *Nov.* 17. cap. 10. *Nov.* 59. taberna opificum, ſive officinæ.

Exar-

Digitized by Google

Exarmare) *N.* 134. c. 18. aut manus utriuſque abſciſſionem facere, ut armis uti nequeat: aut articulorum diſſolutionem facere, & forte exartuare ſcribendum eſt. ἐξαρμόζειν Græce dicitur, conſonantia diſſolvere. inde fortaſſe deductum eſt.

Exceptio) *N.* 123. c. 8. ab excipiendis tributis dicta.

Exceptor) Exactor tributorum. *N.* 15. c. 3. *N.* 82. c. 7. *N.* 123. c. 8. transfertur ad alias actiones.

Exconſule) pro Conſulari. *N.* 81. c. 1. ut exprætore, exquæſtore, ex præfecto, pro Prætorio, Quæſtorio & Præfectorio, hoc eſt qui Conſul, Prætor, Quæſtor aut Præfectus fuit.

Expelleuta) ἐξπελλεύτης. *N.* 128. c. 6. ab expellendo forte dictus duræ conditionis exactor. aliquibus placet Expileutam dicere ab expilando. ἐξπελλευτὴς. conſtit. 9. Græca de exactionibus tributor.

Fabrica) pro officina armorum. *N.* 85. c. 1. In notitia dignitatum ſub magiſtris officiorum ſunt plures fabricæ hujuſmodi.

Fabricenſes) *N.* 85. c. 1. 2. qui arma faciunt vide lib. 11. Cod. Juſtin. & lib. 10. Cod. Theodoſ. titulum de fabricenſibus, & Caſſiodorum lib. 7 formula 10. & 19. variar.

Falcidia) pro legitima portione filiorum. *N.* 5. c. 5. *N.* 18. c. 1. 2. 3. *N.* 29. c. 1. *N.* 66.

Fœderati) genus militum. *N.* 117. c. 9. non a fœderatis populis, ſed a fœdere, quo ab aliis diſtinguebantur. vide epit. 12. conſt. Græcæ de hæretic.

Fures qui dicantur *N.* 134. c. 19.

Genearchica) γεναρχικὰ Edict. 3. gentilicia prædia, quæ agnatos, vel familiam ſequebantur.

Gerontocomium) γεροντοκομεῖον. *N.* 7. c. 1. locus venerabilis, in quo ſenes pauperes aluntur.

Geſtus) pro actu & geſtione magiſtratus. *N.* 70. *N.* 81. c. 1.

Hereticus) αἱρετικός. *N.* 109. *N.* 115. c. 3. qui catholicis non communicat.

Harenarius) *N.* 115. c. 3. qui in harena pugnare ſolet publice in amphitheatris.

Hegumenus) ἡγούμενος. *N.* 79. c. 1. *N.* 120. c. 2. *N.* 123. c. 52. 53. Abbas, vel præfectus monachorum.

Heſychiaſta) ἡσυχιαστής. *N.* 3. c. 3. quietum monachum ſignificat ab aliis ſeparatum, ut anachorita, & eremita.

Honorarius) *N.* 62. c. 2. *N.* 70. qui non gerit magiſtratum, ſed ejus honore decoratur codicillis ab Imp. impetratis. Codicillorum formulam refert Caſſiodorus lib. 6. form. 10. variar. Hi etiam vacantes appellantur, quamvis aliqua ſit inter eos differentia, vide Conſularis.

Digitized by Google

Idiota) ἰδιώτης. N. 82. c. 3. pro judice ſingulari.

Imperialis urbs) pro Conſtantinopoli. N. 53. c. 2. 4. N. 60. c. 1. & 2. Regia. N. 63.

Ingratus filius quis dicatur N. 22. c. 13 21. N. 115.

Inſtructum) N. 128. c. aliud eſt inſtructum fundum legare, aliud fundum cum inſtrumento. Vide Dig. de inſtructo, & inſtrumento legato.

Inteſtatus quis dicatur N. 22. c. 1.

Intimare) pro inſinuare. N. 52. c. 2. N. 66.

Judex) differt a magiſtratu, ut judicare & jus dicere. ut in jure & in judicio. Erat enim judex ſæpe privata perſona. N. 23. c. 5. Juſtiniani. Julianus. N. 53. c. 4. N. 60. c. 2. Magiſtratus publica perſona jus dicit in jure, judex judicat in judicio. nonnunquam his verbis abutimur.

Lampadarius) N. 41. inter apparitores numeratur, a lampade ferenda. Ejus mentio eſt in notitia dignitatum.

Leſtodiocta) λῃστοδιώκτης N. 128. c. 20. N. 134. c. 1. Latrunculator. N. 8. c. 6. Latronum perſecutor.

Libellenſes) N. 20. ex Scrinio libellorum, ab eis dicti, quibus præerat Magiſter libellorum, qui cognitiones, & preces tractat, ut in notitia dignitatum ſcriptum eſt.

Liberorum appellatione omnes deſcendentes complectimur. N. 91. c. 1.

Liberorum jus) N. 78. c. 4. Adverſus orbitatis pœnas jus liberorum impetrari ſolebat a Principe. Trium vero liberorum jus non ſolum dictas pœnas tollebat, ſed etiam præmia conferebat.

Liberi unius portio) N. 22. c. 14. pro unius ex liberis portione. Raro id nomen ſingulari numero reperitur. quamvis dicamus jus trium liberorum, non jus ternorum liberorum; & tres liberi non terni. N. 22. c. 13. N. 117. c. 4.

Limitatenſes) N. 41. milites limitum, quos etiam limitaneos appellabant. Vide lib. 11. Cod. tit. de fundis limitrophis, & limitaneis.

Litigioſa res qua dicatur N. 122 c. 1.

Loci ſervator) τοποτηρητὴς. Nov. 128. c. 18. 19 No. 134. c. 1. 3. vicarius dicitur N. 8. c. 2. N. 15. c. 2. N. 17. c. 6. N. 28. c. 2. legatus, nuncius, procurator nonnunquam, quod loco alterius ſit.

Logographus) λογογράφος. Nov. 128. c. 13. qui rationes ſcribit. vide Cod. de tabulariis, ſcribis, logographis & cenſitalibus lib. 10. & lib. 11. Cod. Theodoſ. tit. 4. ne collatio per logographos celebretur. Rationales appellat notitia dignitatum ſub comite ſacrarum largitionum occidentis.

Logotheta) λογοθέτης. N 128 c. 17. qui rationes conficit vel accipit. Idem diſcuſſor dicitur conſt. 4. Græca de diſcuſſoribus.

Magi-

Digitized by Google

Magiſterianus) N. 124. c. 2. Magiſtri militum miniſter. Vide conſt. 7. Græcam de executoribus & exactoribus.

Mappa) N. 105. ludos circenſes ſignificat, quod mappa ſignum quadrigis daretur. Vidend. Caſſiodorus lib. 3. ep. 51. variarum.

Matricula) N. 85. c. 2. pro indice vel notitia.

Matricularii) N. 13. ex matriculis ſcriniorum, vel apparitorum.

Mediaſtinus) N. 89. c. 1. pro mediocri. Olim ſervum ſignificabat vilem.

Menſa) N. 49. c. 2. Præfecti Prætorii tabularium.

Militia) N. 35. N. 53. c. 5. N. 97. c. 4. Militia armata differt a militia Palatina, ſive ſcriniorum: illius erant milites caligati, hujus togati; illius caſus, ſive finis miſſio, mors, expletio temporis; hujus mors, venditio, privatio. vide cadere & ſchola placitum.

Moechus) μοιχὸς. N. 134. c. 15 17. pro adultero.

Monacha) μοναχὴ. pro ſanctimoniali. N. 76. N. 123. c. 43. 54. 57. 62. 65.

Monaſtria) μονάστρια. pro eadem. N. 123. c. 32. 64.

Μονημέριον) monemerium N. 105. Venatio ferarum in harena uno tantum die. Videndus Leon. philoſophus lib. 1. c. 1. epigram. Græcor.

Μονοκοντία) monocontia, N. 85. c. 3. jaculi genus.

Municipium) N. 17. c. 10. pro quocunque oppido. ab eo municipales pro oppidanis. Olim a coloniis, & ſociorum, ac fœderatorum oppidis diſtinguebantur: quod municipia cum civitate Romana aliquibus muneribus convenirent.

Murilegula) Nov. 38. c. 6. a murice legendo, ut purpura fieret. vid. lib. XI. Cod. & lib. 10. Cod. Theodoſ. tit. de murilegulis, & gynæciariis. & de veſtibus holobaris, & auratis, & de tinctione ſacri muricis.

Natalib. reſtituere) N. 18. c. 10. N. 74. c. 1. N. 78. c. 1. & 4. legitimare hodie vocant, jura legitimi ex reſcripto largiri.

Nemo nihil neque lucretur) pro nemo quidquam aut lucretur. N. 123. c. 57. Græca figura dictum eſt.

Nominatores) pro iis, qui nominarunt. N. 128. c. 6. & denominatores. N. c. c. 16. Vide Dig. de fidejuſſoribus, & nominatoribus, & Cod. de periculo nominatorum lib. 11.

Noſcomium) νοσοκομεῖον. N. 7. cap. 1. N. 120. cap. 1. 2. locus venerabilis, in quo ægroti pauperes curantur. Utitur hoc verbo Hieronym. in epiſt 30. ad Oceanum.

Noſocomus) νοσοκόμος. N. 120. c 2. N. 123. c. 24. & 38. qui ei loco præeſt.

Notitia) γνῶσις. pro indice. Nov. 41. quidam matriculam, alii tabulam vocant.

Novi muri) N. 59. locus urbis Conſtantinopolitanæ. Vide lib. 1. tit. 2. Codicis conſtit. Græcam 18.

Digitized by Google

Obſervent) pro obſerviant. *N.* 123. c. 29.

Officialis) ex officio Præſidis vel aliorum magiſtratuum. *N.* 6. c. 1. 4. 7. *N.* 7. c. 1. *N.* 8. c. 6. 9. *N.* 128. c. 8. 16. vide taxeota.

Officium) pro apparitoribus. *N.* 5. c. 6. *N.* 6. c. 7.

Optiones) genus militum, ut accenſorum. *N.* 130. c. 5.

Ordinarii) *N.* 62. c. 2. vide Conſularis.

Orphanotrophium) ὀρφανοτροφεῖον. *N.* 7. c. 1. *N.* 111. *N.* 120. c. 1. 2. locus venerabilis, in quo pupilli nutriuntur.

Orphanotrophus) ὀρφανοτρόφος. *N.* 120. c. 12. qui illius loci curam gerit.

Orthodoxus quis dicatur *N.* 115. c. 3.

Πάγκαρπον) pancarpon. *N.* 105. inter ſpectacula, quæ Conſul exhibebat, numeratur. a Feſto Pancarpiæ coronæ dicuntur ex vario genere florum factæ. Sed καρπὸς Græcis fructus ſignificat: & cum hoc venationi conjungatur monemerii, credendendum eſt arbores vario genere fructuum, licet alieno tempore, gravidas in harena locatas fuiſſe.

Palatinorum ſchola) *N.* 117. c. 11. ſub Comite rerum privatarum Imperatori miniſtrat. Eorum mentio eſt in notitia dignitatum in officio ejuſdem Comitis.

Παραμήρια) parameria. genus gladii. *N.* 85. c. 3.

Παραπομπικά) parapompica. *Nov.* 128. cap. 9. quæ ob tranſmiſſionem petebantur.

Παρασημειώτως) naturaliter, non cognitionaliter dicitur. *N.* 82. c. 5. *N.* 86. c. 2. de plano, ſine cauſæ cognitione, ſine ſcripto.

Paroecicum jus) παροικικόν. pro jure coloniæ, vel jure incolæ. *N.* 120. c. 1. Vide lib. 1. tit. 2. Cod. conſtit. 24. Græcam.

Patriciatus) *N.* 81. c. 1 *Patricii* dignitas Juſtiniani tempore maxima. *N.* 62. c. 2. Viden. Caſſiodorus lib. 6. formula 2. variarum.

Piſtrinarii) *N.* 80. c. 3. qui piſtrinis præſunt.

Plenaria) pro plena ſecuritate. *N.* 128. c. 3.

Πόρναι) pornæ. *N.* 105. ſpectaculum meretricum ſcenicarum ſaltantium in theatro. Vide ſcenicus.

Præfectianus) a Præfecto Prætorii miſſus. *N.* 86. c. 8. *N.* 124. c. 2. *N.* 128. c. 17. Vid. lib. 12. tit. 10. Cod. Theod. ne præfectianus exactoris, vel curioſi horreorum cuſtodis fungatur officio.

Præfectoria dignitas quæ fuerit. *N.* 70.

Præfecti Prætorio qui fuerint. *N.* 70.

Primates) πρῶτοι. pro adminiſtratoribus. *N.* 54. c. 2. Primates monaſteriorum pro Abbatibus vel Præfectis. *N.* 5. c. 7. qui etiam Primi appellantur. *N.* 2. c. 9.

Pri-

Digitized by Google

Primates civitatis pro majoribus & dignioribus civibus. *N.*15. cap. 1. *N.* 17. cap. 10. Primates mechanicorum, & architectorum pro peritioribus, & antiquioribus. *N.*7. c. 3.

Proaſtium) προάστειον. *N.* 7. c. 3. & 5. *N.* 117. c. 13. *N.* 120. c. 1. *N.* 131. c. 8. ſuburbanum prædium. *N.* 64.

Proceres) Juſtinianus appellat ſenatores. *Nov.* 23. cap. 2 & Julianus *Nov.* 82. cap. 4.

Proceſſio) quaſi progreſſio a procedendo in publicum. *Nov.* 105. dictum de Conſule. & de Imp. conſt. 1. de ſent. paſſis. unde hodie proceſſiones Epiſcopi, & cleri in litaniis.

Promeatores) pro præcurſoribus. *N.* 130. c. 6.

Proſapia) progeniem ſignificat Juſtiniano. *N.* 23. c. 5.

Protocollum) πρωτόκολλον. *N.* 44. c. 2. chartæ genus erat, non ut vulgo creditur exemplar, ſive matrix.

Proximi) μέλλοντες. *N.* 35. In ſingulis ſcriniis erant proximi, de quibus in titulo de proximis ſacrorum ſcriniorum lib. 12. In notitia dignitatum quidam primi ſcrinii appellantur: alii primicerii, & ſecundicerii, ſic erant proximi appellati: hos ſequebantur melloproximi. Erant autem ſcrinia memoriæ, epiſtularum, libellorum, diſpoſitionum, ſive cognitionum.

Pſallere) ψάλλειν. *N.* 59. pro canere.

Ptochica res) πτωχικά. *N.* 7. c. 4. pauperum res, hoc eſt alicujus loci, ubi pauperes, vel ægri educentur, aut curentur.

Ptochium) πτωχεῖον. *N.* 54. cap. 2. *N.* 111. *N.* 120. cap. 2. locus pauperibus dicatus.

Ptochotrophium) πτωχοτροφεῖον. Nov. 7. c. 1. N. 120. c. 1. Idem locus, ubi pauperes educantur.

Ptochotrophus) πτωχοτρόφος. N. 120. c. 2. N. 123. c. 24. 38. N. 131. c. 11. qui eidem loco præerat.

Publicum) δημόσιον pro fiſco. N. 1. c. 1. 2. N. 30. N. 46. N. 89. c. 5. & 6.

Pulſari) pro conveniri. N. 69. c. 1.

Punitas) pro punitione. N. 8. c. 1.

Quaſitor) pro Quæſtore. *N.* 80.

Quæſtor quis & quotuplex. *N.* 41.

Quantos) pro quot. *N.* 17. c. 9. *N.* 120. c. 1.

Recauta) pro apochis. *N.* 128. cap. 3. *N.* 130. cap. 1. 3. 5. 7. Utitur eo verbo D. Auguſtinus in libro de Cura pro mortuis, ut Alciatus in parergis notat.

Regia urbs) Conſtantinopolis. *N.* 63. imperialis. *N.* 53. c. 2. 4. *N.* 60. c. 12.

Relatio quaſit. *N.* 115. c. 1.

Reli-

Digitized by Google

Reliquare) N. 128. c. 16. reliqua declarare ſubductis rationibus.

Reſtitutio) pro fideicommiſſo. N. 39. c. 1.

Retractio) pro iterata actione, Nov. 82. c. 12. Nov. 113. Nov. 115. c. 1. Vide conſt. 19. Græcam de erogatione milit. annonæ.

Sacra) pro juſſionibus Imperatoris, Nov. 134. c. 11.

Samarita) σαμαρίτης. Nov. 129 pro Samaritano.

Sanctimonialis) Nov. 5. c. 9. Nov. 7. c. 1. Nov. 59. Nov. 79. c. 1. 2. Nov. 80. c. 1. monacha, monaſtria, aſcetria eadem appellatur. Vide lib. 9. tit. 25. C. Theod. de raptu, vel matrimonio ſanctimonialium virginum, vel viduarum.

Scena) σκηνή. Nov. 51. pars theatri, in quam actores fabulæ prodibant.

Scenici) σκηνικοί. Nov. 123. c. 1. 65. qui in ſcenam prodibant, ſæpe viri, & mulieres impudicæ erant. Vide lib. 15. Cod. Theod. tit. 7. de ſcenicis.

Schola) σχολή. N. 82. c. 7. N. 117. c. 9. & 11. collegium quoddam militum, vel miniſtrorum fuit, ut in notitia dignitatum orientis ſub Magiſtro officiorum erant ſcholæ octo, Scutariorum prima, Scutariorum ſecunda, Gentilium ſeniorum, Scutariorum ſagittariorum, Scutariorum clibanariorum, Armaturarum juniorum, Gentilium juniorum, & Schola Agentium in rebus. Sub Magiſtro officiorum occidentis ſcholæ ſex. tres ſcutariorum, quarta armaturarum ſeniorum, quinta gentilium ſeniorum, ſexta Agentium in rebus. Erat etiam ſchola notariorum, de qua adjutorem habebat Primicerius notariorum. Sic aliæ ſcholæ fuerunt. vide lib 12. Cod tit. de privlegiis ſcholarum.

Scholares) milites dictarum ſcholarum, N. 82. c. 7. N. 117. c. 9.

Schola placitum) *N.* 53. c. 5. pro pecunia ſolvenda ob caſum militiæ. vide l. ult. C. de pign.

Scholaſticus) σχολαστικός. *N.* 80. c. 1. pro ſcholari dictarum ſcholarum.

Scrinia) *N.* 49 c. 2. publicum ſcrinium appellat menſam Præfecti Prætorii. In notitia dignitatum ſub Magiſtro Officiorum tam orientis, quam occidentis quatuor ſcrinia referuntur, Memoriæ, Epiſtularum, Libellorum & diſpoſitionum. Vide lib. 12. Cod. tit. de præpoſitis, ſive de proximis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſque qui in ſacris ſcriniis militant. & tit. de Palatinis ſacrar. largitionum conſtit. 7.

Scriniarii) *N.* 30. N. 41. qui in dictis ſcriniis militant, ſive miniſtrant. vide d. conſt. 7.

Silentiarii) N. 53. c. 5. a ſilentio in palatio indicendo, vel ab eo ſilentio, quod ſenatum ſignificat. N. 62. c. 1. vid. Cod. lib. 12. de ſilentiariis, & decurionibus eorum. & Procop. lib. 2. belli Perſici, & lib. 4. de ædificiis Juſtiniani.

Solatium) παραμυθία. pro ſtipendio, vel honorario. *N.* 123. c. 23. *N.* 128. c. 6 *N.* 130. c. 1. N. 131. c. 4.

Sta-

Statio) στάσις. pro tabellionis loco, in quo ſcribit. Nov. 44. c. 1.

Stercolinium) pro ſterquilinio. Nov. 64.

In ſtirpes ſucceſſio quæ ſit. Nov. 118. c. 1.

Stola monachica) στολὴ μοναχικὴ. Nov. 5. c. 2. pro religioſa veſte monachorum. Nov. c. c. 6.

Subſiſtere) ὑποστῆν. Nov. 8. c. 5. Nov 8. 5. c. 4. N. 117. c. 4. N. 123. c. 65. pro ſuſtinere.

Summarii) Nov. 64. pro peritis æſtimatoribus.

Sicorum tranſitus) Nov. 59. locus urbis Conſtantinopolitanæ. In deſcriptione ejuſdem urbis C.P. regio tertia decima dicitur ſycæna, quæ ſinu maris anguſto diviſa, ſocietatem urbis navigiis frequentibus promeretur. tota lateri montis affixa præter unius plateæ tractum. Vid. lib. 1. tit. 2. Cod. conſt. 18. Græcam.

Syndici) multitudinis procuratores. Nov. 80. c. 1.

Tableiare) ταβλίζειν. N. 123. c. 13. pro tabula luſoria ludere.

Tamiacus) ταμιακὸς. N. 30. N. 38. c. 6. ταμεῖον eſt ærarium vel fiſcus, inde res fiſci tamiacæ appellantur. Vid. lib. 11. Cod. tit. de prædiis tamiacis, & iis, qui ex colonis tamiacis, aliiſque liberæ conditionis procreantur.

Tantos, quantos) ἴσους τόσους. N. 117. c. 9. N. 120. c. 1. pro tot, quot.

Taxeota) ταξεώτης. pro cohortali, ſive officiali, qui ex apparitoribus eſt alicujus magiſtratus. N. 123. c. 1. 6. 22. 63. Vid. lib. 12. Cod. tit. de cohortalibus.

Taxeoticus) ταξεωτικὸς. N. 123. c. 1. hoc eſt officialis. N. 6. c. 7.

Tertia centeſima) pro uſura triente, quæ poſt 300. menſes æquat ſortem. N. 2. c. 4. N. 22. c. 28.

Theatralis arca) N. 63. unde ſumtus theatri fiebant.

θεάτρου κυνήγιον) N. 105. de venatione theatri dictum eſt ſupra in littera C.

Titulus) pro rubrica. Nov. 22. c. 31.

Totus) pro omni. Nov. 33.

Tractenta) τρακτευτὰς. N. 128. c. 1. 22. 23. N. 130. c. 3. 5. exigebat tributa & annonas militares, a tractando, vel trahendo quaſi tractores, vid. Cod. lib. 12. tit. de tractoriis & ſtativis.

Tractus) Nov. 23. c. 4. Juſtinianus appellat orientalem tractum, Julianus regionem.

Tranſlationes) N. 17. c. 5. cum tributa transferuntur in alios debitores.

Tranſmarinus locus) N. 59. Conſtantinopoli erant domus & prædia transmare, inde cadavera ſepelienda in urbem afferebantur.

Vicarius) vide Loci ſervator.

Vicus) N. 52. c. 1. Vicorum alii intra urbes & oppida, alii extra ea loca fuerunt, quos pagos alioqui appellarunt. vide lib. 11. titul. 24. Cod. Theodoſ. de patrociniis vicorum.

Digitized by Google

Vindex) N. 128. c. 5. 8. N. 134. c. 4. 6. exactionem tributorum curabat, aliis quoque muneribus vacabat.

Viocolyta) βιοκωλύτης. N. 8. c. 6. dicitur is eſſe, qui violentias prohibet. vide N. 128. c. 20. N 134. c. 1.

Urbicaria Præfectura) pro urbis Præfectura. Nov. 62. c. 2.

Xenodochium) ξενοδοχεῖον. N. 7. c. 1. N. 69. c. 5. N. 111. N. 120. c. 1. & 2. locus venerabilis, in quo peregrini pauperes recipiuntur. Utitur hoc verbo Hieronym. in epiſt. 26. ad Pammachium, & 30. ad Oceanum.

Xenodochus) ξενοδόχος. N. 120. c. 2. N. 123. c. 24. & 38. N. 131. c. 11. qui ei loco præeſt.

Xenon) ξενών. N. 111. N. 120. c. 2. N. 131. c. 11. idem locus ſignificatur.

Zabæ) N. 85. c. 3. armorum genus idem fortaſſe, quod lorica, quam hodie Zacum Itali appellant.

Zibynni) N. 85. c. 3. jaculi ſpecies, quam etiam Zebenem, & Zebynem dixerunt. Feſtus Sibinam appellat Illyricorum telum venabuli inſtar, Ennio teſte:

Illyrici reſtant ſicis ſibinisque fodentes.

EJUSDEM ANT. AUGUSTINI EPISCOPI ILERDENSIS PARATITLA SIVE SCHOLIA.

*Secutus eſt diſpoſitionē editionis Scrimger.

NOv. 1. *) Hæc eſt in libro Authenticorum conſtitutio prima collationis primæ ſub titulo de hæredibus & Falcidia. Eam Græce, & Latine edidit Gregor. Haloander.

Cap. 1.) Juliani verba refert Juo Carnotenſis parte 16. cap. 115. decreti. Vide auth. hoc amplius C. de fideicom.

Cap. 2. 3. & 4.) Vide Authen. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid. cap. 4. verba refert Juo d. parte 16. c. 116.

Nov. 2.) Eſt in libro Authenticor. conſtitutio 2. collationis 1. titulo de non eligendo ſecundo nubentes mulieres. Hanc non edidit Græcam Haloander: quia deerat in libro Florentino Græco Novellarum, ex quo deſcriptus eſt Bononienſis, quo Haloander uſus eſt. In Florentino autem defuit: propterea quod in Baſilicis Leonis Imp. hæc conſtitutio omiſſa eſt. Eam Græcam edidit Henr. Scrimgerus ſumtam ex libro Veneto Beſſarionis Cardinalis, Latinam fecit Henr. Agylæus.

Cap. 1.) Vid. auth. lucrum C. de ſecund. nup.
Cap. 2) Vide auth. ſed & ſi quis. eod. tit.
Cap. 3.) Vide auth. ex teſtamento. eodem tit.
Cap. 4.) Vide auth. ſed ſi aurum. eod.

Cap. 5.

Cap. 5.) Vide auth. ſed quæ C. de pact. conven.

Nov. 3.) Eſt etiam tertia Conſtitutio in libro Authen. collationis. 1. titulo. Ut determinatus ſit numerus clericorum. Eam Græce, & Latine edidit Haloander.

Cap. 2.) Apud Gregor. 9. cap. 2. de præbendis hæc eſt inſcriptio in corpore canonum. Sed in prima collectione decretalium Bernardi Papienſis Epiſcopi Faventini caput 2. ejuſd. tituli hanc habet inſcriptionem, in corpore canonum P. V. ex Novellis. Hinc igitur ſumta ſunt verba a Greg. 9. relata.

Nov. 4.) Hæc eſt in libro Authen. quarta conſtit. collat. 1. ſub titulo de fidejuſſorib. & mandatorib. Edita eſt Græce & Latine ab eodem Haloandro.

Cap. 1.) Juliani verba refert Juo parte 16. cap. 117. decreti. Vide auth. præſente. C. de fidejuſſ. & auth. ſed hodie. C. de oblig. & actio. & auth. hoc ſi debitor. C. de pignor.

Cap. 2.) Refert Juo d. parte 16. cap. 118. Vide auth. hoc niſi C. de ſolutio.

Nov. 5.) Hæc etiam eſt quinta conſtitutio in libro Authen. collat. 1. tit. de monachis. Non habuit eam Græcam Haloander; quod in Florentino libro deerat. In Baſilicis quoque integra non eſt. Edidit eam Græce Scrimgerus, Agylæus Latine.

Cap. 2.) Refert Juo par. 7. cap. 153. & 154. decreti, ut conſtit. 5. cap. 1. & 2. Vide auth. verum C. de Epiſc. & Cleric.

Cap. 4. & 5.) Vide auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. & auth. nunc autem C. de Epiſc. & cler. & Gratia. 19. q. 3. c. 9. ſi qua p. nunc autem. Capitis 4. verba refert Juo d. parte 7. cap. 155. ut cap. 3. conſtit 5.

Cap. 6.) Refert Juo d. parte 7. cap. 156. ut cap. 4. conſtit. 5.

Cap. 7.) Refert idem Juo c. 157. d. par. 7. ut c. 6. ejuſdem conſtit.

Nov. 6.) Eſt in libro Authen. conſtitutio ſexta collationis 1. ſub tit. quo modo oporteat Epiſcopos, & cæteros clericos ad ordinationes perduci. Eam refert Anſelmus Lucenſis lib. 1. cap. 90. decretorum Græcam non edidit Haloander: quod ea neque in Florentino libro, neque in Baſilicis conſcripta foret. At ex Veneto Codice eam Græce edidit Scrimgerus, & Agylæus Latine.

Cap. 7.) Refert Juo Carnoten. parte 6. c. 421. decreti, ut conſtit. 6 c. 7.

Nov. 7.) Hæc eſt conſtitutio 1. collationis 2. in libro Authen. titulo de non alienandis aut permutandis rebus eccleſiaſticis. In libro Norico Haloandri, ut in Florentino, & Baſilicorum libro Græca non extat. Sed Scrimgerus eam Græce, Latine Agylæus conſcripſerunt.

Cap. 1.) Refert Juo parte 3. cap. 183. & parte 17. c. ult. decreti, ut ex conſt. 7. cap. 1. Partem vero ejuſdem capitis Burchardus Vormatienſis lib. 3. c. 164. decretorum,

Digitized by Google

torum, ut ex concilio apud Silvanectim præſente Ludovico Rege cap. 5. & Bernardus Papien. in prima collectione Decretalium cap. 4. de reb. Eccleſiæ, ex eod concilio: undeſumpſit Greg. 9. cap. 5. tit. eod. Vide auth. hoc jus porrectum. C. de ſacroſ. eccl. cujus verba refert Grat. 10. q. 2. c. 2. p hoc jus.

Cap. 2.) Refert idem Ivo d. parte c 184. ex ead. conſtit. 7. cap. 2. & Burc. d. lib. 3. cap. 165. ex dicto concilio cap. 6 & Bernard. Papien. cap. 1 de rer. permutatione ex eod. concilio a quo ſumſit Greg. 9. cap. 1. eod. tit. Vide auth. ſed & permutare. C. de ſacroſ. eccleſ. cujus verba refert. Grat. d. c. 2. p. ſed & permutare.

Cap. 3.) Vide auth. perpetua. & auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccl. quarum verba refert Grat. d. c. 2. p. perpetua. & p. qui rem.

Cap. 5.) Refert Ivo d. parte 3. cap. 185. decreti ex conſtit. 7. cap. 5. Vide Authenticam qui res C. de ſacroſ. eccleſ. cujus verba refert Grat. d. c. p. qui vero res.

Cap. 6.) Refert idem Ivo c. 186 d. par. 3. ex cap. 6. ejuſd. conſtit.

Cap. 8.) Refert idem Ivo cap. 187. ejuſd. partis, ut ex cap. 8. d. conſtitut. 7.

Cap. 9.) Refert etiam Ivo d. par. 3 c. 188. ex cap. 9. ejuſd. conſtit.

Cap 10.) Refert Ivo d. c. 88. Vide auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccl.

Cap. 11.) Vide auth. ſicut alienatio. eod. tit. cujus verba refert Grat. d. c. 2. p. ſicut 10. q 2.

Nov. 8.) Eſt in libro Authentic. duplex conſtitutio ſecunda & tertia collationis 2. titulo. Ut judices ſine quoquo ſuffragio fiant: & titulo jusjurandum, quod præſtatur ab iis, qui adminiſtrationem accipiunt. Huic eidem ſecundæ conſtitutioni conjungitur Edictum primum Juſtiniani in eodem libro. In Norico etiam, ut duæ conſtitutiones editæ ſunt & Græce, & Latine ab Haloandro conſtitutio hæc 8. & jusjurandum illud, ut 9. conſtitutio.

Cap. 4.) Vide auth. ſi vero C. ut omnes judices.

Nov. 9. Præſens) *Hæc* ſunt verba Juliani.

Nov. ead. Et legum) Hoc initium Latine ſcriptum invenio in epitome præſertim conſtitutionum eccleſiaſticarum. Unde apparet Latinam fuiſſe hanc conſtitutionem, quæ in libro Authent. eſt conſtit. 4 collat. 2. titulo. Ut eccleſia Romana centum annorum habeat præſcriptionem. Eandem Haloander Latinam edidit, ut decimam conſtitutionem, Agylæus melius, ut nonam. In Græcis libris ſignificabatur, quid hac conſtitutione contineretur, eamque Novella conſtit. 111. abrogari: quod Julianus etiam affirmat; ſed id hodie non obtinet. Vide auth. quas actiones C. de ſacroſ eccleſ.

Nov.

Digitized by Google

Nov. 10.) Hæc eſt in libro authenticor. conſtitut. 5. collat. 2. titulo de Referendariis ſacri palatii. Eam Græce, & Latine edidit Haloander, ut 11. conſtit.

Nov. 11. Multis) Hoc initio utuntur etiam Græci, in epitome præſertim conſtitutionum eccleſiaſticarum. Quo fit, ut Latinam fuiſſe credamus; quam hoc loco in veteribus libris Authenticorum invenimus. Haloander ea caruit; cum tamen in Florentino libro & initium, & epitome ejus legeretur. Primus Antonius Contius eam edidit integram, cum ſecuti poſtea ſunt Hen. Agylæus, & Lud. Ruſſardus. Titulus ejus eſt, de privilegiis Archiepiſcopi Primæ Juſtinianæ. Videnda Nov. 131. c. 3 Juliani epitome caremus.

Nov 12.) Eſt in libro Authentic. conſt. 6. collat. 2. titulo de inceſtis, & nefariis nuptiis Hanc Haloander *Græce*, & Latine edidit.

Cap. 1. & 2.) Vide authent. inceſtas. C. de inceſt. & inutil. nup. Juliani verba refert Ivo Carnot. par 9. c. 3. & 4. decreti, ut Nov. 32. c. 1. & 2. par. 16. c. 122. ejuſd. decreti, & lib. 5. tit. 2. cap. 30. Panormiæ.

Cap. 3.) Vid. auth. quod jus C. de natur. lib. Juliani verba refert Ivo par. 8. cap. 34 decreti, ut Nov. conſt. 32. c. 3.

Nov. 13.) Hanc vidi in veteribus libris Authen. poſt undecimam conſtit. ſub titulo de plebejis Prætoribus. Juliani epitomes pauca verba extant. Haloander hanc conſt. *Græce* & Latine edidit.

Nov. 14.) Hæc eſt in libro Authenticor. prima conſtitutio collationis tertiæ ſub titulo de lenonibus. Eam etiam Haloander *Græce*, & Latine edidit. Juliani verba refert Ivo parte 8. cap. 305. decreti, ut Nov. conſt. 31. c. 1. & parte 16. cap. 121. ejuſd. decreti, & lib. 5. tit. 2. c. 29. *Panormiæ.*

Nov. 15.) Eſt in lib. Auth. conſt. 2. collat. 3. tit. de defenſoribus civitatum. Eam *Græce*, & Latine Haloander edidit.

Cap. 1.) Vide authent. *Præſides.* C. de Epiſc. aud. & auth. hodie. C. de judiciis.

Cap. 3.) Vide ean. auth. *Præſides.*

Nov. 16.) Hæc in libro Juliani deſideratur. Eſt in libro Authen. conſtit. 3. collat. 3. tit. de menſura ordinandor clericor. Haloander eam *Græce*, & Latine edidit.

Nov. 17.) Hæc fuit ab Juſtiniano *Græce* & Latine edita: ſed latina editione caremus. In libro Authentic. eſt conſt. 4 collat. 3. titulo de mandatis *Principum.* Greg. Haloander eam *Græce* & Latine edidit.

Cap 1.) Vide authent. niſi breves. C. de ſenten. ex periculo vel breviculo recit.

Cap. 5.) Vide auth. ſed & periculum. C. ſine cenſu vel reliq.

Cap. 8.) Refert Ivo parte 16. cap. 119. decreti, ut ex cap. 10. conſt. 4. & lib. 5. tit. 2. cap. 28. *Panor.* (I) 3 *Nov.*

Nov.18.) Hæc in libro Authen. eſt conſt. 5. collat. 3. tit. de triente, & ſemiſſe. Ab Haloandro eadem Græce & Latine edita eſt.

Cap. 1.) Vide auth. noviſſima. C. de inof. teſtam.

Cap. 4.) Vide auth. quæ tertiæ. C. de collat. Juliani verba refert Ivo par. 16. c. 123. decreti, ut conſt. 34. c. 4. & lib. 5. tit. 2. c. 31. Panor.

Cap. 6.) Vide auth. ex teſtamento. C. de collation.

Cap. 7.) Vide auth. ſi modo. C. fam. ercis.

Cap. 8.) Vide auth. contra. C. de num. pec. Juliani verba refert Ivo parte 16. c. 124. decreti, ut conſt. 35. c. 4.

Cap. 9.) Vide auth. item poſſeſſor C. qui potiores.

Cap. 10.) Vide auth. ſed nova. C. de nat. libe.

Nov. 19.) Hanc non habet Juliani liber. Eſt in libro Authenticor. conſt. 6. collat. 3. titulo de filiis ante dotalia inſtrumenta natis. Eam Græce & Latine Haloander edidit.

Nov. 20.) Hæc eſt in libro Authen. conſtit. 7. collationis 3. tit. de adminiſtrantibus officia in ſacris appellationibus. Edidit eam Græce & Latine Haloander.

Nov. 21.) Hæc non eſt in Juliani libro; niſi forte ea verba ſint, quæ nos poſt Novellas Edicto 3. conſtituimus. In veteribus libris Authenticorum reperitur barbare converſa ſub titulo de Armeniis: eamque Bartolum habuiſſe conſtat. At Greg. Haloander eam Græce & Latine conſcripſit: Contius Barbaram edidit.

Nov. 22.) Eſt in libro Authen. Conſtitutio 1. collationis 4. titulo de nuptiis. Hanc Græce & Latine Haloander edidit.

Cap. 2.) Videndæ authen. ſed hodie. C. de repu. & authen. ſed hodie C. de don. inter vir. Partem hujus capitis refert Ivo parte 8. cap. 81. decreti, ut Nov. 37.

Cap. 3.) Vide authen. ad hoc. C. de Latin. liber. Juliani verba refert Ivo parte 8. cap. 56. decreti, ut Nov. conſtit. 37. & lib. 6. tit. 9. cap. 1. Panor. ut ex Nov. 33.

Cap. 6.) Vide d. auth. ad hoc.

Cap. 7.) Refert Ivo d. parte 8. c. 35. ut ex conſt. 37. c. 7.

Cap. 8.) Vide auth. e contra. C. de repud.

Cap. 9.) Videndæ auth. hæ res. & auth. nunc autem. & auth. ad eos. C. de ſecun. nup.

Cap. 10.) Refert Ivo d. parte 8. c. 272. ut Nov. 37. c. 11. & parte 16. cap. 125. & lib. 6. tit. 4. cap. 10. Panor. ut Nov. 27. c. 11.

Cap. 11.) Vide auth. in donatione & auth. lucrum, & auth. hæ res. C. de ſecun. nup.

Cap. 12.

Cap. 12.) Vide Authen. niſi tricennale, C. de bon. mat.

Cap. 13.) Vide authen. lucrum. authen. ſed & ſi quis. & auth. hæ res. C. de ſecun. nupt.

Cap. 17.) Vide auth. ad eos. eod. tit.

Cap. 19.) Vide auth. hoc locum. C. ſi ſecund. nup. mu.

Cap. 21.) Refert Ivo parte 16. cap. 126. decreti, ut cap. 33. Vide auth. quod mater C. de revocand. donat.

Cap. 22.) Refert idem part. 8. cap. 273. ut Nov. 37. cap. 23. & par. 16. cap. 127. decreti, ut cap. 24. & lib. 6. tit. 4. cap. 11. Panor. ut Nov. 27. cap. 23.

Cap. 23.) Refert idem Ivo d. parte 8. cap. 57. ut Nov. 37. c. 25. & parte 16. cap. 128.

Cap. 25.) Vide auth. eiſdem C. de ſecun. nupt. Juliani verba refert Ivo d. parte 8. cap. 273. ut Nov. 37. c. 23. & parte 16. cap. 129. ut cap. 27. & lib. 6. tit. 4. cap. 12. Panor.

Cap. 27.) Refert Ivo parte 6. cap. 422. decreti, ut ex conſtit. 37. c. 28. Vide auth. multo magis. C. de Epiſc. & cler.

Cap. 28) Vide auth. cui relictum. C. de indicta vid. tol.

Cap. 29.) Vide auth. ex teſtamento C. de ſecun. nup. & auth. & cum ſolis. C. ad SC. Tertul.

Nov. 23. Omnis) Hæc ſunt verba Juliani.

Anteriorum) Hæc ſunt Juſtiniani verba. is enim Latine hanc Conſtitutionem promulgavit. Eſt in libro Authen. conſtit. 2. collat. 4. tit. de appellationibus. & intra quæ tempora debeat appellari. Eam refert Grat. 2. q. 6. c. 27. anteriorum. Græcam epitomen habent libri Græci, quam Haloander edidit, eam Agylæus Latinam fecit.

Cap. 1.) Vide auth. hodie C. de appell.

Cap. 2.) Vide auth. ſed & lis C. de temp. & repar. app. cujus verba refert Grat. 2. q. 6. cap. 40. ei, qui p. ſed lis. Juliani verba refert Ivo parte 16. cap. 110. decreti, ut conſtit. 24. cap. 2.

Novellæ 24. 25. 26. 27. neque in libro Juliani, neque in libro Authentic. ſunt. Edidit tamen eas Græce & Latine Haloander ſub his titulis 24. de Præſide Piſidiæ. 25. de Prætore Licaoniæ. 26. de Prætore Thraciæ. 27. de Comite Iſauriæ.

Nov. 28.) Hæc quoque in libro Auth. deſideratur. Edita eſt ab Haloandro Græce, & Latine ſub titulo de Moderatore Helenoponti.

Nov. 29.) Hanc habuiſſe videtur Albericus Roſatius, qui verbo Aquilegia refert in Novella de privilegiis Paphlagoniæ in prin. ejus urbis mentionem fieri. Hodie in libris Authen. non extat. Eam Græce & Latine edidit Haloander ſub titulo de Prætore Paphlagoniæ. *Nov.*

Digitized by Google

Nov. 30.) Hæc etiam Conſtitutio deſideratur in libro Authentic. Eam Haloander Græce, & Latine edidit ſub titulo de Proconſule Cappadociæ.

Nov. 31.) In libro Authen. hæc etiam non extat. ſed ab Haloandro Græce, & Latine edita eſt hoc titulo, de Deſcriptione quatuor Præſidum Armeniæ.

Novellæ 32. 33. 34. de eadem re conſtitutæ ſunt. Nam 32. *Græca* eadem eſt cum 34. Latina. & 33. Latina præcipitur, ut in Illyrico 34. obſervetur. Hæ duæ Latinæ extant in libro Authentic. altera eſt, conſtit. 4. collationis 4. titulo ut nullus mutuans agricolæ teneat ejus terram. altera eſt conſtit. 5. tit. Nullum credentem agricolæ tenere illius terram. Haloander *Græce*, & Latine Conſtitutionem 32. edidit. *Græce* item edidit epitomen Novellar. 33. & 34. quam nemo adhuc Latinam fecit. Vide auth. ad hæc C. de uſur.

Nov. 32. Si quis) Juliani verba ſunt hæc.

Nov. 33. Prævaritia) Hæc ſunt Juſtiniani.

Nov. 34. Rem duram) Hæc etiam ſunt Juſtiniani.

Nov. 35.) Hæc etiam Conſtitutio ab Juſtiniano Latine conſcripta eſt, cujus initium fuit INTER VIROS DEVOTOS. Sic enim legi in Florentino libro: non ut in Norica editione eſt. (Inter prudentes) Hæc neque in libro Authenticor. neque in *Græcis* libris aut Latinis reperta eſt. *Pro ea Greg. H*aloander epitomen *Græce*, & Latine edidit ſub titulo de adjutoribus Quæſtoris. Verba Juliani addidit Ant. Contius, & eum ſecuti Agylæus & Ruſſardus.

Novellæ 36. & 37. & in Juliani, & in Authenticor. libro deſiderantur. Latinas fuiſſe ex Florentino *Græco* libro conſtat. Unde *H*aloander ſumpſit utriusque epitomen, & eam *Græce* & Latine edidit. Initium 36. fuit OMNE INFINITUM; titulus de ſucceſſoribus eorum, qui in Africa degunt. Initium 37. VENERABILEM ECCLESIAM; titulus, de eccleſiis conſtitutis in Africa. Hujus 37. pleniorem epitomen vidimus in epitome conſtitutionum eccleſiaſticarum *Græcar*.

Nov. 38.) Hanc habuerunt veteres juris interpretes Azo, Accurſius & Albericus ſub titulo de naturalibus liberis curiæ deputandis. Initium eis fuerat (Qui rem) Hodie in libro authent. non extat. Eam tamen *Græce* & Latine edidit Haloander ſub titulo de decurionibus.

Nov. 39.) Hæc eſt in libro Authenticor. conſtitutio 6. collationis 4. titulo de reſtitutionibus & ea, quæ parit in undecimo menſe poſt mortem viri. Hanc edidit *Græce*, & Latine Haloander. Ab hac conſtitutione in quibuſdam libris *Græcis* incipit liber ſecundus Novellarum; ſed in libro Juliani a conſt. 69.

Cap. 1.) Vide authent. res quæ C. com. de legat.

Cap. 2.) vide authent. iiſdem. C. de ſecun. nup. Juliani verba refert Ivo parte 8. cap. 312. & parte 16. cap. 130. decreti, ut Nov. conſt. 38. c. 2.

Nov.

Digitized by Google

Nov. 40.) Hanc habuit Albericus ſub titulo, Ut eccleſia ſanctæ Reſurrectionis, ex qua verba aliquot refert, verbo eccleſia. Hodie neque in libro Juliani, neque in libro Authent. neque in Norico Haloandri extat. In Baſilicis quoque non fuiſſe Græci aſſerunt. Ex Veneto tamen libro Scrimgerus *Græce*, Ant. Contius, & Henr. Agylæus Latine eam ediderunt.

Nov. 41.) Hæc etiam in libro Authen. deſideratur. Sed eam Haloander *Græce*, & Latine edidit ſub titulo, Apud quem oporteat appellationes in quinque provinciis interpoſitas examinari.

Nov. 42.) Hæc quoque deſideratur in libro Authen. Extat *Græce*, & Latine in generali quinta Synodo. Latina verba ex Iſidori conciliis retulit Ant. Contius. Eandem poſtea edidit *Græce*, & Latine Haloander ſub titulo, Ut Anthimus, Severus, & reliqui hæretici eccleſiaſtico gradu detrahantur. Citat Accurſius quædam ex hac Novella in authen. ſed novo C. de ſerv. fugit.

Nov. 43.) Hac conſtitutione carent tam liber Juliani, quam liber Authen. Ab Haloandro *Græce*, & Latine edita eſt ſub titulo de officinis, ſive tabernis CP. urbis.

Nov. 44.) Hæc eſt conſt. *7.* collationis 4. in libro Authen. titulo de tabellionib. Edita quoque eſt ab eod. Haloandro Græce, & Latine.

Nov. 45.) Hæc in libro Authen. deſideratur. Citat tamen Accur. in l. quoniam. C. de hæretic. Edidit eam Græce, & Latine Haloander hoc titulo Ne Judæi, Samaritani, & hæretici per cauſam religionis & cultus ſui, curiali fortuna liberentur.

Cap. 2.) Refert Ivo part. 16. cap. 131. decreti, & lib. 5. tit. 2. c. 6. Panor. ut conſtit. 42. c. 2. & Grat. 2. q. 7. c. 26. ſi hæreticus.

Nov. 46.) Eſt in libro Authent. Conſtit. 1. collat. 5 titulo de eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione, & reſolutione. Caruit ea Græca Haloander, & libri Græci Bononienſis, & Florentinus; ut neque etiam in Baſilicorum libris fuit. Sed Henr. Scrimgerus eam ex Veneto libro *Græce*, Agylæus poſtea Latine ediderunt.

Nov. 47.) Hæc eſt conſtit. 3. collat. 5. in libro Authen. titulo Ut præponatur nomen Imp. documentis. Ab Haloandro eadem Græce, & Latine edita eſt.

Nov. 48.) Eſt in libro Authentic. Conſtit. 2. ejuſd. collationis, titulo de jurejurando a moriente præſtito propter menſuram ſuæ ſubſtantiæ. Eam etiam edidit Græce, & Latine Haloander. Vide authent. quod obtinet. C. de probat.

Digitized by Google

Nov. 49.) Hæc eſt in libro Authen. conſt. 11. collat. 5. titulo de iis, qui ingrediuntur ad appellationem. Hanc Haloander ut 50. conſtitutionem Græce, & Latine edidit: qui 49. deeſſe credidit: cui Ant. Contius ſubſcribit.

Cap. 1.) vide auth. ei, qui, C. de temp. & repar. app. cujus verba refert Grat. 2. q. 6. cap. 40. ei, qui.

Cap. 2.) vide auth. ad hæc. C. de fide inſtr.

Cap. 3.) Vide auth. hoc ſacramentum. & authent. in iſto. C. de jurejur. pro calu. Juliani verba refert Ivo parte 16. decreti, cap. 132. ut conſtitut. 45. cap. 2.

Nov. 50.) Hæc in Juliani & Authenticorum libris deſideratur. Venetus liber partem Novellæ 41. hic repetit: id Scrimgerus & Agylæus etiam aſſerunt. Addo in eodem libro adſcriptum eſſe hujus conſtitutionis initium fuiſſe RECTE NOBIS. Sic igitur ſtatuo hanc Conſtitutionem Latinam fuiſſe ejuſdem ſententiæ cum 41. *Græca*. In Baſilicis hanc quoque inſertam non fuiſſe *Græci* affirmant.

Nov. 51.) Hæc eſt conſtitut. 4. collat. 5. in libro Authent. tit. Scenicas non ſolum ſi fidejuſſores præſtent, &c. Eam Haloander *Græce*, & Latine edidit. Vide authenticor. quod eis C. de nuptiis. Juliani verba refert Ivo parte 8. cap. 37. decreti, ut conſtitut. Nov. 46. cap. 1. & lib. 6. tit. 3. cap. ult. Panormiæ.

Nov. 52.) Eſt in libro Authent. conſtitut. 5. ejuſd. collationis titulo. Ut non fiant pignorationes pro aliis perſonis. Hanc etiam Haloander Græce, & Latine edidit.

Cap. 1.) Vide auth. ſed omnino. C. ne uxor pro mar.

Cap. 2.) Vide auth. item C. de donatio.

Nov. 53.) Hæc eſt in libro Authen. conſtit. 6 collat. 5. titulo de exhibendis, & introducendis reis. Edidit eam utraque lingua Haloander.

Cap. 1) Viden. auth. quod fieri. C. de dilatio.

Cap. 3.) Vide authent. Offeratur. C. de litis conteſt. cujus verba refert *Grat* 3 q. 3. cap. 4. p. offeratur. Juliani aliquot verba refert Ivo parte 16. cap. 133. decreti, ut conſt. 48. c. 3.

Cap. 4.) Vide auth. & qui jurat. C. de bon. auct. jud. p.

Cap. 5.) Viden. authen. quod obtinet. C. de pignor. Hujus capitis verba Ludov. Ruſſardus ex lib. Jacob. Cujacii retulit, nos ex And. Alciati veteri libro deſcripſimus.

Cap. 6.) Vide auth. præterea C. unde vir. & uxor.

Nov. 54.) Hæc eſt conſtitut. 7. collat. 5. titulo Conſtitutionem, quæ ex adſcriptitio, & libera natos liberos eſſe vult, &c. Hanc non habuit *Græcam* Haloander;

Digitized by Google

der; ſed eam Scrimgerus Græce, Agylæus Latine ediderunt. Hæc conſtitutio & duæ proximæ ſubſequentes in Baſilicorum libros relatæ non ſunt, ut a Græcis accepimus, eadem ratione in multis Græcis libris non ſcribuntur.

Cap 1.) Vide auth. antiqua. C. de infan. expoſ.

Cap. 2.) Vide authent. item ſibi. C. de ſacroſ. eccleſ. cujus verba refert Grat. 10. q. 2. c. 2. p. item ſibi. Juliani verba refert Ivo parte 3. cap. 189. decreti, ex cap. 10. conſtit. 7.

Nov. 55.) Eſt in libro Authen, conſtit. 8. collat. 5 titulo ut de cætero commutationes eccleſiaſticar. rerum non ficte fiant ad piiſſ. Imp. Hac etiam caruit Græca Haloander. edita eſt Græce ab Hen. Scrimgero, & ab Agylæo Latine.

Nov. 56.) Hæc eſt conſtit. 9. ejuſd. collationis hoc tit. Ut ea quæ vocantur inſinuativa, &c. Hæc non erat in Florentino libro, ut duæ ſuperiores; quia is liber poſt Baſilicorum librum conſcriptus eſt, in quo deerant, ut ſupra diximus. Hac de cauſa Haloander quoque his caruit. Venetus liber retinuit eaſdem a quo Scrimgerus Græcam edidit, Agylæus eandem Latinam fecit.

Nov. 57.) Hæc eſt conſtit. 10. ejuſd. collat. tit. Ut clerici, qui recedunt aliis pro eis ſubrogatis præbeant emolumenta. Hanc edidit Græce, & Latine Haloander, ut 58. conſtitutionem. Scrimgerus, & Agylæus ſunt 57. Veneti libri ordinem ſecuti. Ant. Contius Noricæ editioni adhæſit.

Cap. 1.) Refert Ivo par. 6. cap. 424. decreti.

Cap. 2.) Refert etiam idem Ivo d. par. 6. c. 423. ut conſtit. 49. c. 2. & parte 3. cap. 190.

Nov. 58.) Eſt in libro Authen. conſt. 12. ejuſd. collat. 5. tit. Ut in privatis domib. ſacra myſteria non fiant. Hanc non habuit Græcam Haloander: quia neque in Florentino neque in Baſilicis eſt. Scrimgerus eam Græce, Agylæus Latine ediderunt. Juliani verba refert Ivo parte 3. cap. 191. & parte 6. cap. 424. decreti, ut conſt. 50. c. 1.

Nov. 59.) Albericus Roſatius verbo exequias refert Novellam hoc titulo de expenſis, quæ fiunt circa defunctorum exequias. Hæc in libro Authen. deſideratur. Edidit eam Haloander Græce & Latine.

Nov. 60.) Hæc eſt in libro Authenticor. conſtit. 13. collat. 5. tit. Ut defuncti ſeu funera eorum non injurientur a creditoribus. Ab Haloandro eadem Græce, & Latine edita eſt.

Cap. 1.) Vide authen. item qui C. de ſepul. viol. Juliani verba refert Ivo parte 16. cap. 134. decreti, ut conſt. 52. c. 1.

Cap. 2.) Vide auth. ad hæc C. de judiciis.

Nov. 61.) Eſt in libro Authent. conſtit. 14. collat. 5. tit. Ut immobilia antenuptialis donationis neque hypothecæ dentur, &c. Haloander Græce, & Latine edi-

 dit.

Digitized by Google

dit. Vide authen. ſive a me. C. ad SC. Vellej. & auth. permiſſa. C. de don. ante nup.

Nov. 62.) Accur. in conſtit. 3. de Conſulibus lib. 12. refert Novellam de ord. ſe. hoc eſt de ordine ſenatorum, non ut aliqui ſuſpicantur de ordine ſedendi. Hanc eſſe ex libro Juliani And. Alciati cognovi, quæ hoc loco in libro Authen. deſideratur. Eam Latinam fuiſſe ex epitome, quam Haloander edidit Latine, didicimus. Ejus initium fuiſſe aſſerit (Ante de his ipſis) titulum de conſultationibus. *Græcam* epitomen fatetur ſe deſcribere non potuiſſe, ſed ſententiam ejus tradidiſſe. Mihi Florentinus liber Marcianæ bibliothecæ habere viſus eſt titulum de ſenatoribus, ut Venetus liber quem Scrimgerus, & Agylæus ſequuntur. Initium vero in Florentino libro eſt mendoſe (Antilidiſſimis) pro quo ANTIQUISSIMIS ſcribendum eſſe ſuſpicatus ſum. Sed poſtea in aliis *Græcorum* ſcholiis reperi ANTIQUIS TEMPORIBUS. Antonio Contio placuit Norica editio, eique immiſcuit Juliani verba ex libro Cujacii. Agylæus & Ruſſardus eadem verba retulerunt.

Nov 63.) Hæc eſt conſtit. 15. dictæ collat. 5. titulo de novi operis nunciatione maritimi aſpectus. Eam Græce, & Latine Haloander edidit. Viden. Nov. 165.

Nov. 64.) In libro Authen. hæc conſtitutio deſideratur. Ab Haloandro utraque lingua eſt edita ſub titulo de hortulanis.

Nov. 65.) Hæc c[illegible]n in libro Authen. deſideratur. Scripta autem fuit Latine, cujus initium fuiſſe Haloander refert (Scimus antea legem) titulum vero de iis, quæ relicta ſunt eccleſiæ Miſiæ. Ejuſque *Græcam*, & Latinam epitomen edidit. Sed nos in epitome Conſtitutionum eccleſiaſticarum hoc initium legimus SCIMUS ANTEA PROMULGASSE. Juliani verba refert Lud. Ruſſardus.

Nov. 66.) Hæc eſt in libro Authen. conſtit. 16. collat. 5. titulo Ut factæ novæ conſtitutiones poſt inſinuationes earum poſt duos menſes valeant. Hanc Haloander *Græce*, & Latine edidit.

Nov 67.) Hæc eſt conſtit. 17. ejuſd. collat. tit. Ut nullus fabricet oratorii domos præter voluntatem Epiſcopi. Eam etiam Haloander *Græce*, & Latine edidit.

Cap. 1.) Refert Ivo Carnoten. parte 3 cap. 192. decreti, ut ex conſt. 59 c. 1.

Nov. 68.) Hæc in libro Authen. & in Norica editione Haloandri deſideratur. Non fuiſſe in Baſilicis *Græci* affirmant. *Græcam* tamen edidit Scrimgerus ex Veneto Beſſarionis libro, Latinam Ant. Contius, & Henr. Agylæus hoc titulo, Ut Conſtitutio ſacratiſſ. Imp. de ſucceſſionib. nuptialium lucrorum, quæ extantium liberor. lucra introducit, obtineat in iis factis, quæ acciderunt poſt conſtitutionem &c.

Nov. 69.) In Juliani libro hinc incipit altera pars Novellarum. In quibusdam Græcis conſtit. 39. Hæc eſt in libro Authen. conſtit. 20. collat. 5. titulo Ut omnes obe-

Digitized by Google

obediant judicibus provinciarum. Eam Haloander & conſtit. 68. *Græce*, & Latine edidit. Scrimgerus, & Agylæus, ut 69. vide auth. qua in provincia. C. ubi de crim. agi op.

Cap. 5.) Refert Ivo parte 4. cap. 189. decreti, ex Nov. conſtit. lib. 9. c. 5.

Nov. 70.) Hæc eſt conſtit. 19. d. collat. 5. titulo Ut ordinariæ Præfecturæ, &c. Eam edidit utraque lingua Haloander, ut conſtit. 69. Scrimgerus, & Agylæus, ut 70.

Nov. 71.) Eſt in libro Authent. conſtit. 18. ejuſdem collationis tit. Ut ab illuſtribus & qui ſuper eam dignitatem ſunt, &c. Ab Haloandro eadem *Græce*, & Latine edita eſt. Vide auth. hoc jus. C. de procur.

Nov. 72.) Hæc eſt conſtitutio 2. collat. 6. tit. Ut ii qui obligatas ſe habere probibent res minor. &c. Hanc etiam Haloander Græce, & Latine edidit. Vide authen. minoris C. qui dare tutores.

Cap. 8. & 9.) Vide auth. noviſſime. C. de admin. tutor.

Cap. 10.) Vide auth. quod nunc. C. de curat. furio. Juliani verba refert Ivo 16. cap. 135. decreti, ut conſtitut. 63. c. 1.

Nov. 73.) In libro Authent. eſt conſtitut. 3. collat. 6. titulo de inſtrument. cautela & fide &c. Eam edidit Haloander Græce & Latine. Vide auth. ſi quis vult. C. qui potiores.

Cap. 1.) Refert Ivo parte 16. cap. 136. decreti, ut conſtitut. 64. c. 6.

Cap. 2) Refert idem Ivo c. 137. ejuſd. partis, ut cap. 2. dictæ conſtit.

Cap. 5.) Refert idem ubi ſupra cap. 138. ut c. 5. ejuſd. conſtitut.

Cap. 7.) Vide auth. at ſi contractus. C. de fide inſtrum.

Cap. 8, 9. 10.) Vide auth. ſed novo. C. ſi cer. pet. & d. auth. at ſi contractus. Verba capitis 9. refert Ivo d. parte 16. cap. 139. ut c. 10. conſtit. 64.

Nov. 74.) Hæc eſt conſtitutio prima collat. 6. tit. Quibus modis naturales efficiantur legitimi &c. Hanc non habuit *Græcam* Haloander: ſed eam Græce Scrimgerus, Latine Agylæus ediderunt. In Baſilicis neque hæc, neque duæ quæ ſequuntur, poſitæ ſunt, ut ex *Græcis* ſcholiis didicimus.

Cap. 1.) Vid. auth. præterea. & auth. item ſine. C. de natur. lib. Juliani verba refert Ivo lib. 6. tit. 3. c. 9. Panor. ut ex conſt. lib. 14. c. 4. & parte 8. c. 36. decreti, ut conſt. 64. cap. 14. & parte 16. cap. 140. & 141.

Cap. 4.) Refert idem Ivo d. lib. 6 tit. 1. cap. 7. Panor. ut ex Nov. conſtit. cap. 1. & d. parte 8. cap. 44 ut Nov. conſt. 65. c. 1. & d. parte 16. cap. 142. ut conſtit. 65. & *Grat.* 30. q. 5. c. 9. ſi quis divinis.

Nov. 75.) Hæc conſtitutio neque in libro Authent. neque in Norica editione Haloandri eſt. Pro ea brevem epitomen ediderunt Græce Scrimgerus, Latine Contius, & Agylæus ſub titulo de appellationibus Siciliæ. Juliani verba retulit Ruſſardus. *Hanc* Latinam fuiſſe credendum eſt. Vid. Nov. 104.

Digitized by Google

Nov. 76.) Eſt hæc in libro Authen. conſtit. 4. collat. 6. tit. Hæc conſtit. interpretatur priorem conſtit. de iis, qui ingrediuntur monaſterium &c. Hanc non habuit Græcam Haloander, qui veterem interpretationem refert ut Nov. 75. cui Ant. Cont. ſubſcribit. Scrimgerus ut 76. Græce, Agylæus Latine eandem ediderunt. Juliani verba refert Ivo parte 6. cap. 426. decreti, ut conſt. 67. cap. 1. & parte 7. cap. 158. ut conſt. 66. cap. 1.

Nov. 77.) Hæc eſt conſt. 5. ejuſd. collat. 6. tit. Ut non luxurientur homines &c. Eam Græce, & Latine Haloander edidit. Juliani verba refert idem Ivo parte 12. cap. 32 decreti, ut conſt. 68. cap. 1.

Cap. 1.) Vide auth. ſed hodie. C. de jure aure. annul.

Cap. 2.) Partem hujus capitis refert Ivo par. 16. cap. 63. decreti, ut Nov. conſt. 69. c. 2. & cap. 144. ejuſd. partis, ut cap. 1. ejuſd. conſt. 69.

Cap. 3.) Vide auth. ſed novo. C. de nup. & auth. nova C. de natu lib. Juliani verba refert Ivo parte 16. cap. 145. decreti, ut conſt. 69. cap. 3. & 4.

Nov. 79.) Eſt in libro Authen. conſt. 7. collat. 6. tit. Apud quos oporteat cauſas dicere monachos & aſcetrias. Hanc non habuit Græcam Haloander, ſed Scrimgerus eam Græce, Agylæus Latine edidit. In Baſilicis non fuiſſe Græci ediderunt. Vide auth. cauſa. C. de Epiſc. & cler.

Cap. 1.) Refert Ivo parte 16. cap. 146. decreti, ut conſt. 70. c. 1.

Nov. 80.) Hæc eſt conſt. 8. ejuſd. collationis ſub titulo de Quæſtore. Eam Græce, & Latine edidit Haloander.

Nov. 81.) Hæc eſt conſt. 9. ejuſd. collat. hoc tit. Conſtitutio quæ dignitatibus & Epiſcopatu filium liberat a patria poteſtate. Ab Haloandro utraque lingua edita eſt. Vide auth. ſed Epiſcopalis C. de Epiſc. & cler.

Nov. 82.) In libro Authen. eſt hæc conſtit. 10. d. collat. 6. tit. De judicibus, &c. Eam etiam Haloander utraque lingua edidit.

Cap. 5.) Refert Ivo parte 16. cap. 147. decreti, ut conſtit. 73. c. 5.

Cap. 10.) Vide auth. poſt jusjurandum. C. de judiciis.

Cap. 8.) Vide auth. decernit. C. de recep. arb. Juliani verba refert Ivo parte 16. c. 148. decreti, ut cap. 12. conſt. 73.

Cap. 10) Refert Ivo parte 4. cap. 192. ut ex Nov. conſtit. lib. 7. cap. 73. & parte 16. cap. 149. ut ex conſt. 73. c. 14.

Nov. 83.) Eſt in libro Authentic. conſtit. 11. collat. 6. titulo Ut clerici apud proprios epiſcopos primum conveniantur. Hac Græca Haloander caruit, ut liber Florentinus & Baſilicorum. Eam tamen Scrimgerus Græce, Latine Agylæus ediderunt. Vide authen. niſi breves. C. ſentent. ex peric. vel ex breviculo recit. & auth. clericus. C. de Epiſc. & cler. Juliani verba refert Ivo parte 6. cap. 427. ut conſt. 83. cap. 1. & parte 16. & cap. 150. ut conſt. 74. cap. 1. & Grat. 11. q. 1. cap. 46. ſi quis cum Clerico, ut conſt. 74. cap. 1.

Nov.

Digitized by Google

Nov. 84.) Hæc eſt conſtit. 12. ejuſd. collat. 6. titulo de conſanguineis & uterinis fratribus. Hac etiam carent Haloander, Florentinus liber, & Baſilicorum. Eam quoque Scrimgerus Græce, Agylæus Latine ediderunt. Vide authen. itaque. C. commu. de ſucceſſ.

Nov. 85.) Hæc eſt conſtit. 13. ejuſd. collat. titulo de armis. Hanc Græce, & Latine Haloander edidit.

Nov. 86.) Hæc in libro Authentic. eſt conſtit. 10. collat. 9. tit. Ut differentes judices audire interpellantium allegationes cogantur ab Epiſcopis. Eadem ab Haloandro Græce & Latine edita eſt.

Cap. 2.) Vide auth. ſi vero. C. de judiciis. Juliani verba refert Ivo parte 16. cap. 143. ut conſt. 65. cap. 2.

Nov. 87.) Hæc conſtitutio in libro Authen. deſideratur. Edidit eam Græce, & Latine Haloander ſub tit. de donatione mortis cauſa facta a Decurionibus. Videndum eſt an de hac ſenſerit Albericus verbo floruit, an vero de Nov. 38. an de utraque.

Nov. 88.) Hæc eſt in libro Authen. conſtit. 14. collat. 6. titulo de depoſito. Hanc etiam Græce, & Latine Haloander edidit. Vide authen. ſed jam cautum. C. depoſiti.

Nov. 89.) in libro Authen. hæc eſt conſtitutio prima collationis 7. titulo Quibus modis naturales efficiantur ſui. Edidit Haloander eandem utraque lingua.

Cap. 9) Vide Authen. præterea C. de natur. libe.

Cap. 10. & 11.) Vide auth. item ſine C. eod. tit.

Cap. 12.) Vide authen. nunc & auth. licet eod. tit. Partem hujus capitis refert Ivo lib. 6. tit. 3. cap. 3. Panor. ut Nov. conſt. 89. & par. 8. cap. 60. decreti, ut Nov. conſt. 79. & par. 16. cap 151. ut conſt. 79.

Cap. 13.) Vide d. auth. licet.

Cap. 15.) Vid. auth. ex complexu. C. de inceſt. & inut. nupt. & d. authen. licet.

Nov. 90.) Hæc eſt conſt. 2. collat. 7. titulo de teſtibus. Eam Græce, & Latine edidit Haloander. Nec non a beato Gregorio, qui Græcam linguam ignorabat, referuntur Latina quædam verba hujus conſtitutionis, quæ neque cum verbis Authenticorum conveniunt; quamvis ſententia eadem ſit. Idem quoque refert alia verba Nov. conſtitut. 132. Quo fit, ut ab illis diſſentiam, qui putant Authenticorum interpretem Gregorio antiquiorem, aut æqualem fuiſſe, & Juſtiniani temporibus proximum. Mihi probabilius eſt Irnerii, & Bulgari tempore monachi cujuſdam opera Græcum librum repertum, & a Berguntione Piſano, qui Græca verba Digeſtorum convertit, Latinum factum eſſe. Viden. Odofr. in l. 2.

D. de

Digitized by Google

D. de legibus. & in l. un. C. de emend. C. ubi Alberic. Azo & Io. in proœmio. auth. Divi Gregorii epiſtula eſt lib. 11. regiſtri cap. 54. unde ſumſit Bernardus Papien. c. 3. de teſtibus. in prima collectione decretalium, & ab eo Greg. 9. cap. 2. de teſtib. Vidend. etiam Grat. 11. quæſt. 1. cap. 39. de perſona. & 2. quæſt. 1. cap. 7. in primis. quæ capita ex eadem epiſtula ſunt.

Cap. 1.) Refert Ivo parte 16. cap. 152. decreti, ut conſt. 80. c. 1. & lib. 5. tit. 2. cap. 3. Panor. ut conſt. 30. c. 1.

Cap. 2.) Hoc caput Ivo conjunxit ſuperiori d. cap. 152. & d. cap. 3. Vide authent. rogati. C. de teſtib. & Grat. 3. quæſt. 9. c. 14. teſtes in fine.

Cap. 3.) Vid. auth. atqui ſemel. C. de prob.

Cap. 4.) Vide auth. apud eloquentiſſ. C. de fide inſtrum.

Cap. 5.) Vide authent. ſi teſtis. C. de teſtib. Juliani verba refert Ivo lib. 5. tit. 2. cap. 4. Panor. ut conſtit. 30. cap. 4. & parte 16. cap. 153. decreti, ut conſtit. 80. cap. 4.

Cap. 6.) Refert Ivo d. tit. 2. capit. 7. ut c. 5. conſt. 30. & d. parte 16. c. 154. ut conſtit. 80. c. 5.

Cap. 7.) Refert idem Ivo d. parte 16. cap. 155.

Cap. 8.) Refert etiam Ivo ibidem cap. 156. ut cap. 7. conſtit. 80. Vide Auth. Sed & ſi quis C. de teſtibus. Ad hoc caput pertinent verba relata a beato Gregorio c. 54. lib. 11. regiſtri, & apud Greg. 9. c. 2. de teſtibus.

Nov. 91.) Hæc eſt in libro Authentic. conſtit. 5. collat. 7. tit. ut exactione inſtante dotis primæ, & ſecundæ, &c. Hanc Græce, & Latine Haloander edidit.

Cap. 1.) Vide authent. ſi quid. C. qui potiores in pig.

Cap. 2.) Vide auth. dos data. C. de don. ante nup.

Nov. 92.) Eſt hæc conſt. 3. collat. 7. titulo de immenſis donationibus in filios factis. Hanc etiam Haloander utraque lingua edidit. Vide Authen. unde etſi parens. C. de inoffi. teſta.

Nov. 93.) In libro Authen. eſt conſt. 2. collat. 8. titulo de appellationibus. Eam Græce, & Latine Haloander edidit. Vide auth. ſi tamen C. de temp. & repar. appell.

Nov. 94.) Hæc eſt conſt. 4. collat. 7. titulo ut ſine prohibitione matres debitrices & creditrices tutelam gerant minorum. Ab Haloandro eadem utraque etiam lingua edita eſt. Vide Authen. ſacramentum. & authent. ad hæc. C. quando mulier tut. off. & Authent. eiſd. C. de ſecun. nup. Juliani verba refert Ivo parte 16. c. 157. decreti, ut conſt. 84. c. 1. & parte 8. c. 274. & lib. 6. tit. 4. c. 13. Panor.

Nov. 95.) Eſt hæc conſtit. 6. ejuſd. collat. tit. de adminiſtratoribus. Eam etiam Haloander Græce, & Latine edidit.

Nov.

Nov. 96.) Hæc eſt conſt. 7. collat. titulo de executoribus, & de iis, qui conveniuntur, & reconveniuntur. Ab Haloandro utraque lingua edita eſt.

Cap. 1.) Vide authen. libellum C. de litis conteſt. cujus verba refert. Grat. 3. quæſt. 3. c. ult. p. libellum.

Cap. 2.) Vide auth. & conſequenter. C. de ſent. & interl. om. jud.

Nov. 97.) In libro authen. eſt conſtit. 8. collat. 7. tit. de æqualitate dotis, & propter nuptias donationis. Hanc etiam Haloander, *Græce* & Latine edidit.

Cap. 1.) Vide auth. æqualitas. C. de pact. conven.

Cap. 2.) Vide authen. ſed jam. C. de don. ante nup. & d. Authent. æqualitas.

Cap. 3. & 4.) Vide Authen. quo jure C. qui pot. in pign.

Cap. 5) Vide Authent. ſed quamvis C. de rei ux. act. & Authen. nunc inhibetur C. de don. ante nup.

Cap. 6.) Videndæ Authen. donationem. C. de jure dot. & Authentic. quod locum C. de collat.

Nov. 98.) Hæc eſt in libro Authen. conſt. 1. collat. 8. tit. Neque virum quod ex dote eſt, &c. Hac caruit Haloander Græca: neque eadem in Baſilicis fuit. Ab Scrimgero tamen Græce, & ab Agylæo Latine edita eſt.

Cap. 1.) Vide auth. uxore. C. de ſecun. nup.

Nov. 99.) Eſt in authent. conſtitut. 9. collat. 7. titulo de duobus reis promittendi. Edidit eam *Græce*, & Latine Haloander. Vide authent. C. de duob. reis.

Nov. 100.) Hæc eſt conſtit. 10. ejuſd. collationis, tit. de tempore non ſolutæ pecuniæ ſuper dote. Eandem Haloander utraque lingua edidit. Vide Authen. hanc autem C. de non num. pecu. & auth. quod locum C. de dote cauta non num. & auth. ſi minor C. de temp. in int. reſt.

Nov. 101.) Hæc conſtitutio in libro auth. deſideratur. Sed eam *Græce*, & Latine edidit Haloander ſub titulo de Decurionibus.

Nov. 102. 103. & 104.) neque in libro Juliani neque in libro Authenticor. ſunt. Ex his duas edidit Græce, & Latine Haloander ſub his titulis. 102. de Moderatore Arabiæ 103. de Proconſule Palæſtinæ. Tertiæ epitomen *Græca* & Latina lingua conſcripſit, & titulum de Prætore Siciliæ. Eam conſtitutionem nos Latinam fuiſſe ſuſpicamur ut Nov. 75. de appellatione Siciliæ.

Nov. 105.) Hæc conſtitutio poſita eſt in libro Authen. ſatis alieno loco. Eſt enim conſtit. 3. collat. 4. titulo de conſulibus. Eam Græce & Latine Haloander edidit.

Digitized by Google

Nov. 106.) Hæc eſt conſtitutio 11. collationis 9. in libro Authenticorum, titulo de uſuris nauticis. Hanc ita a barbaro interprete converſam; Græcam enim non habuit, ut 130. Haloander retulit. Eadem utpote a Nov. 110. abrogata in Baſilicis poſita non eſt. Scrimgerus tamen eam *Græce*, Agylæus Latine ediderunt.

Nov. 107.) Eſt in libro Authent. conſtit. 3. collat. 8. tit. de teſtamentis imperfectis a parentib. in filios factis. Hanc Haloander *Græce*, & Latine edidit.

Cap. 1.) Vide auth. quod ſine. & auth. hoc inter. C. de teſtam.

Nov. 108.) In libro Authen. eſt conſt. 4. ejuſd. collat. 8. ſub titulo de reſtitutionibus. Ab Haloandro eadem Græce, & Latine edita eſt. Vide auth. contra C. ad SC. Trebel.

Nov. 109) Hæc eſt conſt. 5. ejuſd. collat. titulo de privilegiis dotis hæreticis mulieribus non præſtandis. Haloander eam utraque lingua edidit. Vide authen. item privilegium. C. de hæreticis. Juliani verborum partem refert Ivo part. 16. cap. 158. decreti, ut conſt. 99. cap 1.

Nov. 110.) Hæc eſt conſt. 6. d. collat. 8. tit. de nauticis uſuris. Hanc etiam *H*aloander *Græce*, & Latine edidit. Vide Nov. 106.

Nov. 111.) *Hæ*c non videntur eſſe Juliani verba; ſed ſumpta ex ipſa conſtit. paucis exceptis.

Nov. ead. Quod medicamenta) *Hæ*c ſunt Latina Juſtiniani verba, quæ a Græcis etiam relata ſunt. Idque initium Latinis litteris conſcriptum legi in epitome Græca conſt. eccleſiaſticarum. Eſt in libro Authen. conſt. 7. collat. 8. tit. *Hæc* conſtitutio innovat conſt. &c. *H*anc non habuit Græcam *H*aloander, neque Latinam eſſe ei edidit. *Græ*cam vero epitomen edidit, quam Agylæus Latinam fecit. Eadem conſtitutio Græcis verbis in libro Veneto inventa eſt, ut Edictum Juſtiniani. 5. & ab Scrimgero edita, quam etiam Agylæus convertit. Vide Nov. 9. & Nov. 131. cap. 6. & auth. quas actiones C de ſacroſ. eccl.

Nov. 112.) *Hæ*c eſt in libro Auth. conſt. 8. collat. 8. titul. de litigioſis, &c. Edidit eam Græce, & Latine *H*aloander.

Cap. 1.) Viden. authen. litigioſa. & auth. nunc ſi hæres. C. de litigio. & auth. hoc ita. C. de pigno.

Cap. 2.) Vide auth. generaliter. C de epiſc. & cler.

Cap. 3.) Vide auth. qui ſemel. C. quo modo, & quando Judex.

Nov. 113.) Eſt in l. br. auth. conſt. 11. collat. 8. titulo In medio litis non fieri ſacras formas. Ab *H*aloandro eadem *Græce*, & Latine conſcripta eſt. Juliani verba refert Ivo part 4. 193. decret. ut conſt. 101. vel 106. c. 1.

Nov. 114. Noſtræ) Juſtiniani verba ſunt hæc, qui Latine hanc conſt. edidit. Eſt in libro auth. conſt. 10. collat. 8. tit. Ut divinæ juſſiones, &c. Juliani epitomen deſideramus. *H*aloander *Græ*cam tantum epitomen edidit, quam Agylæus Latinam fecit.

Digitized by Google

fecit. Ambo exiſtimarunt hæc verba veteris interpretis fuiſſe, non Juſtiniani.

Nov. 115.) Hæc eſt in libro Authen. conſt. 12 collat. 8. tit. Ut cum de appellatione cognoſcitur, &c. *Hanc Haloander Græce*, & Latine edidit.

Cap. 2.) Vide auth. jubemus. C. de judiciis.

Cap. 13.) Videndæ auth. non licet. & auth. ex cauſa. C. de libe. præt. & auth. ſed ſi poſt C. de inoff. teſt. & auth. liberi. C. de Epiſc. audi. & auth. ſi captivi. C. de Epiſc. cler. & auth. idem. C. de hæret.

Cap. 4.) Vide auth. in teſtamento. C. ad SC. Tertul. & d. auth. liberi & d. authen. ſi captivi. Juliani aliquot verba refert Ivo part. 13. cap. 90. decreti, ut Nov. conſt. cap. 104.

Cap. 5.) Vide auth. ſed neque. C. de ſepul. viol.

Cap. 6.) Vide auth. ſi quando C. de conſt. pec.

Nov. 116.) Hæc conſtitutio in Juliani libro deſideratur. eſt in libro Authen. ut conſt. 9 collat. 8. tit. Ut neque miles, neque fœderatus obſervetur, &c. Ab Haloandro Græce, & Latine edita eſt.

Nov. 117.) Eſt hæc conſtit. 13. ejuſd. collat. titulo, Ut liceat matri, & aviæ, & aliis parentibus, &c. Haloander eam utraque lingua edidit.

Cap. 1.) Viden. auth. excipitur. C. de bonis, quæ lib.

Cap. 2.) Vide authent. ſi quis liberos. C. de nat. libe.

Cap. 4.) Vide auth. maximis. C. de nuptiis & auth. præterea. C. unde vir & uxor, & auth. ſed novo. C. de nat. libe.

Cap. 5.) Vide auth. ſi pater. C. divor. facto apud quem.

Cap. 6.) Vide authen. ſed novo. C. ad L. Jul. de adult. refert partem hujus capitis Ivo part. 8. c. 109. decreti, ut Nov. conſt. 105. c. 7. & part. 16. c. 159.

Cap. 7.) Refert Ivo part. 8. c. 110. decreti, ut c. 8. Nov. 105. & part. 16. c. 160.

Cap. 8.) Vide auth. quod hodie. C. de repudiis.

Cap. 9.) Vide auth. hodie. C. eod. tit.

Cap. 12.) Vide authent. ſed novo. eod. tit.

Cap. 13.) Vide authen. ſi quis ei. C. ad L. Jul. de adult. Juliani verba refert Ivo d. parte 8. cap. 111. ut cap. 14. & d. parte 16. cap. 161. decreti.

Cap. 14.) Vide d. authen. ſi quis ei. Juliani verba refert idem Ivo d. parte 8. cap. 112. & d. parte 16. c. 162. ut cap. 15. d. conſt. 105.

Nov. 18.) Hæc eſt in libro Authen. conſtit. 1. collat. 9. titulo de hæredibus ab inteſtato venientibus. Eam Græce, & Latine edidit *Greg. Haloander*.

Cap. 1.) Vide auth. in ſucceſſione. C. de ſuis. & legit.

Cap. 2.) Vide auth. defuncto. C. ad SC. Tertul. & auth. item hæreditas. C. de bon. quæ lib.

Cap. 3.) Vide auth. ceſſante, & auth. poſt fratres. 1. & 2. C. de legi hæred.

(L) 2 *Cap.*

Digitized by Google

Cap. 4.) Vide auth. ſicut C. de legit. tutela, & auth. matri C. quando muli. tut. off.

Nov. 119.) Eſt in libro authen. conſtitut. 2. ejuſd. collat. 9. tit. ut ſponſalicia largitas ſpecialis ſit contractus. Quam *Græce*, & Latine Haloander edidit.

Cap. 1.) vide auth. eo decurſum. C. de don. ante nupt.

Cap. 2.) vide auth. ſed hodie. C. qui man. non poſ.

Cap. 3.) vide auth. ſi quis C. de eden.

Cap. 4.) viden. auth. ſi appellatione. C. de tempo. & repar. app.

Cap. 5.) vide auth quæ ſupplicatio. C. de precib. Imp. off.

Cap. 6.) vide auth. ſi omnes. C. ſi minor ab hæred.

Cap. 7.) videnda auth. malæ fidei. C. de præſcr. longi temp.

Cap. 8.) vide auth. quod ſi quis. C. eo. tit.

Cap. 9.) vide auth. & non obſervato. C. de teſtam.

Cap. 11) vide auth. ſed & in ea. C. ad L. Falc.

Nov. 120.) Hæc eſt in libro auth. conſt. 3. collat. 9. tit. de alienatione, & emphyteuſi, &c. Eandem Haloander utraque lingua edidit.

Cap. 1.) videndæ auth. quibuſcumque. C. de ſacroſ. eccl. & auth. ſi quas ruinas, eo tit. cujus verba refert Grat. 10. quæſt. 2. cap. 2. p. ſi quas.

Cap. 2.) vide auth. hoc jus. & auth. perpetua. *C.* de ſacroſ. eccl. quarum verba refert Grat. d. cap. 2. p. hoc jus. & p. perpetua.

Cap. 3.) Vide auth. multo magis. *C.* eo. tit.

Cap. 4.) Videnda auth. item prædium eod. tit. cujus verba refert idem Grat. d. cap. 2. p. item.

Cap. 5.) Vide authen. qui rem. eod. tit. ejus etiam verba refert ibid. *Grat.* p. qui rem.

Cap. 8.) Vide auth. hæc uſus. *C* eo. tit.

Cap. 9.) Vide authen. præterea. cod. cujus verba refert *Grat.* d. cap. 2. p. præterea.

Cap. 10.) Viden. auth. qui res eod. tit. cujus etiam verba refert Grat. d. cap. 2. p. qui vero res.

Nov. 121.) Hæc conſt. deſideratur in lib. auth. Edita eſt ab Haloandro Græce, & Latine hoc titulo, Ut particulares uſurarum ſolutiones in duplum computentur, ejuſd. argumenti ſunt Nov. 138. & Nov. 160.

Nov. 122.) Hæc in libro Juliani, & in libro auth. deſideratur. Haloander Græce, & Latine epitomen edidit hoc tit. Edictum de formula artificum. Probabile eſt hoc loco edictum illud Latine conſcriptum fuiſſe, quod Scrimgerus Græce, Agylæus Latine poſt Novellas, ut Edict. 6. ediderunt.

Nov.

Digitized by Google

Nov. 123.) Hæc in libero Authen. eſt ultima conſtitutio, collocata, ut 15. collationis 9. ſub tit. de ſanctiſſimis Epiſcopis, &c. Hanc Græce, & Latine edidit Haloander. Latina quædam verba ejuſd. conſtit. refert Divus Greg. quæ neque Juliani ſunt, neque ſcriptoris authen, ut Nov. 90. dictum eſt.

Cap. 3.) Vide Authen. quod pro hac. C. de Epiſc. & cler.

Cap. 6.) Viden. Authen. Epiſcopalis C. eo. tit. cujus verba refert Grat. diſt. 54. cap. 20. ſi ſervus. p. Epiſcopalis.

Cap. 7.) Vide Authen presbyteros. eod. tit.

Cap. 9.) Vide authen. ſed judex eo. tit. cujus verba refert *Grat.* 11. quæſt. 1. cap. 9. teſtimonium p. ſed judex. Juliani verba refert Ivo parte 5. cap. 369. ut ex lib. conſt. c. 6.

Cap. 10.) Videnda auth. nullus Epiſc. eod. tit. Juliani verba refert Burchard. lib. 1. c. 168. decret. ut ex epiſt. Bonifacii Papæ ad Epiſcopos *Galliæ*. & Ivo parte 5. cap. 278. decreti, ut ex ead. epiſt. ſed cap. 369. ejuſdem partis, ut ex libro conſt. c. 7. At *Grat.* 11. quæſt. 1. cap 8. nullus epiſcopus. eadem verba ut Marcelli Papæ refert; ſic enim vulgares libri habent. Antiqui Bonifacii ad Epiſc. *Galliæ* inſcriptionem retinent.

Cap. 13.) Vide Authen. interdicimus. C. de Epiſc. & cler. Juliani verba refert Ivo part. 5. c. 370. decreti, ut c. 9. in libro conſtit.

Cap. 15.) Refert Ivo part. 5. cap. 371. decreti, ut ex cap. 11. libri conſtit. & part. 14. cap. 42. ut Nov. 11. cap. 20. & *Grat.* 2. quæſt. 1. cap. 11. nemo Epiſcopus, ut ex lib. conſtit. & Concilium Pariſienſe tempore Ludovici, ut refert Ivo d. part. 14. c. 21. decreti, & lib. 5. tit. 5. cap. 1. Panor. & Grat. 24. quæſt. 4. cap. 6. de illicita. In verbis concilii varietas eſt, unde verba hujus capitis ſumta ſunt. Namque in decreto Ivonis ita ſcriptum eſt: Lex Juſtiniani catholici Imper. conſtitutione 188. cap. 451. ſed in Panormia, & in decreto *Grat.* conſtit. 128. c. 300. l. 1.

Cap. 17.) Vide Authen. ſi quis Epiſcopus C. de Epiſc. & cler.

Cap. 19) Videndæ auth. presbyterum. & authen. diaconiſſam. C. eodem tit. Juliani verba refert *Grat.* diſt. 78. cap. 2.

Cap. 22.) Vide auth. ſed neque C. eod.

Cap. 26.) Vide anth. ſi ſervus eod. tit. Juliani verba refert Ivo lib. 3. tit. 14. cap. 4. Panor. ut Nov. conſt. 5. cap. 23. & ex Leone omnibus Epiſcopis. Alia verba ſunt ejuſd. ſententiæ apud *Grat.* diſt 54. cap. 20. ſi ſervus ex conſt. nova Leonis Imp. omnibus Epiſcopis. In veteribus tamen libris *Gratiani* ea verba [Leonis Imp. omnibus Epiſcopis] non ſunt eo loco, ſed in proximi capitis inſcriptione, quod ſumptum eſt ex epiſt. Leonis Papæ ad omnes Epiſcopos. In Panormiam quoque is error ex Gratiano irrepſit.

Cap. 27.) Vide authen, adſcripticios. *C.* de Epiſc. & cler. cujus verba refert Grat. d. c. 20. in fine.

Cap. 30.) Vide Auth. presbyteros. eod. tit. Juliani verba refert Aſel. Lucen. lib. 4. cap. 55. decreti ex Novellis conſt. cap. 461. Divus Gregorius lib. 11. cap. 54. regiſtri, cujus verba Gratianus refert 11. quæſt. 1. cap. 39. de perſona. aliquot verba hujus capitis, ſed non Juliani, refert. Videtur autem hoc caput 51. appellare, & quod nos caput 32. idem vocat 53. Hujus conſtitutionis titulum ſic ſcribit: De ſanctiſſimis & Deo amabilibus atque reverentiſſ. Epiſcopis, clericis, & monachis. Imp. Juſtinianus Aug. Petro glorioſiſſ. Præf. Prætorio.

Cap. 31.) Vide Auth. presbyteri. de Epiſc. & cler. & *Grat.* 5. quæſt. 6. cap. 3. in fine.

Cap. 32.) Vide Auth. ſi quis litigantium. C. de Epiſc. Audi. Divus Gregorius hanc Novellarum conſtitutionem appellat ſub eo titulo, quem capite 30. retulimus; hoc vero ejus conſtit. cap. 53. Verba ab eo relata neque Juliani ſunt, neque barbari interpretis Authenticor.

Cap. 44.) Vide Auth. ſed hodie C. de epiſc. & cleric.

Cap. 47.) Vide auth. Epiſc. C. eod. tit.

Cap. 49. & 50.) Vide auth. ſed novo. eod. tit.

Cap. 55.) Vide auth. niſi rogati. C. ad SC. Trebel.

Cap. 56.) Vide auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. cujus verba refert *Grat.* 19. quæſt. 3. cap 9. ſi qua.

Cap. 59. & 60.) Refert *Grat.* d. quæſt. 3. cap. ult. In libro veteri Juliani And. Alciati hæc capita deerant, ſed non ſola. Id occaſionem ei dedit negandi Juſtinianum ea conſcripſiſſe, quæ *Gratianus* affirmaverat.

Cap. 64.) Refert Ivo parte 7. cap. 143. decreti, ut Nov. conſt. 11. & *Grat.* 27. quæſt. 1. cap. 30. ſi quis rapuerit.

Nov. 124.) Hæc eſt in libro auth. conſtit. 5. collat. 9. titulo ut litigantes jurent in exordio litis &c. Hanc utraque lingua edidit Haloander.

Cap. 1.) Vide auth principales. C. de jurejur. prop. calu. & auth. novo jure C. de pœna jud. qui male jud.

Nov. 125.) Hæc eſt conſtit. 4. collat. 9. tit. ut judices non expectent ſacras juſſiones. Eam Haloander *Græce*, & Latine edidit. Vide authen. novo jure. C. de relatio.

Nov. 126.) Hæc non extat in libro auth. Sed eam *Græce*, & Latine edidit Haloander ſub titulo Exemplum ſacræ formæ de appellationibus

Nov. 127.) Eſt in libro auth. conſtit. 7. collat. 9. tit. Ut fratrum filii ſuccedant pariter, &c. Hanc non habuit *Græcam* Haloander; ſed quod in aliis quibuſdam evenit inſertam edidit conſtit. 118. & 119. ut in Baſilicis fortaſſe factum prius fuit. ſic in Nov. 1. ſunt quædam addita ex Nov. 18 & in Nov. 23. ex Nov. 137. Melius exemplar nactus eſt Hen. Scrimgerus, qui hanc edidit Græce, & Latine Agylæus, qui dete-
git

Digitized by Google

git hoc errorum genus Noricæ editionis. In Baſilicis hanc conſtitut. non extare notatum a Græcis eſt.

Cap. 1.) Vid. auth. ceſſante. C. de legit. hered.

Cap. 2.) Vide authen. eo decurſum C. de dona. ante nup.

Cap. 3.) Viden. auth. Si tamen. C. de ſecun. nup.

Nov. 128.) Hæc in libro Authen. eſt conſt. 14. collat. 9. tit. de collat. & aliis capitulis. Eam utraque lingua Haloander edidit.

Nov. 129.) Deſideratur hæc conſtitutio tam in libro Authen. quam in Norico Haloandri, & in Baſilicis. Sed ex Veneto libro Scrimgerus eam Græce, Latine Agylæus ediderunt ſub tit. de Samaritanis. Ant. Contius, qui 10. collationem extravagantium Novellarum Authen. libro edidit, hanc addere oblitus eſt. Vide Nov. 144.

Nov. 130.) Hæc etiam in lib. Authent. deſideratur. Eam Græce, & Latine edidit Haloander, ut Nov. 129. ſub tit. de tranſitu militum. Contius, & Agylæus melius, ut 130. Haloandro vero 130. eſt, quæ nobis 106. de uſuris nauticis.

Nov. 131.) Eſt in libro authen. conſt. 6. collat. 9. tit. de eccleſiaſticis titulis, & privilegiis. Ab Haloandro Græce, & Latine edita eſt.

Cap. 6.) Vide Authen. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. cujus verba refert Grat. 15. quæſt. 3. cap. 15. placuit p. quas. & cap. 16. jubemus p. quas. Juliani verba refert idem Grat. 16. quæſt. 4. cap. ult.

Cap. 12. & 13.) Vide auth. licet C. de Epiſc. & cler.

Cap. 14.) Vide authen. ſimiliter. C. ad L. Falci.

Cap. 17.) Vide authen. licentiam. C. de Epiſc. & cler.

Nov. 132.) In libro Juliani deſideratur. Eſt in lib. auth. conſtit. 11. collat. 9. tit. de interdictis collegiis hæreticor. Partem ejus refert Anſel. Lucen. lib. 1. cap. 8. decret. Hanc Haloander Græce, & Latine edidit.

Nov. 133.) Hanc in libro Juliani & in libro auth. deſideramus. Edidit eam Græce, & Latine Haloander ſub titulo de monachis & aſceteriis, & eorum conſervatione.

Nov. 134.) Eſt in libro auth. conſtit. 9. collat. 9. tit. ut nulli judicum liceat habere loci ſervatorem. Ab Haloandro etiam Græce, & Latine edita eſt.

Cap. 9.) Viden. auth. ſi vero. C. ad L. Jul. de adult.

Cap. 12.) Vide auth immo a debito. C. de oblig. & actio.

Cap. 13.) Vide auth. ſi qua mulier. C. ad SC. velle.

Cap. 14.) Viden. auth. ſed hodie. C. de off. div. judicum. & auth. hodie. C. de cuſto. reor.

Cap 15.) Vide auth ſed hodie. C. ad L. Jul. de adult.

Cap. 16) Vide auth. idem eſt. C. de bon. quæ lib.

Cap. 18.) Vide auth. ſed novo C. de ſerv. fug.

Cap.

Digitized by Google

Cap.20.) Viden. authen. bona C. de bon. proſcr.

Nov.135.) Hæc in libris Juliani & Authen. deſideratur. Haloander eam Græce, & Latine edidit ſub titulo Ne quis cogatur bonis cedere.

Nov.136.) Hæc etiam in libro Auth. non extat. Sed ab Haloandro *Græce*, & Latine edita eſt ſub titulo de argentariorum contractibus, cujus argumenti ſunt Edictum 7. & 9. Juſtiniani.

Nov.137.) Hanc in libro Juliani & Authen. deſideramus. Neque in Græcis omnibus libris hoc loco poſita eſt. Sed, ut in Norica editione Haloandri, inſerta Nov.123. ſic arbitror in Baſilicis conſcriptam fuiſſe. Antiquiores libri eam hoc loco retinuerunt, ut ex Veneto libro Scrimgerus Græcam edidit, & Latinam Ant. Contius, & Hen. Agylæus ſub titulo de ordinatione Epiſcoporum, & clericorum.

Nov.138. Manifeſtiſſima) Hæc eſt Latina conſtitutio, quæ hoc loco deſiderabatur. Eam nos in veteri quodam libro Juliani invenimus; cujus epitome paucis exceptis verbis caremus. In libro quoque Authen. hæc non extat. Haloander pro ea Græcam epitomen edidit, eamque Latinam fecit hoc titulo de interpretatione a Principe facta, & ut uſuræ particulatim ſolutæ duplum ſortis non excedant.

Nov.139.) Hæc in libris Juliani & Authen. deſideratur. Haloander eam *Græce*, & Latine edidit hoc titulo Remiſſio pœnæ illicite contractarum nuptiarum. In Veneto libro hoc loco eſt epitome cujuſd. conſtit. de appellationibus, quam Scrimgerus edidit *Græce*, & Contius, & Agylæus Latine; quorum alter 139. appellat, alter 140. Namque hæc Contio eſt 139. ut Haloandro, illa de appellationibus. 140. Agylæo vero illa eſt 139. hæc vero 140. Nobis autem non placet illam de appellationibus, quæ pars eſt conſtitutionis 134. hic collocare. & in hoc Florentino magis libro, quam Veneto adhæreo. Nec verum eſt, quod quidam aſſerunt, hanc conſtit. eſſe Juſtini Minoris. Eſt enim id dictum in ſcholiis *Græcis* libri Veneti de proxima Novella conſtitutione.

Nov.140.) Hæc eſt ſecunda Juſtini Minoris Novella conſtitutio, quam Scrimgerus *Græce* ex libro Veneto, Agylæus Latine ediderunt hoc titulo Ut conſenſu matrimonium ſolvi poſſit. Viden. Julian. Nov.117. cap.8. & Nov.134. cap. 16. Hæc conſtitutio in libris Juliani, Authenticorum, Haloandri, & Contii deſiderantur. Neque eam in Baſilicis fuiſſe *Græci* affirmant.

Nov.141. & 142.) In libris Juliani & Authent. deſiderantur. Eas Haloander *Græce*, & Latine edidit ſub his titulis 141. Edictum de iis, qui luxuriantur contra naturam 142. de iis, qui eunuchos faciunt. Vid. Nov.77.

Nov.143. Legis.) Hæc Latina conſtitutio eſt in libro Auth. conſt. 13. collat. 9. tit. de raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt. Juliani epitome deſideratur, quamvis Albericus in L. ult. C. de legibus ſcripſerit hanc eſſe ultimam in libro Novellarum. Haloander *Græcam* epitomen edidit, quam Agylæus Latinam fecit. Vide Nov. 150.

Nov.

Digitized by Google

Nov. 144.) Hæc eſt conſtitutio & cœteræ omnes excepta Nov. 159. in libris Juliani, & Authen. deſiderantur. Edidit hanc Græce, & Latine Haloander ſub titulo de Samaritanis. Quam eſſe Juſtini Minoris conſtit. 5. ex libro Veneto didicimus. Vide Nov. 129.

Novellæ 145. 146. & 147. Ab Haloandro Græce, & Latine editæ ſunt ſub his titulis 145. Ut nullam de cœtero licentiam Dux aliquis, aut cohibendis violentiis præpoſitus habeat ad utramque Phrygiam accedendi &c. 146. de Hebræis, quomodo oporteat eos ſcripturas legere. 147. Ut ea, quæ Præfectis, aut largitionibus, aut rebus privatis, aut ſacro patrimonio debentur in reliquis &c. indulgeantur.

Nov. 148.) Hæc in libro Veneto eſt Juſtini Minoris conſtitutio prima. Edidit eam Haloander, ut Juſtiniani conſtitutionem utraque lingua ſub titulo de indulgentia tributariorum reliquorum.

Nov. 149.) Hæc etiam eſt Juſtini Minoris conſtit. 4. quam Haloander non habuit: neque in libris Baſilicorum poſita eſt, ut Græci affirmant. Ab Scrimgero Græce, ab Agylæo Latine edita eſt inter Novellas Juſtini ſub titulo Ut Dei amatiſſ. Epiſcopi cum provinciarum indigenis, & incolis, quos ſibi Præſides eſſe velint, eos ſibi a ſacratiſſ. Principe concedi petant. &c.

Nov. 150.) Hæc in omnibus libris deſideratur. Latinam fuiſſe credendum eſt. Nam pro ea Haloander Græcam epitomen edidit, quam Latinam fecit ſub titulo de ea, quæ raptori ſuo nubit. Vide Nov. 143.

Novellæ 151. 152 & 153 ab Haloandro Græce, & Latine editæ ſunt ſub his titulis 151. Ne Decurio, aut cohortalis perducatur in jus &c. 152 Ne ſacræ formæ, quæ de cauſis procedunt publicis aliter robur accipiant, quam glorioſiſſ. Prætorior. Præfectis inſinuatæ ſint. &c. 153. de infantibus expoſitis.

Nov. 154.) Hæc etiam Græce, & Latine ab Haloandro edita eſt titulo de iis, qui in Oſrhoena illicitas contrahunt nuptias. De eadem re Nov. 3. Juſtini Minoris conſcripta eſt.

Novellæ 155. 156. 157. & 152. ab eodem Haloandro utraque lingua editæ ſunt ſub his titulis 155. Ut matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ ſint. 156. de prole partienda inter ruſticos. 157. de ruſticis, qui in alienis prædiis nuptias contrahunt. 155. Ut deliberandi jus etiam ad impuberes tranſmittatur.

Nov. 159.) Hæc eſt in lib. Auth. conſtit. 8. collat. 9. ſub tit. de reſtitutione fideicommiſſi &c. Hanc Haloander Græce, & Latine edidit.

Nov. 160.) Hæc conſtitutio & octo ſequentes in libris Juliani & Authen. deſiderantur. Ab Haloandro hæc Græce, & Latine edita eſt titulo Exemplum ſacræ pragmaticæ formæ de uſuris.

Nov. 161.) Hanc Haloander utraque lingua edidit ſub tit. de provinciarum Præſidibus. eſt Tiberii Imp. Nov. 3.

Digitized by Google

Nov. 162.) Hanc etiam Haloander *Græce*, & Latine edidit ſub titulo Sacra forma tranſmiſſa Dominico glorioſiſſ. Prætoriorum Illiricianorum Præfecto de diverſis capitulis.

Nov. 163. & 164.) Utraque Tiberii eſt, & ab Haloandro *Græce*, & Latine edita ſub his titulis 163. quæ eſt Nov. 5. Tiberii, de relevatione tributorum publicorum 164. quæ eſt Nov. 2. ejuſd. de hæredibus.

Nov. 165.) Hæc in omnibus libris deeſt. Tantum Haloander initium, & epitomen *Græce*, & Latine edidit ſub titulo generalis forma de proſpectu in mare &c. Eam Latinam fuiſſe ſuſpicamur. Vide Nov. 63.

Nov. 166. 167. & 168.) Tres formæ Præfectorum Prætorio hoc loco conſtitutæ ſunt ab iis, qui Novellarum conſtitutionum volumen collegerunt. Earum titulos tantum Haloander in prologo Novellarum Noricarum *Græce*, & Latine retulit. Cœteri nihil amplius addunt. Nos eos ex Florentino & Bononienſi deſcripſimus. Tituli earum ſunt hi. 166. & 168. περὶ ἐπιβολῶν, hoc eſt de adjectionibus 167. Quomodo oporteat in poſſeſſionem mittere forma 24. Præfectorum. illæ vero duæ ita diſtinguuntur, ut 166. ſit prima forma & integra: 168. ſit ſecunda forma Præfectorum & dimidiata.

Novellas ſequuntur Edicta Juſtiniani 13. ab Scrimgero *Græce* ex Veneto libro, ab Agylæo Latine conſcripta.

Edict. 1. poſitum eſt in Authen. cum Nov. 17. & illic ab Haloandro *Græce*, & Latine editum.

Edict. 2. hoc titulo reperitur Ne Præſides in fiſcalibus cauſis fidem publicam dent.

Edict. 3. de Armeniis. Hujus ſolius extat Juliani epitome. non multum differt a Nov. 21.

Edict. 4. de magiſtratu Phæniciæ Libani.

Edict 5. de tempore actionum, quæ ſacris locis competunt. Hæc eſt *Græca* Nov. conſt. 111.

Edict. 6. de formula artificum. ejuſdem argumenti eſt cum Nov. 122.

Edict. 7. formula pragmatica de argentariorum contractibus. Vide Nov. 136. & Edict. 9.

Edict. 8. de Pontici tractus Vicario. In veteri quodam libro Authen. hoc Edictum legi a barbaro interprete converſum.

Edict 9. de argentariorum contractibus. Vide Edict. 7.

Edict. 10.) de apparitoribus Præſidum.

Edict. 11. Ut ponderatores & monetarii apud Ægyptios quicquam pro obryzo exigendi nullam licentiam habeant &c.

Edict. 12. de Helleſponto.

Edict. 13. de Alexandrinis & Ægyptiacis provinciis.

IX-

INDEX VOCVM QVAE IN NOTIS EXPLICANTVR AVT ILLVSTRANTVR

PRIOR NVMERVS NOVELLAM ALTER NVMERVM NOTARVM INDICAT.

A.

Ἀγαπητὸς. 6,57
ἄγγαρος, ἀγγάρεια. 17,50
ἀγνωμονῶ. 18,49-136,20
ἀγνωμονοῦντες. 8,80
ἀγνωμόνως. 1,26
ἀγνωμοσύνη. 18,45
ἀγωνιστὴς. 5,3
ἀδιέξοδος. 49,9
ἀθυμία. 1,118
αἰκισμός. 135,14
αἰμιμόντος. 34,3
αἴνιγμα. 97,9
αἱρέομαι. 1,7
ἀκήρυκτος. 42,15
ἀκραιφνὴς. 73,8
ἀκρόασις. 13,44
ἄκρον. 20,1
ἀκρώρεια. 24,23
ἀληθὴς. 18,70
ἀλληλέγγυος. 99,1
ἄλλοσε. 3,58
ἀμέλει. 13,19
ἀνακηρύττομαι. 42,26
ἀνάκρισις. 142,10
ἀνακωχὴ. 96,11
ἀναχωρῆσαι. 1,104
ἀναχωρήτα. 5,26
ἀνέχεσθαι. 13,48
ἀντεξετάζω. 49,37
ἀντέχομαι. 6,7.19
ἀντιβλέπω. 24,29
ἀντιγραφεύς. 80,3
ἀντιλαμβάνομαι. 7,43-13,18
ἀντιφωνητὴς. 4,2
ἄνυσις. 30,20
ἀπαργυρισμὸς. 130,17 43,11
ἀπανθαδιάζεσθαι. 24,53
ἀπειθὴς, ἀπειθῶν. 4,46
ἀπιστία. 22,11
ἁπλῶ. 111,6
ἀποβάλλω. 2,8
ἀπογραφὴ. 1,94-8,9
ἀπόδειξις. 49,35
ἀποδέχομαι. 18,46
ἀπόθετος. 163,3
ἀπόκειμαι. 1,95
ἀποκρισιάριος. 6,34
εἰς ἀπόκρισιν. 24,52
ἀπολύω. 44,5
ἀπόπειρα. 7,53
ἄπορος. 7.75-17,60
ἀποτροφὴ. 3,13
ἀπόφασις. 23,17
ἀπόφημι. 6,18
ἀποφῆναι. 7,5
ἄποχα. 17,40
ἀπραγμόνως. 2,44-22,214
ἀπραγμοσύνη. 18,87
ἀριθμητὴς. 73,32

ἁρμόζω. 1-43
ἀργίας γραφή. 80,42
ἀργυρίλογος. 8,32
ἀρχή. 8,38
τὴν ἀρχήν. 1,105
ἀρχιμανδρίτης. 5,36
ἄρχων. 8,1.
ἄσκησις. 5,2-22,23
ἀσπάστης. 30,22
ἀσφάλεια. 1,30
ἄτοπος, ἀτόπημα. 6,22
αὐθεντία. 44,12
αὐτόθεν. 1,21
ἀφοσιόω. 8,143

B.

Βαλαντιότομος. 13,53
βάναυσος. 1,90-134,53
βασιλικός. 1,115
βασκαίνω. 88,13
βατός. 30 83
βεβαιωτής. 4,24
βεστιφικιάλιος. 13,52
βικάριος. 26,4
βίνδιξ. 38,8-128,27
βιοκωλύτης. 8,131-128,54.
βίος ἐν ἀγρείῳ. 22,24
βλέπειν πρός τι. 18,72

Γ.

Γέγγρα. 29,11
γενεαρχικός. 21,3
γενεπαρχικός. 21,4
γνῶσις. 8,156
γονή. 22,6-89,47

Δ.

Δαπάνη. 3,18
δεινότης. 18,74
δημοτικά. 79,4
δίομαι. 2,5-6,37
τὰ δέοντα. 82,70
δευτέρωσις. 146,9
δηληγατίων. 128,3
δῆμος, δημοτικὸς θόρυβος. 13,58
δημοσιεύω. 90,74
διαγίνεσθαι. 6,33
διάγνωσις. 49,8-86,13
διάζευξις. 22,79
διαιρεῖν. 129,4.
διαιτάομαι, δίαιτα. 5,21-6,52-13,42
διακεῖσθαι. 45,4
διάλυσις. 106,11
διαμαρτυρία. 1,93
διάειον. 123,90
διατροφή. 17,46-130,7
διασώστης. 130,11
διατέζω. 120,4
διάφορος. 163,1
διδασκαλικός. 119,8
διημερεύω. 8,6
διοίκησις. 6,71-7,76
δίφρος. 24,49
δόξα. 78,24
δοξάζω. 6,64
δόσις. 8,2
δυσώπησις. 3,22

E.

Ἐγκαλύπτεσθαι. 8,122
εἶτα. 1,105
ἔκθεσις. 17,44
ἐκκλησιέκδικοι. 117,16
ἔκκλητος. 24,58
ἐκμαρτυρία. 90,29
ἐκτίπλειν. 42,27
ἔκστασις. 135,2

ἐλλιμε-

ἔλλειμμα. 38,9
ἔλλειπον. 131,25
ἔμβαθμος. 20,13 - 112,15
ἐμβολή. 163,2
ἐμπεποίηκέ τι. 7,44
ἐμποιητικώτερον. 100,4
ἔμπρακτος. 70,3
ἐμπροσθισμὸς ἡμέρας. 119,6
ἐμφανίζω. 8,138
ἐμφανιστικά. 56,1
ἐμφωλεύειν. 80,39
ἐνεργολαβεῖν. 17,56
ἐνθήκη. 128,22
ἐνθεωρητικαὶ συλλαβαί. 123,22
ἐνοίκιον. 40,5
ἐντεῦθεν. 1,31
ἐνοχλεῖν. 4,21
ἐξαντλῶ. 92,4
ἐξάρχειν. 13,16 - 26,8.9.
ἐξεπίδιτον. 117,32
ἐξτελλευτάς. 128,16.
ἔξω καταλιπεῖν. 5,4
ἐπανορθοῦν. 2,4
ἔπαρχος. 1,4
ἐπείσακτος. 123,88
ἐπεξέρχεσθαι. 6,25
ἐπεξιέναι. 8,69
ἐπέρχομαι. 39,4
ἐπιβολή. 128 19
ἐπιδίφριος. 90,16
ἐπιδημητικά. 134,6
ἐπίδοσις. 147.4
ἐπιδεσμή. 24,26
ἐπίδεσμος. 30,83
ἐπιθάνατος. 60.6
ἐπικλᾶν. 64,7
ἐπιλέγεσθαι. 2,22
ἐπιμιξία. 6,52
ἐπισκύπτω & ἐπισκέπτω. 7,10
ἐπίσκηψις & ἐπίσκεψις. 1,102
ἐπιστρέφομαι. 2,26
ἐπισειρόν. 82,60
ἐπιτήδευσις. 90,14
ἐπιφορά. 168,1
ἐποχή. 88,11
ἐπώνυμον. 13,9
ἐρείπια. 7,47
ἑτοιμασία. 130,12
εὐαγής. 3,6
εὐθύνω. 99,9
εὐλάβεια. 49,40
εὐπάθεια. 8,7
εὕρημα. 145,14
εὐταξία. 6,29
εὐτελής. 90,5
εὐυπόληπτος. 90,11
ἐφαπλόω. 43,19
ἐφέσιμος δίκη. 24,58
ἔφεσις. 20,2
ἐφέτης. 49,14 - 93,3
ἐφ' ἡμῖν. 1,55
ἔφοδος. 8,35

Z.

Ζάβα. 85,21
ζημία. 17,14
ζιβύνος. 85,25
ζυγοκέφαλα. 17,34
ζυγοκέπτειν. 148,9
ζώνη. 8,71

H.

Ἡγεμονικός. 3,3

Θ.

Θεόπολις. 7,61

θεράπεια. 4,33-8,140
θυμέλη. 105,9

I.

Imbanchiti. 88,13
ἰσότυπον. 17,65

K.

Καθάπαξ. 4,49
καθιέμενον. 73,9
καθίστημι. 24,2
καθοσίωσις. 95,4
καινοτομία. 63,1
καίριος. 22,3
καλλίγραφος. 42,31
κανονικόν. 30,67
κάντιλον, καπιτανίων. 8,45
καππάδοξ. 30,89
καρχηδόνιοι. 1,9
κάσος στρατείας. 53,43
καταβλακεύειν. 95,8
καταγώγιον δικαστικόν. 24,5
κολακίστερος. 26,15
κατὰ διάγνωσιν. 49,8
καταδίκη. 18,63
κατάθεσις. 85,18
κατάλογος. 3,57
κατὰ μέρος. 1,18
κατὰ μίαν μοῖραν. 49,8
κατὰ μικρόν. 22,19
κατασείειν. 8,124
κατάστασις. 7,7-8,61
καταυθαδιάζομαι. 12,11
κατορθοῦν. 8,129
κεῖμαι. 1,116
κειμήλιον. 7,60
κενσίτωρ. 17,43
κίνητος νόμος. 162,9
κεράτιον. 34,11
κεφάλαιον. 2,2-135,7
κίνησις. 26,37-58,7
κλῖμα. 43,15
κλίμαξ. 28,4
κλίνη. 59,50
κλοπή. 13,45
κογχυλευτικός. 38,46
κοινόβιον. 5,28
κολωνοί. 162,13
κόμματα. 28,7
κομίζεσθαι. 29,24
κομμενταρίσιος. 13,27
κομμονιτόριον. 128,45
κόμπλη, κομπλεσίων, κομπλετεύειν. 73,29
κομψεύομαι. 44,16
κοπιᾶται. 59,22
κορρεκτόριος. 8,41
κρατύνεσθαι. 86,1
κρίσις. 82,62-83,4
κύριος. 22,3
κύριος τοῦ δικάζειν. 4,14
κυρίως. 69,26
κυρρέστικος. 8,59
κωμῆται, κωμητικός. 38,45-30,14

Λ.

Λειτουργία. 7,70-72
λειτουργῆσαι. 13,51
ληστοδιώκτης. 128,54
λίβελλος. 119,8
λιτή. 123,94
λογοθέτης. 128,46
λόγος. 17,24-32-22,49-65
λόγος πίστεως. 5,15
λύκου κεφαλή. 24,23
λυμαίνομαι. 109,4

Μαγ-

M.

Μαγιστρὸι. 124, 11
Μαγιστριάνος. 86, 23 - 124, 11
μάγκιψ. 80, 20
μεθοδεία. 112, 11 - 135, 5 - 122, 2
μεσίτης. 90, 67
μεταχειρίζομαι. 8, 65
μέτριος. 25, 42
μῆλον. 105, 24
μηνύειν. 6, 38
μιλιαρίσιον. 105, 23
μίσθωσις. 64, 4
Ἰούλιος Μισκέλλας. 22, 180
μονοκόντιον. 85, 24
μονομερῶς. 49, 8
μυριάκις. 1, 67 - 53, 51
μυσταγωγός. 58, 1

N.

Νομή. 160, 5
νομοθεσία. 19, 2
νοσεῖν. 42, 49

Ξ.

Ξενών. 7, 13

O.

Οἰκεῖοι. 3, 21
οἰκειῶσαι. 8, 115
οἰκοδομή. 63, 4
ὁλκός. 17, 13
ὅλως. 7, 55
ὁμολογίαν ποιῶ. 136, 27
ὄπυγε. 18, 50
ὀπτίων. 130, 6
ὁσία. 59, 15
οὐίλλια. 128, 4
οὐσία καθαρά. 1, 97
ὄψις. 7, 45 - 59, 47

Π.

Παιδοποιία. 38, 16
πανιανός. 4, 10
παρά. 18, 17
παραβαπτίζω. 42, 50
παραγγελία. 117, 48 - 5, 12
παραγγέλλειν. 5, 12. 20
παράδοξον. 1, 107
παραδυναστεύοντες. 8. 75
παραιτεῖσθαι. 23, 16
παραμήριον. 85, 20
παρατομή. 24, 61
παρατομικά. 128, 28
παρασημείωσις. 82, 30 - 86, 13
παραστῆναι, παράστασις. 6, 49 - 50, 14. 51, 8
παραίνεσις. 82, 59
παραψυχή. 13, 64
παρεγγεγραμμένος. 18, 38
παρεγγυῶ. 85, 28 - 149, 3
παρεδρεύων, πάρεδρος. 8, 82 - 60, 23
παρενθήκη. 4, 7
πάρεργον. 8, 5 - 18, 31
παροικικὸν δίκαιον. 7, 25 - 120, 3
παρρησία. 2, 11 - 6, 6

πα-

πατριάρχης. 3,2
πεῖρα. 49,26-82,55
πεπονημένος. 82,45
πέραμα. 14,6-59,59.62
περάω. 1,71
περιβολή. 145,15
περιγίνομαι. 97,27
περιορᾶν. 8,111
περισπούδαστος. 6,4
περίστασις. 73,45-74,15
πίστις, λόγος πιστέως. 5,15
πλήρωμα. 38,24
πολυπραγμονεῖν. 48,7
πολυπράγμων. 96,4
πραγματεία. 122,2
πραίσιδον. 22,261
πρέπον. 17,3
πρεσβεύω: 42,23
προαγωγή. 8,14
προβαλόμενοι. 24,15
πρόγραμμα. 2,58
προθεσμία. 119,6
προκαθήμενος. 13,43
πρόκριμα: 17,39
πρόληψις. 18,34
προπέτεια. 22,142
προπίναι. 117,49
προσεδρεύω. 14,5-51,6
προσεδρία. 51,2
προσηγορία. 6,59
προσίεμαι. 69,47
προσκαρτερεῖν. 5,34
προστάτης. 43,13
προτροπή. 3,42
προφασίζομαι. 44,20
πρόφασις. 1,62.76
τὰ πτωχικά. 7,52
πύργος. 103,4

Ρ.

Ραθυμεῖν. 8,67
ῥέκαυτον. 130,10
ῥεφερενδάριος. 6,41

Σ.

Σαθρός. 72,4
σάκρος. 20,1
σαλεύω. 4,27-98,3
σαμψών. 59,40
σανίς. 17,62
σεμνότης, σεμνός. 6,5
σίτησις πολιτική. 7,19
σκαιωρία, σκευωρία. 63,17
σκάλα. 28,4
σολέμνιον. 128,38
σορὸς Ἀμάστριδος. 29,14
σπόρτυλα. 82,33
σπουδαῖος. 7,12
στατίων. 44,11
στατύτος. 97,35
στρατονόμιον. 40,5-120,8
στόλα βασιλική. 82,24
στόλα μοναχική. 5,10

στῦλος.

Digitized by Google

στύλος. 59,70
στρατεία. 90,12
στρατηγός. 89,86
σύγκτησις. 166,2
σύρξαι. 59,59
συλλαβαί. 151,4 - 123,22
σύμβασις, συμβίβασις. 48,15
συμβόλαιον. 128,45 - 44,14
σύμβολον. 8,42
συμμαχία. 74,18
συμπεράττειν. 134,50
συναινέω. 7,21
συνάρμοσις. 134,14
συνίδειον. 144,11
σύνημα. 6,55
συνέλευσις. 62,2
συνίσωρ. 142,6
συντονία, σύντονον. 15,54
συνάρχαι. 89,85
σύσσιδον. 49,12
συστατικὰ γράμματα. 6,36
συσχεθῆναι. 112,5
σφαδάζειν. 74,22
σφοδρεῖς. 24,21
σχεδιάζω. 63,14
σχῆμα. 3,32
σχολάριοι. 82,39
σωματικὸν ἐνιχνεύειν. 7,54

T.

Ταβελλίων. 44,22
ταβλίζειν. 123,33
ταλαντεύειν. 97,2
ταμιεύω. 72,20
ταξεώτης. 6,10
τάξις. 8,46
ταραχή. 43,4
ταῦτα δὴ τὰ τοῦ νόμου ῥήματα. 1,75
ταυτὸν δ' ἐστὶν εἰπεῖν. 4,22
ταχύγραφος. 15,30 - 42,31
τελεῖν. 1,12 - 50,4
τέλεσμα. 73,29
τζάνοι. 1,11
τζοπανένη. 31,21
τηβεννός. 103,10
τόκον ἀπὸ τρίτου ἑκατοστοῦ. 2,48 - 22,193
τρακτεύτα. 30,25
τύπος. 22,15 - 83,4
τύπον δοῦναι. 1,17
τύπος τέλειος. 24,63

Υ.

Υπαγορεύειν. 7,58
ὑπέρθεσις. 49,3
ὑπερόριος. 69,13
ὑπερπεράττειν. 17,11
ὑποδέχομαι. 22,72
ὑποδιαιρεῖσθαι. 2,17
ὑποδιαίρεσις. 49,17
ὑποδοχή. 28,33
ὑποθήκη. 26,18
ὑποκατακλίνω. 8,181
ὑπομνήματα. 7,28
ὑπόμνησις, ὑπομιμνήσκεσθαι. 1,109

ὕφεσις. 29, 4
ὑφηγοῦμαι. 4, 11

Φ.

Φείδεσθαι. 8, 116
φιλανθρωπία. 22, 5
φιλοκράτος. 116, 3
φοινικάρχαι. 89, 85
φοιτᾶν. 120, 2
φοίτησις δικαστική. 2, 6
φρόντισμα. 13, 36
φρυγία. 25, 22
φρύγιον. 28, 8
φυλακή. 22, 203
φύλαρχος. 102, 8
φυλάττειν. 22, 82
φύσις. 18, 27

Χ.

Χαράκτηρ, χαρακτηριστικός. 42, 19
χειροτονία. 3, 5 - 6, 2
χορηγεῖν. 3, 53
χορηγία. 3, 17
χρῆσις. 2, 10

Ψ.

Ψυχαγωγῶ. 26, 46

Ω.

ὠνεῖσθαι. 7, 39

F I N I S.

H. AGYLAEVS & J. CVJACIVS

de dierum annotatione

F. PITHOEI

Gloſſarium obſcurorum verborum Juliani Anteceſſoris CP.

ANT. AVGVSTINI

Epiſcopi Ilerdenſis quorundam verborum Juliani Interpretatio

EJVSDEM

Paratitla ſeu Scholia.

Dieſer Titul gehört nach pag. 998

Digitized by Google

EMENDANDA IN TEXTV.

PAg. 18. lin. 1. *ne* leg. *ne non.*

p. 36. lin. 14. *quia*, leg. *qui a.*

p. 61. lin. 11. *meliora* leg. *meliores*, & lin. ſeq. *ea* leg. *eas*, & *deteriora* leg. *deteriores.*

p. 63. lin. 5. del. *illa*, & lin. ſeq. *ubi cognoverit*, leg. *cognoſcens ea.*

p. 113. lin. 5. *transferatur*, leg. *translata* fuerint.

p. 119. lin. 17. *quod qui &c.* leg. *eum qui &c. dare, ſed etiam plura alia additurum eſſe.*

p. 138. lin. 8. *neque vi*, leg. *neque in vi.*

p. 174. lin. 5. *agunt*, leg. *agant*, & lin. ſeq. *defendunt commod. proſpiciunt* leg. *defendant commod. proſpiciant.*

p. 176. lin. 14. *illis* leg. *illi.*

p. 177. lin. 1. del. *ſint*, & lin. ſeq. *Notariis*, leg *Notariis ſint.*

p. 183. lin. 6. *geſtaturi* leg. *geſturi.*

p. 187. lin. 1. *fuerint* leg. *fuerunt.*

p. 188. lin. 14. *impetraverunt* leg. *impetraverint.*

p. 189. l. 9. *harmonia*, add. *erit.*

p. 213. lin. ult. *defraudent, &c. opponant*, leg. *defraudet &c. opponat.*

p. 219. lin. 2. & 3. *patera ut*, leg. *pater aut.*

p. 222. lin. 7. *ſunt* leg. *ſint.*

p. 240. lin. lin. 1. *ex* leg. *in.*

p. 258. lin. 23. *exuat.* leg. *expellat.*

p. 272. lin. 13. *ea*, leg. *eam*, & lin. ſeq. *detrahendum*, leg. *idque detrahendum.*

p. 300 lin. 2. *ſic auſa* leg. *ſi cauſa.*

p. 325. lin. 9. *hoc* leg. *hos.*

p. 340. lin. 7. *latum* leg. *illatum.*

p. 374. lin. 2. *præſenti* leg. *in præſenti.*

p. 400. lin. 10. *reſtitutione*, adde *rerum.*

p. 404. lin. 2. *quantum* leg. *quantum ad.* & lin. ſeq. del. *ad.*

p. 426. lin. 26. *amiſſurus* leg. *amiſſuri.*

p. 461. lin. 5. *qui* leg *&.*
lin. 9. *verum* add. *hoc.*

p. 470. lin. 6. *agendi* leg. *agere.*

p. 480. lin. 12. *quo* leg. *qua.*

p. 494. lin. 3. *judibus* leg. *Magiſtratibus.*

p. 516. lin. 2. *eam manifeſtas* leg. *ea manifeſta.*

p. 518. lin. 14. del. *&.*

p. 614. lin. ult. *& ut erga deponentem, neque ſi velit*, leg. *& ut neque ſi velit erga depon.* &c.

p. 630. lin. 17. *cum ſola natura*, add. *leges hominibus ſanciret, antequam ſcripta leges* &c.

p. 691. lin. 4. a fin. *factas* leg. *facta.*

p. 704. lin. 5. *numerata* leg. *nunc rata.*

p. 705. lin. 9. *a priori*, leg. *eamque a priori.*

p. 717. lin. 6. *Apollinariis* leg. *Apollinaris.*

p. 750. lin. 7. *Eccleſia* leg. *Eccleſiam.*

p. 775. lin. 12. *committere* leg. *immiſcere.*

p. 785. lin. 7. *detractionibus* leg. *retractationibus.*

p. 792. lin. 4. a fin. del. *id.*

p. 799. lin. 9. del. *&.*

p. 811. lin. 5. *Eccleſiæ* leg. *Eccleſia.*

p. 822. lin. 4. a fin. *Reliquos &c. relatos* leg. *Reliqui &c. relati.*

p. 869. lin. 1. *ſit*, leg. *fit.*
lin. 5. *ducibus atque militibus* leg. *in duces atque milites.*

p. 877.

Digitized by Google

p.897.lin. 4. *jubemus* leg. *jubeamus.*
p.904. lin.6. a fin. *& eos*, leg. *& eos, qui.*
p. 907. lin.12. *illa* leg. *ita.*
p. 922.lin.1. del. *quidem.*
p.931. lin. 4. *ſit* leg. *fit.*
p. 962. lin.5. *& neque* del. *&.*
p.983. lin. 10. *deceptionem* leg. *exceptionem.* & lin. ſeq. poſt verb. *per actionem ex* add. *ſtipulatu: ſin vero non intervenerit per actionem ex condictitia* &c.
p.984. lin.15. *oporteat* leg. *oportet.*

CORRIGENDA IN NOTIS.

PAg. 1. col. 2. lin. 3. *leg.* Hæredem.
p.22. col. 4. lin. 8. *leg.* item.
p.31. col. 2. lin. 8. *leg.* διαφέρει. & lin 10. *leg.* δικῶν. & lin. 13. χρῶσιν.
p.38. col. 2. lin. 16. *leg.* ἐξετάσωσι.
p. 43. col. 2. lin. 1. *leg.* Addit.
p.117. col. 2. lin. 7. *leg.* horam.
p.127. col. 2 lin. 1. *leg.* κυῤῥεσκῶν.
p. 166. col. 2. lin. 12. *leg.* cœptus.
p.196. col. 1. lin. ult. *leg.* φροντίζων.
ibid. col. 2. lin. 6. *leg.* mutant.
p.232. col. 1. lin. 3. *leg.* Int.
p. 239. col. 1. lin. 4. *leg.* capite.
p. 240. col. 1. lin. 1. *leg.* in his.
p. 257. col. 1. lin. 9. *leg.* nam pro non.
p. 260. col. 2. lin. 1. *leg.* συνυπεδίκαστο.
p. 267. col. 1. lin. 3. *del.* qui Hal. videtur ſecutus.
p. 280. col. 1. lin. 2. *leg.* in l. *omnem.*
p. 523. col. 1. lin. 4. *leg.* noſtra lectio.
p.568. col. 2. lin. ult. *leg.* Apione.
p.576. col. 1. lin. 3. *leg.* naviculariorum.
p. 588. col. 1, lin. 10. *leg.* τοῖς ἰδῖν.
p. 614. col. 2. lin. 4. *del.* Illud apud Iſocr. legitur.
p.688. col. 1 lin. 1. *leg.* συγκεχυμένον.
p.714. col. 1. lin. 8. *leg.* annuerit.
p. 759. col. 2. lin. 11. *leg.* Sed voluit *Vetus* exprimere τοῖς ἰδυνομένοις, quod eſt in Græco textu, & τοῖς ἐπιλεγόντοις apud Haloandrum.
p.760. col. 2. lin. pen. *leg.* Βασιλεὺς & ἐπάρχω.
p.775. col. 2. lin. 3. pro *dotem* leg. talem.
p.819. col. 2. lin. 4. pro *Act.* leg. *Ant. Aug.*
p.869. col. 2. lin. ult. *leg.* delegatόρων.
p. 883. col. 1. lin. 3. *leg.* autem.
p. 924. col. 1. lin. 4. *leg.* præſtantur.
p.925. col. 2. lin. 14. *leg.* eas.
p. 938. col. 1. lin. ult. *leg.* πισὶ.
p. 984. col. 1. lin. 7. *leg.* origine.

AKT 1318713

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

X.1
D10